SERENISSIMO AC INVICTISSIMO PRINCI
pi & domino domino Sigiſmundo Dei gratia Poloniæ Regi, ma/
gno Lithuaniæ Duci, Ruſſiæ, Pruſſiæq; &c. domino & hære/
di, Nicolaus Iaskerus Senatus Cracouien. A Se/
cretis longam ſanitatē fœlixq; in tranqui/
litate Imperiū, ac ſeruiciorū ſuorū hu/
millimam cōmendationē.

Anno Domini 1533. mense maio



Apientum ſententia eſt, Rex inuictiſſime qui
alijs gubernando præeſt, non poteſtate ſola,
non armorum fortitudine aut diuiciarum a/
bundantia, uerum dignitate, uirtute, pruden/
tia, iuſticiaq; & pietate præeſſe debet, ut ſic
enim facilius ſubiecti parent uerentur, deniq;
totius Regni ſalus certius aſſeruatur, ac om/
nia domi rectius foriſq; adminiſtrātur. Mul/
ta ſiquidem Regem uel Imperātem quemq;
decent, ſed illud inprimis ut ſalu ti Regni cō/
moditati, paci, iuſticiæ, ut deniq; omni honeſtati & uirtuti ſubditorū pro/
uideat, benignitate, placabilitateq;, magis q̄ ſeueritate eiſdem dominetur,
nihil etenim clemētia in Principe præclarius, ſeueritate ipſa nihil turpius,
illa nāq; animos ſubditorū ad queuis obſequia (quo nil regno utilius ac/
cidere poteſt) conciliat paratosq; reddit. Iſta uero cōſpirationes & interi
tū affert. Amiciciā inſuper apud omnes non ſolū apud ſuos ſed etiā ex/
teros ſibi accumulans, non tantū fidens ſue potentiæ quantū bonorū ſin
ceritati & amicicie. Nonenim Exercitū, non theſauros, præſidia eſſe Re/
gni eloquentiſſimus teſtatur Saluſtius, uerū amicos, quos nec armis co/
gere, nec auro cōparare queas, ſola fide & beneuolentia parantur. Non
purpura certe, non diadema, non ſceptrū, nō longus ordo ſtipatorū atq;
apparitorū, non ſplēdor ephippiorū, non ſtrepitus formidabilis armorū
non auri argentiq; immenſum pondus ueræ imperatorē ac Regē faciūt.
At poteſtati uitæ integritas, animi ſinceritas, iugis honeſtorū utilio mq;
Regni prouiſio uirtuti copulata, ubi pietas in religiōe, benignitas in do/
minatione, modeſtia in potētia, tēperantia in affluētia, liberalitas in ero/
gatiōe reſplendet & clareſcit, hoc eſt ueræ Regē eſſe, hoc laudabilē præ/
ſidē, hoc admirandū principē, hoc potentē dominū, ſuis amabilē, hoſti/
bus terribilem, hæc eſt uera dignitas præſidis, hæc optima mēs cuiuſq;
regētis, hæc eſt ſolida uirtus gubernantis. Sed & præcipui ſapientū, Prin
cipi cure eſſe debere teſtātur, ut prudētia omnes ſuperet, iuſticiaq; præcel/
lat, quodq; ſceris ſuffultus legibus, cunctū a deo ſibi cōmiſſum populū
gubernet & regat. Omnibus item prouinciarū præſidibus & præfectis ir
mandatis dādo ut proprijs reiectis opinioibus, ſacratiſsimas amplectan/
tur leges ſanctioneſq;, uigore illarū omnia adminiſtrēt officia iudiciaq;,
nec quidē unguē ab eis recedendo, fœlix Regnū quod optimis legibus

& institutis rationi cõsentientibus ab optimis & sapiẽtibus gubernatur, hñs artibus Romanorũ Respub. creuerat, & usq; ad ultimos fines terrarũ imperiũ suũ propagauerat, dignitatis Maiestatem obseruando, iusticiãq; colendo, a qua ne exorbitarẽt a sapientissimis Græcorũ leges peterẽ non dubitauerũt. Neq; qd̃ sibi prestare minime potuerũt ab alñs turpe petere putarũt. Sed ut lex est res pulcherrima ita nisi uires suas retineat inanis & ieiuna. Quid enim recte instituta Regum seu Principũ sint si nõ obseruentur, si transgressores non puniantur, Optime siquidem Respub. se habet sancteq; & tranquille in eo Regno uiuitur, ubi leges obseruantur, iura custodiuntur, ubi iusticia inuiolate colitur. Summa & præcipua ꝓfecto conseruatio Regnorũ sunt leges ipse sancteq; constitutiones. Reipublice enim salutem afferunt eandemq; asseruant. Quare Maiestatem imperantis prudens illa uetustas, non solum armis decoratam, sed etiã legibus debere esse armatam digne censuit. ut utrunq; tempus & bellorũ & pacis recte possit gubernari, & Princeps ipse non solum in hostilibus prælñs uictor existat, sed etiam per legittimos tramites calumnianciũ iniquitates expellat, fiatq; tam iuris religiosissimus, q̃ uictis hostibus triũphator Magnificus. Apud priscos illos magno honore donabantur hñ qui Rempub. armis defendebant uel adaugebant, oppressamue ab hostibus liberabant, uaria premia illis cõstituebantur, census ampli, coronæ uariæ, imagineſq; & statue. Quãto aũt maioribus honoribus digni sunt legũlatores prudẽtissimi qui Ciuitates, Regna, Respub. fundarũt, ac sanctis institutis sacrisq; legibus instituerũt ac stabiliuerũt, rectas uiuẽdi normas præscribentes, bene firmatas, & opibus auctas paceq; posteris tradiderũt. Ad omne tẽpus leges sunt plurimũ necessariæ. Ab armis enim q̃q; discedim⁹, iusticia uero et legibus semp indigemus. Hæc quoq; quæ fortitudine & armis fiũt unius ætatis res sunt, q̃ uero ꝓ utilitate Reipub. ꝓ sacras statuũtur sanctiões æterna habent. Nimiũ hac pte Rex. S. patria nostra tuæ Maiestati debet. Optimi enim nomen Regis & Imperatoris merito tibi uendicasti, qui potẽtia diuinitus concredita non abusus, uirtutẽ sanctamq; iusticiam & sacratissimas semper colis ac ueneraris leges, tot uirtutis specimina in te refulgent. tantus iusticiæ cultus, tantus æquitatis amor, tantus factorum memorabiliũ cumulus, tot uictoriarum illustriũ monimenta Regno & toti orbi notissima in te conspiciuntur. Fœlici nouo nostro faustoq; Maiestatis tuæ Imperio, clarissimos partos triũphos cernimus, uexilla hostibus erepta conspicimus, te regnante omniũ uiciorũ fomentum exilium patitur, studiorum utiliorum, iusticiæ, ac omniũ uirtutum iam ꝑ patescit, & iucundissimus eorum carpitur fructus, unde fit ut Maiestatem tuam fœlicissimam merito dixerim, cui dominus ea tribuit assequi quæ ceteris ambitiosis & supbis Regibus multis antehac sæculis arripere non dedit, & id affluẽtissime usq; adeo ut Maiestatem tuam non solum suis ad ornamentum sed cæterisquoq; Principibus ad exemplum naturam genuisse admirarentur. Si uero quis perrexerit Princeps inuictissime Egregias laudes tuas præconñs efferre Demostenẽ licet age-

seu Ciceronẽ certe non sufficeret tantæ prouinciæ, nec tuas amplissimas uirtutes lingua aut calamo explicare posset. hoc te semper honore dignamur ut pater patriæ merito & sis & dicaris, quã celebritate nominis tui, mentis celsitudine, uirtutum omniũ incremento, iusticia, in subditos pietate, liberalitate, prudẽtia, benignitate, fortitudine cõdecorasti, institutorũq; & sacrarũ legum obseruatione reformasti & cõmuniuisti. Ego itaq; animaduertens Sacratissime Rex legum iuriumq; peritiam ex hñs quæ præmissa sunt cuilibet Reipub. plurimum esse necessariã, & sine quibus diu stare minime potest, cumq; sæpe ac sæpius reuoluerem iura Saxonica Prouincialia, tum & Municipalia Maideburgẽn. quibus celebris hæc nostra Respub. Cracouien. Tũ & aliæ Regni ciuitates innituntur, reperi loca mille adeo adumbrate ueritatis, quædam mutila, inuersa quædam, ac tantũ deprauata, ut peritissimo cuiq̃ non parũ negotij prima fronte facesserent, Collatis uetustissimis illius iuris codicibus curaui publicis licet occupatissimus negocijs, ut iura illa emẽdaciora intelligibiliora q; ad cõmunẽ totius Regni utilitatem patriæq; ornamentũ prodirent in publicũ, omnemq; contuli operã, omne quoad fieri potuit studium, quo singulæ glossarũ annotationes legumq; allegationes multis referte mendis, ueneran-dis Cæsareis legibus sacrisq; correspondeãt canonibus, ita enim indubius cuiusq; articuli & genuinus facilior fieri aut ostẽdi poterit sensus, cum sacris legibus ueluti parẽti & fonti proprie adaptãtur. Huiusmodiq; operis mei instauratũ & castigatũ laborẽ Maiestati tuæ. S. Iustissimo Principi, potẽtissimo Regi, domino clemẽtissimo dicandũ deuouendũq; putaui, quippe ut animi mei affectũ, pro cius in omnes pietate & gratia, ueluti mancipñ fidelis & subiecti eiusdẽ maiestatis tuæ, testarer & declararẽ, nomenq; tam potentissimi patroni ausibus temerarijs inuidorum opponerẽ. Nec anget profecto me Serenissime Rex iniquorũ inuidia, optima quæq; etiam optimo proposito facta aut dicta calumniantiũ, modo hæc S. M. T. gratiosa acceptet mente, quod & maxime opto, fidissime id consequi sperãs, si enim S. M. tuæ Optimo Principi stratagemata militũ pro salute & Regni pace facta, amplitudoq; pugnantiũ, si armamẽta bellica, si deniq; omne id sine quo uires bellãdi non subsistunt grate appenent, in spem uocor maximã & hosce labores meos pro cõmodo & utilitate subditorũ Maiestatis tuæ, statuq; ciuitatũ, ac iusticiæ augmento præstitos Maiestati tuæ, qui & iusticiæ præcipuus cultor legumq; & constitutionũ omniũ asseruator & custos uigilãtissimus sit, acceptos fore quoq; & gratos. Quod si S. R. M. tuæ gratia opus hoc frugiferum approbatum extiterit, facesset omnis liuor inuidi & obtrectantis, cunctiq; subditorũ tanto gratius id pro sua utilitate & delicijs acceptabũt frequentius reuoluẽt ac tractabũt plurimũq; amplectentur, gratiaq; suffultus Maiestatis tuæ laboris & impensarũ me non pigebit, cui memet uti fidele mancipiũ deuotissime recomẽdo. Maiestatẽ tuam dominus deus fœlicem incolumem victoriosissimũq; & semper augustũ in longos conseruet annos. Cracouiæ mense Mayo. M. D. XXXV.

D LECTOREM BENEVOLVM AVTORIS operisq; amicus in Inuidi temerarium ausum.

NEmo inficias ibit Candide lector omnibus a natura inditã esse hominibus, uirtutis, cognitionis, scienciæq; cupiditatẽ, in qua excellere pulchrum putant, oppositũ illius turpe duceñ. quare totius uitæ suæ conatus, omnia studia, omnẽ animi meditationẽ exercitationẽq; eo deflectunt ac deuouent, quo sibipsis amicis cæterisq;, maxime uero patriæ (qd' precipuũ uirtutis est) prodesse ornamẽtoq; fore possint. Non enim homines sibipsis dũtaxat sed & amicis, multoq; magis patriæ esse natos Platonis sententia est, diuersoq; operũ tramite, multiiugo bonarũ literarũ studio, uario rerũ agendarũ officio, quisq; pro uoto suo ad eandẽ ueluti ad scopũ, omnẽ posthabendo difficultatẽ dirigitur ac tendit. Quidam (sed rara auis) facile uoti cõpos fit, alter in ipso medio citra uel ultra deficit, alter in limine hæret, a cepto alter deterretur, uerũ a proposito deterreri in operãdoq; defficere uirtus nõ est. At honestũ ceptũ constanter perfecisse honori semper fuit estq;, multa siquidẽ ad uirtutis arcẽ nitenti continuo obstant, quod priscis illis celeberrimis uiris non fuit incognitũ. Quapropter iter uirtutis tetrũ, spinosum, uiamq; ipsius arduã & difficilẽ qua tẽditur in altũ nobis testati sunt Vis tamẽ eius omnes ad se trahit, bonitas allicit, dulcedo fructus suauissima uel tantilla degustatione in cupiditatem sui inflammat exagitatq;, omnia aspera complanans, omnia grauia alleuians, omnia difficilia perstringens, contemptuq; superans, ardua est sed expetibilis, adepta incomparabilis. Nihil est tam durum quod nõ superet, amorq;, affectusq; boni, Et nisi spes eiusdem præclaros illos uiros tenuisset, certe fastigium uirtutis, quæ sola uera rationalis hominis possessio est attigisset nemo, nullumq; præclarorum gestorum pro amicis, pro patria, imitandũ exẽplar, nullũ sapientũ uirorũ illorum arcium bonarũ relictũ nobis esset fastigiũ. Hñ enim uitæ integritate, monimentis literarũ, uiam assequende fœlicitatis & immortalitatis nobis designarunt. Illi ueluti digito præclaris & egregñs gestis cõmonstrarunt. Neq; ego hominẽ esse putauerim qui non hisce formulis institutus sit, qui nõ tam certa uia eat, qui nõ ad uirtutẽ aspiret ullã. Hominẽ enim sine uirtute, aut uirtutis disciplina belluam quandam teterrimã esse perhibent, cum cetui omniũ mortaliũ tũ maxime honesto ac probitati pernicioſam. Plures nihilominus instictũ naturæ posthabeñ. uiamq; uirtutis salutiferã relinqueñ. uitñs ueluti pseudo magistris addicti, uitã ignauã cũ turpitudine q̃ sedulam cũ honestate persequi malunt, cũ nullus certe sit bonus uiciorũ exitus, nullũ scelerũ ornamentũ, nullum laudabile nequiciæ premiũ, nullũ malignantiũ utile meritũ. Illud saltim hoc genus solacñ habet ut inter se inuidia nõ exagitetur, neq; enim luscus lusco inuidet aut eodẽ pressus malo. At in-

probos quosq; excandescere asueti etiã si desistere uellent nequeũt, uirtus enim uiciũ semper contrariũ & inimicũ habet. Quare cãdide amiceq; lector ac ueræ uirtutis amator, ne mirere si tam frugiferũ operis autorẽ Nicolaum Iaskerum Senatus Cracouieñ. Secretariũ, bonarum literarũ amatorẽ, commendateq; uirtutis uirũ quis incessere morderecq; perrexerit. Ipsiusq; optimo pro utilitate Reipub. Regni suscepto proposito, magnaq; diligentia & impensa non mediocri absoluto labore oblatrare caninoq; dẽte a tergo mordere, sed & clandestinis uenenosisq; insultibus & sugillationibus eidẽ detrahere ausus fuerit. Nunquam enim eiusmodi obtrectatoribus quantalacũq; caruit uirtus quæ hoc quoq; exercicio clarior erit ac nocior. Est quod inuident, est quod obtrectent, nunq̃ enim antehac facilior intelligẽtia extitit iuris Saxonici Prouincialis, tũ & Municipalis Maideburgeñ. quod nunc is limauit ac instaurauit, textũ spinosum ac tetrũ intelligibilẽ & faciliorẽ reddidit, materiã insuper glossarũ in multis locis mancam, obscuram, defectuq; plenam, uetustissimis (ab ipsa Maideburgo) conquisitis exemplaribus conformando in latinũ uersam perfectã effecit. Præterea erroneas legũ, canonũq; in eisdẽ glossis annotatas allegationes originalibus sacrorũ Canonũ & legum adaptando omni menda purgauit, cõcordantias annotationũ egregias addidit, deniq; pröptuariũ Speculi Saxonũ ac Municipalis Iuris Maideburgeñ. magna opera confecit. Nunquã tot & tãtis erroribus purgata lectio iuris illius sincerior habita est, nunquã perfectior & uberior posteritati tradita, quod non amicis modo, sed & emulis cũ relegerint, aliis conferen. codicibus liquido apparebit. More suo facit pessimus ille quisquis sit, eam quoq; gratiã præclari uiri in cõmuni omnes uirtutis sectatores & cõmodo Reipub. bene uoleñ. reportabãt, quorũ exempla referre, Historiã texere magis esset q̃ epistolã scribere. Verũ iniquos & sceleſtos rerũ iudices odioq; parricidiali spirañ. eos esse memineris, qui quod nõdũ degustarunt, iamiã damnare contendunt falseq; incusare conantur, peruersitati animi ipsorũ id adscribetur non autoris sinceritati, linguã acri bile infectã mellitissima quæq; nõnisi amara iudicare, non rei natura ita se habento sed linguæ infecte culpa. Aranearũ natura est quod ex eisdẽ floribus uenena desugũt, ex qbus apes mel decerpũt, sic hosce inuidos uirtutis alienæ emulos conspicias, qbus nõ aliud q̃ quod ipsi confixerint placet. Nonnisi nugas suas pluris facere ac pro uerissimo reputari contendũt. Verba ipsorũ tanq̃ Appollinis dictũ in precio haberi maxime curañ. quorũ cor uafricia plenum, mens calliditate estuans, linguæ præsentissimo oppleta ueneno, nõ aliud nisi gñaris carcereq; tetro dignũ in perniciẽ uirtutis excogitare norint. Sancta studia omnibus pfutura, gratñs referẽdis loco, morsibus impetere conãtur, sed de hñs hactenus. Tua iamiã protinus rũpantur tibi Ilia Codre. Turgidoq; oppleta liuore tua tibi concrepet gula. At tu benigne lector tanti boni ingratus ne fueris, cõtra Oscres obicem te ponas fortissimũ, boni consulens pro cõmoditate tua præstitam operam & impensas Vale.

Prologus.



Deus qui est principium & finis omnium rerum in principio creauit hominem quem paradiso ut ei obediret collocauit. Propria ipse elatus superbia obediētiæ factus uiolator malum tam penæ q̄ culpæ in suam progeniē dilatauit. Quamobrem unusquisq; nostrū secundū praue uoluptatis affectum oberrauit, quousq; nos suo precioso redemit sanguine, legemq; uiuendi nobis ostendit quam & glorioſissima morte confirmauit sua. Quare secū dum qd' nobis eam sanctissimi patres [a] ac Romanorū principes. Præcipue uero Constantinus & Carolus diue memoriæ edocuerunt merito obseruamus.

a. *Iure Munic. in prol.*

b. *Ecke translator fuit præsentis priuilegij Saxonia ex latino in Germanicū, Vide hoc idē iusra li.ij. ar.xxxvi.li. ij. ar. .xxxix. & xlv. Iure Munic. ar. x. glo. Ex mandato uero Imperatoris Ottonis Russi Burchardus de Manphelt sacri pallatij Sequæstrator. Priuilegium præsens glosis illuminauit legibusq; & canonibus adornauit. Idem etam Ius Munic. in luculentam redegit formam ut habetur Iure Munic. ar. x. glo.*

c. *Iustitia q. t.*

d. *Ius q. t.*

e. *Iuris diuersitas unde ortum habeat.*

Glosa.

Iuris diffinitio

Deus qui est principium &c̄. Interpretaturus simul & translaturus in Germanicū Ecke de Repkaw Priuilegium p̄sens [b] Saxonibus cum ad fidem conuersi sunt Cristianam a diuis Imperatoribus Constātino & Carolo pro iure datum. Exordium operis adeo summit omiporēti. Nec immerito est ēm omniū scientiarum caput & autor: vt xxxvi. dist. §. hinc etiam. Cunctarumq; gratiarum mirabilis elargitor xvi. q. i. reuertimini. Vnde &: in omnibus ceptis piētissimus ille inuocandus est pater. C. de vete. Iur. enucle. L. deo autore. Auxiliumq; eius semper implorandum: vt in auten. de ar. in prin. Et quia iuris signanter saxonici in hac parte interpretationem facere intentio autoris est, quare ne ab ignotis p̄cedatur, difinitio iuris in generali, tum & iustitię p̄ponenda non immerito venit.

[c] Iustitia etenim vt habetur Insti. de iusti. & iur. §. i. & item ff. de iusti. & iu. L. iustitia. Est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuens. [d] Ius vero vt Celsus elegantер difinit est ars boni & equi.

Vnde quandoquidem Ius omne exordium summit, vel a natura, vel ex consuetudine: vt. i. dist. humanum genus, secundum id etiā habetur iuris diuersitas. [e] Quoddam enim est ius naturale, quoddam vero humanum.

Naturale Ius dicitur quod deus ipse solus statuit, vel a solo deo promulgatum est, cordibusq; hominum impressum. [f] Vnde & Ius istud naturale dicitur etiam esse Ius diuinum ex eo, quia omnibus creaturis deus illud statuit, vel quod natura omnia docuit animalia. Ius etenim istud non solum humani generis proprium est, sed & omnium animaliū quę in cœlo, quę in terra, quę in mari nascuntur, hinc descendit maris & fœminę coniunctio, quā nos matrimoniū appellamus, hinc liberorum procreatio & educatio. Videmus em̄ cętera animantia feras quoq; & bestias istius iuris peritia censeri: vt habetur Insti de iure. natu. in prin. [g] Ius vero huiusmōi dicit naturale ex q̄tuor causis. Primo ga natura illud docet omes homines: vt. i. dist. Ius naturale & insti. de iur. natu. in prin. Secundo quia est commune omnibus: vt insti. de re. diui. §. singulorum. Tertio propter eius equitatem potissimum etenim equitatem suadet: sicut quando quis promitit aliquid est naturale vt illud adimpleat: vt C. de pactis. L. i. Quarto dicitur ex eo naturale quia est honestum, nullus itaq; in honesti quicq̄ in eo exercere debet, & exinde venit quod pueris fragilibus sensu corruptis minime iniuriari debemus: vt insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. i. & ff. de mino. L. i. Et secundum Ius istud naturale omnia sunt libera & communia: vt insti. de iur. natu. & ciui. §. Ius autem & viij. dist. differt autē & xij. q. i. dilectissimi.

[h] Ius Humanū dicitur quod ab hominibus propter societatis humane conseruationem constitutum est, & perficitur legibus moribus: & consuetudine. Vnde iuris humani varia & multiplex habetur differentia vt ex sequentibus apparebit. [i] Quoddam enim est Ius gentium, quo omnes ferme gentes vtuntur, vsu enim exigente & necessitatibus humanis gentes iura quędam sibi constituerunt vt religio erga deum vt patrię pareamus, cōtra violentiam resistamus. Item pacta & contractus quę apud omnes gentes valent, emptio, venditio, locatio, conductio, societas, & exinde subsecuta bella, captiuitates, seruitutes &c̄. vt habeē latiꝰ insti de iur. natu. gē. et ciui. §. Ius aūt. ff. de iusti. & iure. L. ex hoc iure [j] Ius ciuile [k] qd' vnusquisq; populꝰ alicui⁹ ius ciuitatis constituit, quasi Ius proprium illius ciuitatis [l] veluti Athenienſium Romanorum &c̄. vt insti. de iur. natu. genci. §. Sed ius. Postq̄ enim populus habitare cepit, ciuitatesq; erigi & cōstrui ceperant, qcquid inter se iuxta eorum arbitrium constituerunt, ius illorum erat. [m] Secundumq; nōnullorū opinionē iuris ciuilis origo primum cepit cū Enoch filius Chaim, ciuitatem primā construxit, quam ex suo nomine Enoch appellauit: sancitum ibidem erat, quicquid vnus labore acquisiuit suo, hoc ipsius proprium erat. vt Insti. de iure natu. gen. §. Ius aūt. ff. de Iusti. & iur. L. Ius ciuile.

f. *De hac materia pe totum uide abunda tius Iure Munic. ar. i.*

Ius Naturale q. t.

g. *Ius Naturale ho nomine appellatur quatuor causis.*

h. *Ius Humanum q. t.*

i. *Ius Gentium.*

k. *Ius Ciuile.*

l. *Variam iuris ac pbonem uide infr lib. ar. lv. Iure M ar. i.*

m. *Vide Iur ar. yiij. glo.*

Ius militare

Ius Militare[n] est belli inferendi solennitas, federis faciēdi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnę commissio. Item signo dato receptio, flagitiȝ militaris disciplina, si locus deseratur. Item stipendiorum modus, dignitatum gradus, premiorum honor, veluti cū corona vel torques donatur. Item predę decisio: & pro personarum laboribus & qualitatibus iusta diuisio, ac Principis porcio: vt habetur dis. i. c. Ius militare, & exinde venit nobilitas: stipendia.

Ius publicum.

Ius publicum [p] quod ad publicam statutum est vtilitatem: vt est in sacris, magistratibus, sacerdotijs.

Ius Quiritum.

Ius Quiritum [a] a Quirino dictum, & dicit Ius Romanorū quod nullus alter tenuit nisi Quirites hoc est Romani, vel qui Romano Imperio subiecti erant, in quo agit de legitimis hereditatibus, de cōtractibus, de tutelis de vsucapionibus: & c. vt. i. dis. Ius Quiri.

Ius prouinciale.

Ius prouinciale dr qd homines unius Regni vel prouincię statuunt, & inter se tenent, Exindeq; colligi potest quod priuilegiū presens Saxonibus datum, dicitur esse ius prouinciale seu ius proprium & priuatū, ex eo, qa priuatis hominibus & priuatę prouincię cōcessum est. Priuilegium etenim priuatorum lex est: vt iȝ. dist. priuilegia & Isidorus sexto ethimologiarum.

Legum inuentores q uere.

Legum autem inuentores [r] qui primi fuere declarare visum est. Moses gentis hebreę primus omnium, diuinas leges enodauit. Phoroneus rex Grecis. Mercurius Trimegistus Egiptijs. Solon Atheniensibus. Ligurgus Lacedemonijs, & Appollonius illa confirmauit. Numma Pompilius Romanis [t] subdelegarunt tandem Romani decem viros, qui leges Solonis ab Atheniēsibus in latinū transferent. Fuerunt autem viri pretacti [t] vt sequitur Appius Claudius. Titus Genutius. Publius Festius. Lucius Veturius. Gaius Iulius. Aulus Manlius. Publius Sulpicius. Publius Curiacius. Titus Romulius. Spurius Posthumius, legesq; huiusmodi sic collectę, & aliq itidem superaddite xij tabularum leges nuncupabantur a duodecim tabulis Eburneis q bus insculpte erant, & sic lex xij. tabularum ex accidenti dicta est: vt ff. de origi. iuris. L. iȝ. §. i. ℂ Iuris Naturalis preceptа vt clare habetur insti. de iur. natu. §. iuris precepta. [u] Sunt hec honeste viuere, alterum non ledere, Ius suum cuiq; tribuere.

[r]. Legis. xij. tabularū compilatores.

Et quia iuris, legis, consuetudinis frequens interuenit mentio, quid vnum quodq; illoȝ sit declarare breuibus placuit. Ius supius descriptum habetur nec vlteriori indiget declaratione [x] Lex est constitutio scripta, vnde lex seu constitutio [y] necessario esse debet honesta, iusta, possibilis, secundum naturam & consuetudinem patrię, loco, temporiq; conueniens, necessaria & vtilis, manifesta quoq; ne per obscuritatem intactum quid contineat, nullo priuato commodo, sed communi ciuium vtilitate conscripta, vbi si huiusmōi conditiones desunt constitutio erit reicienda vt habetur iiȝ. dist. §. erit autem.

Consuetudo

Consuetudo dicitur antiqui mores. [z] Vel cō suetudo est Ius quoddam moribus constitutū quod pro lege suscipitur, cum deficit lex vel vbi nullum Ius habetur sumitq; vigorem ex tacito populi consensu. i. dist. consuetudo & insti. de iur. natu. §. ex non scripto.

Vt autem consuetudo iuris vigorem habeat [a] aliqui dicunt sufficere prescriptionem decē annorum: vt C. de tempo. in integrū restitu. L. finali & C. quę sit lōga consuetudo in glo. rubrice. aliqui quadraginta: vt extra de consue. c. vlti. aliqui cuius memoria non extat: vt ff. de aqua pluuiali. arcen. L. i. & ff. de aqua quotti. & estiua. L. hoc iure. §. ductus aquę. C. quę sit longa cōsue. L. iȝ. [b] Verius tamē ad hoc quod consuetudo valeat requiritur, qd ad minus bis antehac secundum illam iudicetur: vt ff. de legi. L. cum de consue. Potissimum vero consuetudo loci illius habet vigorem legis. Si in contradictorio iudicio sit oppositа parsq; consuetudinem allegans obtinuit sententiam, vt cum consuetudo allegatur. x. vel xx. annorū. Aduersarius impugnat alleganscq; victor euadit, vt sic allegata consuetudo per sententiāq; approbata habet vigorem. ff. de leg. & sena. L. de quibus causis & sequentibus legibus.

Si quęstio emergit de qua Ius scriptum non habetur, [c] consuetudo seruetur in illa quęstione si non sit consuetudo iudicetur per similę, si hęc duo deficiunt iudicetur secundum consuetudinem vrbis Romę. Ratio quia sicut in defectu iuris nostri recurrimus ad leges Romanas & ab omnibus seruantur vt infra li. iȝ. ar. xxxvi. li. iiȝ. ar. xliiȝ. in glo. [d] Ita & cō suetudo. Quia tantum valet consuetudo Romanorum non scripta, Id autem quod dictū est de cōsuetudinibus de consuetudine bona & non praua intelligi debet. Consuetudo etenim mala quę est contra legem naturę etiā contra Ius scriptum reicienda est: vt viȝ. dist. c. mala. c. fruſtra & sequētibus. Cōsuetudoq; & constitutio iuri cedunt naturali nec huiusmodi consuetudine quis excusatur: xxxiȝ. q. viȝ. flagitia & de consue. c. vlti. Quod si instet quis duę uices faciunt consuetudinem. Verū est si populo placuerit vel senatui qui vicem huius repręsentat, vt idem fiat in futurum & item quod duę vel plures vices consuetudinis bonę & non prauę.

Quęritur si alia sit consuetudo in foro actoris, alia in foro rei, cum terrę sint diuerse & si Iudex habeat itidem suam consuetudinem [R]. seruabit Iudex quam volet, sed diceres locus iudicij est spectandus [R]. aut consuetudo spectat ad littis ordinationem, & tunc seruatur illa quę est in foro iudicij, aut ad littis decisionē, & tunc illa quę in foro seu in loco contractus est. C. quę sit longa consuetudo L. i. de hac materia vide abundantius insti. de iur. natu. §. ex non scripto ff. de legi. & senat. L. de quibus causis, & post per totum C. quę sit longa consuetudo. L. i.

[a]. Consuetudo q. t.

[a]. Consuetudo quando vigorem legis habeat.

b. De consuetudinibus vide infra ar. lv. et Iure Munia. ar. i.

[c]. Iur. Munia. ar. xliiȝ. glo.

[d]. Vide con. li. ij ar. xxvi glo.

e. Consuetudinis tres virtutes.

Consuetudinis tres sunt virtutes, [e] Imitandi legem idest in tantum valere sicut legem vbi lex non est scripta: vt insti. de iure natu. §. ex non scripto. Quod si concordet legibus fortificat legem viȝ. dist. fruſtra, Interpretādi legem vbi est dubia hoc est vbi lex esset intricata & non bene intelligibilis iudicari debet secundum consuetudinem approbatam [f] optima enim est legum interpres consuetudo ff. de legi. & senat. con. L. si de interpretatione Et corrigendi quod distingue aut est generalis per totum mundum & sic vincit legem vbiq;, aut specialis & sic vincit in illo loco vbi est dūmodo sit post legem inducta, alias vincitur lege superueniente: insti. de. iur. natu §. ex non scripto. & ff. de leg. & sena. consul. L. de quibus causis in fi. ff. de sepulchro violato. L. prętor ait. §. diuus Adrianus.

f. Vnde & lex xij. tabularum consuetudinē esse seruandam suadet cum inquit rittus gentium familiæ patriq; seruato

Quare secundū quod nobis &c. Est em inter cętera vtriusq; iuris pręcepta illud pręcipuū quod nihil asserere prelumamus nisi quod confirmare possumus. Aut auctoritate legis. C. de coll. L. Illam. Aut auctoritate Canonis de consti. c. i. &. c. Ne innitaris. Aut auctori. consuetu. insti. de iur. natu. §. Ex non scripto. & de consue. c. fi. & per to. Aut aucto. statuti loci singularis. ff. de iusti. & iu. L. Omnes populi. ff. de legi. in multis legibus de consti. c. i. li. vi. Et nostrum non est Ius extendere seu producere. ff. so ma. L. si vero. §. de viro. & in dic. c. ne innitaris immo nec distinguere debemus vbi lex non distinguit. ff. de re. iudi. in multis legibus. iȝ. q. v. consuluisti, iura ergo quę non apparent non sunt, nam Ius finitum est & certū: vt in prohe. fforum. & in prohe. insti. §. igitur. Et erubescimus loqui sine. L. in auten. de trien. & semis. §. consideremus. coll. iiȝ. & C. de repudi. L. dissentientes, & de iur. fisci. L. certa forma. li. x.

Articulus I

a. Vide infra li. iij. ar. xliiij. Iure Munia. ar. vij.

[D]Vorum gladiorum potestatem [a] spiritualē scilicet & secularem ad defendendum suum populum Cristus in sua approbauit Ecclesia ex quibus apostolicū spirituālē & Romanum Impatorē secularē habere nemo ambigit ob quorum figurationem apostolico super equum candidum equitare constitutū est, [b] & in ascensu eius a Principe sella ne decidat tenebiē in quo significatur, ut si qui inobedientes apostolico existerent, a principe ad obediēdum & econtra cum necessitas hoc exigerit (aliȝ addunt dummodo exercitus fuerit) cōpellant.

b. Iure Munia. ar. vij. glo. abunde vide super hac materia.

Glosa.

Liber primus Spe. Sax. diuiditur in lxxi. articulos: & tandem in paragraphos ponitur q; singulatim notitia vniuscuiusq; articuli, tū & paragraphi. [b] Presens articulus tractat de duobus gladijs hoc est iudicijs spirituali videlicet & seculari quę duabus commissa sunt personis, spirituale apostolico, & seculare Imperatori. Vocanturq; Iudicia illa gladij, sicut enim gladio arcentur & puniuntur malefactores, ita spirituali gladio arcentur animę excessiue, seculari vero homines excessiui.

[b]. Papa an Imperator quis eorum dignitate maior argumenta & contra.

DVBIVM circa id exoriri potest [c] ex quo qdem potestas spiritualis & secularis in his duobus gladijs fundata sit, quis illorum sit superior & dignior. Arguitur primum qd Imperator superior sit. Imperium etenim a nullo alio originem habet nisi a deo: vt. x. dist. quoniam. & xxiij. q. iiij. quęsitum. Secundo si papa deberet esse superior Imperatore extunc appellatio esset ab Imperatore ad apostolicum quod tamen non fit: vt extra de adpellationibus. c. si duobus littigantibus. & c. causam qui filij sunt legittimi, & ire Imperator tributū accipit quandoq; de Ecclesia & non Papa: vt. xi. q. i. c. magnum quidē est. In oppositum sunt alij qui dicunt apostolicum esse superiorem Imperatore. Primum deus etenim omnipotens apostolico spiritualem & secularem potestatem dedit: vt xxij. dist. c. omnes. Prętera Imperator iuramentum prestare tenetur apostolico: Iustitiā exaltare: Iniustitiam vero deprimere: vt lxiij. dist. c. tibi domino. Prętera apostolicus Imperium ex oriente in occidentem transtulit: vt extra de electi. c. per venerabilem, & item apostolicus in certis casibus ex autoritate potest Imperatorem: vt xv. q. vi. c. alius. de sen. & re. iudi. c. ad apostolice. li. vi. Omissis tamē argumentis pro & contra militātibus [R]. qd vterq; illorum tam apostolicus q; Imperator propriam habent autoritatem in quantum non excedunt officium dignitatis suę. Vnde si Imperator non facit ea quę Imperatorem decent. Itidem & apostolicus procedi contra eum potest non vt contra Imperatorem: sed vt contra excessiuum, potestq; deponi, excommunicari: vt infra li. iij. ar. lviȝ glo. In contrariū istius sunt certe quędam leges quę disponunt quod Imperator est s. per omnes leges nec rigori legis subest nisi inquantum velit: vt C. de legi. L. digna vox, & ff. de legi. & senatus consul. L. princeps. Intellige tamē

Vide infra li. iij. ar. lvi. Iure. Munia. ar. vij. hanc materiam.

quod Imperator non patitur rigorem legis inquantum Imperator sed postq exautoriari patur cogitur vt excessiuus vt dictū est. Apostolicus vero vt textus habet Imperatorem iuuare in Imperio debet omnibus viribus suis, demandareq; vt ius illius incorrupte ab omnibus indifferenter obseruetur: vt x. dist. si in adiutoriū. & c. de capitulis, dato etiam quod clericus sit. Canones etenim concordantiam & connexionem cum legibus habent, vnumq; aliud interpretatur sed & Imperator Papam iuuare debet inobediētes arcēdo. Nā Christianitas subest potestati sacri Imperij Romani: vt C. de sacro. san. eccle. & xxiij. q. viij. conuenior.

Notandum circa id [d] quod apostolicus seu Papa intromittere se quandoq; potest in Ius seculare propter manifesta & enormia scelera precipiens iudici seculari vt puniantur: vt xxiij. q. iij. c. Maximianus & c. ab Impatoribus. Imperator etiam quandoq; [e] iurisditionem in personam spiritualem habere poterit, vt pote si prelatus eos corrigere nollet vel non posset: vt xxxij. dist. eos qui. Secundo ꝓpter auariciam & inuersum iudicium prelatorum vt lxxix. dist. c. si quis pecuniam. Tertio propter hęresim: vt viij. dist. c. quo iure, & xvij. dist. nec licuit. Item propter falsitates: vt c. ad falsariorū de crimi. fal. Item propter seditiones factas, aut si excōmunicationem respuerint: vt xxiij. q. v. de liguribus. Item si potestas spiritualis quem coercere non posset: vt xxiij. q. iij. c. ab Imperatoribus. Item propter rebellionem tributi ad defensam reipublice de bonis ecclesię: vt xxiij. q. viij. c. tributum.

d. *Papa intromittere potest in ius seculare.*

e. *Imperator iurisditionem habet in personas spirituales, hoc idem vide infra li. iij. ar. lvij. iure Munia. ar. viij.*

Articulus II

QVilibet Christianorum adultus ter in anno Sȳnodo se præsentare tenetur, libertas est etiam tri pertita. Quorum primi Episcoporum Sȳnodum quærere solent & hȳ banniti dicuntur Proprietarȳ summorum præpositorum. Pagani autem archipræsbyterorum. Simili modo & secularia iudicia quærere solent scilicet banniti Comitū [a] qđ xviij. septimanis exponetur sub bā/no Imperatoris. Si autem in numero quindenali pro uiolentia aliqua a superiori iudiciali termino Iudicium expositum fuerit, etiā ibidem uenire tenentur, ac per id omne eorum proprium banniti cōtra iudicē [b] omnino liberū faciūt. Proprietarȳ iure necessario suorum præfectorū Iudicium quærent quod sex septimanarū spacio prouocetur, [c] & ex his si opus fuerit præco eligatur. Pagani propriū non habentes suorum Gograuiorum iudicium expectent, [d] ibi & in omnibus legittimis iudicijs debet unusquisq; Sculte/tus clāmores illatarum iniuriarum & humana uulnera alī ab alio illata, & comminationes ac euagi/nationes gladiorum factas in damnum aliorum [e] & hos qui ad iudicium cum tenebantur non uenerant, [f] omnemq; iniuriam pœna mortis uel membri absciſione puniendam accusare, si coram iudicio nō fuerit incepta, alioquin ea nō accusabit.

a. *Vide infra li. iij. ar. xlv. Munia. ar. xlv.*

b. *Banniti etenim ex eorum proprio non aliud iudiā obligātur nisi ut iudiaum Comitum frequentent hic ex textu et li. iij. ar. lxi. Quod si negligant ꝓprium eorū consignari poterit. Si paruerint eliberant ut ſic proprium ſuum ut textus habet.*

c. *Vide infra li. iij. ar. xlv. & lvi.*

d. *Gograuius uero qs sit, uide infra eo. lib. ar. lv. lvi. & sequentibus.*

e. *Qui autem iudicio pertinere dicantur, uide infra eo. lib. ar. lxx. & li. iij. ar. lxi.*

f. *Alij textus habent omnemq; iniuriā quæ in uitam uel in cutim iudicatur.*

Glosa,

Quilibet Christianorum adultus ter in anno sȳnodo &c. Vnde de sȳnodo & qui ad eam venire tenentur: vide c. decernimus xviij. dist. & xxv. q. vi. Episcopus. de ma. & obe. quod super his. ¶ Si corā iudicio non fuerit incep. Nam vbi ceptum est iudicium ibi finem accipere debet. ff. de iudi. L. vbi ceptum & L. si qs ff. de iurisdictio. iu. L. cū quędā de fo. com. c. proposuisti. & litte. pen. nihil est innouandū vt li. pen. in rubro. & nigro. Et idem etiam si in alio iudicio res fuerit iudicata. ff. de excep. re. iudi. L. cū quęritur & L. se. & L. si rem meā de excep. c. aduersario eo. ti. c. ij. li. vi. Nam res iudicata pro veritate accipitur. ff. de reg. iur. L. res iudicata. Nec recipitur probatio in contrarium C. de re. iud. L. sub spe. eo. ti. c. suborta. Item sententia facit Ius inter partes elapsis decem diebus a tempore prolationis computandum: de re. iudi. c. cum inter vos §. vlti. & c. quod ad consultationem. C. de agri. & censi. L. litibus ar. de prēben. nisi ver. ꝙ ergo. Vnde nec error detectus retractat sententiam. ff. ffa. hir. L. cum putarem. de re. iudi. c. inter monasterium. & c. e. Vide etiam in repetitione regulę possessor per. Pe. de ancho. Videtur enim acquiescere finem is contra quem fertur cum non appellat, nam sententia auctoritate iuris suffulta tribuit Ius illi qui non habuit, & auffert illi qui habebat, arg. de repe.

c. pastoralis & datur illi pro quo lata est sententia actio in factum ex causa iudicati C. de re. cre. L. actori. ff. de re iudi. L. miles. §. fi. Et res acquiritur per sententiam vt de cętero cum sana & pura conscientia possit teneri secundū ea quę notantur per hostien. in summa de re. iudi. §. quot sint sub. §. sed nunquid vers. sed quid si post sententiam vide in repetitione dic. regule. Nec princeps contra rem iudicatā concedit rescriptum. C. sententiam rescindi non pos. L. impetrata. Immo & alias in debitum ex causa iudicati solutum repeti non potest. C. de condi. inde. L. i. cum concor. ibi alle ga. in glo. adde notata infra. eo. li. circa ar. viij. ver. de transac.

Glosa.

Ex quo quidem in primo articulo duos Ecclesię datos esse gladios declaratum est, qđq; vnus alteri auxilio esse debet, prosequendo itaq; autor intentionem suam dicit necessario omnes Christianos synodum conuenire debere vt ibidem de excessibus fiat discussio &c. vt textus habet. & xvij. dist. decernimus Signanter vero in huiusmōi synodo excessus notorij corrigi debent, si quis contra decem prece[p]ta dei vel statuta Ecclesię excesserit, & hoc si & in quantum Iudicium seculare aī hac hniusmōi excessiuū non correxerit, quia vt sic secundario eum corrigere non oportet vt de excepti. c. cum quidam. li. vi. Si quis vo diebus feriatis excesserit [h] vel in locis sacris dato quod Iudex secularis eū puniat, nihilominus in synodo accusandus erit, ac vtriq; iudici mulctam prestabit, vt infra eo. li. ar. hiȳ. Notandum circa id [i] quod nullus damnatur post mortem iure spirituali nisi in tribus casibus propter hęresim: vt xxiiij. q. ij. c. vlti. sane profertur. Item si hęreticis bona relinquerit sua, hoc est si hęreticum hęredem relinquerit: vt de hęreti. c. si quis Episcopus. Item si in manifestis sceleribus decedat non confessus: vt lxxxviij. dist. c. neq;. Qui vero iure seculari accusari etiam post mortem possunt, suo loco declarabitur.

Illorum etiam qui Iudicio interesse tenentur, vt textus habet libertas est triplex Banniti videlicet Proprietarij & Pagani. Vnde pro expositione textus ampliori notandum, [k] qđ Banniti dicuntur qui propriam libertatē habent vl' huiusmōi proprium possident ratione cuius scabini esse possunt. Secundum vo Ius feu. c. iiij. Banniti dicuntur illi quos dominus feudalis sede scabinali prefert ad ediendum Ius sibi vel suis subditis, vel quia a domino infeudantur, ut sibi sententias inueniant.

PROPRIETARII sunt [l] q in prouincia proprium habent & ex illo aliquid facere, seruire aut dare tenentur. C. de agri. & censi. in mlt' tis legibus. ¶ Pagani censuales [m] dicunt qui in bonis ex conductitio sedent, ex quibus alienari possunt ex certis causis. Quid autem vs nusquisq; horum demeretur, cum ād synodū vel ad iudicium non venerit inferius declarabitur, li. iij. ar. lxiij.

h. *Qui autem sunt dies feriati, uide infra li. ij. ar. x. glo.*

i. *Post mortem damnari unus potest in tribus casibus.*

k. *Banniti in proposito scabini actu uel aptitudine dicuntur, & de his uide infra eo. li. ar. vi. lib. ij. ar. xij. lib. iij. ar. lxxiij. Iure Muni ar. x. & item ar. xxxiij glo.*

l. *Proprietarij q sunt.*

m. *Pagani q dicuntur.*

Articulus III

ORigenes septem fore seculi ætates quodq; in septima seculum finiri debeat enarrauit, & sicut in scripturis apparet, quælibet seculi ætas per mille annos est repræsentata. In Adā incepit prima, in Noe secunda, in Abrahā tertia, in Moyse quarta, in Dauid quinta, in Trāsmigratione Babilonis sexta, in Christo septima in qua nūc sumus sine finis certa noticia. Sic etiā Clipeus seu cingulus militaris in septimo terminat' & primum habet rex Romanorum [a] Secundum Episcopi, Abbates, & Abbatisse, qui & superillustres dicuntur. Tertium laici Principes, ex quo facti sunt Episcoporū subditi & Vasalli, qui illustres nuncupantur. Quartum nobiles & liberi domini. Quintum prædictorum nobilium uasalli & etiā banniti. Ipsorūq; ulterius uasalli tenent sextum, sicut autē in septima seculi ætate quoad finem est Ecclesia incerta, sic nec scitur an cingulus militaris in septimo existit. Laici tamen principes cum facti sunt Episcoporū uasalli [b] sextum cingulum in septimum reduxerunt, sicut etiā ciugulus in septimo & seculum in septima finitur ætate, sic [c] gradus cognationis in septimo terminatur.

Nunc itaq; consideremus ubi cognatio incipit [d] & in quo membro finiatur. In membro capitis masculus & fœmina qui quæ ue legittime contraxerunt constituūtur. In colli & corporis membro eorum proles

a. *Iure Munid. ar. viij. glo.*

b. *Vide ad id in auten ut ab illustri. & qui §. sanximus. coll. v. & dist. i. c. Ius Militare.*

c. *Nota quod gradus cognationis hoc Iure Saxonico finitur in septimo. Necesse est ergo in petitione hęreditatis, ut hæres articulet se defuncto infra septimum gradum attigisse, et id à multis obseruatur, ęquis iure cōmuni gradus se ad defunctū extendit, ut infra de gradi. cogna. §. hoc loco. & sequentibus.*

d. *Cognatio in proposito large accipitur extendens se tā ad agnatos q̄ ad cognatos.*

quæ de eodem patre, & eadem matre originem produxerũt. Si autem de eisdem non sunt progenite parẽtibus non in eodem membro constituuntur sed transeunt in gradum remotiorem. Contrahãt etiam duo fratres cũ duabus sororibus & tertius eorum frater sibi alienam subarrauerit superduxeritq; sponsam filij nihilominus eorum indistinctæ ad succedendũ alter in alterius hæreditatem admittũtur, [e] dummodo in eadem sunt dignitate propagationis. Indistinctorum fratrum filij in membro annexionis brachij & corporis ponuntur, itidem & sororum Pueri isti primum gradum obtinẽt. fratrum uidelicet sororũue proles qui & Nepotes appellantur. In membro cubiti secũdus est gradus & hi pronepotes dicuntur. In coniunctione manus & brachij ubi tertius qui abnepotes nuncupantur. In membro manus & digiti medij ubi quartus gradus illi antenepotes nominantur. In secundo membro digiti ubi quintus gradus qui trinepotes dicuntur. In tertio membro quadrinepotes ubi & sextus gradus est. In septimo unguis & non membrum reperitur & ideo ibi cognatio terminatur. Qui a primo gradu usq; ad ultimum se æque in gradibus computant æque hæreditatem dimissam percipiunt. Qui autem se in proximiori gradu huic de cuius hæreditate agitur probauerit præfertur ei qui ulteriorem obtinet gradũ. In septimo gradu terminatur cognatio in pcipiendis hæreditatibus q̃uis in quinto gradu apostolicus matrimonia cõtrahere concessit, [f] Qui tamen nullam decretalem in nostri iuris feudalis & ciuilis potest conde-

[f] ARTICVLVS ISTE REPROBATVS EST.

re præiudicium.

Glosa.

Origenes septem fore &c̃. Vide xxxv. q.iiij. c.vno. Et quod notatur in prohe. li.vi. super verbo perfectus ad hanc materiam abunde. ¶ In Adam incepit prima &c. & cum eo incepit Ius naturale, vnde dicit lex palam aũt est vetustius esse Ius naturale quod cum ipso genere humano rerum natura prodijt. Ciuilia autem iura tunc esse ceperunt cum ciuitates condi & magistratus creari legesq; scribi ceperunt vt in. §. singulorum. instit de re diuisi ¶ Qui tamẽ nullam decretalẽ. Paragraphus iste erroneus est. Intelligendo vt sonat, quia Papa derogat per suas decretales statutis & consuetudinibus locorum irracionabilibus & alias vbi timetur periculum animę, etiam si hoc non exprimat, licet alias per posteriorẽ constitutionem locorum & personarum singularium consuetudines [g] & statuta rationabilia nisi hoc expresse caueatur non intendit in aliquo derogare: de quo in c. primo de cõstitu. & in regu. possessor. de reg. iur. li.vi. Imo dicit etiam Imperator sacre leges non dedignantur sacros Canones imitari: in auten. vt cle. apud propri. Epis. §. si vero. coll. vi. & alibi dicit Impator quod per omnia vult seq; sacras regulas, quę debent pro legibus valere vt in auten. quomo. opor. Epis. & cęte, cleri. § i. &. §. sancimus coll. i.

[g] Vide infra lib. iij. ar xliij.

Glosa.

Id quod de ętatibus mundi in textu habetur non pręcise ad materiam ptinet operis cepti. Verum autor priuilegij comparationem quãdam facit, quo clarior intentio eius appareat in declarando de clipeis militaribus & gradibus agnationis, cognationisq; &c.
Omissa itaq; ętatum declaratione, nam & ad ꝓpositum parum spectant nostrum. Pro intellectu articuli presentis [h] Notandũ venit qd' Clipeus non est aliud nisi distinctio militię seu nobilitatis: ut dist. i. c. Ius militare.
Militia autem est duplex [i] Bellica & Iuridica Bellica quę fit contra hostes armis nocere volentes in bello. Iuridica vero est peritia iuris iniustitię contrauenięn: vt instit. in prohemio. Vtraq; enim militia contigit homines occidi, bonaq; nancisci, & perdi, & hoc cum audacia prauorum cohibetur: vt iij. dist. facte sunt autẽ leges. [k] Militia iuridica est duplex Prima cum iure aliquid defenditur: vt C. de postulan. L. quisqs. & in auten. vt om. obedi. §. i. Alia cum appositione pęnarum in damnãdo transgressores sicut faciunt illi qui exsententia interficiunt: vt spiculatores, prędones, nam & illi milites nuncupantur: vt habetur Iohannis xix. milites autem diuiserunt vestimenta sua &c. Milites huiusmodi fuerunt tor-

[h] Clipeus qd sit hoc idem uide infra lib. iij. ar. lxxij.

[i] Militia duplex, uide seu c. i. de hac materia abunde.

[k] Militia iuridica duplex.

[l] Iure Munia. ar. viij.

[m] Verũ est quo ad se totum, secus autẽ quo ad certas partes.

[n] Vide infra lib. iij. ar. xxix. Iure Munia. ar. i. ar. ij. & viij.

[o] Cognatio triplex.

[p] Cognatio in ꝓposito large actipitur extendens se tam ad agnatos q̃ ad cognatos. Vnde agnati dicũtur q̃ per virilis sexus lineam coniuncti sunt in cõsanguineitate dicti ideo quasi nobis agnati uel à patre cognati ueluti frater ex eodẽ patre natus fratris filius &c. Cognati uero dicũtur qui p fœminini sexus personas nobis sanguine iũguntur, ut instit. de legitti. agna. tute. §. sunt autem.

[q] Ex cognatiõe spirituali nouem propinquitates nascuntur.

[r] De successionibus ui de infra li. i. ar. xvij. li. ij. ar. xx. Iure Munia. ar. lxiij. in autẽ. de hære. quæ ab intesta. deferrun. coll. ix. per totum. instit. de legitt. agna. tute, §. i.

[s] Nota quod in defectu descendentũ ascendentes succedunt præ omnibus collateralibus, ut infra eo. lib. ar. xvij. Ratio quia successio ex gremio excedere non debet & id in curijs dominorũ cõmuniter tenetur licet alio-

tores & spiculatores: vt xxij. q. v. c. de occidendis. & c. non solum. Militia bellica est itẽ duplex acquisita & innata. [l] Acquisita vt est Episcoporum, Abbatum &c. Innata vero vt est principum, superillustrium, & ista originem habet a rege Romanorum: nam Romanorum Imperator naturalis militię primũ obtinet gradum vt textus habet. [m] Militiaq; huiusmodi nobilior est q̃ acquisita. [n] Acquisita enim venit ex constitutionibus, naturalis vero ex natura, sed constitutio iuri naturali minime derogare potest. i. dist. c. omnes. instit. de le. agna. tute. §. vlti.
NOTANDVM pręterea pro elucidiatione textus [o] quod cognatio est triplex. Naturalis quę venit ex genelogia & secundum istã succeditur in bona tutelaq; adiudicatur: vt infra li. ij. ar. xx. & xxx. in auten. de heredi. quę ab inte. per totũ. coll. ix. instit de legitti agna. tutella. §. i. [p] Secũda est quę venit ex affinitate vnde affinitas est attinentia personarum ex copula prouieniens omni carens parentela. Affinesq; ex eo dicti quia duę cognatiões quę inter se diuersę sunt propter nuptias copulantur Postq̃ enim vir carnaliter coniungitur vxori omnes consanguinei vxoris efficiunt affines viro & econtra. Tertia cognatio fit ex baptismo quę & spiritualis affinitas dicitur & est propinquitas seu attinentia quę prouenit ex sacramenti datione, vel ad sacramentum recipiendum attestatione vel tentione. [q] Vnde ex cognatione spirituali quę ex baptismo contrahitur, nouem propinquitates nascuntur. Prima filiacio inter sacerdotem baptisantem & baptisatum. Secunda comparternitas inter sacerdotem & patrem baptisati. Tertia commaternitas inter eundem & matrem baptisati. Quarta inter filios sacerdotis & baptisati scilicet fraternitas xxx. q. i. omnes. & q. iij. ita diligere. Quinta filiatio inter baptisatum & suscipientem de baptismo. Sexta filiatio inter eundem & vxorem suscipientis, Septima fraternitas inter baptisatum & filios suscipientis Octaua comparternitas inter suscipientem & patrem suscepti. Nona maternitas inter eundem & matrẽ pueri, de his abunde vide xxx. q. iij. & sequẽtibus per totum. Ex prima itaq; cognatione quę naturalis dicitur [r] venit hęreditatis successio, vltimę duę dũtaxat matrimoniũ impediunt. ¶ In successionibus vero hereditatum triplex inuenitur gradus, descendentium videlicet, ascendentium [s] & collateralium. Primus gradus est descendentium vt filius, nepos & infra. Ascendentium vero vt Pater Auus &c. Vnde descendentes succedũt in defectu illorum ascendentes sequũtur, pręomnibus collateralibus: vt instit. de hęre. quę ab intesta. defer. §. sin autem. Nec inter ascendẽ. & descendẽ. matrimonium esse poterit, etiam si Adam viueret nubere non posset vt instit. de nupti. §. ergo non omnes. De gradibus cognationis, affinitatis, immo declarationem glosę prędictis ampliorem vide, xxx

qui contrarium quadoq; pronunctiant, licet quod ascendẽte cum quibusdam collateralibus defuncti simul admittuntur. Tenent etiam aliqui q auus siue auia & frater siue soror defuncti simul succedant potiꝰ tamen obseruandũ est priuilegiũ in successione huiusmodi.

pter actus humanos fiunt, sed quia tam homines q̄ actus illorum mutabiles sunt. Quare & leges occasione illorum sancite ex rationabilibus causis immutãtur: vt in auten. qui. mo. na. effici. §. i. coll. vi. & C. de vete. iur. enucle. L. deo autore: & in auten. de cõsan. et vter. fra. §. i. coll. vi. Exindeq; sequitur qd' si quid apostolico antehac in iure nostro complacitũ fuit ex certis causis nunc displicere eidem poterit. Quare & constitutionem contra Ius nostrum eidem ferre licebit: vt extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolice. li. vi. In scrinio enim pectoris sui omnia iura recondita habeñ. vt extra de constitu. c. licet Romanus li. vi. Preterea apostolicus reicere potest apostolorũ canones: vt xvi. dist. c. Canones. Quãuis p̃ predecessores suos fuerint statuti. Apostolicus etem nec Imperator quicq̄ constituere potest in preiudicium posteritatis sue: vt extr̃ de rescrip. c. si gratiose. & c. vltimo li. vi. C. de legi. & constituti. L. digna vox. Concluditur ergo quod Imperator & apostolicus in contrarium iuris nostri constitutionem statuere possunt. Quare paragraphus articuli vltimus vbi dicitur quod Papa nullam decretalem in p̃iudicium iuris nostri condere potest locum non habet.

In contrarium tamen huius declarationis & pro roboratione paragraphi vltimi articuli presentis. [t] Notandum quod ad immutationem constitutionis alicuius non sufficit id qd̃ homines & actus illorum mutabiles sunt, vt argumẽtum ex aduerso militabat. [u] Verum ad id multe alie circumstantie requiruntur, potissimũq; ex triplici causa lex seu constitutio immutatur. Primo cum causa illa immutatur propter quam lex sancita fuit, vt quia lex est quod bona paterna in pueros hereditant, causa quia nullus est propior patri, & magis obligatus in obsequio fidelitate & honore, q̄ pueri eius, cum ergo pueri aliqui parentibus fidelitatem, obsequium, honorẽ, non exhibent, ratione cuius hereditare deberent, est constitutio noua in contrarium quod pater exhereditare potest puerũ: vt in auten. de immens. donati. §. i. coll. vij.: & in noua cõstitutione Nos Adalbertus &c. Exindeq; sequitur quia causa iuris Saxonibus dati fuit fides suscepta, durante ergo fide in eis, Ius illorum immutari non debet, nec noua constitutio in contrarium dari. Secundo quando Ius statutum ex antiquo in abusum venit & in malum vertitur: vt in auten. hec constitu. innouat nouam constitutionem §. i. coll. vij. vt statutum fuit [x] quod mulier dotem abrenunciare non posset nec obligare se pro marito in sua substantia: vt in auten. vt nulli iudi. §. & illud coll. ix. & infra eo li. i. ar. xxi. nisi illud concernatur venire in commodum dicte vxoris. Venit tandem in abusum quod mulieres iurantes huiusmodi pactis non contrauenire, per iudices nihilominus permittebatur eis iuramentum in contrarium. Constitutio ergo noua sancita est qua derogatur legi allegate: vt de iure, iuran. c. licet. li. vi. Tertiũ quãdo noua actio que antehac non fuit euenit, vt sic noua lex statui potest: vt in auten. vt defuncti. seu fune. coll. v. per totum. C. de legi. & constitu. L. ij. Ex quo itaq; causa iuris Saxonibus dati que est fides suscepta, hucusq; illesa manet nec illud Ius versum est in malum sed nec repugnat fidei Christiane. Quare apostolicus illud immutare nõ debet: vt. xij. dis. c. Illud. & c. Ridiculum. Tum etiam quia immutatio iuris Saxonici magis pertinet ad Imperatorem q̄ ad apostolicũ, nisi probare posset in eo contineri aliquid contra fidem Christianam, vt extra de foro competenti. c. Licet. & c. Ex tenore. & c. Ex parte. & extra de appella. c. Si duobus. Dato etiã qd̃ apostolicus aliquid statuat, illud parum nobis obesse poterit, nisi ex nomine errorẽ exprimat, vt extra de cõstitutionibus. c. Licet Roma. li. vi. In generali tamen concludi quod apostolicus derogare iuri & legibus potest, priuilegiaq; reuocare, que cõtra salutẽ anime, fidei Christiane repugnantia & contra honestatem sancita sint: vt extra de constitu. c. allegato. li. vi. habetur.

[t]. Vide infra li. ij. ar. vi iure Munia. ar. i.

[u]. Ad immutationem constitutiõis que requiruntur.

[x]. Ex hac glosa colligitur qd' mulier dotalitium seu uitæ prouisionem q̃uis illi abrenunãet repetere potest nisi forsan iuraue rit de non repetendo. vide ad hanc materiã iure Munia. ar. xxij. et xl. glo.

Articulus IIII

SVper gnauos et homũcios nullum descendit feudum aut hæreditas. Qui autem propinqui/ores illorum existunt, id quod ad ipsos peruenire ex bonis cernitur accipiunt, ac illis necessaria summi/nistrabunt.

Alij addunt & de eremophroditis.

Nascitur etiam puer surdus aut mutus, sine pede aut manu, idq; cũ natus sit demonstretur. Iure ciuili hæres quidem existere potest, sed non iure feudali. Si autem feudum ante huiusmodi tempora sit sortitus propter superadueniens impedimentũ feudum prius acquisitum non amittit. Quod & de leproso homine similiter enarramus.

De successione defectuosorum

Glosa.

Id quod in textu dicitur. Super gnauos hereditas non descendit. Intellige quoad administrationem vt infra patebit, quia debent esse sub cura aliorum. Quod vero de leproso homine dicitur, Leprosi etem̃ de ciuitate expellẽ di sunt. Vnde nota quod tria genera hominũ in ciuitatibus tollerari non debent, verũ expelli, videlicet leprosi. [c] Cadauera mortuorum, & mendicantes validi, scilicet qui laborare possunt ne alios inficiãt: vt C. de mendi. vali. L. Cunctis. li. xi.

[b]. Tria genera hominũ ex ciuitate pellẽda.

[c]. Hoc idem lex .xij. tabularum suadet cũ inquit in urbe ne sepelito, neue urito, ne sacrorogum, aſáue ne polito.

Papa leges mutat

Successio defectuosorum

Exciuitate expellendi

Articulus V.

CONtrahat si filius tempore patris sui [a] cũ muliere sibi in generatione cœquali & ex ea prolem genuerit. Postmodũ uero nondum ab hæreditate & bonis patris diuisus ab hac luce per mortem decesserit. Proles eius mortuo auo in hæreditate eius cũ patruis & materteris accipit portionẽ [b] quod de nepotibus filiarũ non est præsumendũ. Filia quæ adhuc i domo est nõ emãcipata utẽsilia [c] seu parafernã matris sue cum sorore quæ iam emancipata est diuidere non cõpellitur. [d] Diuisionem uero rerũ hæreditariarum non poterit sibi denegare. Mulier cum luxuria sui corporis famam quidem suam denigrare potest iura tamen sua aut hæreditatẽ propter id minime perdet.

Clericus cum sorore sua [e] in utensilibus seu paraferna matris sue æquã habet portionem [f] similiter cum fratribus æquam partem in proprietate ac hæreditate obtinebit. Impossibile uero est quem clericum nominare nisi sit doctus, ordinatus, & tonsuratus, priusq̄ hæc ad eum iure hæreditario peruencrũt. Vbi uero mulier fratrem non habet supstitem nisi clericum ipsa sibi in hæreditatis perceptione cœquatur. De clerici uero bonis [g] post mortem eius nemo utensilia potest postulare qa res hæreditariæ sunt omnia quæ sub ipso tempore mortis inueniunt. Non emancipata mulier utensilia matris suæ cum fratre clerico beneficiato aut præbendato non diuidet Cum quibuscunq; bonis homo moritur hæreditas appellatur.

[a]. Ex isto colligitur quod pueri emancipati filij, nullam sortem aui sui recipiunt nisi forsan aliqua bona auo admortua sint, uide ad id Iure Munia. ar. lxiij.

[b]. Istud abrogatũ est ut ex glosa colligitur & in auten. de hære. ab intestato per totũ.

[c]. Que autem ad paraſernam spectare dicantur, uide infra ar. xxiiij.

[d]. Iure Munia. ar. xxij. glo.

[e]. Iure Munia. ar. xxi. & lvij. glo.

[f]. Ex his colligitur q clericus paraſerna duntaxat matris acc pit & non sororis u alterius cognatæ.

[g]. Ex textu isto tra poterit quod mulier bus quæ hæreditate peraptiũ nõ opus e geradam tribui, inte gitur tamen de mul eribus ex parte fusi scendẽtibus & non relicta post mortẽ mariti. Quod aute mulieres peraptiũt an te omnem diuisionem gerada. Ratio est, q filij in recompensa peraptunt arma bell ca seu Hergewet tu etiam feudum: ut ins eo. li. ar. xxiij. Iure M nia. ar. xxiij.

De diuisione Successorum

Glosa.

In precedentibus duobus articulis magister priuilegij oculto meminit de hereditate & successione hereditatum hic iam in articulo presenti, apertius intentionem declarat suam diuisionem hereditatum prosequendo, cum dicit contrahat si filius &c. Circa id quærere quis posset quur id sit quod puer filij recipit portionem patris in bonis aui. &c. quod hoc efficit patria potestas seu possessio pueri filij premortui, qui & remansit in domo aui loco patris sui. Quid si miles supducat Rusticam an filij ejus hereditant mortuo patre in bonis aui. &c. quod iure prouinciali succedunt in bona aui loco patris, non autem iure feudali: vt in auten. coll. x. in prin. Textus tamen articuli nullam facit super iure feudali mentionem, sed successionem admittit dummodo sit in generatione equalis, vel in eadem dignitate propagationis, hoc est quod vxor sit libera & non serua.

In textu cum dicitur Quod de nepotibus filiarum non est presumendum &c. Contrariũ istius habetur supra articulo tertio cum dicit qui a primo gradu vsq; ad vltimum se eque

in gradibus cõputant per ęquũ hęreditatem relictam percipiunt. Rdent aliqui quod ibi loquitur de successiõn collateralium, hic vero de linea recta descendentiũ articulus dispo nit, vel limitatur hoc modo, quod videlicet filiarum pueri non accipiunt portionem aui nisi importetur illud quod mater eorum exportauerat: vt infra eo: li. ar. xiij. & li. ij. ar. xix Vel dic & melius quod paragraphus articuli intelligitur de mulieribus sueuorum quę propter excessum exhęreditabantur: vt infra eo. lib. ar. xviij. & ar. xxx. Vel potius intelligendum est illud esse verum secundum iura antiqua. Descendentes etem ex parte gladij iure antiquo Ius melius habebant q̃ descendẽ ex parte fusi: vt insti. de hęre. quę ab intesta. deferrun. §. item vetustas. Ius tamen illud posthac reiectum est: vt infra eo. li. ar. xvij. & in auten. de trien. & semis. §. neq; illo. coll. iij. Sequitur textus autentice. Vnum ordinem ponimus in omnibus nepotibus & pronepotibus nõ fereñ. fœminam a masculo in talibus minuĩ. Neq; enim masculus ipse neq; fœmina solum ad natiuitatis propagationem sufficiens est. Sed sicut vtrunq; eorum coaptauit deus ad generationis opus. Ita etiam nos eandem vtrisq; seruamus equalitatem.

Filia quę adhuc in domo patris est non emancipata &c̃. Concordat insti. de hęre. quę ab intesta. defer. §. emancipati. Cum dicitur emãcipati autem liberi iure ciuili nihil iuris habẽt neq; enim sui hęredes sunt quia in potestate parentis esse desierunt neq; alio vllo iure per leges xij. tabu. vocantur, & idem dicitur in paragrapho emancipatos: insti. de exhęredita. libe. In quantum hic dicitur de vtensilibus concordat allegatus paragraphus, hodie ỽo secundum leges aliter obseruatur: vide in auten. in successione C. de suis & legitti. libe. vbi allegatus §. corrigitur. De dotata vero muliere an per consuetudinẽ vel statutum possit excludi: vide super ℟. de succes. ab intesta. in additione speculato. in versu, sed reducitur vbi innuitur quod excluditur. h Quod aũt filia non emancipata vtensilia non diuidit cũ emancipata. Ratio est, quia emancipata iam portionem cepit suam, ista vero non. Sed in expectando fuit in damnum & commodum In damnum si forsan nihil superfit talium vtensilium. Ius autem disponit quod qui sentit damnum sentiat etiam & commodum: vt ff. de reg. iur. L. ex qua persona. insti de legi. agna. succes. §. Sed nos. & insti de legi. patro. tute. §. i. Immo si vellet importare emãcipata vtensilia quę exportauerat non emancipata non tenetur secum diuidere.

Mulier cum luxuria sui corporis hęreditatem non perdit &c. Ratio quia si hęreditatem perderet daretur occasio ex paupertate maiora patrandi facinora, exindeq; parentibus & amicis leuitas maior subsequeretur. Prouidi tur etiã in eo filiabus vt parentes curent eo diligentius quo eas nuptui tradant; vt in auten. vt cum de appel. commu. §. si alicui. coll. viij. Contrarium istius sentire videtur in auten. de nup. §. si vero. coll. iiij. & ff. ad le. iul. de adul. L. ex lege Iulia. ℟. quod ibi loquitur de mulieribus maritatis. Articulus vero prẽsens intelligit de mulieribus liberis & solutis.

Id quod textus habet quod Clericus vtensilia diuidit &c. hoc fit propter orationes quas fundunt & fundere debent vniuersaliter pro omnibus: vt in auten. quomo. opor. Episco. in prin. coll. i.

Impossibile[l] vero est quem clericũ nominare &c. Sensus paragraphi istius est, quod nullus clericus nominari debet, nisi sit doctus & ab Epo ordinatus, vt lxix. dis. c. Nõ oportet.

De clerici vero bonis &c. Quicquid em̃ bonorũ sacerdos post se reliquerit, hęreditas est. Si quid vero spirituał habuerit, ecclesię cedit vt xij. q. ij. c. i. & c. Relatum de testa. Quod si duplicia bona possideat? hoc est feudalia & hęreditaria, nec dinosci inter illa potest quę pertinent ad hęreditatem & quę ad feudum. ℟. Quod clericus literas vel notam aliquam moriturus sup eo relinquere debet: vt xxviij. dis. de Siracusane vrbis. Quid si non faciat. ℟. Quicquid manifeste cõmonstrari poterit quod hęreditas sit hęredibus ceder, residuũ vero ecclesia tollet. ij. q. i. c. Manifesta. cum duobus sequentibus.

Cum quibuscũq; bonis homo moritur &c.[k] Circa id queri potest quid hęreditas sit, lege etenim communi hęreditas nihil aliud est q̃ successio in vniuersum ius[l] quod defunctus habuerit: vt. ff. de reg. iur. L. Hęreditas. & ff. de ỽbo obli. L. q̃tiẽs. & infra arti. seq̃nti glo. Vnde si mortuus ex preda, furto, &c. bona possideat illud etiã ius hęredibus relinquit, nullus enim pinguius ius in alium transferre potest q̃ quod solus habuit: vt ff. de reg. iur. L. Nemo. & Insti. de perpe. & tempo. acti. §. Penales. & si mortuus pro his inculpatus fuerit, respondere hęres pro his tenebitur. Contrarium huius militare videtur articulus proxime sequẽs, vbi dicitur, furta nec spolia &c. ℟. Quod hęres succedit in ius mortui in bona q; omnia, hoc verum est ad quę mortuus ius habuit, illa etiã iusto possideat, quę vero per iniuriam a mortuo occupabantur, hęres etiam iniusto illa tenebit. Quare & repeti bona huiusmodi ab hęrede possunt. Nullus em̃ locupletari debet cum iactura alienа: vt ff. de reg. iur. L. Iure naturę. & extra eo. ti. c. Locupletari. li. vi. Vnde si mortuus fuit prędo uel fur, in bona ex pręda vel furto occupata & in iusto possessa hęres non succedit. vt Insti. de perpe. & tempo. §. Nõ autem. & C. de penis. L. Sanximus. Quinimmo non semper locũ habet paragraphus articuli allegatus quod cũ quibuscũq; bonis homo moriatur hęreditas fit, dãtur em̃ aliqui casus vbi mortuus bona sua in hęredes transferre nõ poterit, nec bona illa hęreditas nuncupabuntur. Res etenim nominibus coequari debent: vt insti. de donа.

i. *Iure Munid. ar. lvij.*

k. *Hæreditas q.f.*

l. *Iure Munid. ar. xvi.*

m. *Hærede unus carere ex tribus causis dicitur.*

§. sed nos. Vnde circa id sciendũ[m] quod ex triplici causa vnus heredẽ non relinquit. Primo si contra imperium vel rempublicam machinatus quid fuerit, etiam litte non contesta ta. Quicqd bonorũ relinquerit confiscabunt vt insti. de herę. quę ab intesta. defer. §. p cõtrariũ &. C. ad. L. Iul. maies. L. qsqs. Secundo si per annum & diem in proscriptione seu banno Imperatoris permanserit, vt infra eo li. ar. xxxvij. Tertio qui seipsos interficiunt vt. C. de bonis eorum qui sibi mortem consci. L. eorum. Contrarium istius videtur infra li. ij. ar. xxxi. Vbi innititur quod bona illorum qui seipsos interficiũt hęredes tollunt, & item. C. de bonis damna. ℟. per distinctionem qui cõscius est mortis suispsius ex timore pęnæ vel timore mortis quam ex sententia Iudicis suferre deberet, bona eius confiscantur nec ad hęredes cedunt. Qui vero ex insania, egritudine, & non animo deliberato seipsos interimunt bona corũ in hęredes veniũt, & hoc intelligere vult articulus, xxxi. li. ij. &. C. de bonis eorum qui mortem sibi consci. L. ij.

Articulus VI

a. *Iur. Munid. ar. xxvi. glo.*

Cum quibuscunq; bonis homo moritur hęreditas appellat[a]. Qui hęreditatem percipit debita soluit quantuncunq; hæreditas, in mobilibus uel sese mouentibus perdurabit aut extenditur.

b. ARTICVLVS REPROBATVS.

Furta, spolia, lusorie[b] ꝑdita, soluere non tenetur, nec aliqua[c] debita nisi de quibus hæreditas fuerat ampliata, uel quæ hæres personaliter fuerat stipulatus,[d] hæc soluet, si ei erũt per testimonium septuaginta duorum bannitorum aut totidem legitimorum latinorum. (alij textus habent originalium.). prout Iuris ratio exposcit declarata.

Si autem actor suis uoluerit renunciare testibus,[e] & in Iure Ciuili aut feudali hæredem impecierit de sciẽtia sua, tunc necesse est ut de sua scientia dicat ueritatem, & si fassus fuerit soluere debet. Si uero negauerit ignorantiam suam iureiurando cõfirmabit, & ut sic absoluetur.

c. *Iur. Munid. ar. Ciij. & ar. Ciij.*

d. *Vide Iur. Munid. ar. lxvij. glo. & ar. Ciij.*

e. *Vide infra li. ij. ar. xxij. & Iur. Munid. ar. xvij. Paragraphus q; iste intelligi debet, si actor ante quæ rẽdã præstitã reo iuramẽtũ detulisset. Postea enim reus non tenetur etiam positionibus actoris respondere, uerum actor cogetur actionem probare. Concordat ad id L. quotiẽs §. prætor ait. ff. de noxa.*

Debita etiam defuncti hæredibus eius persoluentur.

Debita quæ homo personaliter debet non inducunt talem probationem. Sed si impetitus ea fateatur, soluere tenebitur. Si uero negauerit, manifestissimum est iurare eum, oportere.

Glosa.

Qui hęreditatem percipit debita soluit. & & hoc verum est, si fecit inuentarium alias enim hęres tenetur ad solutionem omnium debitorũ. C. de Iur. de liberan. L. scimus. Vn de dicunt quidã quod hęres habet decem dies a morte defuncti ad faciendum inuentariũ Speculator ỽo dicit quod habet triginta dies, a die adite hęreditatis, & q̃draginta dies ad complendũ de hoc in specu. de instru. edi. §. dicto. ver. in huiusmodi autem.

Furta nec spolia &c. Hoc damnatum est per Ius Canonicum de rap. c. in literis de sepul. c. vltimo, & quod ibi nota in glo. finali. Secundum leges autem, hęres ex delicto defuncti vel quasi non tenetur nisi in quantum ad eum peruenit ex illo delicto vel nisi cum defuncto lis fuerit cõtracta C. ex delict. defunc. L. vni. & hic & infra li. ij. ar. xxxi. hoc idẽ etiã nota p̃ hostiẽsem in summa de testa. §. ad qd. Nec lusorie perdita &c. f Quid si aliquis mutuauit in ludo perditionis. Sed debitum postea interuallo facto promisit, vel præceptum iudicis de soluendo sponte recepit. Dic quod talis ad solutionẽ tenetur quia sublata est prima turpitudinis causa ergo valet. ff. de con. ob. tur. cau. L. penulti. C. q̃d me. cau. L. ij. Sed quid de illo qui mutuauit in alea siue taxillorum ludo, iste tamen mutuum in aliam & vtilem expendit causam, dic quod aut expressa fuit causa mutui ad ludum, & tunc talis non agat, expressa enim nocent: vt. ff. de pac. L. si. vnus. §. illud. Si vero causa non exprimatur agere poterit. Cogitationis enim pœnam nemo patitur. ff. de. pe. L. cogitatiões. De his quanto plenius vide per Ioan. Andre. in addi. spe. de obli. & solu. super. ℟.

Glosa.

Sensus articuli presentis est qui hęreditatem percipit debita soluit. Quantumcunq; hęreditas in mobilibus perdurabit, hoc est secundum quod bona deuolutoria quę post mortem ad hęrede cedũt se extenderint. g Ex his sequitur q̃d hęres nõ tenet de suo proprio ꝑ defũcto soluere vt. C. de iur. deli. L. scimus. Quod si hęres negauerit habere bona ex quibus soluat, h vel nõ omnia recognoscat, po-

g. *Iur. Munid. ar. xxvi. glo.*

h. *Hæres negans bona præpisse & aliter inuenitur creditoribus duplum soluit.*

stea vero aliter inueniatur duplum soluere cogitur, ut ead. L. §. licentia. Ante omnia tamen heres, id quod pro sepultura expendit defalcet, ut. C. eo ti. L. scimus. §. In computatione Leges uero que contrarium senserint omnes sunt abrogate vt ea. L. §. vltimo.

Furta spolia, &c. Notandum circa id quod ad omnem querelam pecuniariam debiti heres respondere cogitur. Quod si mortuus accusetur pro furto rapina, heres respondet in restituendo illo nec aliter respondere cogitur sed nec ad maiora compelli vt infra li. iij. ar. xxxi li. ij. ar. xvij. si vero insimuletur mortuus qd contra imperium aut rempublicam egerit, et de facinore in vita ipsius intentatum non est, heres defendere & pro ipso respondere potest. Si cōuincitur mortuus, hereditatem perdit, & bona illa confiscātur, vt. ff. ad. L. Iul. maies. L. vlti. Insti. de here. que ab intesta. defer. §. per cōtrariū. ℣. Cū dicitur nec aliqua debita nisi de quibus hereditas fuerat amplia ta. Vel que personaliter fuerat stipulatus, vt Insti. de fideius.

Debita que hō personaliter debet. &c. Contrarium huius leges quedam sentire videtur, vt. C. de contrahen. & Comi. stipu. L. veteres, eo. ti. L. si quis. C. de fideiuss. L. fideiussoris quidem heres. ℟. tamen quod leges allegate intelligi debent de debitis quorū noticia heredes habet & non de illis debitis que pater incognita remansit.

Si ei erunt per testimonium. lxxij. bannitorū &c. In contrarium huius videtur esse extra de testa. c. cum esses & de testi. c. in omni. &. c. licet vniuersis. ℟. tamen quod lus presens specialiter sancitum est ex eo quia heres difficiliter citra iacturam conscientie pro facto mortui iurare potest, vt. xxij. q. ij. homines. Vnde circa id sciendum[l] quod fideiussor molestari nō debet, q̄diu principalis inueniri poterit, qd si presens non sit inducie dantur ad certū tempus, ad statuendum principalem.

Cum dicitur septuaginta duorum bannitorum, &c. [k] probatio q̄ huiusmodi testimonij cū septuaginta duobus hodie de Iure Saxonico venit ad septem viros in Iure bene cōseruatos. Secundum vero Canones duo testes sufficiunt, vt extra de testi. c. in omni, &. c licet vniuersis.

Ibi cum dicitur. Necesse est vt de sua scientia dicat veritatem. &c. Vnde heres impetitus, vt de sua scientia dicat veritatem recognoscere vel negare eum oportet. Vbi vero probatio defuerit, iuramentum cedit, & vt sic absoluitur, vt in auten. vt litti lu. per totum, coll. ix. & extra de proba. c. ij. &. ff. de Iure iur. L. admonendi.

In textu cū dicitur nec aliqua debita. &c. concordat. C. ne filius p patre. L. nec cōtra. Et siqdem leges quedam contrarium sentire videtur, vbi dicitur quod heres etiam fideiussoria patris soluere tenetur. ℟. tamē quod hoc seruatur in Lōbardia & nō hic, vel dic quod soluere cogitur, si mortuo patri pecunia deposita sit per illum pro quo fideiusserat. Existimatur enim non sine causa depositam apud eum fore pecuniam, vel etiam intellige, si iure contra eum occasione istius agebatur.

Nec lusorię perdita. &c. Quid si manifestum sit esse accommodatā pecuniam vt ludo perdat, de his vide. ff. de alee lusu. L. vlt.

Septuaginta duorum Bannitorum. &c. Vnde Banniti in proposito dicuntur[l] qui in aliquo comitatu ad sedem pertinēt scabinalem. Secundum vero ius municipale Banniti dicuntur, qui ad sedē iurarunt scabinalem. Tū etiam illi qui ex eorum quatuor progenitoribus non inculpati in eodem municipio residunt. Et qui ad sedem scabinalem eligi possunt.[m] Originarij vero dicuntur quos Saxones prouinciam illam subiugantes ibidem in agris consedere permiserunt.

l. *Vide supra eo. li. ar. ij. & item li. ij. ar. xij. & li. iij. ar. lxxij. Iure Munia. ar. x. & xvi. & item ar. xxxiij. glo*

m. *Supra eo. li. ar. ij. li ij. ar. lix. li. iij. ar. xl. iij. Iure Munia. ar. l.*

Articulus VII

SI quis ab alio quid accomodauerit, mutuauerit, seu quicq̄ stipulatus fuerit, hoc reddere debet & adimplere, & qcquid fecerit hoc ipsum ratū & gratum habere tenetur. Si uero postea negare uoluerit suo se[a] occasione illius liberabit iuramēto[b] dū modo coram iudicio non fuerit factum, nam tunc actor cum testimonio duorum uirorum[c] & iudicis eūdem conuincet.

a. *Et ut sic iuramentū cedit loco solutōis. L. ius iur. ff. de iure iur. & L. proprietas. C. de probatio & hoc intellige si actor sine testibus ageret alias secus.*

b. *Iur munia. ar. xvij.*

c. *Ex hijs colligi pōt quod principalis de cetero iurare solus nō tenetur ex eo, quia testimonium iudicis tā est suffic.s, Iudex enī iurauit ustiaam facere uniciq̄. Idē est in arbi. compromiss.*

Glosa.

Stipulatus quicquā. &c. Etiam sine causę expressione. Quia ex stipulatione sine causę expressione potestagi, nā ipsa stipulatio est sufficiens causa ad agendum. Promissio enim & solucio paria iudicātur. C. ad. L. fal. L. vlti. ff. de dona. L. si patronus. §. i. &. ff. de consti. pec L. idē est. ij. sed nemo presumitur indebite soluere. ff. de proba. L. cum de indebito. Sic ergo dicatur quod nullus presumatur indebite promittere. Vnde cum causa promittendi sp presumatur, non est necesse, quod causa inseratur. Nam & stipulatio dicitur a stipite quod est firmum, insti de verbo obli. in prin. per se igitur sine alia causa firmitatem ad agendum desīgnat, vt ibi probatur. Idem deducendo per singulas obligationes, insti. de obli. §. fi. ff. de procu. L. licet. §. ea obli. sed in alijs singulis obligationibus sine expressione causę agi potest, ergo & in ista.

Item quiā in stipulatione est obligatio ciuilis. Insti. de acci. §. de constituta.

Item subest naturalis. ff. de pac. L. i. §. adeo.

Cum igitur ibi sit vtrūq̄ vinculum ad agēdum promittens est necessario obligatus alicuius rei soluēde causa. Insti. de obli. in prin.

Et si promittens ab agēte in libello petit causam sibi edi. respōdebit agens quod causam sui proprij facti, ipse idem scire tenetur. ff. p suo. L. vl. ff. ad vellei. L. quamq̄. Propter ipsius ergo scīētiam cessabit ēditio. L. si quis ex argenta. §. prohibet. ff. de eden. Et hęc vera donec probatum fuerit causam nullam vel falsam interuenisse, de quo plenissime in addi. spe. ti. de consef. §. nunc videndum v. quę est, vbi tamē. Io. an. videt, declinare in partē contrariā cū Roff. ibi vide. Pactū se extendit ad paciscētes, non quo ad alios nec q̄ ad alias res, de pact. plerumq̄, de transac. c. de cętero. &. c. veniens de offi. ord. i. dilectus, de re. iudi. c. penul. ff. de pact. L. si vnus. §. ante omnia, hoc fallit in contractu, in quo heres succedit de sol. c. i. Pro materia istius articuli, vide insti. de obli. & in ti. sequenti. Nam tunc actor cum testimonio duorum virorū. &c. Et nota quod licet per statutū remittitur omnis solennitas non tamen videtur remissa, probatio duorum testiū. C. de testa. mili. L. miles in glossa.

Glosa.

In articulo presenti autor priuilegij intentionem prosequēs suam. Ius ipsum apertius declarat & interpretat. Ponitur q̄ in textu quadruplex obligatio d quā vnusquiuis iure ipso suadente seruare tenetur. Prima omne illud quod qs accomodat soluere cum oportet & hoc ibi, cum dicitur si quis accomodauerit, vt Insti. qui. mo. re. contra. obli. §. i. ij. &. iij. Secunda per verbale compromissum aut stipulationem, pro se vel pro alio factam & hoc ibi cum dicitur aut stipulatus fuerit, vt Insti. de duo. re. stipu. §. et stipulan. &. ff. eo. ti. L. ex duobus reis stipulan. Tertio obligatio cōtingit per literas seu chirographos, cū videlicet quid per litteras se facturum promiserit, vt Insti. de litte. obli. §. i. &. ff. de proba. L. cum. Quarto efficitur vnus debitor ex tacita obligatione, sicut qui bona tenet mea censualia, censum mihi soluere tenet vt. C. in qui. mo. pig. taci. L. i. & Insti. de obliga. quæ ex con. §. i. &. ff. de obli. L. consensu. Vnde si quid horum obligauerit sese vt textus habet adiplere tenet & non negare, vt. xxij. q. v. c. iuramēti. Si vero postea negare voluerit. &c. istud infra declarabitur arti. xv. Tum etiam habetur C de cōtrahē. et cōmit. stipu. L. oēs. Dummodo coram Iudicio nō fuerit actum &c. nam cicius conuincitur vt textus habet, q̄ quod euadere possit, vt extra de testi. c. licet vniuersis.

d. *Obligatio quadrifariam contigit.*

Articulus VIII.

PRoprietas & proprium appellatur[a] possessio seu fundus qui a nullo recipitur in feudum uel hæreditatem sed per successionem deuoluitur ad hæredes absq̄ aliquo tributo successoris.

Vbicunq̄ proprietas donatur seu impignorat, aut testimoniū, de rogationē iuris, uitæ aut sanitatis cuiuscūq̄ concernens ferri cōtingat, [b] hoc Iudex metseptimus, cū hīs q̄ [c] coram eo sententias iure adinueni, unt comprobabit. Testimoniū autem præconis [c] uice stat duorum, ubi testimonium septem uirorum agetur, ideſt ubi septē testibus probanda uenit causa. [d] Sua emenda pari modo [e] & uerigeldus ideſt recōpensa est duplex, secundum conditionem naturalem ab eo tempore quo præco electus est.

Transactio ideſt reconciliatio [f] & pax stipulata seu iurata in iudicio concepta cum duobus testibus & iudicæ protestetur. Si uero extra iudicium facta fuerit [g] testimonio septem uirorum comprobabitur.

a. *Primus iste §. ex uetustioribus extractus est codiabus.*

b. *Hoc refertur ad loca ubi acta non habētur, recordari enim eos oportet negotiorum corā eis actorū Itdē intelligitur de testamentis quia uidelicet etiam eos recordari oportet. Concordat infra li. iij. ar. xxviij. Iur. Munia. ar. xxxij. & lxv.*

c. *Vnum ex parte sui aliud ratione officij hoc idē habetur infra eo. li. ar. xv. & li. ij. ar. lvi. glo. secus ē si testetur duobus uel tribus ut sic enim unū unum duntaxat ualet.*

d. *Ideſt satisfactio pro malis uerbis uel alijs iniurijs.*

e. *Ideſt si interficeretur binā recōpensam soluet interfector, sic etiam in uulnere duellari. Præterea contra eius testimonium duobus se excusari oportet testibus.*

f. *Iure Munia. ar. li. uide ad id.*

g. *Intellige in crimina libus, quia in Ciuilibus meitertius usus habet.*

i. *Vide iure munia. ar. li.*

Glosa.

Vbicunq̄ proprietas. &c. Regulariter vero de iure cōmuni probatur rei dominium non solum per testes. Sed etiam instrumentis & alijs probationibus, quę dominium concludunt. Vnde dicit lex. Proprietatis dominiū non tantum instrumento emptionis. Sed ex quibuscunq̄ alijs probationibus legittimis ostendetur. C. de probaci. L. proprietatis.

Transactio & pax stipulata. &c. Transactio enim seruari debet. Vnde dicit lex causas vel litres transactionibus legittimis finitas rescindi[i] nō oportet, L. causas. C. de transactionibus. Item dicit non minorem autoritatem transactionum esse, quam rerum iudicatarū recta ratione placuit, nihil enim congruit ita fidei humanę, quam ea quę placuerint custodiri. L. non minorem. C. de transacti. Et licet post transactionem pars vna pœniteat in cō-

tinenti, etiam non prodest tum ei. C. de transac. L. quāuis, nec potest lis amplius instauRari, cui semel renunctiatum est. C. de pactis. L. postq̄. xxiij. q. iiij. Si illic. ff. de solu. L. quęres. §. aream. ff. de edil. L. quęritur. §. si vēditor. Pacta enim sunt seruanda de pac. c. i. & iij. ff. de pac. L. Ius gētium. §. prętor, etiam si facta sint inter hostes. xxij. q. iiij. innocens. xxiij. q. i. noli existimare. Adde supra, quę circa articulum tertium in glosa habētur, in q̄bus autem causis licet transire in diuersorio. Responsionem vide infra circa arti. lxi. ad de notata glo. circa arti. ij. supra. §. nam. verceptum & li iij. ar. xc.

Glosa.

Expositio articuli presentis prout textus habet est[k] quod accusatum vel reum cum iudice & scabinis quis conuincere potest. Similiter etiam testamētum septem testibus approbatur, vt. C. de testamen. L. hac consultissima &. L. testamentum.

Transactio & pax stipulata. &c. Pro intellectu textus articuli notandum [l] quod testificari non possunt infames. Prœco, qui meretrices fouet propter commodum. Item iudicialiter condemnati[m] Item qui tutoriam in iuste administrant, vel cum rebus in depositū datis, aut in societate dolose agunt, vt. C. de his qui nota. infa. L. i. vi. q. i. c. infames vero. Prętera lusores, histriones, lenones, latrōes bibuli, vt extra de accu. c. si cōstiterit, et. xliij dis. c. non oportet, exrra de testi. c. exparte. A. Item periuri, vt extra de testi. c. sicut nobis &. c. testimonium. Item prędones, homicide, vt extra de testi. c. exparte. A Et itē prętio cōducti testes reiciuntur vt. C. de testi. L. si quis. Vide Iacius ad hanc materiam. ff. de hijs qui notā. infa. L. i. & in multis alijs, &. vi q. i. c. infames, testificari etiam non potest qui minor quatuor decim annorum sit vt. iiij. q. i c. i. ¶ Sciendū tamen circa id quod iure spirituali infames testificari possunt, in certis casibus[n] Primo occasione simonie, vt extra de simo. & licet heli, &. c. si quis. Secūdo in causa matrimonij. Tertio in crimine lesę maiestatis vel reipublicę, vt in dictis capitulis liquet, &. C. de testi. L. si quis. Vnde & iure canonico habentur versus quidam quibus testium inabilitas facile perpendi poterit, videlicet condicio, sexus, ętas, discretio, fama, & fortuna, fides, in testibus ista requires. Et consanguinei pariter domestica turba & cleros, laicos, a se fugit viceuersa res pariter gradus locus, his consonat tempus, de his abūdantius, vide. iiij. q. ij. &. iij. per totum.

Transactio & pax stipulata. &c. Aduertendum circa id specialiter venit quod crimina liter accusatus de facinore aliquo recognoscensq; factum in sua responsione. Concordia subsequta se tueatur non dicitur vt sic uictus vt in. c. cū venerabilis de excepti. Imo ad probandum transactionem admitti, debet non obstante quod actor illam negare velit. Si transactionem non probauerit, ex recognitiōe vitam ammittit, recognoscēs enim propria conuincitur recognitione vt. C. de accusa. L. accusationem. §. nemo. ff. de confes. L. ij. Admittitur ergo probatio accusato transactionis, propter id ne actor eum p negatiuam in periculū inducat. Ius etenim fauorabilius est ac promptius vnum ad eliberandum q̄ad condemnandum. ff. de acti. & obliga. L. Arrianus, &. ff. de re iudi. L. inter pares, & extra de proba. c. ex literis.

Pax stipulata, in ꝓposito in tantum valet,[o] sicut iuramentū super pace factum, vel pax post factū inita. ita quod illam causam nullomodo innouare debet & qui huic contra venit, eidem probatio cedit, de hac materia vide. C. de transac. L. causas, &. L. non minorem. Insti. de excepti. §. comparate, et. §. prętera &. ff. Iur iur. L. ij. in prin. [p] cum cū quo Transactiōis virtus triplex habet. ꝑ Primo destruit naturalem querelam vt. ff. de solu. L. stichum. Secundo sistere facit iudicium vt Insti. de excepti. §. prętera. Tertio ligat eum qui promittit seu iurat ad seruandum illud ut. ff. de in litt. iuran. L. i.

[k] Vide infra Spe. Sax. li. iij. ar. xxviij. Iur. Mu. ar. xxxij.

[l] Testificare qui non possint. Ad id concordat infra ar. xxxviij.

[m] Vnde & lex xij. tabularum falsos testes grauiter punire suadet, cū diat qui falsum testimonium dixisse cō uictus erit è saxo Tarpeio deiator.

[n] Infames iure spirituali testificari quandoq; possint hoc idē uide infra li. iij. ar. xvi. & lxx. glo. Iure Muni ar. iiij.

[o] Iur. Muni. ar. li. glo.

[p] Transactionis uirtus triplex uide hoc idem Iur. Muni. ar. liij.

Articulus. IX

De bonis post mortem garentis legitime dato

Proprietatem alteri in iudicio dare qui fuerit stipulatus, ubi & pecuniam emptor dederit proprietatis donatori, & donator priusq̄ donatio perficiatur ab hac luce decesserit, donatio ꝑ hæredes eius erit adimplēda, dummodo ab altero pecunia integre fuerit persoluta. Idem est de bonis mobilibus censendum. Quicunq; etiam cum aliquo cōuenerit & stipulatus fuerit sibi sua bona feudalia corā feudi domino resignare, dūmodo ab altero infeudatio procuretur, & si is ante huiusmodi infeudationem morietur eius hæredi feudali si extat, alioquin uero hæredi prædictā resignationem & infeudationem fieri sancitum est, dummō pecunia stipulata integre fuerit exsoluta, aut hæredi pecuniam super hoc da

tam restituere oportebit. Idem per omnia est si quis cum domino feudi conuenerit de certis bonis libere infeudandis. Si uero is qui prædicta debeat facere resignationem promiserit infeudationē alteri procurare, & si hoc fecerit, ac sibi cum testibus insinuauerit, ipseq; huiusmodi infeudationem sine impedimento legittimo denegauerit acceptare, insinuans de cætero a prædicta procuratione fit immunis si dominus uel moriatur, uel suā uariauerit uoluntatem, resignationem tamen facere tenebitur si postea ipsemet prius recusatam infeudationem de nouo a domino poterit implorare. [a] Qui etiam alteri ante resignationem & infeudationem bonorum dimiserit possessionem ipse eiusdem debet esse uarendator, cū alter ipsius uarendatiōe indigebit. Si uero ab eodem huiusmodi possessio iure euincatur pecunia super hoc data merito est restituēda [b] filius etiam resignationem promittētis nisi ipsemet stipulatus fuerit, aut fideiussores super hoc dederit adimplere non tenetur.

Glosa.

Quicunq; etiam cum aliquo cōuenerit. &c. Nota si petitio est generalis & transactio specialis tunc nō prēiudicat, nisi in quo est trāsactum. C. de transac. L. age. sic & cum petitio est specialis & transactio generalis, valet tantum ad speciem petitā. C. eo. L. si de certa. Nam & transactio facta super vna re non porrigitur ad prēiudicium super alia. C. eo. L. transactio, & in cōtrarijs vltima valēt. C. eo. L. si diuersa, & si non seruatur quod trāsactionis nomine est actum aut data possunt recipi, aut excipi nisi sit dictum rato manente pacto. C. eo. L. cum proponas. Et viciant transactionem, metus salutis, periculum corporis, cruciatus. L. interpositas C. eo. Qui autem in hoc casu metū allegat illū probet. C. eo. L. transactionem. Infirmitas vero corporis non impedit transactionem sed infirmitas animi. L. sanū. C. eo. Et sicut querela indebiti, ita debiti cessat per transactionem. L. si quidem. C. eo. Et si res aliqua detur ex causa transactionis, tunc debetur euictio secus si dimittitur. L. si profundo. C. eo. Et transactio etiā iurata prętextu falsi rescindi potest. C. eō L. si ex falsis. Et conuentio facta licet sit inequalis quę non est contra leges est seruāda. L. si pascenda. C. de pactis.

Si dominus suam variauerit voluntatē. &c. Nota ergo quod habens ius in re quod non est principale, sed secūdarium, vt est vtile dominium non potest quantum ad alienañ. de ea disponere sine domini requisitione, aut volūtate, vt. c. quę in ecclesiarum, de consti. C. de Iu. emphi. L. si. Simile est in vsuario q̄ non potest vendere vsum rei irrequisito domino. Insti. de vsu, & ha. in prin. Nota quod de rigore iuris domino etiam requisito nolente emere feudum non potest vasallus domino inuito, feudū vendere, maxime burgensi siue ignobili. Et est ratio quia non potest feudum alienari, vt sic vni partium non liceat, quod alteri non licet. C. de fru. & li. expen. L. si. Et videtur expressum de prohi. feu. a perferri. §. pre. ij. in si. Et si diceretur qd vasallus hoc potest, per cōsequens potest alium in homagium surrogare. Trāsit enim res cū onere suo. C. sine cen. vel reli. L. ij. quod esse non debet quia tenetur prēstare operas quę in faciendo consistunt, scilicet dominū iuuare contra inimicos, & similia in quibus non videtur quod possit alium surrogare. ff. de solu. L. inter artifices, descenderit tes tamen de corpore suo bene potest surrogare, vt filios vel nepotes & hęc vera de homine libero nisi casus immineat necessitatis quia tunc domino non expedit vasalli seruitiū. ff. de oper. liber. patro. L. medicus, vide. C ijn. de noua. L. i. hęc procedūt post requisitionem domini & ipse emere nolit. C. de iur. emph. L. si. de loca si potuit, extunc vendat homini suę conditionis vel melioris vt si sit nobilis, vendat nobili. Si enim venderet burgensi vel ignobili istum dominus in vasallum recipere non tenetur si feudum est nobile, immo poterit occupare feudum vel saltem poterit eligere venditionem quem nouerit vtilem sibi esse vasallum. Nam per talem substitutionē nō videtur esse ab homagio liberatus. C. de contra. & commit. ij. L. veteris. ff. de duo. re. L. nemo.

Glosa.

Dictum est superioribus quo pacto hęres post mortuam manum impetitus respondere teneatur hic tandem declaratur quomodo actio eidem venit pro bonis vbi damnū & lucrum bonis adiunctum sit. Pro intellectu itaq; textus ampliori querere vnus posset, si hęres venditionem negauerit, repetentiq; bona pecuniam desuper datam dare recusaret an emptor pecuniā propter id ammittere debeat suam nec ne. [c] Quidā dicunt qd sic quia supplementum vēditionis est traditio vel resignatio bonorum. Insti. de re. diui.

[a] Quod autem uendidor emptorem uarendare teneatur, uide infra li. ij ar xlij. lib. iij. ar. iiij Iur. Munia. ar. xcix. & Cxl. Vnde pro roboramento articuli præsentis, est lex xij. tabu. in hæc uerba, uendite res & tradite post pretum solutum aut si alio modo satis factum existat emptori acquiruntur.

[b] Ex isto sequitur & argumentum sumi potest quod filius in bonis paternis extraneo præfertur emptori, cōtra legem dudū C. de contrahen. emptione & uenditione.

[c] De emptionibus & uenditionibus uide infra li. iij. ar. iij. Iur. Munia. ar. Cxl. glo.

.§. per traditionem. Et si eis obicitur ergo vtrunq; perdit tam bona q̄ pecuniā. R̄. dent quod non, quia si probare poterit pecuniam datam restituere ille q̄ bona recuperare vult tenetur. Alij oppositum senciunt completā venditionem asserentes, etiam si bona non tradantur dummodo pecunia soluta sit nec eam emptor ammittit mortuo vēditore opinionem fundantes suam super paragrapho alie aūt Insti. de donati. An aūt hēredes ad explēdū donationē vel resignatiōm rei vēdite p patrem eorum teneantur. Quidā tenent qđ sic, fundantes opinionem suam super. L. stipulatio ista. ff. de verbo oblig. Alij vero contrarium sentiunt dicentes quod hēredes restituta pecunia quę desuper data sit a conrractu venditionis per patrem eorum factę liberantur per legem primam. ff. de acti. empti. Cōtrouersia tamen vtrorunq; de facili solui potest. Opinio enim prima intelligi debet, de his qui soli per se aliquid vendunt, ex necessitate enim iuris est vt illud teneant, vt. C. de acti. & obli. L. si cum. Secunda vero opinio intelligit de hēredibus mortui, isti enim cogi non debent ad resignandum bona per patrem eorum vendita. Sed illa maiori iure obtinebunt, restituta pecunia quam pater desuper acceperat, & id vult paragraphus vltimus articuli presentis ad hanc materiam vide plura. ff. de acti. empti. L. i. & sequētibus. C. de actio. & obliga. in multis legibus. C. de actio. empti. & vendi. per totum. Insti. de re. diui. §. venditę.

Idem per omnia est. &c. Existo paragrapho innuitur, quod vnū ius ex alio deriuari potest in decidendisq; causis vno & eodem iure vti possumus: In similibns etenim causis etiam ius simile est.

Instātia circa id formari possit. Paragraphū prętactum articuli esse superuacaneum super inuestitura etenim feudi. magis pertinet ad ius feudale q̄ ad prouinciale. R̄. quod autor priuilegij incidentaliter hic de bonis feudalibus meminit, ex eo ne hęres feudalis prędecessoris sui pecuniam profeudo sibi pertinētem perdat. Tum etiam quia promissiones omnes. Contractus venditiones ad ius pertinent prouinciale. Vnde ommissis his q magis ad ius feudale pertinent de quibus & articulus presens ad finem vsq; tractat, in glosisq; per longum habetur declaratio. Notādum specialiter. Quod quicunq; feudum vēdiderit ille vendit quod suum non est. Sed eius dominum pertinet, dominus etenim bona huiusmodi sibi contulit in feudum, nō tamen donauit, & ita quicquid vnius propriū non est, vendi non poterit. Quicquid autem iure vendi non potest, etiam iure varendari illud minime valebit. Promittat etiam vnus aliquid, quod suum nō est, promissio illa inutilis efficitur, vt Insti. de inuti. stipula. §. i. & sequentibus. Vndesi quis feudum vendere promiserit, promissio illa inutilis erit. Sed et venditio, ex eo quia feuda omnia dominum pertinēt, nisi forsan consensus domini superueniat, pecuniam tamen desuper acceptam restituere cogitur, is qui vendiderit. Si consensus domini nō superueniat. Vnde in textu tria specialiter tanguntur. Primo de venditione vel donatiōe cum quis aliquid alienat quod illius proprium est. Secūdo de bonis quę dominus dare & cōferre potest. Tertio de bonis quę vnus vendit quę tamen nec dare nec conferre potuerat. Super primo vēditor ab hēredibus emptoris liberatur, si pecuniam desuper datam restituerit. Pro secundo dominus etiam erit per simile libet ab hęredibus emptoris, cum rem emptam contulerit vel pecunia restituta sit. Pro tertio venditor liberatur ab emptore, si dominus consentire vel conferre noluerit & aliter non.

Ius feudale de quo inpręsens d statutum est super bona quę militibus data sunt a Romanis pro stipendio. e Vnde feudalia bona seu feudum habere non est aliud nisi cum donatur quid ex bonis imperij aut proprio domini, militibus propter eorū dexteritatem vel nobilitatem, ex quibus tandem seruiciū prę stare tenentur, nisi ex gratia absoluantur.

d. *Vide feu. in probe.*

e. *Bona feudalia habere q.t.*

Articulus X

Quod eo modo cedit pueris ipse bene parce

Vide ad hunc passum Iur. Munia. ar. lvij. glo

IPater filio suo uestimenta æquos aut arma donauerit, tempore quo donationē perficere potuerat, & filius eisdem uti ualeat donata huiusmodi post mortem patris cum fratribus diuidere, aut domino patris seu patris hæredibus, dato quod in generatiōe sibi non fuerit æqualis reddere non tenetur. Etiā si filius a patre in bonis non sit emancipatus.

Id quod intextu dicitur si pater filio &c. hoc itidem intelligendū est de filiabus & earum ornatu uel uestimentis iuxta ar. lvij. Iure Munia. Sed si fuerint emancipate cogentur illa uicecersa importare, ut infra eo. li. Spe. Sax. ar. xiij.

Id quod in textu dicitur equos etiam intelligitur de alijs mobilibus dummodo pater donationem facere poterit, ut infra eo. lib. ar lij.

Glosa.

Si pater filio suo. &c. De multiplici peculio quid in quolibet sit speciale vide azo in summa. C. de bo. quę. libe. & per hostien. in summa de pecu. cleri. C. quot sunt eius species et in specu. de actore. §. ve. Sed & filius familias, & se. Pro concordan. etiam istius articuli, vide. C. de colla. &. ff. de colla. bono. per totum. Et quemadmodum hic dicitur de vestimentis. &c. Perinde etiam intelligendū erit, si filius libris quos pater sibi coemit aliquid lucretur. Si talis filius ad statum aduocatie vel magisterij puenerit, vide Guiller. in spe. de Iudi. & Baldum in additionibus ibidem.

12

Quid filio

Bona p̄ pueros acquisita cum in potestate patris sunt

Septena dona que filius cum germanis diuidere non tenetur.

Iure Munia. ar. xcvi. glo.

Glosa.

Superius habitum est de bonis quę post mortem parentum hęredibus pro vtilitate veniunt hic declaratur quid pueris pro cōmodo cedere potest, tempore vitę parentū. Vnde notandum circa id specialiter quod ōmnia bona quę pueri acquirunt cum in potesta te patris sunt, patrem pertinent & ipse cū his disponere poterit quicquid voluerit, vt Insti. per quas perso. no. acqui. in principio.

Sciendum tamen circa id quod septena dona inueniuntur quę filius diuidere non tenet cum germanis, nec patris sunt, cum per filiū vt sic acquiruntur. Primum quicquid pater filio dederit in vestimentis armis. &c. vt textus habet illud hęredibus sui patris restituere non tenetur, nec domino patris, dato etiā quod sibi in generatione sit inequalis, hoc est si ipse sit seruus, & pueri sint origenarij, etiam si filio pręuigno illa dederit. Secundū quod diuidere non tenetur filius, sunt bona quę cum vxore accepit vt infra eo. li. ar. xij. et in auten. de non eligen. coll. i. Tertium quicquid lucratur in bello vel obsequio militari, vt. ff. de castrē. pecu. L. si forte. & L. castrē. si, & Insti. per quas perso. no. acqui. §. igitur liberi. Quartum quicquid acquirirur ex disciplina magisterij, doctoratus, officio aduocacie, vt. C. de inoffici. testa. in multis legibus. Quintum si filius cum patre aliqua bona per successionem equaliter hęreditant vt in auten. de hęredi. ab intesta. veni. §. si vero coll. ix. Sextum, si pueris aliquid datur cū conditione quod videlicet pater desuper nihil habeat, vt in auten. vt li. ma. & auie in prin. coll. viij. Septimum si patris bona excepta legittima causa sint abiudicata, vt si pueros procreans cum vna, aliam superduxerit vxorem consanguineam, pueri prioris vxoris non diuident bona paterna cū pueris secūdę, si probabitur incestum, vt in auten. de incesti. nupci. §. i. coll. ij. Et hęc sunt septuplitia filiorum peculia & dona, quę parentibus reddere aut cum alijs hęredibus diuidere, etiam si per patrem emancipati non fuerint minime tenentur.

quolibet tutore est censendum.

Glosa.

De Tutoribus

Restituere tenetur. &c. Et quando tutor confitetur per mediū contractus & proprio motu non nocet pupillo. Sed tantum cum in iudicio confitetur mandante & cogente iudice vt notat Cīnus in. L. i. C. de confes. negligētiaq; in non conueniendo debitores & non collocando pecuniam, imputatur tutori vr. ff. de administra. tutor. L. Si tutor, potest tamen ipse tutor a pupillo pecuniam sub mutuo recipere & seipsum debitorē ascribere, vt. ff. eo. L. quotiens. §. non tantum. Et contra tutorem qui non fecit inuentarium absq; causa iuratur in littem, & ante nō potest administrare nisi ea quę dilationem non recipiunt, nimia enim festinantia vel negligētia tutoris in rebus vendendis punitur. In tutandis autem rebus pupillaribus tutor non tenetur nisi de dolo & lata culpa, vt in. L. tutor. ff. eodem. Tutorę non faciens ea quę faceret quilibet legittime se defendens non videtur recte defendere vt in. L. generaliter. ff. eodē. Nec potest tutor nomine pupilli plus expēdere ex bonis eius q̄ ex suis honestissimis esset erogaturus, vt. ff. eodem. L. cū plures. §. nimium, debet enim tutor circa personę pupilli expendere quod moribus honestati & extimationi pupilli conuenit, vt in ea. L. §. cum tutor. Et tenetur ad hęc qui iussus est administrare, vt in. L. qui iussus. ff. eodem. In rendenda etiam ratione tutoris sufficit contra eū probare quod fructus bona fide percipi potuerunt licet percepti per eum non probentur, vt in. L. tutorem. ff. eodem. Regulariter vero tenetur tutor illud facere quod diligēs paterfamilias esset facturus, vt. ff. eodem. L. a tutoribus. Expense etiam circa personā tutoris non imputantur pupillo nisi ei per iudicem fuerit salarium ordinatum vt in eadē. L. §. vlti. Et quod tutor vel curator acquirit ex pecunia minoris efficitur minoris vt in. L. si tutor. ff. quando ex facto tuto. Teneturq; tutor reddere rationem in omnibus quę fecit cū facere non deberet & in his quę fecit prestando dolum seu latam culpam & quantam in suis rebus diligentiam adhibere deberet, vt. ff. de tuto. & ratio distra. L. i. vbi etiam in §. hanc actionem dicitur, quod hęc actio etiam cōpetit in hęredes tuto. & hęre. pupilli.

Mutuare pupillo pecuniam

Cū Tutorem non fecit inuentarium

Ne quis tutor pupilli rebus

Impense tute rei fiant

Articulus XI

De Tutoria

a. *Iur. Munia. ar. xxij. glo.*

b. *Intelligēdum est de bonis immobilibus nā mobilia omnia lucrantur maritus, ut infra eo. li. ar. xxxi. glo. Sed īmobilia tenetur præstare non retento usu fructu.*

PAter si post mortē matris filios [a] sub tutela habuerit suos, postq̄ sese abinuicem separauerint ipse eisdem omnia bona materna [b] (nisi præter ipsius culpā perierint) restituere tenetur. Idem de matre post mortē patris & de alio

In articulo presenti de tutoribus tractare incipit, & primum de tutoria patris respectu puerorum, daturq; in textu doctrina. Si qñ contingat pueros minorennes post mortem matris sub tutela paterna relinqui, quo pacto prouidere sibi debeat, vt nō incurrat pœ

nam mali administratoris, alias dānum resarcire teneretur, vt in auten. vt hȳ qui obliga. §. Si vero coll. vi.
Et quia in tutelis multę & varię eueniunt fraudes & deceptiones. Quare ad obuiandū huic malo pro intellectuq; tam presentium q̄ & sequentium articulorum. Considerandum necessario sequitur, quid nomine tutoris intelligere debeamus, & quomodo & qs tutor esse possit. Tum & qui se a tutela excusare poterit. [c] Vnde tutor in proposito dicitur quasi defensor, vel cui ex iure committitur defensa illius [d] qui propter imperfectā ętatem seipsum dirigere non potest, vt Insti. de autorita. tuto. §. tutor. Vñ et tutor ab officio eligi potest vltra velle suum, & eidem demādari officium poterit vt tutelam acceptet, vt Insti. de atilia. tuto. in prin. Tutor autem esse nō admittit [e] qui paris conditionis non sit, vt Insti. de legit. agna. tute. §. finali, & item infamis, vt Insti. de suspec. tute. §. nouissimę &. §. suspecti.
Notādum etiam [f] quod vnus excusare se potest vt non sit tutor, vel quod tutelam nō acceptet ex certis causis. [g] Primo si multos habeat pueros. Item si eum in obsequio domini in partibus longinquis esse oporteat. Item Reipublicę officio occupatus. Item propter paupertatem, propter egritudinem, propter inimicitias, vt quia pater erat ei inimicus. Item propter senīū, quia septuagenarius tutor esse non potest. licet ipse tutorem habere poterit si vult & nihil iuri derogabit suo. Itē propter iuuentam, vt infra. xx. annōrū, vt Insti. de excusa. tuto. & curato. per totū. C. eo. titu. &. ff. eo. ti. Preterea mulier tutor esse non poterit, vt. ff. de reg. Iur. L. feminę. Circa id tamen sciendum sequitur [h] quod mulier tutor esse potest cum deficiūt ex parte gladij, ideſt deficientibus legittimis ascendentibus vel testamentarijs, nam legittimis transfusa libus prefertur mater. [i] Item si propinquiores ibi nullum habeāt domicilium. [k] Item si puer sit illegittimus vt. C. quan. muli. tuto. offici. fungi. po. L. ij. Mulier tamen cogi nō debet ad tutoriam acceptandam nisi eam beniuole affectet, vt in auten. vt sine prohibi. matres & debito. §. in prin. coll. vij.

c. *Tutor q. t.*

d. *Iur. Munią. ar. xxvi. glo.*

e. *Tutores qui esse nō possunt.*

f. *Iure Munią. ar. xxvi. glo.*

g. *A tutela unus se excusare potest in certis casibus hoc idem vide Iure Munią. ar. xxvi. glo.*

h. *Mulier tutor esse potest in certis casibus.*

i. *Mulier habens maritum Iure Saxonico tutrix esse non potest ga est sub tutela uiri.*

k. *Auus nepotum matri annuatim rationem tutele reddere tenetur quia ipsa eorum est hæres.*

Articulus XII

Bi fratres aut alij bona habuerint indiuisa eorumq; seruicijs laboribus & expensis ea meliorari & augeri contingat, utilitas & fructus in his cōiunctim omnibus ascribetur, idem de damno est intelligendū. Quicquid autem aliquis cum uxore sua receperit in hac parte cum socijs suis & fratribus diuidere nō tenetur. Si etiam quis bona sua ludo, luxuria, donatione, aut alia prodigalitate dissipauerit, in idq; fratres seu socij sui non consenserint, damnum quod ex his euenit dissipantis est proprium, & non suorum fratrum aut sociorum.

Glosa.

Vbi fratres. &c. Qualiter autem fratres fiant socij, & quibus modis societas contrahitur, vide in quodam consilio quod incipit Nobilis po. ad finem additione specu. primę & secundę partis. Aut alij bona habent indiuisa & eorum. &c. Vnde etiam dicit lex & quidē si nihil in societate de partibus lucri & dāni nominatim conuenerint equales scilicet partes & in lucro & in damno spectantur, quod si expresse fuerint partes, hę partes seruari debent, vt Insti. de socie. §. i. Concordat etiā lex si maior. C. communi diuidūdo, dicitur autem talis societas leonina si quis velit habere spem lucri, ita quod alter totum damnum subeat. ff. pro so. L. si non fuerint. §. ita. Vnde non est admittēda cum contractus nō debeat claudicare. ff. de arbi. L. si cum dies. §. penul. in fi.
Vbi fratres. &c. vbi scias quod si fratres se diuiserunt tunc circa lucrum & damnū vnusquisq; tantum sibi negociatur. Si autē stant simul, et si constat vnde lucrum prouenerit quilibet sibi tantum acquirit. Si autem non constat presumitur de bonis communibus prouenisse, ideo fiet communicatio. Et predicta vera de fratribus inter quos nulla societas contracta probatur. Sic etiam lucrum de communi pecunia factum conferi debet, & in duplo hoc presumitur ideo etiam venit communicandum. Sed si probatur societas omnia debent communicari, cum infantibus tamen & pupillis ista societas contrahi non potest. Et si vnus sociorū clam emit aliquas possessiones pro se & suis hęredibus, tunc nihilominus fructus sunt communicādi quia socius renunctiare clam non potuit societati. Sed debuit hoc facere altero sciente. Si vero vnus ex duobus fratribus indiuisa habentibus fecit debitum, hoc de communi solui non debet vt hic &. C. de famil. herci. L. certum, nisi tunc debitum sit occasione communis vtilitatis contractum, qd̄ tamen non presumitur nisi probetur. Sic nec cōdemnatio vnius fratris debet solui de cō-

muni. Et si vnus fratrum habet filiam maritandam, ista nō est de cōmunibus bonis maritāda, quia onus liberorum sequitur partē. De his vide per dominum Baldum in additio. specul. titu. de Iudi. post Guiller. vbi inuenies alleg. iur. Et Guiller. in specu. ibidem valet tit. de iud. in. §. sequitur, plene tractat de actionibus finium regundorum famil. hircisçunde, & cōmuni diuidundo. Ibi omnino videas.
Aut alia prodigalitate dissipauerit. &c. Et nota quod prodigalibus datur curator vt furiosis iuxta legem imperialem sic dicentem, lege duodecim tabularum. Prodigo interdicitur bonorum suorū administratio, quod & moribus quidem ab initio introductū est. Sed solent hodie pretores & presides si talē hominem inuenerint qui nec tempus nec finem expensarum habet. Sed bona sua dilacerādo & dissipando perfudit curatorem ei dare exemplo furiosi, & tam diu erunt in curatione ambo, q̄ diu vel furiosus sanitatem, vel ipse prodigus sanos mores receperit, qd̄ si euenerit ipso iure desinunt esse in potestate curatorum vt in. L. i. ff. de cura. furi. vel alijs dandis. Et habent tales a iure curatores legitimos scilicet agnatos, vt. ff. de minori. L. patri & Insti. de curat. §. furiosi. Et licet istos curatores habent a iure, possunt tamen pro se & pro alijs in iudicio esse donec eis administratio bonorum in iudicio per iudicē inter dicatur de hoc in specu. de actore. §. i. ver. Item opponitur contra actorem.

Glosa.

Articulus presens de societatibus tractat. Vnde societas iuste admitttitur, si recte & rationabiliter inchoetur vt Insti. de socie. §. de illa sane. Pro intellectu textus ampliori scie dū [a] quod societas disoluitur ex certis causis. Primo si vnus sociorum moritur, & hoc vel morte naturali violentae, siue iure ipso moriatur, vt quia vel passus est capitis diminutionem ex sententia iuris, vel qui se in seruum dederit, vel in exilium missus, vel religionem intrauerit. Isti etenim iure pro mortuis reputantur, vt Insti. de capi. diminu. §. maxima &. C. de sen. pas. & resti. &. ff. de bo. dāna. L. i. Itē cum sociorū sunt multi vnusq; ex his perit, disoluitur societas vt Insti. de socie. §. sed etsi. Item si causa illa perit ratione cuius societas inita fuit etiā societas terminatur. vt Insti. eo ti. §. item si alicuius. Item si bona socij propter excessum eius confiscentur, vt Insti. eo. ti. §. publicatiōe. Item si vnus sociorum propter debita ausugerit, vt Insti. eo. ti. §. item si quis &. C. de ces. bo. L. i.
Sciendum preterea [b] quod nullus societatē inire debet ea intentione quod ipse commodum habeat & socius eius damnū solus tolleret, vt. ff. pro socio. L. si non fuerit. §. aristo. refert. Quicunq; etiam societatem inierit, dā-

a. *Societas dissoluitur ex certis causis.*

b. *De societatibus uide*

Articulus XIII.

a. *Iure Munią. ar. lvij.*

Mancipati liberi [a] post parentum obitum ad diuisionem hæreditatis cum nō emancipatis minimæ admittuntur, nisi prius cum iuramento bonorum cum quibus emancipati fuerint (præter utensilia & res expeditorias) fecerint collationem. Et si cum bonis immobilibus emancipētur, pro his se non poterint sacramentaliter liberare. Si uero diuisioni hæreditatis renuncciarunt, carere debent eadem nisi se iuratoriæ studeant expurgare. [b] Pro renunctiatione autem iudicialiter facta si probari ualeat nō potuerit iurare. [c] Scultetus etiam cōtra paganum in huiusmōi causa uice iudicis ī iudicio testificet

Glosa.

Emancipati liberi [d] post parentum obitum. &c. Qualiter autem secundum. L. debeat fieri ista emancipatio, vide Insti. qui. mo. ius. pa. po. sol. §. preterea emancipationem, [e] & vide de hoc formam in specu. ti. de natis, ex li. ven. ad fi. ibi. Collationē, & hoc scias qd̄ qui debeat conferre, cogitur satisdare fidei iussoribus vel pignoribus de conferendo, quod si recusat per contumeliam denega-

b. *Ista renūciatio successionis est contra. L. fi. C. de pactis & c. q. uis de pactis li. vi. ergo non tenet,*

c. *Sequitur ergo quod corā ipso fieri potest renūciatio.*

d. *Vide infra li. ij. ar. xix.*

e. *Fieri enim debet coram competētibus iudiabus à magistratu ibidemq; parentes cōpareāt, & filios filias neposue à sua dimittant manu capiendo eos per manū & relaxare per uerba ad id idonea, uide hoc idē Iure Munią. ar. lvij gl.*

tur sibi actiones, & si per impotētiam dabit curator bonis, vel fiat collatio re ipsa si cetere sunt res conferēde, vel fiat cōpēsatio vl alterius loco collatiōis diuisio, vt in. L. ñ. ff. de colla. bono. Castrense etiā peculiū vel q̄si & quod nomine dignitatis filij ei a patre datur vel debetur in collationē nō venit, vt in L. i. §. nec castrense. ff. de colla. bono. & vide etiam supra eo. li. ar. x. Quod aūt alias quis habet tempore mortis patris venit in collationē, secus in eo quod querit post eius mortem, & secus in his que non transferuntur ad heredem, vt eo. li. §. Si emancipato. & §. Si impuberi. Et ius conferendi quesitum transfertur ad heredes, vt in L. ñ. eo. ti. Quod aūt furis sit de dote secūdum ius municipale dicitur supra eo. li. arti. xñ. Sed pro iure cōmuni vide. L. filium. ff. de collatio. bonorum cū concordan. ibi notatis, & de dotis collatiōe p totū vide supra. eo. li. ar. v. & iur. mu. ar. xxi. et Insti. de heredi, q ab intes. defer. §. emācipati & insti. de ex here. libe. §. emācipata. Preter vtensilia & res expeditorias, fecerint collationem. &c. Qualis autem alias de iure communi debeat huiusmodi collatio fieri, habetur. ff. de colla. bono. per totum, &. C. de colla. per totum. Si vero diuisioni hereditatis. &c. Pro quo vide pulchram distinctionem notatam infra li. ñ. circa arti. xxx.

Glosa.

Articulum istum multi ignorare videntur, paucis etenim verbis multa in se complectitur. Tractat siqdē de patria potestate, filiorumq; emancipatione de quo habundantius vide. C. de emanci. libe. & insti. qui. mo. ius. patri. pote. sol. & in auten. cōstitutio que de dignita. per totū. Intellecto tamē quantū potestatis pater habeat erga puerū, & quo pacto potestas huiusmodi patria soluitur, facile textus articuli intelligi poterit, vt cōmuniter tamē separatio patrie potestatis iure nostro tuncincipere dicitur, cū filius a cōmāsione & pane patris segregat. Pro intellectu itaq; textus ampliori. f Notandum venit quod patria potestas erga pueros (intelligēdo tamen de non emancipatis) septena inuenitur. Primo quod pater filium vendere obligare ue & tēpore famis poterit, ut. C. de patria potestate. L. si filius. Secundo, quod puer contra patrem iudicialiter quērulari non potest, vt. C. de in ius vocādo. L. finali. Tertio quod vindicare erga patrem minimē poterit, vt. ff. de iudicijs. L. lis &. C. de patria potestate. L. congruentius. Quarto quidqd acquirit filius patris est, & omne ipsius lucrum seruatis tamen exceptionibus que circa articulum. x. signanter in glo. habentur, vt Insti. per quas pso. nobis acqui. §. i. Quinto quod sine consensu patris querelas iudicialiter instituere nō possunt nisi in certis casibus, vt. C. de bōis, que libe. L. vi. Sexto si qd pueris per successionem venit patris est, exceptо tamen castrensi peculio, vel que ex milicia aut huic simili acqrit, vt Insti. per quas perso. nobis acqui. §. i. Septimo filio delinquēte eundē pater eliberare potest in suamq; acceptare ptātē, vt. C. de emancipa. L. i. Octauum addunt aliqui quod necessaria patri submināistrare coguntur. h Sed hoc est commune etiam emancipatis immo & filiabus, vt. ff. de liberi. agnoscen. L. si quis. C. de patri potes. L. filia. Emācipati itaq; pueri si qd bonorum ceperint importare tenētur, si diuisionem participare volunt vt in auten. de immensis donationibus. §. ñ. coll. vñ.

Si vero diuisioni hereditatis renunciarunt. &c. ex isto sequitur quod quicquid corpora liter probari poterit, pro eo iurare vnus minime potest.

Scultetus etiam. &c. hoc est is cui officiū iudicis subdelegatur in villa, & vocantur rusticorum prefecti in legibusq; pedanei nuncupantur, vt in auten. vt ab illustri. & qui super eam sunt digni colla. v. Sed & arbitrorū testimoniū valet, in his que coram ipsis acta sunt, vt infra li. ñ. ar. xi. glo.

Emācipati liberi &c. i Quo pacto autem pater emancipare filium debeat, & quę circa id seruāda, vide infra li. ñ. ar. xix. & ar. xxx. glo. coram enim iudice prouinciali id eum facere oportet, vt. C. de emancipa. L. iubemus. Si etiam filius vnius efficiatur Princeps vel Senator, aut consiliarius Imperij liberatur a potestate patris & item filia quā primū maritatur, ius acquirit viri, vt Insti. qui mo. pa. potes. §. ij. & in auten. constituci. que de dignitati. §. iñ. coll. vi.

Nota super illo articulo Maydeburgēn. male pronūciant, & eum male seruant, indistincte etenim tenent cum quibuscunq; bonis filia emancipata sit illo iam contentari debet, neceam posse ad diuisionem peruenire dicūt quis importauerit illā quibus emancipata fuerat nisi forsan patri bona ex admortuo veniant, quia vt sic filia ad diuisionem admitteretur, adduntq; illud obseruari debere. Iure municipali. Prouinciali vero iure procedit articulus presens & ita obseruaū. est.

f. Patria potestas erga pueros septena.

g. Lex etiam xij. tabularum hoc idem suadet eum dicit, uendēdi filium patri potestas esto.

h. Lex tamen xij. tabu. limitare istud uidetur in hec uerba filius arate carens patris incuria eidem necessarie uite subsidiaue ne prestato, alioquin parentes educare cogitor. E meretrice natus patrem non alito.

i. Nota si uir moriēs relinquat pueros filios & filias omnes emancipatos illi secundum Maidеburgen. non tenentur importare illa quibus emāapati sunt, sed relictam hereditatem mortui patris equaliter diuident, ut Iur. Muni. ar. xcvi. glo.

Abrogatio

Articulus XIIII

QVamuis iure feudali dñs duntaxat unum de filijs cū feudo patris mortui ualeat infeudare, non tamen est ius terrę quod illud solus debeat retinere quin fratres ipsius ad æqualem di-

miserit in feudo porcionem. Sic etiam non est ius terræ si pater unum de filijs suis cum feudo suo emancipauerit, quod ipsum post patris mortē solus cū fratribus suis diuisione nó facta ualeat obtiere, Vñ etsiquidem iure feudali sup eo impetere eūdē nó ualebūt, iure tñ prouinciali si contra eum agant, eundē cōpellēt ad iustā & æquā diuisiōm.

Glosa.

Quamuis iure feudali. &c. Verba sunt Ecke de Repkau autoris priuilegij, estq; mirabile quid & diligenter attendendum quomodo ius vnum contrariari vt textus habet alteri debeat. Illud enim quod pro iure semel statuitur, Iuri posthac contrariari non debet. Si itaq; ius prouinciale & feudale in eo casu cōtrariantur necessario exinde sequitur, quod vnum illorum pro non iure immmo pro iniustitia reputari debet. Preterea postq̄ apostolicus vel Imperator legem aliquam statuit quę priori contrariatur illa prior annullatur a per posteriorem, etiam si illud in constitutione non expresserit vt extra de consti. c. licet li. vi. Exquo itaq; prouinciale ius antiquius est feudali quare & constitutiones prouintialis iuris p subseqētes iuris feudalis leges b annulari deberēt. Carolus etenim magnus. c Ius prouintiale Saxonibus statuit. Fredericus vero Imperator ius feudale, vt in auten. de. vsi. feu. coll. x. Pro intellectu istius. d Nota quod diuersitas & contrarietas iuris potissimum ex tribus prouenit. Primo ex distinctione personarum sicut Ius militum est aliud q̄ ius rusticorum, vt insti. de mili. testa. §. i. C. de iure deli. L. fi. C. de iur. & fact. ignoran L. i. Secundo prouenit ex certa prouintiali consuetudine seu permissione sicut Anglicis admissum est contrahere in gradu cōsanguineitatis, vt. xxxv. q. iij. c. quedā lex. §. quod scripsi. Tertio diuersificatur ius propter diuersitatem causarum vt & siquidem quilibet iure suo gaudere debet, & actor sequitur forū rei, inuenitur tamen causa quod coram extraneo iudicę respondere vnum oportet, & hoc iure reconuentionali, vel ex certis causis ad iudicium extraneū trahi poterit, vt secularis ad spirituale, vt extra de fo. compe. cum sit generale &. iñ. q. viñ. cuius in agendo. In. proposito ergo diuersificatur Ius propter diuersitatem causarum, vna em causa exprimit ius prouintiale alia ius feudale Sciendum preterea e quod feudum amittit ex certis causis. Primo propter inordinatam donationem vt in auten. de immen. dona. §. dudum coll. vñ. Item si vasallus dominū iniuriaffecerit, ita quod iniurias atroces in eū effundat vel manus impias inferat, vel iactu re molem ex insidijs suis ingerat, vel vitę periculum aut substantię intulerit, vel quasdā conuentiones, siue in scriptis donationi impositas, siue sine scriptis habitas, quas donationes acceptor spopōdit, minime adimplere voluerit, vt clare habet. C. de reuocan. dona. L. fina. & in auten. vt libe. de cete. au. annullo. §. quoniam autem coll. vi.

Vnde si in Iure prouintiali contra eum agā. &c. f Querere vnus posset quo pacto occasiōe feudi actio sibi in iure prouintiali intentari valeat, ex quo super feudo Iudex prouintialis iudicare minime potest, nec actio nisi coram domino feudi instituī poterit, etiam si clericus feudum a domino habeat, non nisi coram eodem agere & respondere tenebitur, & qui secus facit perperam agit, vt extra de fo. cōpe. c. ex trāsmissa, ex istoq; apparet, quod incidentaliter vnus propter certam causam extraneo subesse cogitur iudicio, vt. ff. de verbo. obli. L. ñ. Iudex etiā Prouincialis super feudo iudicare minime debet verum causam relegare ad feudi dominū. g vt infra li. ñ. ar. ñ. R. Quod & siquidem vnus occasione feudi actionem instituere corā iudice prouinciali per directum minime poterit, Iure tamen reconuentionali eidē admittitur vt postquā Is qui feudum occupāt pro bonis hereditarijs coram iudice prouinciali heredi actionem intentet heres vt sic accusatus, respōsionem denegare iure poterit quoad actori fideiussoriam statuat, itidem de respondendo in his, quę contra eum occasione feudi agere habeat antequam in possessionē bonorū hereditariorum admittatur. Quod cum factum fuerit ad respondendum vt sic pro feudo cogitur, & ita reticula captiuabitur sua, careat ergo qui nouit. h Sicut in exēplo, si frater meus bōa feudalia occupare vellet ego seruabo hereditatem iuri prouintiali subiectam & exinde nihil sibi impartiam si tandem accusauerit me coram prouintiali iudice pro hereditate huiusmōi, defendā me responsurum, nisi & ipse promittat ibidem, occasione feudi mihi sese iustificaturum. &c. Alias non tenetur super feudo coram prouintiali iudice respondere. Quod autem feudum illud frater meus solus obtineat habetur feu. c. vi. in glo. Pater etenim illud sibi cōcessit, dominusq; etiam illud eidem cōtulit, et ita suum est nec cogitur post mortem patris cum fratribus illud diuidere, lucrantur tamē illud fratres iure prouintiali, quia prouintiali iure sunt pares in diuisione sicut hic.

Lex prior et posterior

a. Hoc idem lex xij. tabu. sentit. in hec uerba quodcūq; postremum populus iusserit id ius ratumq; esto.

b. Vide infra li. ij. ar. xxvi. li. iij. ar. lxxiij. Iur. Munic. ar. i.

c. Vide infra li. iij. ar. lxxxij. glo. et Iure Mu. in prolo.

d. Diuersitas iuris ex tribus prouenit causis

e. Cause ammissionis feudi.

f. Occasione feudi quō actio coram Iure prouinciali intētari possit.

g. Vide infra eo. li. ar. lxi. in glo. contrarium huius quod reconuenti non potest.

h. Additio ista est doctoris Bugsdorff. Practicaq; ista applicari potest ad illos qui bona terrestria & Ciulia possident.

Articulus XV

SI quis alteri mobilia concesserit, impignorauerit, aut apud eum deposuerit locaueritue, siue cum conditione siue non [a] & post modum ille uel hæres negare uoluerit, cõductor seu expositor facilius illud mettertius probabit q̃ quod retentor suo iuramento obtinere ualeat. Possessor uero si hæreditarium quid in huiusmodi rebus cõpetere sibi mõstauerit, uel quod ita est ex fœtu suorum animalium educationem probauerit. Vel si uarendam emptionis producere potuerit ipse eas cum iuramento duorum obtinebit nisi defectum in testibus siue in uarenda patiatur Incusatus de quacunq; re [b] quæ apud eum non apparuerit suo se posse excusare sacramento. Quæ autem apud eum sensibiliter demonstrari poterint in his per iuramentum non euadet. [c]

a. *Vide ad hanc materiam Iur. Munia. ar. Cxxxiiij.*

b. *Iur. Munia. ar. xl. & infra Spe. Sax. li.i. ar.xxij.*

c. *Textus aliqui ultra id habent insertũ articulum octauum per totum frustra tamen hic repeti debet ibidẽ uide.*

Glosa.

Possessor vero si hereditariũ. &c. aut pignoratitiũ quid [d] & tũc possessor pignoris probabet quãtitatem debiti solo suo iuramento secundum Inno. in causa & facit pro hoc finis arti. viij. infra. li. iij. cum vero res impetieretur vt furtiua vel rapta, videarti. xxxvi. infra. li. ij. & infra li. iij. arti. iiij. Concordat lex Imperialis quę vult quod ex inopia probationis regulariter venitur ad iuramẽtum vt in. L. in bonę fidei. C. de rebus credi. & iureiuran. vbi dicitur in bonę fidei cõtractibus, necnõ & in ceteris causis inopia probationũ emergente per iudicem iureiurando causa cognita res decidi oportet, & vide etiam in. c. ij. de probati. cum concordan. ibi notatis.

d. *Nota non sufficit dicere rem aliquam esse meam sed necessario rationẽ cõmonstrare oportet rem huiusmõi meam fore.*

Glosa.

Si quis alteri mobilia. &c. In precedentibus dictum est quod in certis casibus hęres iuramento liberatur contra actorem. Articulus prẽsens declarat, vbi negatiua absolui minime poterit. Vnde pro intellectu textus clariori. Notandum [e] quod accommodatũ accipit dupliciter, vnomõ quãdo illud tuum fit quod cõceditur nec illud idem in natura redi oportet. [f] sed simile in natura vel bonis vt sunt, pecunię vinum triticum oleum, & vt communiter, ea quę mensurantur ponderantur vel numero cõstant. Aliomodo quãdo illud qd̃ commodatur tuum nõ est. sed illud idem restituere teneris, vt vestes, equi, pecora vt Insti. qui. mo. contra obli. §. i. Aut pignoratitiũ aut apd̃ eũ deposuerit &c. ita quod hęres pignus, vel aliquid aliud qd̃ in depositum datum fuit cum conditiõe vel sine conditione, in bonis mortui inuenerit, & si conditio aliqua apposita sit, non iam vt depositum erit. Sed magis pignoratitiũ vel conductum, deposito enim nulla conditio superaddi debet, vt Insti. de obliga. quę ex quasi con. nascun. in multis locis. Ex hac su praexpressa rerum accommodatarum distinctiõe sequitur quod in his in quibus differentia aliqua reperitur, & quę corporaliter commonstrari poterint, hęredes sine testimonio retinere nõ possunt. In illis vero vbi nulla est differentia. Sed per omnia vnum est simile alteri, vt sunt pecunię, vinum triticum. &c. illud hęres iuramento obtinebit suo. Sic etiam iuratur in legibus cum alie probationes desunt, vt. C. de fi. instru. L. fi. & in autẽ. vt litigan. iur. §. si autem col. ix. & ff. de recep. arbi. L. ij..

e. *Accommodatum duplex.*

f. *Vide abundantius infra li. ij. ar. xxxvi. Iure munia. ar. Cxxxiij & Cxxxv.*

Instare quis posset quod textus articuli contrariari sibipsi videtur cum dicit. Si quis alteri mobilia concesserit, locauerit. &c. facilius illa mettertius expositor obtiebit [g] Post modum vero dicit quod incusatus dequacunq; re. &c. suo se excusabit sacramento. &. quod articulus in se verus est nec contradicit sibiipsi. Primus em̃ paragraphus intelligit de rebus quę adhuc in possessione sunt tua, & manifestum estres illas expositoris fore vt sic enim mettertius locator qui illa in deposito dederat ea obtiebit. Sed si in possessione ea nõ habuerit nec appareant apud eũ esse, ille absoluitur iuramẽto vt textus habet Testimonium prẽconis quoad casum prẽsentem duplex est [h] vnũ ex parte sui, aliud ex parte officij. Itidem & recompensa eius duplex vt supra arti. viij. exindeq; sequit̃ si alicuius genelogia est bona, emenda itidẽ bona eiusdem erit, quiuis etenim emendam obtinet secundum sui generationem. [i] Sciẽdum per modũ Epilogi quod ex articulo prẽsenti quatuor scitu digna elici possunt. Primo quod hęres iurare non potest pro re locata inuadiata, & alia quacunq;, quę ostendi sensibilit̃ potest, cõductoris esse vel locatoris et hoc ibi si qs alteri mobilia. &c. Secũdo quicqd solus facere non potest, id facere eidem licebit cum testibus vel per euictorẽ vel quod hęreditaria sua bona sint, vel quod solus educauit & hocibi possessor vero. &c. Contra id tamen argui potest per. L. ei incũbit. ff. de proba. &. C. eo titu. L. actor [k] affirmanti enim actori incumbit onus probandi

g. *Nota si cum testibus qs accuset aliquẽ cum testibus ille expurgare se se cogitur.*

h. *Glosa ista declaratiua est supra ar. viij. nec præase ad propositum spectat.*

i. *Epilogus articuli.*

k. *Vide infrà li. iij. ar. iiij.*

l. *Vide infra li. ij. ar. ij.*

m. *Probatio duplex.*

n. *Nota quod testium dubietas semper cõtra eum qui producit est interpretãda, quia q probare uult clare et apte ut faciat necesse est quod si ommittat non prodest sibi talis obscura probatio, de ꝓbationibus c. in præsentia in glo,*

ꝓ. quod & si quidẽ leges actori sepius probationẽ admittunt, quandoq; tamen ex responsione reo etiam incumbit probatio defense sue. Sicut si quis dicat, vel inculpet aliquem quod equus sibi vel predecessori suo sit accommodatus. Reus vero in responsione equum dicat esse suum, asserendo eũ ex educatione habere vel aliquo quouis iusto modo eum pertinere vt sic ex responsione probatio sibi cedit, & propior erit ad probandum responsiuam suam, immo ex responsione efficitur actor, vt. ff. de iure iuran. L. duobus reis. §. exceptio Insti. de excep. §. hęc exempli. Reo em̃ licet id [l] quod & actori, vt. C. de dilaci. L. si quando. Tertio in textu tangitur de rebus & debitis quę sensibiliter probari non possunt & hoc ibi incusatus pro quacunq; re. &c. pro his em̃ iurare potest nõ solum iure Saxonico. Sed & Cęsareo vt in auten. vt litti iurent. §. si autem coll. ix. immo & iure Canonico, vt. ij. q. iij. c. si legittimi, &. c. omnibus. Quarto tangitur in textu de rebus sensibilibus & quę apparẽt & hoc ibi, quę autem apud eum. &c. quia pro illis iuramento euadere non poterit, abrogatur itaq; per id articulus sequens decimus octauus, qui dicit quod Saxo. pro omnibus iuramento se absoluere poterit. In omnibus etenim legibus, id obseruatur, quod pro rebus non sensibilibus & non cognitis iuramẽto absoluitur, pro manifestis vero minime, vt & textus prẽsens disponit pro intellectu tm̃ articuli clariori [m] nota qd̃ probatio est duplex, Corporalis cum quid sensibiliter probari potest & prẽsentialiter demonstrari, [n] & istã Saxo. ab actore sustinere cogitur. Nõ corporalis quando obicitur aliquid p verba alicui, & istã Saxo non sustinet quia leges magis credunt respondenti q̃ querulanti, vt ff. de reg. iur. L. fauora. ff. de acqui. possess. L. vlti. C. de dona. inter. vir. & vxor. L. si mari tus. Attende diligenter articulum istum, intellecto enim eo multa intelliguntur ex [illegible] uilegio, quia & septẽ articuli sequẽtes per id resoluũt, cũ agit̃ de ꝓbatiõe cõtra Saxonẽ.

Ex li. feu. C. XIX.

o Vnusquisq; propior est innocentiam suam expurgare quam quis eum cõuincere in his quę verbaliter cõtra eum proponũt̃, & quę extra iudicium fiunt. Probatio etenim duplex est, corporalis & simplex, cõtra corporalem probationẽ se expurgare minime potest, nec aliquis pro eo iurare potest, fit em̃ cum factum sit prẽsens & manuale, vel est detentus in facto sicut in homicidio, furto, deprehensus huiusmodi probationis testimonium contra se eum pati oportet. Alia probatio quę est simplex & in illa potest vnus reus, vel nõ reus fore. Et hoc fit dupliciter vel ex ipsius obligatione, sicut si solus se literis obligauit, sigillum subimprimendo, & iste conuincit se ipsum proprio sigillo & hoc fit ex eius voluntate quod reus efficitur, nisi iuret mesepti mus quod sigillum nõ sit suum nec aliquando erat suum, cõsuetudo tenet quod mettercius iurat, & hoc modo etiam mettertius feudum probare poterit.

Item secundo in probatione simplici, potest vnus innocentiam declarare dupliciter, vel ex parte persone coram qua actum sit, vel ex parte loci. Ex parte personę & hoc dupliciter, vel illa persona sit, vbi negari non poterit factum, & hoc vel ex parte iudicij, vel de iure. de iure sicut fit coram Imperio vbi negari non poterit, vel coram domino feudi, vel coram vasallis. Ex parte iudicij sicut coram iudice & Scabinis in loco consueto residẽtibus ibidem, si quid facit aliquis citius conuincitur q̃ negatiua euadere possit.

In generali itaq; apparet in probatione simplici reus propior est euadere. In alijs vero cõuincitur, & hoc ex gratia datum est Saxonibus, cum ad fidem conuersi fuerant.

Item hoc quod vnus propior sit iuramento euadere innocentiã q̃ alter eũ conuincere ex eo sit, quia si vnus testes adducere cõtra aliã deberet magnas indigeret expẽsas & si reiecerentur testes differretur negotium, & si iterũ testes contra testes adducerentur esset indecens & damnosum. & ita ex his causis admittitur defensa per iuramentum, Iusq; istud Saxonibus datũ a Constantino & Carolo imperatoribus & in hunc vsq; diem obseruat̃.

Articulus. XVI

NEmo sibi aliud ius, nisi quod ei sua tradiderit ꝓpagatio usurpare potest [a] "qui si sup eo in iudicio contenderit & in probatione defecerit cadet iure ab utroq;, nisi sit seruus manumissus cui libertorum iura conceduntur.

Vbi filius est liber & legittimus patris nanciscitur iura. Si autem pater uel mater in ministerialium consistit conditiõe eum uel eos erit pro les secutura.

a. *Vide infra li. ij. ar. vi. li. iij. ar. xxxij.*

Glosa.

Vbi filius est liber & legittimus. &c. sequitur enim filius familiam seu agnationem patris & non matris, vt Insti. de legi. agna. tute. §. i

& insti. de pa. po. §. ius & C. de adopti. L. mu lierem.

Glosa.

Nemo sibi aliud ius, &c. Intellige in recompensa pro tempore illo, qui enim nobiliorē se fecit q̄ ex genelogia sit, Iusq; suū aspernādo, aliud ius vsurpare sibi vult in probatione neq; defecerit cadit pro illo tempore iure ab vtroq; vt textus habet.

Nisi sit seruus manumissus. &c. [b] Vnde circa id sciendum quod nullus seruo libertatē dare poterit nisi sit viginti annorum, vt insti. q ex cau. manu. §. cum ergo. Qui etiam in fraudem creditorum manumittere velit id iure facere sibi non permittitur, vt insti. eo. ti. in prin. [c] Serui autē ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos vēdere ac per hoc seruare nec occidere solent [d] dicti autem sunt serui non a seruiendo sed a seruādo, vt insti. de Iur. perso. §. serui autem.

Cui libertorum iura. &c. Intellige erga extraneos non erga suum patronum. [e] Vnde circa id sciendum quod iura libertini erga patronum sunt hęc, quod videlicet eum debet honorare eiq; assurgere. Secundo quod temere in iudicio contra eum agere non debet vt in auten. vt libe. de cete. §. illud vero coll. vi. &. C. de obsequi patro. L. i. Tertio si necessitas postulet eum enutrire cogitur, vt. ff de ope. libe. L. i. Quarto quod contra suū dominum nihil contumelioſi & dehonestantis facere potest, vt. C. de obse. patro. L. si manū. Quinto si dominus ingratum cernat libertū viceuersa in seruitutē redigere eūdē poterit, vt in auten. vt libe. de cętero. §. quapropter coll. vi. [f] Sexto, decedēte liberto sine hęrede vel sine testamento, dominus percipit bona ipsius omnia, vt insti. de succes. li. §. sed nostra, fallit tamē hoc in quinq; casibus. [g] Primo si in manumissione hoc expresserit eiq; ab omibus his cōditionibus libertauerit, vt in auten. vt libe. de cete. §. illud. Secūdo si patronus cogat libertum vel libertam vt iuramento renuētiet ne nubat, vt. ff. de iu. patro. L. qui contra. Tertio si alimenta in labore non prestet, vt. ff. de iur. patr. L. diuus Claudius. §. Imperatores. Quarto si Patronus pecuniam ab eo extorquet ratione futurorum operum vel laborum non temporefamis, vt. ff. eo. ti. in multis legibus &. C. de operi. liberto. L. si quam. Quinto, si libertus necem domini vlciscitur quam veri hęredes vlciscī neglexerunt, exindeq; libertatem meruit, vt. ff. de iur. patro. L. vlti.

Notādum pręterea venit [h] quod manumitti non possunt quidam. Primo quando quis viginti annorum existens vltro se vendit pecuniam tollēdo, vt insti. de Iur. perso. §. serui. Secūdo qbus propter excessum & enorme nefas manumissio iudicialiter interdicta est, propterq; nefas detentus & seruus factus vt. C. qbus. ad libe. procla. L. ij. Tertio si cōcubuerit cum vxore domini sui, vt in auten. de incest. & nefan. nupci. §. iij. coll. ij

Manumitti etiam serui necessario veniunt ex certis causis. [i] Primo si vlciscantur necē domini, quam hęres occultauit. Secundo si falsam monetā publicauerit. Tertio si detegunt crimen raptus virginum, vt. C. pro quibus cau. ser. propri. L. ij. &. iij.

Vbi filius est liber. &c. dictum est de seruis, tum de his qui manumissi sunt. Paragrahus presens meminit de his qui liberi nati sunt. Vnde circa id nota quod hominum differētia triplex inuenitur. [k] Primi sunt & vocantur liberi qui videlicet parentum suorum libertatem nanciscuntur, vt Insti. de iur. nat. §. i. Secūdo sunt serui qui videlicet. xx. annorū existētes sese venundant, pecuniam desuper tollētes, vt Insti. de iur. perso. §. i. Tertio sunt liberti qui & siquidem non sunt nati liberi, libertate tamen donati, & ita libertatem non de iure habēt, sed ex gratia, vt Insti. de liberti. §. i.

Patris nanciscitur iura. &c. magis ēm filius ad patrem pertinet q̄ ad matrem, vt inst. de patri. potes per totum & superius in prędenti glosa tactum est.

Si autem pater vel mater in ministerialium conditione consisterit. &c. Antiquitus obseruabat vt infra. li. iij. ar. lxxiij. et. lxxxi. qđ vē tres matrū inspiciebāt, exindeq; iudicabat fœtus an liber vel seruilis conditionis sit, vt insti. de ingenuis. §. i. Sed ex his illud quęsitum est. [l] si ancilla prągnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperit liberū an seruum pariat. Marcellus probat liberū nasci. Sufficit enim ei qui in vtero est liberam matrem vel medio tempore habuisse vt liber nascatur. Tum etiam quia mater in seruitutem se dare potuit, non tamen prolē, vt insti de ingenu. L. ex his & illud, & hoc intelłige secundum leges. Secundum Saxones vero super libertate prolis nate vide infra li. iij. ar. lxxiij. &. lxxxi.

b. *Ad libertatē seruorū dandā quæ requiruntur.*

c. *Serui unde dicti.*

d. *Vide infra li. ij. ar. xxxiiij. li. iij. ar. xlij. Iur munia. ar. ij.*

e. *Ius patroni erga libertum.*

f. *Hoc idē cauetur. L. xij. tabu. Si libertus ab ītestato moriatur nullum hęredē suum relinquens patronus ei succedito.*

g. *Casus in quibus patronus non succedit in bona liberti.*

h. *Manumitti quidam non possunt.*

i. *Serui necessario manumittūtur ex certis causis, hoc idem uide Iure Munia. ar. iij.*

k. *Hominum triplex differentia.*

l. *Iur. Munia. ar. iij.*

Articulus XVII

[a] MOritur autem uir sine liberis pater si fuerit [b] sin autem uocet mater & in successione fratribus preferatur. Patris matrisq; fratris uel sororis hæreditatē filius percipit & non filia nisi filius non supersit accepturus. [c] Quādo autem ad hæreditatem soror nō pertineat neq; frater [d] omnes qui se in uno gradu cognatiōis existere probauerint [e] siue sit uir siue mulier æquā hæreditatis percipiant portionem, in his enim sexum non discernemus, quare hæredes accelerātes appellamus. [f] Attamē utriusq; sexus nepotes in successionibus patribus & matribus sororibus et fratribus defunctorum præferantur, eo quod successio non respicit gradus ascendentium & collateraliū, quamdiu descendentiū gradus geminoribus suis in generatione equales inueniantur. Si quis alij in generatione fuerit inequalis hæreditatem eius non percipiet. Suaue etiā de fœminea cognatione hæreditatem non accipiunt eo quod in eorū generatione omnes feminæ propter prædecessorum fœminarum uitia sunt ex hæreditate.

a. *Istud contrariari uidetur iuri cōmuni ubi frater ex utroq; conuunctus simul succedit cum patre ut in §. cōsequēs in auten. de hæredi. ab intesta. uen.*

b. *Iur. Munia. ar. lxiij. glo*

c. *Intellige quando qs post se nō relinqt fratres uel sorores ex utroq; aut altero parēte tantū qa ex altero tātū excludit alios de quo in textu & ita practicatur.*

d. *Quando ad hæreditatem soror non pertineat neq; frater, hoc est quādo defertur hæreditas alijs q̄ fratribus &c. Hic Ius repræsentatiuum admittitur & sic filius præmortui patris succedit defuncto patruo in locū patris sui, posteaq; simili gradu agnationis se ad bona trahere patrui, cum fratre eiusdē defuncti iure repræsentatiuo. Sed scabini rudes hoc non intelligunt, & hodie in collateralibus Ius repræsentatiuum non admittunt sed præferunt proximum.*

e. *Et sic filij duorum fratrum aut plurium inter se succedentes de functo eorum patruo tam in feudis q̄ in hæreditate in capita succedunt contra cōmuniorem opinionem legistarum & iuris cōmunis & id obseruāt Maideburgen.*

f. *Moritur duis relinquēs fratrē ex utroq; & nepotem ex filia præmortua, dicunt Lipsen. quod nepos tantummodo succedit ratione lineæ descenden. Maideburgen. uero cōtrarium tenent scilicet quod frater succedit tantūmodo ex ea ratione quod sinus non ulterius procedit q̄ de patre ad filium & non ad nepotes filiarum & ita practicāt*

g. *De successione hæreditatis optimæ sentire uidetur lex xij. tabularum iu hæc uerba intestatorum hæreditates*

tris famil, seu filij famil. liberi eius si sint omnibus alijs prelati succedunt. Primi quidem gradus equaliter, nepotes & ulteriores instirpes non distinguendo sexum vel iura potestatis. Sed naturali causa sola inspecta vt in auten. in successiōe. C. de suis et legitti. libe. & in auten. de here. ab intesta. §. si quis &. §. reliquūcoll. ix. & institu. de hęredi. ab intesta. §. cum filius &. §. fi.

Glosa.

Superioribus declaratum est de successione descēdētium, Articulus hic presens disponit de descendentium & collateralium successionibus, & dicit quod pater & mater omnesq; ascendeñ. percipiūt hęreditatem ante fratres & sorores, & ante omnes collaterales. Cōtra id instare quis posset quod frater meus maiori iure hęreditatem percipere debeat meam q̄ auus meus, ex eo quia est propinquior mihi & maiori iure in bona patris nostri succedit q̄ Auus, & itē in bona aui propinquior est in succedēdo q̄ proauus. Quia sicut filius succedit patri, ita & auo in locum patris. R. qđ hoc non refert [h] ex eo quia auus qui post hac moritur bona ipsius cedent in fratres tuos. Si dicas quod bona aui mei potiori iure cedent pueris eius propinquioribus q̄ meis fratribus. R. quod aui mei filius vel si plures sint non nisi vnam portionem quiuis illorum accipit. Sors vero patrem meum premortuum concernens, mihi & fratribus meis iusto venit, & istud vocatur ius representatiuum secundum leges, quia puer succedit in locum patris, vt in auten. de hęre. quę ab intesta. veni. §. si vero. coll. ix. semp enim propinquior est filius patris hęreditatem accipere q̄ pater patris, vt in autē. eo. ti. §. q̄ coll. ix.

¶ Filius pcipit & nō filia. Dubitare qs posset. Si id locum habere debeat extūc filie omnes exheredes essent. R. quod id obseruatū fuit iuxta iura antiqua[i] quibus tamen derogatum est, vt. C. de legitti. here. L. lege duodecim, & in autē. de hęre. ab intesta. §. i. coll. ix. quomodo autem etiā iure nostro id intelligi debeat infra articulo sequēti declarabit. Nota quod ascedeñ. hoc est Auus. Proauus ille qui est propinquior succedit vnus solus, descendeñ. vero qui & propinquiores sunt in successiōe ascendētibus succedunt secūdū stirpes [k] hoc est quotquot pueri sint accipiunt sortem quam pater eorū acceptarus esset. Postq̄ autem frater vel soror nō supersit, illi qui propinquiores erūt succedent vt textus habet & insti. de hęredi. quę ab intesta. de fer. §. cū filio. ¶ Quare accelerañ. hęredes appellitamus. &c. dicuntur autem ex eo hęredes accellerañ, quia in descendentes hęreditas cedere dicitur, nam & secundum aliquos illud quod in descendentē cedit trāsire dicit quod vero in ascendentē stare videtur.

Generatione similis [l] vt textus habet dicitur is qui patri similis est similem autem gene-

tates primo succedere uelint ue sumpto his tibus agnatus mus familiam

h. *De iure repræsentatiuo uide.*

i. *Limitatio articuli de filiabus.*

k. *Hoc approbat cursius in auten. te C. de legitti. quod fratrum filij cedunt in stirpes in L. ij. §. hæredi de suis & legitti. in auten. cessante legitti. hæredi.*

l. *Vide infra eo. li. li. lib. iij. ar. xlv glo. c. xx glo.*

ratione non aliud distinguit, nisi libertas & seruitus. ¶ Suaue etiã de fœminea cognatiõe &c. Suaui vero dicũtur quorum matres per Sueuos ex prouintia ducte erãt, Hesternus si quidem cum Saxonibus Angliã debellans. Sueui interim Saxoniam impugnantes mulieres eorum abduxerant, in reditu Saxonũ pueri mulierum quę cum Sueuis abducti erãt prout in antiquis habetur originalibus Sueui vocabantur, mulieresq; ille exhereditate fuerant & hoc intellige in earum generatione & non aliter. Cum itaq; dicitur quod mulieres hereditant intelligitur de alijs mulieribus quę ex hac genelogia non sunt, & per id soluitur iuris differentia.

In textu cum dicitur, eo quod succesſio non respicit gradus ascendentium q̃diu descendẽtium &c. Naturalius cñ est quod descendẽs succedant q̃ ascendẽs, vt ff. de bo. damna. l. cum ratio. Dantur tamen certe quędam causę vbi parentes exhereditare filios possunt.

Vnde pro maiori ſuius declaratione notandum [m] quod in legibus causę ingratitudinis propter quas pater potest filium exhereditare sunt hęc. Prima si filius parentibus manus violentas intulerit eosdemq; percusserit. Secundo si grauem iniuriam eis fecerit. Tertio si in criminalibus eos accusauerit, in causa quę non sit aduersus principem vel rempub. Quarto si cum malefi cis conuersatus sit, vel magicam seu veneficia exercuerit. Quinto si super morte patris per venenum vel aliomõ insidiari tentauerit. Sexto si nouerce suę aut concubine patris filius se se immiscuerit. Septimo si delator contra parentes filius extiterit, & per suam delationem in grauia dispendia eos perduxerit: vel si ex dilapidatione filij graue dispendium parentes sustinuerint. Octauo, si patrem captiuum per fideiussoriam eliberare noluerit, siue fideiussoria extendat se pro persona sua vel debito eius in quantũ potest, hoc tamẽ quod de fideiussoria dicitur ad filios masculos tantũmodo pertinet. Nono si patrem prohibet elemosinas tribuere. Decimo si preter voluntatem parentum lusoribus, mimis, & histrionibus se se filius sociauerit & in hac professione permanserit, nisi forsan parentes eiusdem professionis sint. Vndecimo si parenti filiam vel neptim marito elocare iuxta vires substantię prohibuerit tũ & filia ipsa si eam pater nuptui tradere vult, illaq; renuit, verum luxuriose vitam agit etiã exheres erit, quod si vsq; ad xxv. annum parentes eam marito copulare disulerint, exindeq; forsan contingit eam in suũ corpus peccare, aut sine consensu parentum marito se libero tamen coniungere hoc ad ingratitudinem filię non imputatur, quia non sua culpa sed parentum id cõmisisse cognoscitur. Duodecimo si parentibus furiosis vel freneticis debitam curam non impenderit. Tredecimo si parentem captiuum liberare non accelerauerit, eundemq; in illa captiuitate mori contigerit. Quartodecimo si filius hęreticus sit vt in auten. vt cum de appella. cogno. §. causas autem. coll. viij. & in. c. quinta vallis de iure iura. in glo. Adhuc est vnus casus infra eo. li. ar. lxij. in glo. hoc est quãdo pueri more parentum iure non quęrulantur.

m. *Causæ exhæreditationis liberorum quatuordecim, vide hoc idem lib. i j. ar. lxxxuij glo.*

Id quod de elemosinis prohibendis in glosa meminit. Codices ueteres tũ et in auten. ut cum de appella cognoscant. §. causas coll viij. tum & in capitulo quinta uallis de iuramen. in glo. clarius passim istũ declarant habetur enim ibidem generaliter quod filius conuictus sit de quia parentes suos testamẽtum condere prohibuerit ex eo sola causa eundem exhæredandi licentiam habebũt rectius ergo ita passus præsens intelligi debet & non solum de elemosinis denegandis ut in glosa habetur nam causæ huiusmodi exhæreditationis ex doco autentice allegato &c. quinta uallis de uerbo ad uerbum hic ingrossatæ sunt.

Articulus XVIII

[a] ARTICVLVS REPROBATVS.

TRiplicia iura saxones præter consensum Caroli Imperatoris sunt consecuti Ius suauie in odium fœminarum. [a] Secundum quod quicquid Saxo in iudicio non fecerit [b] si sacramentaliter negare uoluerit hoc quidem facere potest conuincibili probatione aliqua non obstante. [c] Tertium quod nulla in terra saxoniæ coram imperio sentẽtia tam uera & iusta promulgatur [d] Saxo si eam increpare uoluerit deferens manui suæ dextræ multitudiniq; maiori & si septenus alios septem debellauerit tunc maior pars uincentium sententiam obtinebit. Ad hæc omnia eorum antiqua iura cõsuetudinaria ab aula Christianæ fidei non deuiantia obtinuerunt.

b. *Distinctionem istius Paragraphi cum eius limitatiõe, uide supra ar. xv. in glo. & infra li. ij. ar. xxxiiij.*

c. ARTICVLVS REPROBATVS

d. *Iure munia. ar. xiij. glo.*

Glosa.

Triplicia iura saxones &c. Christianę fidei Ecclesiasticeq; libertati cõtrauenientia. Vnde dicit lex communis. Cassa & irrita esse denũciari precipit omnia statuta & consuetudines contra libertates ecclesiarum, earumq; personas inductas aduersus Canonicas vel imperiales sanctiones & ea de capitularibus penitus abolere mandat noua constitutio & de cętero similia attentata ipso iure inutilia decreuit, si quid contra fiat pęnę quę statutę sunt imminebũt. Sed si p annũ hujusmõi nouellę constitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium ab omnibus occupantur, vt in con. cassa C. de sacrosan. eccle. sumptum de constitutione Frederici Imperatoris, & vide etiã de sen. ex communi. c. nouerit & c. grauem & de immuni. eccle c. quoniam li. vi. & de cõsti. c. quę in ecclesiarum & c. ecclesia. & quę in istis iuribus notantur. Quare etiam alibi Imperator confirmat ecclesiarum priuilegia, & cõtra eas statuta infirmat vt in L. decernimus C. de sacrosan. eccle. & in L. omnia. C. de epis. & cle. Secundum quod quicquid Saxo in iudicio nõ fecerit &c. hoc omnino est erroneũ quia contra ius diuinum nam in ore duorum vel trium stat omne verbum ideſt probatio vt deutro. xix. & Ioan. viij. & ij. q. iiij. c. i. de testa. cum esses. & c. relatum. de testi. in omni. & c. licet vniuersis. [e] Iurameutum est remedium extraordinarium ad quod tunc demũ recurritur cum alię legittime probationes deesse noscuntur, vt in c. sicut. & c. ad nostram de proba.

Tertium quod nulla in terra saxonię &c. hoc etiam est erroneum vt patet extra de purga. cano. c. ex tuarum & de purg. vulga. per totũ Nam si fertur iusta sententia ista est seruanda alias locus est appellationi, vt de re. iudi. qđ ad consultationem & c. inter. cum similibus, & infra li. ij. ar. xij. Vel aliquod priuilegium. Scias tamen [f] quod nemo prę sumitur priuilegiatus nisi illd̃ probet, vt de priuile. c. porro. & c. recepimus, quia priuilegium non potest naturaliter haberi, vt C. de fide. instru. L. si solennibus secundum Baldum.

e. *Iuramentum est remedium extraordinarium.*

f. *Nemo præsumitur priuilegiatus nisi illd̃ probet.*

Antiquam consuetudinem secundum glo. & hoc scias [g] qđ cõsuetudo interpretaẽ statutũ immo corrigit, abrogat, detrahit, immutat, & prę sumptionem inducit, de hoc p hostien. & alios in. c. cum dilectus de consuetu. & est consuetudo similis priuilegio C. de Epis. & cle. L. quisquis & de verbo signi. super quibusdam & dicit innocen. in c. cum contingat. de fo. compe. quod quicquid potest priuilegio concedi potest & consuetudine induci cũ consuetudo superioris tacito consensu firmet vt nota lxiiij dist. qa, per innocẽ. de iudi. notat Pro quo etiam vide. eo. li. circa ar. lxiiij. infra. & in simili maior debet facere seruari statuta & consuetudines terrarum secundum Baldũ in vsi. feud. qui feudo pos. in §. i.

g. *Consuetudo interpretatur statutũ, uide supra in prolo. & iure munia. ar. i.*

Glosa.

In textu cum dicitur preter consensum Caroli &c. non intelligendum est quod prę ter voluntatem eius factum sit, quia alias non valeret Ius illud, sine etenim voluntate Imperatoris nemo Ius cõdere potest, vt insti. qui modo testa. infir. §. ex eo. in auten. de raptu. mulier. coll. ix. C. de legi. & constitu. L. i. Nec contra mẽtem eius quicquam statui potest, vt C. de vete. iur. enucle. L. deo autore. Sed quia non consuluit eis ad articulos prę sentes, ad instantiam tamen importunam eorum ex certis & legittimis causis eosdem illis confirmauit.

Ius Suauię in odium fœminarum &c. Paragraphus iste non intelligitur nisi de mulieribus quę de genelogia sueuorum sunt, nam & iure Saxonico filię succedunt & hęreditãt quę sunt extra genelogiam prętactam eque sicut viri, vt supra. ar. v. & xvij.

Quicquid Saxo in iudicio &c. Intelligendũ quicquid corporaliter contra eum probare non poterit, nam & iure saxonico testimonio Saxo vincitur, vt supra. lib. i. ar. vij. viij. xiij. xv. & lxiiij. Item lib. ij. arti. vi. xxij. & lxix. Item lib. iij. articu. vij. xxi. xxiiij. xxv. xxvij. xxviij. &. xxx. Quicquid vero verbis contra saxonem proponitur verbis se expurgat per iuramentum creditur; in eo casu verbis eius expurgatiuis iuramento apposito & hoc intellige si coram iudicio actum non sit quia alias iudice conuinceretur vt supra declaratum est, quod autem accusato defensa p iuramentum venit ratio est. Ius enim fauorabilius est reo q̃ accusatori, vt ff. de reg. iur. L. fauorabiliores. & ff. de acti. & obliga. L. Arrianus.

Notandum circa id [h] quod iuramentum in iudicio fit ex tribus potissimum rationibus. Primo quia in prouincia saxoniç cum vnus defert iuramentum alteri non potest vlterius contra eum agere in illa causa si iurauerit, vt Insti de acti. §. item si quis. ff. de iur. iuran. L. nõ erit. §. finali. C. de re. cre. L. actori. & ff. de eden. L. pretor. §. sed et. & ff. de arbi. L. si cum dies. §. si arbiter. & C. de fi instru. L. finali & in auten. vt litti. iur. §. si autem. coll. ix. Leges allegate disponunt quod vnus iramento liber euadit, [k] sed nec poterit actor super periurio contra eum procedere: nec eñ sibi istud competit, sed deo omnipotenti cõmittendũ est negotium, vt ff. de dolo. L. quod si deferẽte. Secundo quod Ius saxonicum multas perplexitates non habeat, sed eo facilius omnibus in commune sit. Simplicitas enim est amica iuris, vt Insti. de fi. commiſſ. hęre. §. Sed quia. Tertio quia si admittatur actio in contrarium labor esset superuacaneus & difficultas adauger etur qđ fieri nõ debet, vt in auten. de eccle. rerum immo. aliena. in prin.

h. *Iuramentum in iudicio fit ex tribus rationibus, uide infra li. ij. ar. xxxiiij.*

In textu cum dicitur quod nulla in terra saxoniç sententia &c. hoc prę cise apparet esse falsum, contigere eñ potest ex dei permissione quod iustam habens causam per certamen cõuincatur, vt habetur iudicum cũ tribus Beniamin decertabat cum alijs tribubus, Saxonibus tamẽ ipsis in casu isto duellum potissimum admissum est. Si enim euenerit quod sententia coram imperio iniusta prolata sit ab ea appellare eidem minime licebat, quia Imperator superiorem iudicem supra se nullum habet. Quare confisus in deo iustitiæ suę dextram manus suę corpusq; periculo exposuit pro iustitia decertanda. Iureq; ipso duellum admittebatur, & a Romanis ortum habuit, vt ff. ad le. aquili. L. qua ratione. §. si quis in colluctatione, & C. de athletis. L. i. li. x.

k. *Nota quod contra iuramentum hoc iure non admittitur, uide id idem infra li. ij. ar. xxxiiij. Secus est secundum leges, ut in L. allegata habetur nisi forsan parti iuramentum deferratur, quo modo autem iuramentum defertur a parti parti, uide supra ar. v. & infra lt. ij. ar. xij*

Ad hęc omnia eorum antiqua iura cõsuetudinaria &c. Saxones etenim antequam ad fidem conuersi sunt, & Imperio Romano subiecti erant, nulla habuerunt iura nisi consuetudinibus vtebantur. vide ad id in auten. de priui. do. muli. hęre. non prę stan. coll. ix.

Articulus XIX

a. Quæ autē sunt arma bellica uide infra ar.xxij.

SVeuus tam res expeditorias hoc est [a] arma bellica seu hergewethj hæreditarias non solum in septimo tollit gradu sed quousq; computare poterit, cum de cuius hæreditate agitur ei iure agnationis pertinere & quousq; probare poterit quod prædecessor illius sui in generatione predecessoris, uel econuerso res expeditorias susceperat uel in iudicio eas acquisiuerat.

Sueui etiam inter semetipsos & infra districtum sueuorum licite a sententia appellabunt eamq; non esse admittendam sueuus in antiquiorē eorum genelogiæ discutiendum deferet, quem & nominare oportet & ad plurimos sententiæ consentientes ad superiorem locum iudicialem in iudicijs celebrandis prouocando ac sese trahendo.

Sueuorum iura non discrepant a saxonicis nisi in successione hæreditatum & appellationibus.

Glosa.

Articulus presens non precise ad priuilegiū saxonum spectat, sed sunt verba Ecke magistri priuilegij ad similitudinē quandā posita.

Articulus XX

b. Cum dicitur nomine dotis intelligi debet donationis ꝓpter nuptias. Concordat Iure Muni.ar.xxij.& xxiij & ar.lvij.

NVnc intellige qd unusquisq; militaris ordinis [a] suæ uxori sine hæredum assensu [b] nomine dotis erogare ualeat anteq; cum ea ad prandium discubuerit. Seruum impuberem uel ancillam inennem sæpes [c] & ædificia carpentata pecoraq; pascualia, ideſt quibus non laboratur, eidem libere erogabit.

Vbi uero ad mulierem loca ædificiorum non pertinent post mariti sui mortui tricesimum infra sex septimanarum tempus tenetur sine fodicione carpentata deportare. [d] Si aūt damnum per fodimentum illatum domino fundi illud rependere secundum arbitrium paganorū fuerit parata, eo nolente, extunc ædificia effodientur dummodo scissuræ terrarum reparentur.

Permanserit autē [e] mulier cum mariti hæredibus per tempus breue uel spatiosum non seperatis æmolumentis cum se ab hæredibus sepe rauerit accipiet omne ius in rebus quæ ibi protunc inuentæ fuerint sicut debuisset in tēpore uiri sui mortis suscepisse.

Manserit uero uidua in bonis mortui mariti sui cum filijs suis indistinctæ filiusq; matrimoniū cōtraxerit, mortuo post modum filio eius mulier in dotibus ac utensilibus & in domesticis cibarijs percipiendis matri suæ preferetur, [f] quodq; ipsa mater adhuc dotem non acceperit non obstabit, & econuerso est si filius in bonis matris decesserit materq; prabare poterit possessionē pacificam prætacta mater in perceptione dotis iuribus nuri preponetur. [g] Dotē mulier proprio obtinet iuramento ad possessionem uero testibus indigebit.

Sic etiam cognata eius si uxor uiro præmoriatur facilius [h] q̄ mater mariti utensilia obtinebit. Filius est hospes in possessione matris suæ & econuerso.

Omnes qui de militari non consistunt progeniæ non nisi suum ualidiorem equum uel animalia cam-

c. Per id intelliguntur etiam domus simplices

d. Vetustiores textus habent & uerius. Si autem præbuerit hæredi ædificia redimere secundum arbitriū paganorum ipseq; nolucrit extunc ædificia effodi possunt dūmodo fouee & scissure reparentur.

e. Vide infra li.iij.ar. lxxvi.

f. Iur.mu.ar.lvij.

g. Iur.mu.ar.xxij. & iē.lvij.glo. uide amplā huius passus declarationem.

h. Alij textus habent sed et neptis potius q̄ mater uiri obtinet sup pellectilē matertere.i. sororis matris si moriatur ante uirum.

pestria nomine dotis suis uxoribus possint erogare, dotem mulier obtinet cum iuramento sine teste.

Glosa.

i. Vide infra li. iij.ar. lxxiij.

Nunc intellige quid vnusquisq; militaris ordinis suę vxori nomine dotis &c. ideſt donationis propter nuptias, sic etiam exponit de donati. inter vir. & vxo. ca. nuper. in glo. & sic etiam inferius exponas. [i] Nam secundū legittimas sanctiones vxor dare debet viro dotem, vir autem vxori donationem facere propter nuptias, vt in dicto c. nuper in fine. Et prędicta donatio propter nuptias alibi etiam dicitur ante nuptias. C. de dona. inter virum & vxo. L. fi in prin. Et alias dicitur donatium de dona inter virum & vxor. c. plerumq; vbi de hoc. Quandoq; etiam dicitur sponsalitia largitas, vt in auten. vt spon. largi coll. ix. iure. Saxo. indifferenter nuncupatur dos vt presenti articulo & item vocatur etiam doralitiū vt articulo sequēti. Quę etiā donationes vt patet sunt diuersę naturę prout in eisdem articulis videre potes, & infra li.iij. ar. lxxiij. & sequenti.

Eius mulier in dotibus ac vtensilibus &c. Ideſt donationibus propter nuptias, & est talis donatio quam sponsus sponsę facit, vel alius eius nomine sed & alteri nomine sponsę fieri potest, ff. de iur. do. L. profectitia §. i. & §. si quis. & §. sed & si & potest fieri ante nuptias, vel post marito dicente. Tale quid donato tibi propter nuptias in dotalitium & sufficit quod mulier in possessionem inducatur, & quod non ipsa sed maritus ad vxoris sustentationem fructus percipiat. ff. de iure. do. L. si is §. ibi. Spōsalitia vero donatio est a sponso sponsę, vel econuerso facta collatio, dicit tamen lex quod raro contingit quod sponsa sponso conferat quia feminarum genus auarissimū est, ff. eo. ti. L. stipulatio C. de donati. inter virum & vxorem L. si a sponso. Sed ꝓpriedos est quod a muliere vel eius patre marito ꝓpter onera matrimonij datur, vt q̄diu durat matrimonium sit apud virum. Et ad hoc vt sit dos oportet quod matrimonium sit contractum non solum de facto sed etiam de iure. ff. de iure. do. L. iij. Sunt & quędā alię res quę parafernales vocantur, & a muliere iuxta dotem in domum viri importantur sic dictę a para quod est iuxta & ferna quod est dos, & si ea mente inferantur quod fiant viro eius erunt alias mulieris & in dubio presumitur mulier eas retinuisse sibi, & ergo ab ea vēdicari possunt, ff. de iure. do. L. si ego §. doris. & de his non debet vir se intromittere mulie re inuita. Quia q̄is bonum videtur mulierē quę sibi ipsam viro committit res etiam eiusdē pari arbitrio gubernari. Tamen equitas quę contrarium vult in hoc casu prefertur. C. de pac. conuen. super do. L. hac lege. [k] Sic etiam aufertur viro dos cum vergit ad inopiam, vt quia dudū dites modo facultates non sufficiunt ad dotis exactionem. ff. solu. ma. L. si cōstante, & C. de iure do. L. vbi & L. in rebus

k. Vide infra ar xxiiij Iure Munia. ar. xxij.

Glosa.

Pro intellectu articuli presentis quędam necessario notāda veniunt videlicet quomodo milites efficiuntur, qui milites fieri possunt & qui de stirpe militari procedere dicuntur, vtilitas militię quę sit, tum & quomodo privilegiū militum perditur. [l] Vnde miles efficitur ex operibus strenuis vt C. qui militare possunt. L. i. li. x. iuramento militari obstrictus mortem non formidare vbi defensa imminet, vt ff. ex qui. cau. maio. L. penulti. q̄dq; bonis feudalibus infeudetur si illis careat, vt ff. de mili testa. L. si filius. Publicoq; signo in brachio ut signiri debet p clipei suppositionem vt C. de fabrice. L. iij. li. x. debetq; inter alios milites collocari, vt ff. de mili. testa. L. ex eo, quodq; procedat ex stirpe militari, vt C. negoci. re mili. L. i. li. x. cui & gladius cōmitti debet, vt ff. de mili. testa. L. penulti. Exindeq; sequit quod infamis seruus miles esse non potest, vt ff. de testa. mili L. si nō. Itidem & infidelis vt in auten. vt neq; miles coll. viij Militaris vero stirpis is dicitur [m] qui ex patre & auo militaris ordinis ꝓcessit, vt C. negoci. re mili. L. i. li. x.

Militię vtilitates & commoda sunt. [n] Milites etenim iuri communi subiecti non sunt testamentaq; condere poterint q̄is parentes eorū viuant nec ab eis emancipati sunt. Intellige tamen de bonis illis quę ex militia acquisiuerunt, vt ff. de milita. testa. in multis legibus. Nec negligi poterint in iure suo si illud ignorauerint nacta etiam ex successione hęreditate debitaq; sint maiora q̄ hęreditas se extēdat cogi non debent ad exsoluenda debita nisi in quantum hęreditas se extēderit, vt C. de iure. libero, L. fi. & C. de fac. & iur. igno. L. i. Si qd etiam bonorum vel rerum eosdem pertinentium tempore quo in militia sint impignoratum vel venditum sit, non prescribūt, immo postq; redierint in annuali spacio contradicere possunt, vt C. de resti. mili. L. si Valerianus & L. sicut militaribus. Mulieres etiam militū eodem vtuntur iure, vt C. de resti. mili. L. i.

Miles priuilegio seu iure militari priuari dicitur [o] si ad hostes fugerit, si arma militis suratus sit, si in mortem prefecti militum conspirauerit, si a domino fugam dederit, vt ff. de re. mili. L. ij. & sequentibus vbi & alię multę causę perdendi priuilegij militaris exprimuntur.

Militia an sine peccato exerceri possit [p] videtur enim primum quod absq; peccato fieri non possit, est enim elatio quędam mentis in militibus, & ex rancore occidere solent, vt patet de militantibus in torneamētis qui nec

l. Militum officia ed id uide infra ar.xxxvij.

m. Militaris stirpis quis dicatur.

n. Militiæ utilitates et prærogatiuæ.

o. Ius militum perditur ex certis causis.

p. Militiam exercere an sine peccato fieri possit.

in sacris sepeliuntur locis si occisi fuerint, vt extra de tornea. c. felicis & extra de sagi. c. artem & xxiij. q.ij.c.i. Pro exolutione tamen dubietatis respondeꝫ quod militia duplex est. q Quedam ex superbia & auaritia proueniēs vt decertantes in torneamentis, guerris, prēda, & illa est cum peccato occisiq; in torneamentis in sacris locis non sepeliūtur vt supra tactum est. Alia militia est ex necessitate & ilꝫ la est honesta sine peccato immo meritoria, decertare enim vt sic licitum est pro defensa Reipublicę, vt. xxiij. q.ij. c. Iustum. Et itē pro iustitia & pace, vt xxiij. q. viij. c. Si nulla.

q. Militia duplex.

Quērere quis posset. r Dominus indicēs bellum iniustum an peccat subditus qui bellū ire cogit. ℟. Cum dominus preceperit subditus ex obedientia secum expeditionem facere tenetur, nec peccat, dominus enim peccatum sustinebit, vt cēteſima dis. Contra morem. &. xxxiij. q. v. Manifestū. Et extra de iure iur. Debitores.

r. Bellum iniustum subditus sufferens ex mādato domini an peccet.

Militibus preterea cōcessum est s hostes occidere, vt. xxiij. q. v. c. de occidendis. Tum & predam de hoste si princeps admiserit cū bona conscientia capere vt dist. i. Ius militare & xxiij. q. v. c. dicat

s. Militibus occidere hostes admissum est.

Nota quod dos seu dotalitium in proposito vt textus habet t dicitur ex eo quia mane per sponsum tribuitur, anteq; cum ea ad prandendum discubuerit, potest tamen & alio tē pore dari. Secundum leges vero dotalitium dicitur esse donum illud quod sponsus tribuit vxori in recompensam dotis sibi date quę & donatio propter nuptias appellitatur, vt Insti de dona. §. est et. & §. sed nos.

t. Dos seu dotalitium quare dicatur.

Sępes & ędificia carpentata vt textus habet. Iure Saxonico loco doris erogari possunt, vel etiam non tribui si maritus vult. Itidē & secūdum leges, verum hęc omnia in legibus donationes propter nuptias nūcupātur.

Manserit autem mulier cū mariti hęredibus &c. Exinde sciēdum quod mulieres dotes tollētes hęreditatem accipere non possunt, nec eam pueris erogare tenentur, si hęreditatem accipiunt dote carebunt.

Manserit autem vidua &c. Contradicere paragraphus iste videtur legibus. Cautum em̄ est quod qui prior est donatione, etiam prius illā tollere potest, vt in autē. vt exacci. instan. dotis §. si vero. coll. viij. ℟. quod ibi loquitur de communibus rebus, hic autem speciatim disponit de ędificijs carpentatis & supellectili stannea ad quę vxor filij propinquior est q̄ mater, sic etiam mater est ꝓpinquior si filius moriatur ad bona eius & hoc facit possessio bonorum illorum.

Notandum circa id u quod matrimonij causa triplicia bona tribui solent. Primum x est arra quę datur ante sponsalia & soluit duplū qui occasionem dedit qđ matrimonium ad effectum non cessit, vt. C. de spon. & ar. L. Mulier, si moritur simplum restituit, vt. C. eo. ti. L. Arris. Secūda donatio y dos vel dotalitiū dicitur, in legibus vero sponsalitia largitas nūcupatur & de ista hic in articulo presenti. Illam etem̄ mulier obtinet proprio iuramento sine testibus, quod videlicet dos huiusmodi data & largita sit. Ratio istius, quia Saxones mulieribus omnia ad iuramentum deferrebant, vt insti. de acci. §. Itē si quis. Possessionē vero mortui mariti in qua dotalitiū datum sit cū testibus metseptima obtinebit.

t. Matrimonij causa triplicia dona erogantur hoc idem uide Iur Munia. ar. xxij.

x. Arra q. t.

y. Dotalitium q. t.

Tertia donatio z dicitur esse propter nuptias vt insti de dona. §. sed nos, et hec donatio similis doti esse debet, & quicquid in dote defecerit id etiam in dotalicio seu vitę prouisione deerit, vt in auten. de non eligen. mulie. secūdo nuben. §. fi. col. i. & in auten. de equa. dotis §. hoc autem. col. viij. & isiud maritus nec cū voluntate nec sine voluntate vxoris vendere aut alienare poterit vt firmum sit, nisi recompensalis fiat reformatio quam & sufficienter declaret, vt insti. qui alien. licet vel non. §. i. & in auten. vt immo. ante nup. dona. col. v. in prin. Mulier etenim illa omnia etiam tempore vitę mariti sui lucrare poterit, vt infra eo. li. ar. xl vij. & arti. sequenti. Iur. feu. c. xxxi. in glo. Ex his etiam mulier nulla soluere cogitur debita immo ante omnes illud lucratur creditores, vt in auten. de equali. §. aliud. col. vij. nisi iuramento dotalitium abrenunciauerit iurauerit; venditionem firmiter tenere vt extra, de iure iur. c. licet li. vi.

z. Donatio propter nuptias.

Ex Anno.

Sciendum generaliter[a] quod dotalitiū ex gratia mulieribus statutum est amplissimeq; per legislatores in fauorem dotis sancite sunt leges, vt. C. de iure dotium. ff. eo. titu. per totum. ff soluto matrimonio quomodo dos petatur p totum, in auten. de equali dotis & in alijs plerisq; legū titulis & locis, dos etiam vt superius tactum est ante omnia actipitur debita excepto vno. Si militia ex dote emitur, vt in auten. de equa. do. §. his cōsequens col. vij. nec mulier doti cedere debet, sed & placuit textum autentice in fauorem mulierum sancte hic breuibus annotare. §. vt supra his consequens col. vij. Plurimum super his cogitates non inuenimus mulierem iuste cedere priuilegio dotis. Videbamus enim (. quę cause absurditas est) quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore aduenit questus & viuunt ex hoc questu, auersantibus autem & quę semetipsas atq; substantiā ad virum introducunt, nō solū nullus sit quęstus a viris male degentibus, sed etiam minuantur. & spes eis nulla sit secundum hoc. Vnde volumus vt si quis domum renouasset aut etiam agrum emisset, non posset talia priuilegia mulieribus opponere infirmitatem nāq; muliebris nature satis nouimus, & quia facile circumuentiones fiunt aduersus eas, minui autē eis dotem nullo sinimus modo, suffi-

a. Dotis vel dotalitij prærogatiuam uide.

b. Ad hanc materiam de dotalitio uarias easdemq; utiles deaſsiones Vide Iure Munia. ar. xxij. in glo. præsertim per totum.

tinentes propellerent, uel quouis alio modo dotalicij dominiū in alium transferant c idq; in spacio cōpetenti, posteq; requisite fuerint iure non reuocent.

Diuortium si fuerit iure celebratū mulier nihilominus dotalitium sibi in ꝓprietate uiri donatū obtinebit.

Glosa.

Diuortium si fuerit. &c. Cōcor. c. i. de donati. inter virum, & vxo. vbi dicitur mulieres cū pro aliqua licita causa a proprijs viris fuerint separate, totam dotē precipimus eis reddi, & vide ibidem. c. ij. iij. & vlt.

Glosa.

Vel quouis aliomodo dotalicij dominiū in alium transferunt. &c. hoc est si a proprijs hęredibus illud alienare vellent. Id enim facere minime possunt vt in auten. de non eligen. muli. secundo nub. §. ij. col. i. & in auten. vt de exacti. instāte. do. §. dudum coll. vij. & C. de iur. & fact. igno. L. ne passim.

Vir etiam duas habens vxores pueri primę vxoris percipiunt dotem matris eorum vltra omnes alios & patrē eorundē vt in autē. de exacti. instan. do. §. si vero coll. vij. & in auten. neq; virum quod ex dote est, neq; muli. §. propterea coll. viij.

Pro elucidatione textus ampliori f notandū venit, quod nouem contigit modis mulierē vitę prouisionem seu dotalitium ammittere. Tres modi in textu sufficienter expressi habētur ibi cum dicitur nisi ligna fructifera. &c. Quarto mulier ammittit vitę prouisionem si contra imperium consultauerit, vel cōsultātibus conscia fit. Quinto si honestatem matrimonij transgrediatur, nec obstat supra articulus quintus vbi dicitur quod mulier cum luxuria fui corporis hęreditatem non perdit nisi famam, loquitur etenim ibi de mulieribus liberis & solutis, hic vero de coniugatis & eorum dotalitijs textus habet. Sexto si vitę mariti insidiata sit, vel alios machinātes viro nō indicauerit. Septimo si p̄ter consensum mariti cū alijs cōuiuabat vel simul balneabat. Octauo si extra domum per noctem inhoneste manserit nisi forsan eam maritus expulisset. Nono si spectaculis teatris circensibus malis congregationibus prēter voluntatem mariti interfuerit seu inhoneste vixerit vt in autē. vt lice. ma. & auie. §. si vero &. §. si quolibet coll. viij.

Notandū preterea g quod sex sunt causę propter quas vir dotem pdit, donationem vero propter nuptias dare cogitur. Primo si cōtra

c. Spatium q; illud sunter quindene a tempore quo sibi denunctiatum sit quod contra iuris ordinem in dotalito egerit, simile de feu. c. lviij. lix. & lxix. Possunt tamē mulieres uitæ prouisionem conducere, locare, indicendo prius hæredibus si & inquantum ipsi arendam seu conductum tenere uellent alias sine consensu illorum id fieri minime potest, uide hoc idem Iur. Munia. ar. lvij. & xcv. glo.

f. Causæ perditionis dotalitij & uitæ prouisionis, uide hoc idem Iur. Mu. ar. xxij. glo.

g. Causæ sex pditionis dotis, uide hoc idem Iur. Munia. ar. xxij. glo

c. Feu. c. xxxi.

d. Vitæ puisionis triplex beneficium.

a. Ex isto sequitur qđ proprium sine consensu hæredum alienari non potest., uide hoc idem Iur. mu. ar. xxij. amplius.

b Textus germanicus ultra id habet quatuo eūq; iuuenes sint.

c. Non intelligas filios sed alios hæredes, quia filij contradicere non possunt de consuetudine hodie ut li. iij. ar. lxxv. in glo. & item glo. hic sequenti.

d. Hic annumerantur quercus fagus, ad id ui de infra li. ij. ar. xxviij. glo.

imperium mali quid machinatus sit. Secundo si alios contra imperium machinantes nō publicauerit, verum facti conscius sit. Tertio si vitę mulieris insidiatus fuerit. Quarto si castitati eius aduersatur eam ad adulterandum exponendo. Quinto si de adulterio eā calumniatus sit idq; non probauerit. Sexto si concubinam apud se in domo fouet, nec eā alienare a se vult vt in autē. vt licē. ma. & auie §. causas, &. §. si autem. coll. viij.

Diuortium triplex contingit.

Diuortium si fuerit iure celebratum, &c. Istud contrarium esse videtur his quę iam dicta sunt vbi tactum est quod dotalitium perdunt. ℞. per distinctionem [h] quod diuortiū est triplex. Primo propter castitatem cū vnus vitam spiritualem seu contemplatiuam ducere vult, idq; vt de consensu vtrorumq; sit necesse est, & cum sic separantur vterq; retinet quod alteri donauerat, vt in autē. de nup. §. per occasionem. coll. iiij. Secundo propter impotentiam actus matrimonij vt in auten. eo. ti. & de his duobus modis textus intelligitur, quod diuortio facto dotalitium mulier obtinet. Separationes enim huiusmodi iure ipso fiunt nec vnus erga aliū in matrimonio quicq; delinquit. Tertio prout hic in glosa superius tactum est, diuortium fit cū vnus iniuriatur alteri, & ille qui causam prestat iniurię perdit vel dotem vel donationem, immo vt aliq; glose habent maritus omne suū ammittit proprium. Quid si dotalitium infeudo sit. ℞. quod retinebit illud iuxta reformationem suam quoad sibi dos restituatur. Quid si nec dotem apportaram, nec dotalitium reformatum a viro habeat. ℞. quod in

Mulier indotata quartam bonorum viri partem succedit hoc idem iure infra .i.ar. xxiij. & Iure Nouit. ar. xxj. glo.

quartam partem bonorum [i] viri succedit vt. in auten. de exhiben. & in tro. §. qm̄ coll. v. Nota bene illam distinctionem, quia Maydeburgen. indifferēter pronūctiant quod vxor retineat bona etiam propter adulterium a viro diuortiata, quod est cōtra istam distinctionem & casum in glosa notatum.

Sciendū etiam quod diuortia de quibus textus articuli presentis & prout etiā de diuortio in glosa meminimus vocātur distinctiones bonę gratię hoc est diuortia quę ex voluntate fiunt, dantur tamen in legibus alie multe causę propter quas diuortia admittuntur, hoc est propter excessus precedētes. Et quia nihil naturalius est, & principalius matrimonio ipso vt. ff. de iusti. & iur. L. i. Quare nullibi maiores emergunt causę, q̄ in matrimonio. Matrimonium enim audacem facit, vt. ff. so. ma. L. i. ff. de bo. dam. L. cū ratio. §. penul. exindeq; etiam apparet quod generationes a millenis annorum hucusq; durāt, vt. ff. de iudi. L. proponebatur, &. ff. de legatis. i. L. si grege, &. L. si ita legatum. §. si domus propterq; hanc hominum in matrimonio audatiam, leges potissimū ex causa matrimonij sancite sunt, vt Iustinianus meminit in autem. de nup. §. i. coll. iiij. ff. de origine iur. L. i. Homo siquidem nobilior est inter omnes creaturas vt. ff. de vsuris. L. in pecudum & in sti. de iure na. §. fi. Propter hanc etiā causam Theodosius minor leges in causa matrimonij, posthac & gloriosus Imperator Iustinianus amplissimę determinauit, vt. C. de nuptijs. L. generaliter. Sed & autenticam super diuortijs constituit predecessorū tum & suas ante hac latas corrigendo leges, vt in auten. vt fratrum filij. §. i. col. ix. Vnde & placuit cōstitutionem Bonifacij octaui propter sponsalia & matrimonia latam hic inserere quę & sequitur, Ex sponsalibus puris & certis (etiam si cōsanguinitatis affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione sint nulla) dummodo nō sint nulla ex defectu consensus oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia non autem ad precedētia dissoluendum impedimentum iustitię publice honestatis Quare ille qui sponsalia purę ac determinate cum aliqua muliere cōtraxit, & post modum cum secunda prioris consanguinea idem fecit ex priorum sponsaliorum vigore quibus per publicę honestatis iustitiam ex secundis sponsalibus subsecutam minime derogatur ad matrimonium contrahendū cum prima remanet obligatus. Ille vero qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditiōe contraxerit si post modum ante conditionis euentum cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de presenti, cum secunda remanere debebit cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem sicuti consensum non habentibus & in certis nulla publice honestatis iustitia oriatur, vt extra de sponsa li. vi. & ff. de regu. iur. L. expressa Habetur & alia eiusdem Bonifacij constitutio quod & infantes contrahere possunt hanc etiam annotare placuit. Si infantes adinuicem vel vnus maior septennio & alter minor spōsalia contraxerint, ipsi vel parētes pro eis nisi per cohabitationem eorū mutuam seu alias verbo vel facto ipsorum liquido appareat eosdem in eadem voluntate factos maiores septennio perdurare. Sponsalia huiusmodi quę ab initio nulla erant per lapsum dicti tēporis minime conualescunt, & ideo cum sint nulla ratione defectus consensus publicę honestatis iustitiam non inducunt. Idem quoq; si pubes, & impubes vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ętatem malitia non supplebat per verba contraxerint de presenti. Sponsalia enim illa quę iuris interpretatione tantum fuerunt sponsalia de futuro, licet verba consensum exprimentia de presenti haberent & matrimonium contrahere intenderent contrahentes per aduentū pubertatis in matrimoniū non transeunt de presenti, nec matrimonium quod vt matrimonium ętate non tenuit prohibente per lapsum dicti temporis conualescit, nisi per carnis copulam subsecutam vel aliquem modum aliū contrahentes eosdem cum eiusdem perseuerantia voluntatis ad pubertatis tempora pe-

uenisse constiterit euidenter, per dictum tamē contractū qui valuit vt potuit non sicuti agebatur publicę honestatis iustitia est inducta. Porro ex sponsalibus quę parentes pro filijs puberibus vel impuberibus plerunq; contrahunt ipsi filij si expresse consenserint vel tacite, vt si presentes fuerint, nec contradixerint obligātur, & ex eis oritur iustitia publicę honestatis. Et est idem si filij tempore sponsalium absentes & etiam ignorātes eadem spōsalia post scientes ratificauerunt tacite vel expresse alias ex sponsalibus contractis a parētibus profilijs nec ipsi filij obligant, nec publicę honestatis iustitia inde surgit vt extra de sponsa. impube. c. si infantes. li. vi.

Articulus. XXII

a. Sed uidetur quod ipsa non teneatur de mobilibus inuentariū facere, ut. L. ij. quando & qbus quarta pars de. li. x.

HEres defuncti licite ad uiduā seruandarū rerū causa ne pereāt infra triceſimū intrabit [a] secundum eius etiam uolūtatem [b] uidua sepulturam procurabit. Nullam autem præter id in bonis defuncti usq; ad triceſimum ampliorem hæres habebit poteſtatem. De hæreditate primum detur familiæ prætiū deſeruitum usq; in diem obitus patris familias, & ipſis mercenarijs usq; in diem triceſimum in expenſis procuretur quo eis prouideāt ut alicubi recipiantur. Si autem hæres ipſe uelit usq; ad tempus conſtitutū permanere tenebūt & plenam mercedem accipere. Si etiam prætiū pluſq; deſeruierunt ſunt cōſecuti hoc hæredi reddere non tenētur. Et ſi hæres mercenario mercedem anni negauerit uel dimidij [c] hoc ſacramentaliter contra hæredem obtinebit. Qui ſuper gratiā ſe in ſeruitio collocauit hæredem per gratiā monebat. Morietur autem mercenarius ante tempus conſtitutum merces promiſſa ſecundū ratam temporis usq; ad ipſius ſeruientis obitum eius hæredibus detur. Poſthæc uidua [d] cum hærede domeſtica diuidat cibaria poſt triceſimum in omnibus curijs uel in eius poteſtate ſuperexistantia. [e] Tum & uidua res expeditorias hoc eſt arma bellica præſtet quæ ſunt gladius mariti cum ualidiori æquo ſellato, & meliora arma quæ tēpore mortis poſſidebat pro uno homine ſpectantia. Cuſſinus cum lectulo linteamen cum menſali uno, [f] due pelues cum manutergio, heæ ſunt res expeditoriæ ideſt arma bellica uere quæ debentur licet multi multas alias res appoſuerunt. Quaſlibet harum rerum quas uidua non habet non uidetur dare oportere, dummodo pro qualibet earum ſuum interponet iuramentum. De apparentibus quilibet uir aut mulier non iurādo ſed eas præſtādo abſoluitur. [g] Vbi duo uel tres ad unam expeditoriā rem nati ſunt ſenior gladiū tollit [h] in cæteris quilibet accipit ſuam portionem.

b. Nota ſecundū may debur. hæres tenetur ſoluere exeqas ſed ſecundū leges impenſa funeris ante omnia ex hæreditate deducitur ut in ſpec. de inſtru. edi. §. ut autem caute. uer. circa legata. Vide etiā ad id Iur. mu. ar. xxvi. & lxxviij. glo.

c. Intellige cū in ſeruitio domini ſit maiorē etenim mercedem q̄ unius anni, meſis ſeptimus contra hæredem probare tenebitur, ui de Iur. mu. ar. xxvi. et lxxviij. oppoſitum iſtius de mercede domini reſpectu ſerui, tum & concordantiam in gloſa. ar. lxxviij.

d. Domeſtica cibaria ſecundum Maydebur. ſunt carnes ſalite, fumigate. (nō tamē porci craſſati) inter cibaria etiā domeſtica cō

Glosa.

De hęreditate detur primum familię prętiū. &c. Secundum leges autem cōmunes impensa funeris ante omia ex hęreditate deducitur, & prędcedit omne es alienū, vide in addi. spe. de parroch. in vers. po. rei. Et expense funeris faciende sunt pro modo facultatum & qualitate personę. ff. de reli. & sump. fun. L. i. &. L. at siqs. §. hęc actio et. §. Iudex. et ad legē fal. L. i Qui super gratia. &c. vide quęstionem notatam in additiōe. spe. de loca. & cō duc. §. postq̄ in vers. libellum concipere. Per gratiā moneat, &c. Et qui gratiam allegat illam probare debet, vt no. Ioan. de elec. in causis super glo. pe. vers. Sed qualiter statur. facit de scis. c. ñ. & de in. sti. cum venisset. Et illud scias quod subiciens se gratię vel misericordię aut volūtati aduersarij per id non renunciat iuri suo secundum Inno. & hosti. qui hoc. no. de renūc. veniens, & ibi etiam plenius, per Ioan. gratia enim nō subsecuta talis recuperat ius suum, & huiusmodi gratia vel voluntas reduci debet ad arbitrium boni viri, qui dicit vt ibi, immo etiam dolus presumitur eo ipso quod quis spe misericordie se alteri subiecit, & ipse misericordiam non fecit, prout legitur & no-

numerantur legumina, sicut pisa siligo, panis semina, potabilia & ista ex consuetudine per medium diuiduntur. Vide ad hunc passum. Iur. mu. ar. xxiij. xxvi. &. lviij. glosa.

e. Ad id secundū Lipsen. pertinent uestes quotidianæ, Caldar unum magnū & aliud paruum de armis bellicis, uide Iur. mu. ar. xxv.

f. Et iste iuxta aliquorum consuetudinē lignee esse debēt in quibus cibus apponi solet

g. Arma bellica si diuendita sint, & ita in hæreditatē cesserunt etiam femellis iure cedere debent.

h. Vide Iur. mu. ar. xxvi.

tatur in.c.sane de renuntia. Diuidat cibaria. &c. vide Iur.muni.ar.xxiiij. ad hunc passum Deapparētibus quilibet vir. &c. vide quę no tantur supra. eo. li. .ar.xv. quia iuramentum extraordinarium solum admittitur in defectu probationis, vt.ff.de iure iur. L.admonēdi sumus, &. C. eo.ti.L. in bonę fidei, & de proba.c. sicut.

Glosa.

Hęres defuncti. &c. Paragraphum istum cōfirmare videtur lex Imperialis.ff. qui. cau. in pos.ea.L. tres fere, disponitq; articulus prę sens quo pacto hęres hęreditatem mortui vē dicare debeat. Ante tricesimum etenim nihil huiusmodi rerum derelictarum sibi vsurpare poterit, hoc idem etiam creditores obseruare tenentur. Ante tricesimum siquidē pro debito quod mortuus eis remāserat hęredes impetere minime debēt nec accusare. Sed nec iudex eosdem pignorare aut arestare poterit nec aliquod iuris impedimentum imponere quo sepultura impediatur vel ante tricesimum, vt in auten. vt defunc. seu funera, non iniuri.in prin.coll.v.alias nullam super id facultatem habet.

Contrarium istius quod hic dictum est, videlicet quod hęres ante tricesimum nihil rerum mortui sibi vsurpare debeat certe quędā sentiunt leges, vt.C. deacquire here.L.ñ. vbi habetur quod in instanti hęres se bonis intromittere debet. Ꝛ. quod lex allegata per aliam limitat, vt.ff.de solu.L. quod dicimus, vbi Imperator inuere vult. Id quod diximus q̄d hęres in instanti hęreditatem adire debeat. Intelligi debet competenti tempore & nō eodē momento sicut nec creditor cuius obligationem ab aliquo habeat, in instanti cum sacco tollende pecunię gratia accelerare debet. Sed tempus competens prestolare vt.infra li.ñ.ar.v.& li.iij.ar.xxij. in glo.

Ad id ut pretium deruitum sit duo requiruntur.

Prętium deseruitū. &c. i Ad id autem quod prętium deseruitum sit duo requiruntur. Primo quod prętium sit promissum. Secundo quod seruiant tempore illo & vt sic iuramēto mercedem probare poterint alias non.

Seruus conductitus seruitium cogi potest.

Si autem velit hęres. &c. k Ex textu hic colligi potest quod seruus conductitius ad seruiēdum cogi poterit & quicqd lucratur seu elaborauerit ad dominum pertinet vt insti. per quas per.acqui. §.i.

Vide infra ar.xxvij. & Muni.ar.xxv.

Res expeditorię vt textus habet l seu arma bellica, dicuntur res quibus ad expeditionē bellicam vtuntur. Si vero his careat diuidere nō tenebitur.

De apparentibus quilibet vir. &c. hic iterum clare habet quod pro his rebus quę sensibiliter apparēt iurare Saxo non poterit, vt insti. de cura. in prin.

Liber Primus Articulus. XXIII.

Vbi filij inennes existunt a senior agnatus expeditorias accepit res & in his eorum usq; ad annos pubertatis tutor erit. Adueniēte tempore pubertatis easdem cum omnibus perceptis reddat, nisi probauerit ipsas in utilitatem eorum se impendisse, uel absq; sua culpa uiolenter & casu fortuito easdem perdidisse. Dato quod puer suæ sit factus potestatis b iure feudali, uerus tamen tutor pupillū in rebus potest & debet gubernare, & domino pueri secundū iura pupilli debitā præstare seruitutem, quamdiu propter infantiam & indiscretionem sę nequit gubernare. c Tutor uero pueri hæredibus percepta singulis annis tenetur computare & ei uel eis satisdare idest cautionē facere quod pupillares res ab eo non praue cōsumantur q̄diu puer in ætate consistit pupillari, sæpius enim accidere solet de iure alium esse tutorem & alium hæredem. d Vbi autem tutela & hæreditatis successio in unam concurrunt personam tunc neq; satisdare compellitur, neq; alicui rationem & computum facere. Ipse etiā uiduæ tutor erit quousq; matrimoniū contraxerit si ei in progenie fuerit comparatus. f.

a. *Ex his liquet & eliā potest quod proximior agnatus tutor est, non obstante q̄ possunt esse similes q̄ succedere possent & in hoc non habet locū L.i.ff.de legit.tuto. ui de Bar.*

b. *Hoc fit in xxi. anno Puer enim iure feudali tunc primum ad annos suos peruenit, ut infra ar.xlij. in glo.*

c. *Intellige ubi residet in bonis indiuisus cū fratribus sed si diuisus fuerit extunc rationē facere tenetur cum ad annos suos peruenerit, uide ad hūc passū Iur. Munia. ar. xxvi. xlix. & Cxl. glo.*

d. *Iur. Munia. ar. xxvi.*

e. *Cōcordat Iur. Mu. ar.xlv. Contrarium tamen ipsius uide infra eo lib. ar. xlv. sub alio tamen sensu, ibidem limitationem uide xlv.*

f. *Ad hunc articulum & eius glosas alludere uidetur lex xij. tabularum cum inquit. Tutores liberis in potestatem testamento parentes danto si non sunt dati. Agnati qui successionē sperant tutores sumpto.*

Glosa.

Vsq; ad annos pubertatis tutor erit. &c. Ad hoc dicit lex communis legittimę tutele lege. xij. tabularum agnatis delate sunt & consanguineis, vt.ff. de legitti. tuto., L.i.. Sunt autē agnati, consanguinei qui per virilis sexus personas agnationē coniuncti sunt, quasi a patre cognati, veluti frater eodem patre natus fratris filius nepos ue ex eo. Item patruus & patrui filius nepos ue, ex eo, vt. ff. e. L. sunt autē. Tenetur etiam rationem de rebus pupillaribus reddere. Secūdum leges autem tutor ad rationem finita tutela etiam obligatur vt sic cauetur, in omnibus quę fecit tutor cum facere non deberet. Item in his quę non fecit rationem reddet hoc iudicio prestando dolum & culpam, et quantam in suis rebus diligentiā deberet adhibere, vt.L.i. de tute. et rationibus distrahen. Etiam scias quod pro administratione tutoris sunt ipsius bona pupillo obligata secundum leges sic disponētes pro officio administratiōis tutoris vel curatoris bona, si debitores existant tanq̄ pignoris titulo obligata minores sibimet vendicare minime prohibētur, vt in.L. pro offi. C. de administ. tute. Et ad administratores qui tutores confirmant sine inquisitione, & fideiussores non recipiunt pertinet periculum administrationis, vt in.L. tutores. ff. de confir. tu. Et spes primi legittimi tutoris non deuoluit tutelam ad sequentem, sed opus est datiuo, vt.ff. de legitti. tute. L.i. §. si apud. Et si quis prę uenitur iure succedendi non ideo priuatur onere tutele, vt in.ea.L. §. interdum. Prętor autem non potest se dare tutorē vel delegare vt in.L. prętor. ff. de tuto. & cu. da. ab his. Et cogitur tutor administrare & ad eum spectat periculū ex quo scit se datum, vt in.L.i.ff. de administra. tuto. Adueniente tēpore. &c. Et tenetur mater suis filijs impuberibus non adultis petere tutores & curatores vt. C. qui. pe. tu. L. matris. Nec potest tutor administrare nisi ei decernat administratio vt. ff. de auct. L. tutores. Primus enim emit a pupillo sicut extraneus vt ibi. Et casu fortuito perdi. &c. Vnde etiam dicit lex cōmunis tutoribus seu curatoribus fortuitos casus aduersus quos caueri non potuit imputari non oportere, sępe rescriptum est vt in.L. tutoribus. C. de periculo tuto.

E. Tutoris administratio non transit ad hæredem.

Tutor idest Curator e cuiusquidem administratio non transit ad hęredem, vnde tenetur ex culpa propria defuncti, vt in.L. curato. C de nego. gest. vide etiam quantum ad tutorē ff. de neg. gest. L. iij. §. hęc autem ac. &. C. arbi. tu. L. quicquid &. C. de hęre. tuto. p totū. Vel eis satisdare, &c. Concordat lex cum dicit. In dubium non venit, tutores qui non testamento dati sunt administrandi potestatem nisi satisdatiōe emissa saluam tutelam fore nō habere, vt in.L. iij. C. de tuto. vel curato, quę non satisde. Item dicit ad hoc. L. vlt. C. eo. Tutor qui satisdationē cum dare debuit minime interposuit nihil omnino de bonis pupilli alienare potest. Postq̄ autē ad tutele administrationem electus est, & bonorum possessionem pupilli nomine agnoscere eum potuisse et cetera. quę eius tempore artarētur prosequi debuisse aperte claret. Item alibi dicit, ne tamen pupillorum pupillarumue, & eorum earumue, qui quę ue in curatiōe sunt negotia a tutoribus curatoribusue consumātur aut dirimantur. Curet prętor vt & tutores & curatores eo nomine satisdent, exceptis tamen testamentarijs & ex inquisitione datis tutoribus qui satisdatiōe non onerantur, vt insti. de satisda. tuto. & curato. in prin. Scias tamen quod satisdatio non est de substantia tutele & ideo alio die prestari pōt. ar. C. de preci. impera. offe. L. vniuersa, &. ff. qui satisde. eo. L. de die. Non enim requiritur satisdatio ad inchoationem nascentis officij sed ad exequtionem officij in esse producti. ar, no. in. L. i. ff. de vsu fruct. de hoc vide in spec. ti. de. tutore. §. generaliter, vbi hoc auten. Notandū tutor etiam non debet admi istrare nisi prius fecerit inuentarium, & per decretum iudicis sibi administratio concedatur, vt in. L. legittimos. ff. de legi. tuto. & ibi per Bart. Et tutor qui non satis dedit ipso iure minori non prejudicat. C. in quibus cau. resti. in integ. nō est necesse. L. si tutor.

Glosa.

In articulo prędicti habitū est quę sint arma bellica, hic tandem declaratur quis ea accipere debet. Vnde pro intellectu textus amplioris nota h quod Annos discretionis habere vel pueros ad annos peruenire sit quadrupliciter. Primo cum annos pubertatis attingunt, & hoc sit in tredecimo anno iure feudali, vt seu. c. xxvi. Duodecimo vero iure prouinciali, vt hic in articulo presenti & infra, arti. xlij. in glo. & in sti. de curato. §. masculi. Secundo ad annos discretionis peruenient in quatuordecimo anno, & vt sic testamenta condere possunt vt in sti. qui. non est permis. face. testa. §. prętera. Tertio in decimo octauo anno & sic proprium eorum alienare poterit & nō prius, vt in sti. ex q. caus. manumit. venit non pos. §. iuste autem. Contrariū istius esse videtur in auten. vt spon. Iar. col. ix. vbi habetur, si testari potest etiam propriū alienare & hoc sit in q̄rtodecimo anno. Soluitur dubietas per paragraphū allegatum, loquitur etenim ibi de his qui in lecto egritudinis iacent & ita verum non contrariatur alteri. Quarto in vigesimo primo anno & sic tutoriam administrare possunt, vt in sti. de cura. & infra eo. ar. xlij. glo. Notandum prętera i quod tutoria legittimorum triplex inuenit. Prima quę de iure sit, vt est agnatorū qui ex parte gladij ad id nati sunt, necessarioq; tutelam acceptant, vt in sti. de legi: agna. tute. §. quod autem ff. eo. titu. pet totum. Secundo tutores fiunt ex fide k quia fidit sibi testator, & committit tutoriam, vt insti. de fidu. tuto. §. est & alia, & hi non tenentur satisdare pupillo super bonis, ex eo quia sibi & fidei sue commissa est administratio, propter fidem quam testator in eo nouit, vt insti. de satisda. tu. in prin. ff. de confir. tuto. L. si filio & L. vti litatem, huiusmodiq; tutorum cōstitutio admittitur, iure Saxonico, etiam in bona fama te ex certis causis, coram iudicio tamen vt

h. *Annos discretionis attingere cōtigit quadrifariam.*

i. *Tutoria legittimorum inuenitur triplex hoc idē uide Iur. Mu. ar. xxvi. & xlix.*

k. *Notandum circa id quod pupillus educeri nō debet apud illos qui successioni suæ expectantes sunt. ut ff. ubi pupi. educa. L. i. & extra de consuet. in fi. c. ult. Intelligi tamen debet de his qui suspecti sunt & q machinarent in mortem pupilli. Lex etiam xij. tabu. hoc idem suadet in hæc uerba apud suspectum tutorem pupillum educari non oportet.*

sic necesse est, Iure vero feudali cum consensu domini fore debet. Tertio tutoria fit ratione superioritatis & dominij vt domius sui vocalli minorennis tutor est, & item patronus sui libertini quē manumisit, & hęc vltima tutoria, quia est periculosior omnibus est etiam ceteris breuior, nō durat enim nisi ad tredecimum annum. Secunda vero ad quartumdecimum. Tertia ad vigesimumprimū annū, de prima loquitur hic, de secunda infra artículo. xlij. de tertia ibidem etiam eodem artículo & insti. de cura. §. masculi.

Senior agnatus expeditorias accipit res. &c. Hoc fit prōpter curam administrationis vel tutorie. Nec obstat illud quod forsan obici possit, seniorem agnatum nō pluris iuris habere in bonis mortui q̄ alij agnati, vt in autē. de hęre. quę ab intesta. defer. res enim huiusmodi expeditorię non sunt hęreditas sed ad expeditionem bellicam & obsequium domini pertinent. ℂ Instare q̄s posset responsionē hanc esse inualidam expeditorie etenim res etiam ad hęreditatem spectare videntur, cū qui huiscunq; enim bonis homo moritur hęreditas appellatur, ex arti. vi. supra, sed & infra arti. xxviij hoc idem approbare videtur, cum dicit militaris stirpe natus, duabus personis hęreditatem dimittere videtur. &c. Rz. quod hęreditas nō est q̄is hoc vocabulo nūcupetur non enim proprium nomen inueniri potest quo per directum res huiusmodi expeditorię appellitētur, nam res sunt infinite, nomina vero finita, vt isti. de gra. cogna. §. hactenus &. ff. de verbo signifi. L. iij. & sub isto significato res expeditorias hęreditatē intellexit supra in artículo. v. &. vi. nā si presupposito instātię locū habere deberet qđ videlicet omne illud qđ post mortē alicuius relinq̄t hęreditas sit extūc feudū quod itidē post mortē relinquitur hęreditas esse deberet quod tamē non est, de his tamen latius infra artículo sequenti tractabitur.

Aduenięte tempore pubertatis eisdem reddet. &c. Ex isto sequitur iuxta glosas vetustiores quod rebus illis interim vtetur, ex eo quia in damnum & lucrum tutoris exposite sunt, secundū naturam autem est [i] commoda cuiuscunq; rei eum sequi quem incommoda sequuntur, vt. ff. de reg. Iur. L. Secundum, qđ autem bona pupilli periculo tutorum exposita sint habetur in auten. vt hi qui obli. §. si vero. col. vi. Si vero habeat redditus sufficiētes is cuius cura administratur, eos expēdat, si vero plus sit q̄ sufficiat, quod plus est reponat. Quod si in bōis mobilibus bona fuerint luctari aliquid cum his poterint, & diligentem adhibere circa id curam vt in eadem autentica habetur.

Vbi autem tutela & hęreditatis successio. &c. Contra id certe quędam militare videtur lege, vt in auten. vt hi, qui obli. col. vi. insti. de satis. tuto. ff. rem pupi. sal fo. L. nō quasi, & de prętо. sti. L. prętorie &. ff. qui sat. da. cogun. L. relinq̄re stratū, ut infra li. iij. ar. xxxvij. ratio est, quia relicta uidua cogitur dare lectisternia ad arma bellica pertinentia, ut supra ar. xxij. hoc tamē intelligendū de nobili fœmina secus in rustica quia hęc tenetur lectum sternere.

d. Quæ autē ad utensilia puneant uide Iur. Mu. ar. xxiij.

e. Maidebirgen. indifferēter pronunctiant omnes & singulas. Lipsen. uero cōtrariū secundū tamē cōmunē opinionē oues pastorem præcedentes ad utensilia ptinent, Oues uero quæ in oulibus occlusæ sruntur dotī annumerantur, uide Iur. Munia. ar. xxiij. & lvij,

f. Alij addunt Caldar seu patellam pro coquenda cereuisia quæ muro affixa non est sed preao alijs ex loco mota couduatur, uide ad id Iur. Mu. ar. xxiij.

g. Quæ autem uestes pertineant mulierē uide optimam distinctionem Bartol. in L. in his rebus §. soluto matrimonio ubi dicit qđ tamē uestes ad quotidianum usum destinatæ & nō preaosæ spectent ad hæredem mulieris uel ad mulierem.

h. Textus germanicus hacct pannum aūt saraatum seu inasum.

i. Iur. Munia. ar. xxiij. & lvij.

Articulus XXIIII

POst res expeditorias acceptatas tollet [a] mulier dotē suam, ad quā æqui cum uaccis, & capre cū porcis qui & quæ gregatim pascantur [b] pertinere dinoscuntur. [c] Similiter sæpes & carpentata ædificia. Crassati autem porci non his sed domesticis cibarijs applicantur. Postea tollit mulier [d] utensilia & quæ ad ea numerantur, ut anseres & oues, [e] cistas columnatas idest cum eleuatis tecturis, omne filū neapreatum lectulos idest puluinaria, Cussinos, linteamina, mensalia, balneamina, manutergia cū peluibus, [f] candelabra, linum, [g] uestes mulieres, annullos, brachialia, idest brachiorum ornamenta, serta, omnes libros qui a mulieribus usitantur, & ad dei cultum pertinent. Paruas cistas, cortinas, perpendicula cū uelaminibus & uelamen cū ornamētis. Adhuc sunt quædā clenodia ad ea ptinētia, ut specula & acus ac alia quæ pertranscuntur. Pannū autē [h] non sarciatum ad mulierum uestimenta competēs, & aurum per artificem non operatum ad ipsas mulieres non pertinebit. [i] Omnes res alie præter nominatas hæreditarie appellantur. [k] Et si prædictarū rerum aliquæ tempore mariti loco pignoris fuerit obligate eas si uoluerit redimat [l] cui de iure debētur.

1. Vide ad hanc materiam Iur. Munia. ar. xxvi. & in auten. ut hi qui obli. se habere perhibent per totum Clariorē huius passus declarationē uide etiā ad id quæ supra arca ar. xi, in glo. annotata habentur, an uidelicet tutor frut potest rebus pupilli, cauetur enim quod nihil penitus bonorum pupilli usurpare sibi debet sed omnia pro commodo pupillorum agere.

a. Intellige si honesta sit, secus autem erit si illam propter aliquē excessum perdat ut supra arca ar. xxi.

b. Alij addūt ædificia quæ nondum in toto constructa sed nec tecta sunt, tum etiā urgulta & palos ubi sepes construuntur.

c. Et ex his q̄ relicta uidua ut textus habet accipit nemini respōdere tenetur nec lectū

k. Iur. Munia. ar. xxiij. p. r longum habetur, & item lvij.

l. Ad dotem etiam pertinere dicatur si quid in pecunijs aut alijs rebus sibi datum sit.

Glosa.

Et velamen cum ornamentis. &c. Vnde lex communis dicit quod vxoris causa parata dicuntur, quę parata sunt ad vsum suum seruiendi, vt. ff. de au. & ar. L. vxori. ñ. in fi.

Glosa.

In textu cum dicitur equi cum vaccis. &c. Dubitare forsan quis posset quod & equi gregatim in campis degentes, etiam ad dotem pertinere deberent, nam & illi in campis pascūtur, & custodire eos oportet. Rz. tamen quod non. Articulus enim intelligit duntaxat de equis quibus laborari solet, in cōpedibusq; in campum transeunt, & non de equis, gregatim in campis sine compedibus deambulantibus tum nec de equis redarijs & in aratro laborantibus, quia illi ad dotem non pertinent. Sciēdum etiam quod vacce vituli & eq gregatim sine compedibus ambulantes iure prouinciali ad dotem & geradam pertinent. Iure vero municipali ad hęreditatem pertinere videntur, vt ibidem. ar. xxvi.

Capre cum porcis. &c. Etiam de suibus intelligere vult, alia autē maiora pecora ad hęreditatem spectare videntur vt. seu. c. lvi.

Ibi cum dicebatur quod vir copulatus vxori omnia mobilia prēter vtensilia iure proprio occupat. &c. dicere quis posset paragraphum istum contrariari legibus quę disponūt quod tutor nec quicquam bonorum pupilli pro se retinere debet vt insti. de excusa. tuto. §. item &. C. qui da. tuto. pos. L. i. &. ff. de tuto. & cura. da. ab his. L. fi. &. q d' leges prętacte dispo nunt de tutoribus si forsan quid pupills quorum ipsi tutelam administrant accipere velint & ita de tutela minorennium loquuntur. Articulus vero presens de tutela mariti respectu vxoris quę & diuersa est, disserit. Vnde circa id nota [o] Tutoris & administratoris differentiam. Illi etenim qui pueris dantur, tutores vocātur. Senibus vero & mulieribus asciti, administratorum & curatorum nomen sortiuntur, vt insti. de excusa. tuto. §. qui tutelā, & de isto hic in textu intelligere vult.

Ideoq; mulier, nullā facere potest marito in mobilibus vel proprietate donationem. &c. Per id intelligere geradam vult, quia illā cognata tollit, Alia vero bona omnia mobilia,

l. *Causa occasiōe dotis tam in iure spūali q̄ auuli institui potest,*

m. *Causæ quare uxor sine consensu uiri nihil alienare potest.*

n. *Vide ad hūc paſſū Iur. Mu. ar. xxvi. glo.*

o. *Tutoris & administratoris differentiam uide.*

maritus retinet vt paragraphus secūdus eiusdem articuli disponit, & infra li. iij. ar. lxxvi. § ij. & ita sub hac limitatione paragraphus iste quartus non contrariatur articulo secundo. Notandum circa id quod aliqui male intelligentes articulum istum signanter vero paragraphum quartum vbi dicebatur, postq; vir mulieri copulatur. &c. putant quod maritus exquo est tutor bonorum vxoris, quod vxor post mortem mariti omnia acciperet mobilia & dotem quam importauerat, & geradā donationemq; propter nuptias, ita quod maritus in illis bonis nihil haberet nisi tutoriā ex parte vxoris. Intelligendus ergo paragraphus est P quod maritus accipit dotem importatam in pecuniis paratis, nō nomine tutorio, sed sibi datur ex eo q̄ quia ipse sibi viceuersa reformationē facit in dotalicio & vitę prouisione. Parafernam vero & proprium ac vitę prouisionem mulieris maritus in tute Iam accipit, & illa mulier marito dare nō potest, nec a veris suis heredibus alienare vt supra declaratum est. [r] Quod autem mulier post mortem viri dotem importatam nō recipit [f] probatur per articulum. lxxvi. li. iij. vbi habetur quod mulier post mortem mariti accipit donationē propter nuptias vtensilia, & domestica cibaria, ibidē vero de dote importata nulla mentio est. Preterea probari etiam poterit tribus rationibus quod mulier dotem importatam non tollit. Primo si enim mulieres post mortem viri dotem importatam actipere deberent, esset aliquod ius vel priuilegiū tempore Caroli Imperatoris (qui & multas in fauorem mulierum sanxerat leges) datū, nec hucusq; ocultatum fuisset. Secūdo quia si relicta vidua acciperet dotalicia, geradam cibaria domestica, heredes vt in plurimum exhereditarentur. Tertio si et inquantum dotem, donationem propter nuptias, geradam, & vitę prouisionem tollerēt, extūc mulieres maius commodum haberent in bonis virorū, viri vero ipsi nullum sustentamen vel vtilitatem in bonis mulierum sentirēt, quod fieri minime debet. Dotalitiū etenim eis datur in recompensam dotis importate, vt infra li. iij. ar. lxxv. glo.

p. *Intelligitur de iure saxonū uir mortua uxore succedit in dote & aliis bonis secus de iure communi ubi pater succedit ut L. dos. C. soluto matrimonio.*

q. *Et sic dos in pecunia cedit lucro marito contra Bald. L. dos. C. soluto matrimonio.*

r. *Vxores relicte post mortem mariti dotem importatam nō tollunt sed loco ipsius dotalitium seu donationē ꝓpter nuptias acapiunt rationes iude.*

f. *Nota Iur. feu. Mulier acapit dotalitiū ante omnia dato q̄ bona mariti obligata sint. Vnde arca id quæritur si uir uendat bona in quibus dotalitium inscriptū sit uel denominatum quid fieri debet q̄ ꝓfiat emptori. &. quod id fieri debet de scientia uxoris, & quod per sententiam sit iuridicam & q̄ tandem uxor iuramento renunciet uiri suo feu. c. lvi. Etā mulier necessario habet tutores super dotalitio uiuente marito. Primo quod maritus illud uendere aut alienare obligareq; non potest siue sit consensus mulieris siue non, sine consensu illius tutoris. Secundo quod ille asatus tutor post mortem mariti bonis dotalitijs se intromittat in*

Articulus XXXII

Nulla mulier[a] usufructū sui dotalicij, sed nec eius hæres, potest fundi proprietatem sibi uendicare quādiu appareat quod in eo dotalitium sit sibi concessum. Quod si attentauerit huiusmodiq; fundum reformati dotalicij suā esse proprietatem dixerit ac repulsam iure in eo pacietur, utrunq; hoc est tam dotalitium q̄ proprietatem perdit.

Glosa.

Nulla mulier propter vsufructum &c. Et est ratio, quia vsufructus cōstituitur in rebus alienis. [b] Est enim ius alienis rebus vtendi, fruendi, salua rerum substantia, vt. ff. de vsufruc. & quemadmodum quis vratur. L. i. & insti. eo. in princi. & cōstituitur inter viuos pactionibus & stipulationibus. Item in iudicio famil. hircis. & cōi. diui. vt si iudex vni proprietatem adiudicet, & alteri vsufructum, vt ff. e. L. §. i. Item & in testamēto vt insti. eo. §. i. Constituit autem in fundo rustico & vrbano & ędibus, & in seruis, & in iumētis, & ęteris rebus etiam sterilibus, exceptis his quę vsu consumuntur vt insti. eo. §. cōstituitur, & hoc verum est de vsufructu formali, qui supra est descriptus. Sed vtilitatis causa etiam receptū est vt in his quę vsu consumuntur constitui possit non verus, sed quasi verus, vt in pecunia frumento vino oleo. &c. vt insti. eo. §. sed vtilitatem, &. ff. de vsufruc. earum rerū quę vsu, consu. L. ij. &. iij. Pertinet etiam ad vsufructum lac & lana agni hedi, & vituli, si in singulis animalibus vsufructus est constitutus, & si aliquod moritur periculum erit fructuarij non proprietarij. Secus si vsufructus vniuersitatis vel gregis est relictus, vt. ff. de vsufruc. & queamadmodum quis vtatur. L. vetus &. L. vel inutiliter, quid ergo & insti. de rerū diuisi. §. sed si gregis. Et cauere debet verus vsufructuarius q̄d ipse re vtatur & fruatur arbitrio boni viri, & de restituenda re, vel eo quod ex ea extabit finito vsufructu. ff. de vsufruc. quemad. ea. L. i. & per totum, & hęc caucio non potest remitti per testatorem. C. eo. L. i. &. ij. Quasi autem vsufructuarius cauet de restituenda consimili quantitate, vel summam debet vero restituere proprietario vel eius hęredi. C. de pigno. L. cum conster. Et ammittitur vsufructus morte vsufructuarij & maxima & media capitis diminutione & si res perijt in qua relictus est, vt insti. eo. §. finitur, &. ff. qui. mo. vsufruc. ammit. L. i. & p totum &. C. eo. L. penul. Si etiam plures sunt vsufructuarij vno mortuo sua pars acquiritur alijs iure accrescendi. ff. de vsufruc. accres. per totum. Ammittitur etiam non vtēdo spacio decennij inter presentes vel. xx. inter absentes vt. C. eo. ti. L. penul. secūdum Azo, licet alij aliter dicunt & sic lōgo tempore ammittitur vsufructus. Sed personalis actio quę pro eo competit non ammittitur ipso, sed per exceptionem quia tempus non est modus tollende obligationis. ff. de acti. & obli. L. obligatio instantiq; illa expetat loco relictæ ex quo ipsa clipeo caret belli co. Tertio quod uiro uiuente & ad inopiā declinante eham constāte matrimonio ut usufructus dotalitij p tutorem expetatur. C. de iure do. L. ubi adhuc. De hoc uide latius feu. c. lx. Item si mulieri loco dotalitij denominetur in bonis certa pecunia uel summa uel frumentū mulier non debet taxare secundum uelle suum quomodo et placuerit nec frumentum taxabit iuxta uoluntatem sed secundum commune forum.

a. *Vide infra li. ij. ar. xxi. Iur. Mu. lvij.*

b. *De usufructu uide abunde.*

num. In hoc autem casu nō ammittitur q̄diu quis saltem per annū vtitur nomine suo alias secus. ff. de vsufruc. & quemadmodum. L. arboribus. §. vsufructuarius &. §. sequenti, & L. non vtitur, &. L. sequenti. Ammittitur etiā confusione cum scilicet ad proprietatē redit. ff. quib. modis. vsufruc. amit. L. si seruus. Diminuto etiam numero gregis cuius vsufructus relictus erat in tantum quod grex esse desinat ammittitur vsufructus, vt. ff. qui mo. vsufruc. ammit. L. fi. Secus autem si non gregis sed corporum relictus est vsufructus. ff. qui. mo. vsufruc. amit. L. q̄d tamē. §. fi. Ammittitur etiam rei mutatione super quo vide. ff. de vsufruc. & quemadmodum. L. quotiens §. fi. &. ff. qui. mo. vsufruc. ammit. L. repeti. §. penul. &. fi. &. L. quid tamen. §. agri. vsq; in fi uem leg. &. L. nisi &. L. si cui &. L. si ager &. L cum vsufru. hic etiam per ius municipale perditur ꝓpter abusum et merito [c] quia est gratia, et ea abutens pdit eam vt in. c. tuarū de priuileg. xi. q. iij. priuilegium.

c. *Abutens gratia perdit eam.*

Glosa.

Nulla mulier, &c. Superioribus declarata habetur maxima mulierum super earum dotalicio prerogatiua, quodq; nullus illud eis infringere potest. Articulus presens precauet et precustodit ne itidem mulieres abutentur dotalicijs ne forte abutendo reformationem dotalicij eandem perdant, merito autem et iusto mulieres in dotalitio seu reformatiōe vitę, pouisionis tueri et defendi debent, ipse tamē edi uerso precauere debent ne iniuste in huiusmodi reformationibus agant. vt. ff. de reg. Iur. L mulieribus, et. C. de iur. et fact. ignoran. L. ne passim, articulusq; iste cōfirmatur per paragraphum vltimū articuli. xliij. infra libri. ij. vbi dicitur quod qui in suo feudo aut dotalitio matris aut suę cognate voluerit proprietatem comprobare nisi hoc testimonio sex banitorum probauerit succumbet. Contra id arguitur. Textum articuli esse in sufficientē, fieri em̄ potest quod vitę prouisio mulieri in proprio seu hęreditate reformata sit, moriātur tandem pueri quibus proprietas illa pertinebat, huiusmodi hęreditas seu proprietas in sinum deuoluitur matris ex arti. xvij. supra, quæ & vitę prouisionem ibidē habuit. Quare & proprietatem illorum bonorū sibi vsurpare poterit. ℟. quod textus in se verus est vnde & si quidem mulier morte decedētis pueri hęredi tatem seu proprium occupet non loco tamē vitę prouisionis seu dotalicij, sed ratione deuolutionis illud obtinebit, & ita mutatur casus. ¶ Quod si attentauerit. &c. Ratio autē istius est quia falsę in bonis illis egit abusaq; est gratię sibi date & concesse. Cum vero gratia quis abutitur perdit eam. Multe siquidē prerogatiuę [d] & gratię mulieribus in eorum dotalitio seu vitę prouisione cōcesse sunt vt pote quia exinde nulla tenentur soluere debita, vt in auten. de equa. do. §. his cōsequēter col. vij. & item exquo quidē bona mariti pignus sunt eius doralicij. Quare ante oēs creditores illud tollit: vt. C. q. po. ir. pi. habean. L. vlti. et itē neq; cū eius volūtate nec sine volūtate alienari pōt, vt insti. qui aliena li. vel non. §. i. In auten. vt nulli iudi. liceat ha. lo. conse. §. & illud coll. ix.. C. ad Velleia. L. antique iuris di. &. L. si mulier. Quare & beneficij collati grata esse debet mulier precauendo ne iuri & priuilegio deroget suo. Isto etiā modo ammittuntur omnia priuilegia [e] cum videlicet quis male uti velit priuilegijs concessis vt extra de priuile. c. tuarum. c. vt priuilegia, & extra de postu. prela. c. gratū, & extra de regulari. c. licet. et. xi. q. iij. c. priuile. ff. de lega. L. cū pater. Notandum circa id quod dotalitium mulier perdit ex triplici causa. [f] Primo propter hęresim vt in auten. de priui. do muli. hęreti. nō prestan. §. i. coll. vij. Secundo si a marito nulla legittima habita causa separetur vel diuorcietur, vt in auten. de nup. §. si vero. coll. iij. Tertio ex causis supra circa ar. xxi. in glosa expressis, & in auten. vt licc. ma. & aui, §. si quo libet. col. viij.

d. *Dotalitij prerogatiuæ.*

e. *Priuilegia quo modo amittuntur.*

f. *Dotalitium mulier pdit ex triplia causa*

Articulus XXXIII



Vnc considerate de im prægnata muliere quæ se in uiri sepultura uel tricesimo ostenderit parituram & post modum partus uiuus fuerit emissus, idq; mulier cum quatuor uiris qui eum plorantē audierunt, & cum duabus mulieribus quæ ei in partu ministrauerunt poterit cōprobare. Posthumus hic sui patris hæreditatem obtinebit. Qui si posthac moriatur [a] in matrem suam eam transfert, si ipsa ei in generatione poterit cocquari [b] & infringit omnem in patris feudo expectā tiam feudalem & tunc feuda ad dominum reuertantur quia puer humanus [c] & uiuus post patris mortem apparebat. Si uero puer [d] Ecclesiæ manifeste præsentetur [e] omnes qui eū audierunt & uiderunt ad testimonium eius uitæ admittantur.

a. *Cōcordat Iur. Mu. ar. lvij.*

b. *Textus uetustiores tum & germanicus hunc paragraphum ita legunt & intelligibilius. Et durmit omnis possessionis ſponſiones in feudo patris ex eo qa post mortem patris uixit, eāq; feuda patris uacabunt domino a quo tenebantur si puer fuerit oſtēſus tantus & talis quod uiuere potuisset.*

c. *Secus si natus & mortuus sit āte patrē qa ut sic expectantiā feudalē nō infringit. feu. c. xx.*

d. *Nota hic quod si puer ante baptismū moritur Christianus tollet hæreditatē pagani cū puer nondū baptisatus sit.*

e. *Hic est casus quod sacerdotes, monachi, mulieres testificari possūt. Cōcordat Iure Munic. ar. xcvi.*

Glosa.

Nunc considerate de impregnata. &c. Vide. L. sicuti, ff. de ventre in pos. mit. vbi inter alia sic dicit. Pregnantem esse mulierem omnino oportet, nec dicere se pregnantem sufficit, quare nec retinet bonorum possessionem nisi vere pregnans fuerit & mortis tempore, & eo quo mitti in possessionē se petit. &c. vide etiā in arti. xxxviij. li. iij.

Glosa.

Lex presens maxime vtilis est quo ad duo, p viditur enim per eam ne pueri posthumi in hereditatibus eorum ab alijs olim mortui heredibus defraudentur, qui inuidia ducti dicere forsan possent posthumum non esse mortui puerum, consilium itaq; datur mulieribus vt se pregnantes declarent circa viri sepulturam vel infra tricesimum mulier enim impregnata esse potest & fetum portare ante q̄ dinoscatur quadraginta diebus, vt in auten. de resti. & que parit. Ad id etiam vide infra eo. li. ar. lviij. & insti. de pupil. substi. §. sui autem, consulitur etiā vt se pregnantē mulier declaret ne forsan heredes allegent puerum non esse natum ignorantiam allegantes tum & propter alia incommoda que exinde emergi possint, quibus per presentem constitutionem obuiatur, difficilime etenim mulieres in casibus emergentibus sine impetitiōe permanere possint nisi legibus tueantur. Nā illud quod medicamēta morbis hoc exhibēt iura negocijs vt in auctē. hec constitutio innouat. §. quor medicamenta col. viij.

f. *Mulier quādiu fetum portare potest.*

f Vnde & sciendum quod mulier fetum portare potest decem mensibus & duobus diebus & non longius, vt in auten. de resti. & ea que pariat. col. iij. ff. de suis & legit here. L. intestatori. §. fi. Secundo vtilis est lex ista prouiditur em per eam quod matres puerorum qui viui nati sunt & tandem moriūtur hereditatem tollunt, vt supra ar. xvij.

g. *Expectantia feudalis q.t. Hoc idem vide infra li. iij. ar. lxxv. & lxxvi.*

Et infringit omnem in sui patris feudo expectantiam feudalem. &c. g Vnde expectantia feudalis dicitur cum dominus vasallo viuente promittit bona vasalli alteri cum conditione si videlicet ille vasallus sine herede decesserit, in proposito itaq; exquo mulier impregnata post obitū mariti manet, mortuus non dicitur decedere sine herede feudali, vt. ff. de reg. iur. L. Si quis, de hoc vide amplius seu. c. v. vbi dicitur quod expectantia feudalis dicitur esse pactio seu ꝓmissio feudi vt si vnus habeat feudū actu & alteri promittatur post mortem eius. Si ille sine herede decedat vide etiam ad id infra. li. iij.. ar. lxxvi.

Omnes qui eum audierunt & viderunt ad testimonium admittantur. &c. Intellige qui testificari possunt, vt. ff. de testi. per totū. Nota tamen quod in casu presenti omnes tam Sacerdotes, Monachi [h] & mulieres testificari possunt de baptismo pueri & est ius speciale quo ad hoc quia testificantur puerum baptisatum & nemini per id preiudicant seu nocēt quare iure id admittitur vt de consec. dist. iiij. c. paruulos.

h. *De mulieribus qđ testificari possunt, vide de Iur. Mu. ar. lvij. occasione dotaliij & item testimonio coniuncti ar. xci. ibidem.*

Anno. ex. L. xij. tabu.

Concordat ad id lex. xij. tabu. cum inquit in decimo mēse legittimus infans nascitor. Qui vero post decem viros leges Rome tulerunt decimo item nono & propter doctissimi Hipocratis autoritatē septimo mense perfectum partum nasci posse existimauerūt, & ideo vtero ex his temporibus natos ad legittimam hereditatem admiserūt quod Plautus & Menander veteres poetę etiam tradiderunt. Cecilius autē & post Aristotelem Marcus Varro & Gelius refert octauo etiam mense partum nōnunq̄ edi posse scriptum reliquerunt & Gell. ipse negotio magne rei postulāte sua ętate diligēter Rome quesitum fuisse dicit an octauo mēse infans viuus ex vtero editus & statim mortuus lustrium liberorum supplesset, quum abortio nō partus mensis octaui intempestiuitas quibusdam videretur. Verumtamen huiusmodi quasi mōstruose raritates a Romanis non fuerunt Varronis testimonio receptę. Sed & cum fœmina honestis moribus non ambigua pudicitia in vndecimo mense post mariti mortem aliquando peperisset, quoniam in decimo mense non vndecimo gigni hominē decem viri scripsissent Rome, an illa mulier post mariti obitum cōcepisset autore Gellio disceptatum & in cōtrouersia deductū est. Sed requisitis veterū philosophorū & medicorū sententijs in vndecimo quoq; mense partū edi posse diuus Adrianus causa cognita decreuit quod etiā Marcus Varro post Aristo. lib. xiij. rerum diuinarum tradidit & Plinius Vestiliam septimo mense Corbulonem, octauo Cesoniam Caij Principis coniugem, & vndecimo Sugillū Ruffum genuisse dicit. Sed hoc a sequētibus legūlatoribus non est receptū. Nam Vlpianus de legittimis heredibus post decem mēses natum non debere ad legittimam hereditatem admitti scribit, quod contrarium esset si illo tempore regulariter nasci posset aliqs. Iustinianus quoq; vndecimo mense partum edi non posse constituit. Non preteribo tamē quod septimo libro naturalis historię de hac re Plinius e Massurij autoritate scribit. L. scilicet papirium prętorem quum mater se tredecim mensibus partum tulisse diceret bonorū possessionem contra secundum heredem lege agentem dedisse quoniam ei nullum certum tempus pariendi statutum videretur, lōgę maiora nostrę ętatis fœminę bonis mari-

28

tis partus intempestiuitatem atq; celeritatem admirantibus persuadent vt tertio mēse immo postera nuptiarum die partus nasci possit, certe tales viri multo vēto ab interiore fœminatum tunica procedente impleti sunt, q hęc incredibilia & has mulierum fraudes admittūt, validis proculdubio argumēnts opus esset anteq̄ similia euenire crederemus.

Articulus XXXIIII

a. *Proprietas quidem alienari potest sine consensu iudicis illud tamen tanq̄ propriū possideri non poterit nisi resignatione iudicialiter facta ut infra ar. lij. lib. ij. ar. xxx. iur Mu. ar. xx.*

Sine iudicis licentia [a] potest quis suam alienare proprietatem dummodo alienationi ab heredibus attentis[s]us prębeatur, & dum mō ab alienatore [b] dimidietas manſi & soli ideſt curiæ fundi in qua currus uerti poterit reseruetur de quo satis iudici in iure fiat. [c] Si quis proprietatem suam domino ita dederit ut cum ea per dominum uiceuersa infeudetur, ista donatio domino nō proderit, nisi eam proprietatem per annum & diem libere possideat, peracto hoc spacio eandē proprietatem in feudum cōferre secure potest quia deinceps donator de sua re in hac hæreditate uel proprietate monstranda nō audietur. Alij textus habent nec ipse donator nec hæres suus illud propriū sibi a modo poterint in proprietatem uendi care. Impediet uero iudex [d] iniuste aliquem in suæ proprietatis alienatione cum Rex fines Saxoniæ attigerit coram eo donandi liberam habebit facultatem dūmodo iniustum iudicis impedimētum demōstretur.

b. *Passus istius textus & tota sequens glosa intelligitur causaliter nō præsse sālicet qđ qui seruat dimidium mansum ut releuetur ab onere satisfādi seu fideiussoriæ, siue sit agens, siue conuentus.*

c. *Alij textus habent ut exinde iudia obsequia præstare possit.*

d. *Hoc idem intellige de scabinis si iud. licet prædo corrupti alios quem in iudicio neglexerint, vide de hoc iure mu. ar. xi. & xviij.*

Glosa.

e. *Vide contrarium infra li. iij. ar. iiij. in glo. vbi dicitur quod q̄diu iudicialiter bona non resigno mea tamdiu mea sunt.*

Ex paragrapho primo articuli presentis colligitur [e] quod venditio immutat dominiū & nō iuridica abscessio seu resignatio, ita qđ si quis vendat bona alicui, dato quod iudex iudicialiter ea in ipsum nō transfundat vel resignet, bona tamē illa apud emptorē manēt. Querere quis posset ad quid ergo resignatio iuridica vtilis sit. [f] R. quod resignatio iuridica vtilis est ad quatuor. Primo quia per resignationem venditio firmatur & stabilitur, vt Insti. de re. diui. §. per traditionem. Secundo quod onera & seruitia bonorum amplius in venditore exposci non debent, vt. C. de agri. & censi. L. iij. Tertio quia venditor forū seu venditionē negare non poterit, vt supra ar. xviij. & insti. de emp. & vend. §. emptor. Quarto quod possessionis rationabilem causam habeat & id iuuat eum quoad prescriptionem vt insti. de vsucap. & longi. tempo. prescrip. §. iure Ciuili.

f. *Resignatio hæreditatū utilis ad quatuor. concordat Iur. Munia. ar. xx. glo.*

Dummodo alienationi consensus heredum prębeatur. &c. ita quod heredes abrenuncient bonis vel in instanti si presentes sint, vel infra annum & diem cum absentes fuerint nō contradicant.

Impediet vero iudex aliquem. &c. Impedimē tum seu error iudicis g est duplex. Primo ex ignorantia, & isto modo refarcire cogitur dānum si cui per eius ignorantiam illatum sit, vt insti. de obliga. quę ex quasi delict. nascū. §. si iudex. Secundum impedimentum seu error iudicis sit ex malitia, & ratione istius ab officio suspenditur infamisq; declaratur, vt. C. de pena. iudi. qui male iudi. L. finali.

g. *Impedimentū seu error iudias duplex.*

Cum rex fines Saxoniq; attigerit. &c. Intelligę si iudicium tale sit a quo ad imperiū precise appellatur. Sed si alter inter medius iudex fuerit, illi erit insinuandum, vt si forsan sculetus excesserit Comiti denunciabitur. Si vero comes deliquerit Regię maiestati duntaxat insinuandum erit dato etiam quod Comes a Marchione comitatum habeat non tamen ad eum negotium deuoluitur. Sicut nec sententia reprobata in comitatu in Marchiam appelatur, vt infra. li. ij. ar. xij. Vide etiā adhūc passum. ff. de appella. & rela. L. Imperatores, & extra de appella. c. si duobus.

Dummodo ab alienatore dimidietas manſi. &c. Quęritur quare iudex istum qui proprietatem vendit cogere debet vt certam partem fundi relinquat, videtur enim id esse contra iūs commune, nam & nihil conuenientius est naturali equitati q̄ voluntatem domini volētis rem suam in alium transferre ratam haberi, vt insti. de re. diuisione. §. per traditionem. Causa etiam quur id fieri debeat quam & in textu ponit vt videlicet iudici exinde in iure satisfiat insufficiens videtur. Exinde enim sequeretur, quod & successor suus id facere teneatur, & vt sic a Iudicis seruitute nunq̄ liberari posset. Quinimmo bona illa iudicio obligarentur semper. Contrarium etiam habetur infra. li. ij.. xxiij. §. ij. vbi habetur quod vnus bona sua alienare poterit, vt cum ea vēdit resignat. &c. quod tamen fieri non posset stante paragrapho articuli presentis. R. quod sensus articuli istius dependet ex articulo quinto infra secūdi libri vbi habetur quādo quis

in illa Iurisditione tantum proprij habuerit quantum verigeldus eius sit fideiusoriā cōtra querulantem statuere non tenetur. Ex quo itaq; ius est q̄ ille q̄ bōa vt sic habuerit fideiusoriam statuere non tenetur. Iusq; etiam sit vt supra allegatum est, quod vnusquisq; proprium suum alienare potest ex duplici itaq; causa future p̄caueē difficultati qa vel ipse solus accusatur, vel pro accusato fideiubet, & ita respectus habetur ad bona ipsius nec fideiusoriam statuere cogitur, vt infra. li. ij. ar. v. ff. de legi. & sena. consul. L. sed & posteriores. Si ergo fideiusoria facta p̄sit vnus bona huiusmodi sua, ratione quorum sibi credebatur abscedere vel resignare. Iudex vt sic colluderetur nec haberet vnde fideiussoriā querat. Ediuerso etiam Iudex posset occasiōe huiusmodi fideiussorie vnum qui amplas hereditates seu proprium magnē estimationis haberet, impedire quod illa alienare seu vendere non posset non sine detrimento illius. Quare ius mediū illius statuit, quod vnus q accusatur, rationeq; bonorum possessorū fideiussoriam statuere non cogebatur, alienare & diuendere semper illa poterit, reseruata dimidietate mansi vt textus habet, vt videlicet exinde iudici respōdeat, hoc est quod ipsum met, vel illum pro quo fideiusserat iudicio p̄sentet, & vt sic iudicium illesum manebit, ipse vero non priuabitur alienatione bonorum suorū, vt insti. ex qui. cau. manumit. nō pos. §. iuste autē. Ex textu p̄senti habetur quod medius mansus valet verigeldum qui quandoq; facit decemocto libras, quandoq; decem, quandoq; nouem denariorum illius prouintię vbi negotium agitur communiter currentiū vt infra. li. iij. ar. xl. & xlv.

h. *Concordat infra li. iij. ar. xlv. Iur. Mu. ar. xvij.*

Articulus XXXV

THesaurus omnis subterraneus p̄fūdius me/ratu aratri iacens ad imperij pertinet maiestatē Argentum sub terra absconditū nemini excidere licet sine proprietarij illius loci uoluntate. Si uero uoluntas ipsius aduenerit, in operis loco aduocatiam obtinebit.

Glosa.

Omnis thesaurus subterraneus. &c. Lex tamē cōmunis aliter disponit, vt. §. Thesauros. Insti. de rerum diuisione cum dicit thesauros quos quis in loco inuenerit suo. Diuus Adrianus naturalem equitatem secutus, ei concessit qui eos inuenerat. Vnde thesaurus [a] dicitur esse pecunia abignotis dominis vetustiori tempore absc̄dita, vt. C. de thesauris. Lai. li. x. in prin. Vel Thesaurus est dispositio pecunię cuius memoria nō extat, vt. ff. de acquiren. re. domini. L. nunq̄. §. thesaurus.

a. *Thesaurus q̄d sit. concordat infra. li. ij. ar. lxi. glo.*

Nota quod thesaurus in quinq; locis inueniri potest. [b] Videlicet in locis Imperij Eccle sie, obligatis bonis, communibus locis, & in loco proprio occupatoris. In quatuor primis locis si ex casu nulla ad id data opera thesaurum inuenerit medietas illorum est cui locus pertinet. Inuentori vero alia medietas cedit, vt insti. de re. diuisi. §. si quis &. ff. de acquirē. re. domi. L. si is qui. §. quod si creditur. In proprio vero solo, si inuentus sit per aliquē thesaurus apud ipsum totus manet, vt insti. de re. diuisi. §. thesauros, & in glo. ibidem, nec requiritur illi qui sic thesaurum in solo proprio inuenerit consensus a domino suo thesaurum effodiendi, sibi etenim iure communi pertinet, nec id repugnat articulo p̄senti qui intelligi debet de thesauro in loco imperij inuento & non de loco alicuius priuato, [c] vel etiam intelligitur articulus de thesauro p̄ nigromātiā inuēto vt. C. de thesau. L. vnica. Si vero quis ex cōducto theasurum tibi quę rat in fundo tuo thesaurus inuentus tuus erit soluto mercenarij p̄tio. Si vero aliquid aliud laborans mercenarius thesaurum inueniat, medietas thesauri tua erit. Alia medietate circa laboratorem permanente p̄custodito tamen eo quod ad actum istum eundem non conueneras, v. ff. de acquiren. re. domini. L. si is qui in aliena. §. creditor.

b. *Thesaurus in quīq; locis inueniri potest.*

Argentum sub terra absconditum. &c. Ex eo notatur thesauri & minere differentia accipiturq; argentum hic in textu pro minera ipsa, vt. ff. de acquiren. vel amnitē. possessi. L. peregrę, & hoc ex eo quia nomina sunt finita res vero infinite, vt. ff. de verbo signi. L. iiij.

c. *Dicunt quidam sepius se sententiam obtinuisse iuxta hanc glosam quod quando solum est priuatū in quo thesaurus repertus sit habet locum dispositio iuris communis. Textus uero articuli intelligitur de solo publico seu Imperatoris.*

Si vero voluntas eius aduenerit aduocatiam obtinebit. &c. Intellige sub distinctione si totale dominiū illius loci ipsius sit & nō alterius Quērere quis posset, [d] Quid si vnus proprietatem seu dominium agri seu fundi non habuerit, sed duntaxat vsufructum obtineat an facultatem habeat argentum fodiendi. Quidam dicunt quod sic, quicquid etenim commodi & vtilitatis, ex fundo ad vsufructū sibi concesso comparare poterit, hoc eidem facere licet, dummodo nullum damnū in fundo vsufructuario committat, nec locum illū deteriorem faciat, vt insti. de vsufruc. §. i. & ff eo. ti. L. i. & ij. Ex quo itaq; ager seu fundus p̄ argenti fodinam nō deteriorabitur quare eidem fodere licet. Preterea quicqd in iure prohibitum non est hoc cuiq; facere licet, vt. C. de testamen. L. sancimus. Cum itaq; id facere prohibitum non sit ergo. &c. R. nō obstantibus argumentis in contrarium adductis, q̄ vsufructuarius cui ager pro cultura in vsufructum datus est mineram fodere minime po-

d. *Vsufructuarius an potestatem habeat in loco usufructus minerā fodiendi.*

e. *Vsufructuarius ius fodiendi argentum nō habet, ut infra ar. liij.*

terit [e] ex eo, nā cūi ager pro cultura in vsum datus sit huic facultas argentum fodiendi cōcessa non est, ex vi vocabuli. [f] Et item fundū ad vsufructum concessum vsufructuarius ille se seruare debet, quod non esset si foderetur vel effossam terram in fundum exportaret, vt ff. de vsu. & habi. L. finali. Nec illud te releuare poterit, quod in contrarium allegabatur. Quicquid in iure prohibitum non est, id facere liceat, &c. Interimitur p̄suppositū prohibetur enim istud vt infra eo. lib. ar. liiij. in fi. et insti. de. re. diuis. §. thesauros, &. §. si quis &. C. de thesauris. L. vnica.

f. *Vide ad hunc passū ff. de usufruc. & quēadmodū quis utatur L. uem si fundum. §. sed si & metalla.*

Articulus. XXXVI

a. *Iur. Mu. ar. iiij. & xcvi.*

SI maritata mulier [a] ante definita tēpora maturius prolē genuerit, proles huiusmōi in iure suo increpari potest. Idem est de prole uiduæ post obitum mariti tardius nata censendum.

Glosa.

Poterit increpari. &c. Nota tamen hic quod si sententia proferatur a iure pro aliquo delicto, quod tunc nō est alia sententia necessaria requiritur tamē iudicis declaratio vt patet de homici. c. pro humani in fi. lib. vi. & hoc ibi notat. arg. & allegat, concordan. Vide etiam pro hoc quod notat Io. an. de penis. c. felicis super verbo infamis. li. vi. in nouel. Et prędicta declaratio debet fieri per inquisitionē parte vocata pro quo vide notata ad remissin cle. p̄senti in glosa ord. de censi.

Proles in iure suo poterit increpari. &c. & ex isto sequitur quod illegittimus procurator esse non potest. Quia ille procurator esse non poterit qui in iure suo redarguitur vide ad id infra eo. li. ar. lxi. Textus articuli in se planus est nec multa indiget declaratione, vide etiam ad hanc materiā supra quę notata habentur, circa articulū. xxxiiij. Iur. muni. ar. xcvi. feu. c. xx

Articulus. XXXVII

ARTICVLVS REPROBATVS *Vide infra eo. li. ar. li. in glo. & c. referente extra qui filij sunt legitimi.*

VXorem alicuius [a] manifeste adulterans uel soIutam & liberam uiolans posteaq; matrimonium secum contraxerit proles ex ea nunquam legittima procreabit.

Glosa.

Si quis vxorem. &c. Vnde dicit lex communis commissum antea adulterium cum eo cui se postea nuptijs sociauit, velamento matrimonij non extinguitur, vt in le. commissum. C. ad le. Iul. de adul.

Iste articulus erroneus est & per ius canonicum condemnatus crimen enim adulterij nō diuidit matrimonium nisi in tribus casibus. Primo cum quis adulteratur & dat fidem adultere viuente legittimo viro vt extra de eo, qui duxit in matrimo. quam polu. per adulte. c. ij. Secundo cum de facto contrahit cum secunda viuente alia coniuge, vt eo. titu. cum haberet. Tertio cum alter eorum cum effectu machinatus est in mortem defunctę, vt xxi. q. i. per totum. Potest etiam secundum canones rapta contrahere matrimonium cū raptore, vt extra de rap. c. fi. licet secūdū antiqs canones & leges olim nō poterant. vt. xxxvi. q. ij. de puel. &. c. si autem &. c. placuit &. C. de raptu. virgi. L. vna. §. fin autē. Et cū dicto. c. fi. cōcordat. c. denicq; &. c. tria. xxxvi. q. ij.

Glosa.

Articulus p̄sens de legittimis disponit pueris. Vnde circa id quērere vnus possit. Quare id fit, quod proles huiusmōi ex matrimonio vt. textus habet progenita illegittima dicatur. R. quod id statutum est propter abhominationem peccati. Peccatum etenim istud cōtra naturā hoc est cōtra ius naturale & cōtra decem p̄cepta fit, vt insti. de iur. na. §. i. Pro intellectu textus ampliori. Notandum quod peccatum luxurię committitur trifariā primo naturaliter & voluntarie contra deū, vt cū solutus cum soluta fornicatur. vt. xxxi. q. i. c. quomodo. Secundo fit volūtarie & naturaliter contra deum & contra decem p̄cepta, vt est adulterium. Tertio fit volūtarie cōtra naturam, contra deum, & contra decē p̄cepta. Primum vocatur simplex luxuria quę fit inter duos solutos, vt. xxxi. q. i. c. quomō. Secunda vocatur adulterium, vt. xxxi. q. i. c. illud. Tertia propter eius abhominationem subticetur, vt. xxxij. q. vij. c. adulteri. c. offerebas &. c. flagitia, hee vltimę duę secundum leges pœna capitis puniuntur, vt. ff. ad le. Iul. de adul. L. i. & in auten. vt nonj luxuri. contra na. §. omnibus. coll. vi.

In textu cum dicitur posteaq; matrimonium secum contraxerit, proles ex ea nunquam legittima procreabitur. &c. In contrariū istius sunt certe quędā leges quod videlicet pueri cum non nupta procreati matrimonio subsequuto legittimantur, ex matrimonio enim legittimi efficiuntur, vt extra qui filij sunt le-

gittimi per totum. Quinimmo pueri huiusmodi hereditant cū illis qui tempore matrimonij procreantur vt in multis legibus practicatur. &. quod leges huiusmodi nō contrariantur articulo p̄senti, [b] pueri etem huiusmodi subsequuto matrimonio efficiuntur legittimi ex facto nō de iure. Vnde circa id sciendum quod tria sunt matrimonium impedientia. [c] Primo quādo coniugatus seu coniugata sese desponsant, tēpore quo adhuc spōsus prior viuit. Secundo si in mortem mariti machinata est vel econtra, vt. xxxi. q. i. relatū & extra de eo qui dux. in ma. quam polu. per adul. c. significauit. Tertio si publicę cū ea sese commiscuit, vt extra eo. ti. c. cū haberent. C. ad le Iul. de adul. L. castitati. In hoc casu maritus nedum querulari contra adulterum potest, sed & contra ipsum solusmet iudicū extendere [d] si eundem apud vxorē p̄uenerit, & si eum detineri nō valeat vulnerare vel occidere eum poterit, vt. C. ad le. Iul. de adulte L. Graccus contingat etiam quod vir de vxore suspitionem habeat super aliquo adultero & eidem ter cum testibus indixerit vt vxorē suam in pace sinat, [e] si posthac eundē p̄uenerit, cum vxore sua in oculto aliquid loquī in domo sua vel in domo adulteri aut in popinis, vrbanisq; p̄dijs manibus propr̄js eū dem impune occidere poterit. Si vero in alio loco talem inuenerit cum vxore loquentem tribus testibus fide dignis conuocatis quibus probare possit eundē cū vxore loq iudici crimina examinanti tradendus venit, q veritate cognita eundem puniet. Si in Ecclesia custodi ecclesię indicere debet vt seruetur, & ipse Episcopo denunctiet vt eos tormētis tradat, vide de hoc abunde in autē. vt lice. ma. & aui. §. his quoq; coll. viij.

Notandū tamen circa id quod maritus adulterium vlcisci in vxore adultera non potest nec eidem occasione adulterij actionem intentare in sex casibus. [f] Primo si ipse q̄q; adulter est. vt. xxxij. q. vi. c. i. Secundo si occasionē ei ad id dederit, vt. xxvij. q. ij. c. si tamen, & in auten. vt lice. ma. & aui. §. quia vero. col. viij. Tertio si ab ea absentatur & in tantum abest quod ipsa putet eum mortuū fore, vt. xxxiij. q. ij. c. si virgo. Quarto si coacta id fecerit, vt xxij. q. vlti. c. ꝓposito &. ff. ad le. Iuli. de adul re. L. si vxor. §. si quis. Quinto si adulterū putauerit fore suum maritum, vt. xxxiiij. q. ij. c. in lectum. Sexto si eam post commissum nefas fouet, factum enim per id approbare videtur, vt. ff. ad le. Iul. de adulte. L. in crimine. Vel solutam & liberam violauerit, de his vide. C. ad le. Iul. de. adulteris. L. propter violatam &. L. de crimine.

Vxorem alicuius manifeste adulterans. &c. Aliqui limitare textum istum videtur quod loquitur de his qui alterius vxores adulterātur, & tandem eas in matrimonium ducūt viuente priori marito, illi etenim cum aliis vxoribus verum matrimonium acquirere nō possunt nec pueros legittimos procreare ex eo quia alterius vxor est.

Textus germanicus vltra id q̄rticulus in se. continet latinus infrascriptum habet paragraphū, [g] Certantes & eorū proles histriones & omnes illegittimi, fures, prędones, vel qui occasione illorum concordiam ineunt, vel illa reddunt iudicio conuicti, vel qui corpus cuttim aut crines redimunt, omnes sunt infames. &c. Paragraphus tamē iste magis pertinet ad articulum sequentem vt ex ipso etiā articulo apparebit. Hijs etiam hic expressis annumerantur illi qui ante tempus a iure determinatum vel tardius nascuntur. Ecclesiarū violatores, sententiati, fornicarij, periuri, latrones, nigromantici, venefici, venena tribuētes de bellis publicis fugientes falsarij, apostate & qui indigna sibi petunt, & alij q̄plurimi de quibus amplissimę vide. vi. q. i. infames &. C. ex qui. cau. ali. infa. irroga. p. totū, & infra. c. sequenti. li. iij. ar. lxx. Annumerantur etiam hȳs, vsurarij, scortatores, hęretici, vt. C. eo. ti. L. improbum vnde isti suprano minati exquo quidem infames sunt ad testimonium non admittuntur.

Articulus XXXVIII



Certantes seu pugiles, & eorū proles, histriones, Ioculatores, & omnes illegittimi, uel qui paciscuntur seu cōcordauerint pro spolio, furto, uel ea reddūt (alij textus addunt & qui uitam, cuttim, aut crines redimerint) si in hȳs coram iudicio cōuicti fuerint, notantur in famia [a] & iuri sūt alieni. [b] Qui p annum & diem in proscriptione Imperatoriæ Maiestatis deniq; steterit ille iuri erit alienus & eius feudum domino liberum uaccabit necnon eius proprietas esse imperij Maiestatis pronunctietur. Si uero hæredes ipsius proprietatem huiusmodi infra totidem tempus cum suo iuramento nō absoluerint eandem perdūt, nec occasiōe illius sicut nec prīcipalis agere poterint, nisi iustū & legale eis obstet impedimētū quod tū

g. *Certātes in ꝓposito actores arene in legibus nūcupantur & sunt hi qui pro pecunia decertant.*

a. *De iure priuatis uā de infra li. iij. ar. xvi. et lxx. Inr. Mu. ar. iiij.*

b. *Quo pacto autē in proscriptionem Imperatoris unus uenit uide infra eo. li. ar. lxxi. de proscriptis etiā habetur abunde eo. li. ar. lxviij. & lxxi. Iur. Mu ar. v.*

b. *Vide ad id infra eo. li. ar. li.*

c. *Matrimoniū impedienta tria.*

d. *Concordat lex xij. tabu. cum inquit, me chū in adulterio depræhensum necato.*

e. *Adulteri incommoda.*

f. *Adulterium nō ulciscitur in sex casibus*

hæredes declarare tenentur. Ministerialium proprietas licet iuri dero gent suo extra suorum dominorū successionem, in regalem deuenire non potest potestatem.

Illegittimum legittimos [c] non posse acqrere liberos indubitati iuris est.

Si quis in proscriptione regalis culminis per annum & diem fuerit, & si postmodū ei tam matrimoniū, q̄ Iuris beneficia sententialiter interdicantur adhuc remissionem ac relaxationem proscriptionis impetrare poterit puta ut ex ea proscriptione non interficiatur. Capitis tamen diminutionē quam passus est per id non recuperabit nisi in acie Imperatoris seu Regis ubi rex cum alio rege pugnauerit præferat' lanceatūq; alium inuadat, tunc primum statum & non bona sibi abiudicata re cuperabit.

Glosa.

Certantes. &c. Casus autem in quibus quis notatur infamia vide plene notatos in sacramentali domini Guil. de modo laud. titu. de irregularitate propter infamiam, & in aureo repertorio domini Guil. durandi sub titu. de pœnis. §. ante omia, & in remissorio domini Caspa. de cal. sub litera. §. infamis, vbi habes istam materiam ad saturitatem.

Et eorum proles. &c. Nā sœpe solet filius similis esse patri, vt. C. ad leg. iul. maiest. L. qs quis, & in auten. de referendarijs. §. i. coll. ij. & nota de fil. presby. c. Michael, & qui filij sunt legittimi. c. transmisse.

Glosa.

Ex articulo p̄senti tria per ordinem eliciūtur documēta. Primum quid annus & dies d sit. Secūdo quid proscriptio simplex. Tertio q̄d proscriptio maior seu bānicio. Vnde annus & dies iure Saxonico est annus & sex septimane. [e] Proscriptio vero simplex, est cū vnus propter excessum vel propter non cōparitionem iuris contumax pronunctiatur, qui & iure infamis quodammodo est, cum tamen vulnerare vel interficere nō licet [f]. Proscriptio autem maior seu bannicio est proscriptionis confirmatio, vt cum vnus simplicem proscriptionem anno & die tollerat in maiorem proscriptionem incidit, bonaq; eius confiscantur & iuri infamis pronunctiatur, occidiq; poterit. C. de bōis ꝓscrip. L. deportate. Si vero hęredes ipsius hęreditatem non elibe rauerint. &c. Quęrere vnus possit quo pacto id fieri debeat. Ş. q. qd' hęredes bona huiusmodi publicata & confiscata eliberare possūt acceptis literis a Iudice illius prouincię, curiamq; insequantur regis, & iurent quod ipsi, nec facto nec consilio conscij sunt in excessu patris, quodq; proscriptionem imperij nunq̄ demereri volunt sic eos deus adiuuet & omes sancti, & vt sic bona viceuersa eliberāt, vt. C. de bonis proscripto. L. penulti. & vlti.

Ministerialium proprietas. &c. Nam huiusmodi hęreditas eorum domino cedit, vt. C. eo. ti. L. i.

Illegittimum legittimos non posse acquirere. &c. Intellige de illegittimis hoc est de illis qui superducūt scienter vxores cum quibus de iure contrahere non possunt, matrimoniū etenim illorum de iure nō tenet, vt. xxxij. q. vij. c. si quis, & alijs ibidem sequentibus. Vel dicendum quod illegittimus non acquirit legittimos pueros. Intellige quoad hęreditatis successionem. Vel dic quod loquitur de illis qui se ipsos illegittimos effecerunt, sicut sunt illi qui contra Imperium machinati sunt, & & non de his qui illegittime nati sunt, nā isti legittimari possunt per subsequens matrimonium, & legittimos procreare pueros ad quę bona sua hęreditabunt, vt infra eo. li. ar. li. & supra arti. precedenti. C. de natu. libe. L. hūanitatis, & in autē. qui. mo. na. effi. sui. in prin. col. vi.

Adhuc remissionem proscriptionis impetrare poterit. &c. hoc est speciale Saxonum, qd' iuri seu honori restituūtur & non bonis. Bona enim illius vel alter possidet, vel imperiū cui de iure adiudicatum est, nulli etenim gratia declaranda est cū damno alterius, vt. xxv. q. ij. c. vlti.

Articulus XXXIX

[a] Qvi sua Iuris beneficia ex furto aut spolio ut supra dictum est perdiderunt. [b] Si denuo spolia uel furta cōmisisse dicantur uel pro his accusentur ipsi suis iuramētis excusari nō poterint. Sed ex his tribus actibus unum magis eligant congruentem uel ferrum candens

a. ARTICVLVS REPROBATVS. Iurta

b. *Vide ad hanc materiam Iur. Mu. ar. xxxij. & xcij.*

g. *Bona confiscata quomodo per hæredes eliberantur.*

c. *Vide infra ar li. Iur. Mu. ar. lix. glo.*

d. *Vnde annus & dies quid sit concordat Iur. Mu. ar. iiij. & xxi. glo.*

e. *Proscriptio simplex q. s.*

f. *Proscriptio maior.*

manibus portent uel in aquam buli entem brachium usq; ad cubitum imponant aut ab incursu in area cō tra certantem se defendāt. Alij tex/ tus habent aut contra pugilem pro prio corpore decertent & hoc facto expurgabuntur.

Glosa.

Qui sua iuris beneficia &c̄. vide in.L. Lom/ bar.de patrici.L.iij.&. de homici.lib. ho.L. vltima. ℂ Sed ex his tribus hoc est dānatū p iusſ. canonic. vt in .c.ex tuarū de purg.cano. & de purga.per totum. Concordat autem ad hunc textum in vſi. feud. de pace. tenen.§. Si miles in glo. quę incipit per iudicium,[c] & ibi vide, immo secundum iura can. possit se talis expurgari cum aliis qui tamē numerus compurgatorum est arbitrarius, vt de simo. c. Cum essent.de ac.c. cum p.&.c.inquisitio/ nis.§.pen̄.&.ij.q.v. Omnibus in fi.& de pur. ca.c. Ex tuarum.&.c. Cum in iuuentute. Re/ quiritur tamē in purgatoribus quod sint eiusſ dem status et cōditionis sicut principalis, vt ij.q.v. Omnibus.&.c. Si legittima.&.c. Pres/ byter. Hoc verum nisi essent tales inimici alis susſpecti tunc reperirentur etiam alij Ar. c. Cum in iuuentute.§.si de pur.ca. vel si tales in isto loco non reperirentur, vt in.c. Quoti/ ens de pur.cano. Item requiruntur tales cō/ purgatores qui vitam et conuersationem in/ famati principalis cognoscant de pur. ca.c. constitutus in presentia. Qui etiam vicini sint. Quis autem dicatur vicinus, vide in reperto. Caspar de cal.c. de vniuerſ.vicinus.& in.c. Fe licis.§. Preſeti in glo. de pe.li. vi.& honesti. de purg.ca.c. Cum dilectus. Et non tantum de/ bent habere notam eius vitam & conuersati/ onem presentem, sed etiam preteritam, vt in c.inter sol.§. Ipsum, de purga.ca.& hoc verū in grauibus criminibus, vt hęresi & similibus scilicet quod quis se purget de peccato secū/ dum Hostien̄. Et est pūrgatio de obiecto cri/ mine innocentie ostensio, quę etiam est tunc indicenda quando quis infamatus est apud bonos et graues homines de aliquo crimine deficiente accusatore et probatione certa, vt de purg.ca.c.si quis.et.c. quotiens.et duobus c.precedentibus.et.c.Nos. Interdum tamen infamia non habuit ortum ab inimicis, vt in dic.c. Cum in iuuentute, nisi tūc tanta sit in/ famia quod scandalum generet. Ar. de purg. ca.c.ij.insi.et.c.inter sol.§.i. vel nisi ipse prin/ cipalis se ad hoc offert, vt in dic.c. cum in iu/ uentute.§. Cęterum. Et post prestitam purga tionem ratione infamie preterite, talis accusa/ ri non potest, nisi accusans suam vel suorū in/ iuriam prosequatur, ff. de accus. L. Si cui. §. hijsdem, vel nisi doceat primum accusatorē preuaricatum fuisse. ff. de preuaric. L. iij. vel nisi velit probare quod purgans deierauit, quod fieri potest cum sacramentum purgati onis est iudiciale, & contra iuramentum iudi/ ciale probatio admittitur. ff. de iureiuran. L. Admonendi.&.C. de reb. cred. L. fi. Iuret aūt infamatus se immunem ab eo de quo contra eum laborat infamia. Compurgatores vero iurabunt quod credūt infamarum verum iu rasse, vt in.c. quotiens.&.c.fi. de purg. ca. de his vide plenius in sum. per. Hosti. ti. de purg ca. per totum. & quę scripta sunt remissiue circa.i. glo. in.c. ij. de accusa. li. vi. Deficiens autem in purgatione de crimine punitur vt conuictus vt de simo. c. de hoc.& de accusa. c. inquisitionis de simo. per tuas.& in dic. c. inē sol. qui dicit vt in sum. Hosti. dic. tit.§. fina.

[c] *De purgationibus obiecti crimnis uide*

furti agat

Furtum

Glosa.

Superiori articulo dictum est de infamibus qui sint & quo pacto infamia cōtrahitur, hic tractat de nocumentis illorum nō erim adeo facile vt textus habet expurgari possunt su/ per obiecto crimine sicut ceteri qui bonę fa/ mę sunt, vt. C. de sen. pas. et restit. L. Generalis Et hoc generaliter intelligi debet de cūibus supra expressis. Vnde preda vl furto antehac notatus si pro aliquo facinore posthac accuse tur, excusationi sue non creditur, necaliter ex purgari poterit nisi vt textus habet, ita quod deus speciali gratia per illos probationis a/ ctus innoxiū eū fore declaret, vel p certamē innocentiam ostendat. Vnde certantes in pro posito dicuntur qui pro pecunia in duello de certant, habenturq; pro infamibus, vt prece/ denti articulo dictum est. [d] Duellum tamen seu pugillatio abrogata nunc est, & venit ad iuramentum septem virorum, nisi forsan in certis casibus.

Vnde notandum circa id [e] quod duellum ad mittitur in tribus casibus. [f] Primo si interfe/ ctum accuset quis quod eum in defendendo sese occiderit, consanguineus vero mortui eundem defendere velit, vt infra eo.li.ar.lxiij & in li. feu. de pa. tenen.§. Si quis homi. Se/ cundo si in crimine lese maiestatis fuerit ac/ cusatus, & mortuus a successoribus purgari deberet, vt. ff. ad le. Iul. Maiest. L. His q. Ter/ tio si alloquatur pro duello iudicialiter, vt infra eo.li.ar. lxiij.li.feu. de pace tenenda per totum.

[d] *Vide infra ar.lxx. ij.Iur.Mu. ar. xxxv.*

[e] *Duellum admittitur in tribus casibus.*

[f] *Duellum fieri potest occasione falsi pro fraude imperij diuita tis, furto, præda, stua pro, & item duellum india poterit fornica rio & fidefrago feu. c.lv.*

Articulus XL



Vi fidefragus [a] uel ab Imperij seruicio profu gus sententietur id/ est si conuictus fuerit

[a] *Concordat infra li. iij.ar.xviij. & lxxxij. & lxxxvij.& item li. ij.ar.lxxi.Iur.Mu. ar. iiij.vide ad hanc ma teriam.*

31

de fide fracta, uel quod de obsequio Imperatoris fugerit, perdit honorē feudum non tamen uitam

Glosa.

[b] *Infideliter agere cō tigit tripliter.*

Pro intellectu clariori notandum [b] quod cō tra fidem seu infideliter agere contingit tripli citer. Primo cum alicuius fidei committitur aliquid sicut est tutoria societas, vel cum ad seruandum sibi quid datur, ille vero infideli ter administrat & agit. Secundo cum infide/ liter quis agit in his rebus quę ad fidem exi/ git vel emonet commodat vel conducit. Ter tio infideliter agere contigit violando saluū conductum, vel defraudando aliquē. In pri mo efficitur vnus infamis, vt Insti. de suspec. tuto.§. Suspectus autem. In secundo perdit bona & honorē vt hic in textu. In tertio per/ dit honorem & vitam, vt. ff. ad le. Iul. maies. L. iij.

[c] *Practica quomodo fidefragus accusatur.*

Qui fidefragus vel profugus sententiatur vel potius accusetur &c̄. [c] Quęritur quomō contra eum procedi debeat, an iure experiri secū oporteat necne. ℟. Quod nō, qa pro hu iusmōi excessibus nō regrit qđ iure secū ex/ piat. An corā dño vel alijs hominibus & ver bis tractari male debeat. ℟. quod nō, qđ em nequaquam per sententiam condemnabitur, dicendum ergo quod in duabus primis que/ relis accusari sine clamore debet & hoc sīma nuale factum non sit vt infra li.ij.ar.lxiij. In tertio vero termino cum clamore tanq̄ cōtra malefactorem & tandem experti debet ac cau/ tione prouideri terminoq; assignato proceda tur cōtra eum vt contra malefactorem. Post/ q̄ vero iam proscribi debet vel in mortē sen/ tentiari honore & bonis priuabitur. Nullus tamen contra eum sententiam inuenire debet nisi ipsius accusati similes in scuto sint. Ex eo quia tangit Ius feudale,

Vel ab Imperij seruitio profugus. &c. Con/ trarium sentire videtur. L. iij. ff. ad le. Iul. ma/ ies. vbi dicitur quod capite priuari debēt. ℟. quod lex allegata intelligi debet de illis qui ex conflictu fugiunt vel dominos suos iuua re in bello possint. Articulus vero presens lo quitur de his qui ex bello vel seruicio impe rij vel qui dominos suos iuuare peramplius non possunt, vt. ff. de re militari. L. omne,§. q in acie. vi. q. i. c. infames. ff. de mili. testa. L. ex milita. feu. quę fuit causa benefi. ammittē. c. i. §. item qui.

Articulus XLI



Gat si uirgo uel [a] uidua Iure prouinciali contra suum tutorem, eo quod ipse eius uel earum feu/ dum dotalitium aut proprietatem ex earū alienauit potestate, tribusq; edictis citatus non comparuerit ut susſpectus abiciatur tutoriaq; sibi in/ terdicatur. Et ex eo tempore iudex eius uel earū tutelam susceptet bo/ naq; earundem minus iuste a con/ demnato tutore alienata in prædi/ ctæ uel prædictarum reuocet pote/ statem restituatq; omnia quibus in/ iuste fuerant spoliate.

[a] *Vide infra ar. xl. iij. Iur.Mu.ar.xxvi.*

Glosa.

Vt susſpectus abiciatur.&c. Causaq; susſpecti tutoris agitari potest tam coram ordinario q̄ delegato,& omnes tutores cuiuscūq; sint cō/ ditionis poterint accusari de susſpecto si male gerūt. Quilibet etiam admittitur ad accusan/ dum de susſpecto [b] etiam mulier, nam quod publicū est omnibus patet. Et ob facta atro/ tia tutor non solum remouetur, sed etiam pu nitur, vt in.L.i.ff. de susſpec. tuto. Potest etiā tutor susſpectus remoueri ex officio iudicis si ne accusatore. [c] Remouetur autē tutor ob do lum in tutelam commissum. Secus si extra tu telam & propter inimicitias cum pupillo vel eius parentibus. Item propter res male vendi tas item si indebite denegauit pupillo alimē/ ta item si non fecit inuentarium vel pecuniā pupilli non deposuit ad comparationem, vt in.L. tutor. ff. de susſpec. tutor. [d] Tutor vero remotus absq; dolo, non est infamis. Et idem prohibere, gerere, & remouere, vt in.L. hec, erim. ff. eo. Satisdacio etiam non impeditur quin tutor si male gerat possit remoueri, vt. ff. eo. L. susſpectus. Item tutor potest remoue/ ri propter latam culpam. Item ex sola contu/ macia redditur tutor adeo susſpectus vt pos/ sit remoueri, vt in.L. impuberibus. ff. e. Et di/ citur tutor susſpectus ex moribus non ex di/ uitiarum defectu, vt. ff. eo. L. susſpectū & post remotionem nō spectat ad tutorem periculū tutele, vt in.L. decreto. ff. eo.

Item iudex dat alium tutorem seu curatorē. Nam & secundum ius commune propter litē quam quis habiturus est cum tutore vel cura tore, datur curator, presenti tamen & petenti vt. ff. de tutelis. L. si pupillus.

[b] *Cōcordat iur. Mu. ar. xxvi.*

[c] *Tutor quādo abi/ atur.*

[d] *Agitur ergo con/ tra tutorem durāte tutela. L. si tutor.§. si inteſtamēto & §. fina. de tutelis.*

Glosa.

Pro intellectu textus notãdum venit, quis iudex tutoris esse debeat. Quo pacto & ob quã causam accusetur, & item quę ipsius pœna. Super tutorem etenim iudicat iudex prouincialis, in ciuitatibus vero iudex ciuilis, vt in auten. de defen. ciui. coll. iij. & ff. de offi. prę si. L. i. ff. de suspec. turo. L. i. ¶ Tutorẽ vero accusare possunt [c] puerorũ mater, Auia, Amita, & quelibet alia mulier quę ex fide id facere dinoscatur, vt insti. de suspec. tuto. §. consequens. C. eo. ti. L. pietatis. §. fi. In contrarium istius videtur esse lex secunda. ff. de reg. Iur. vbi habetur qd' mulieres agere seu accusare nõ possunt, nisi ipsarummet iniuriã. R. quod istud ius est speciale in fauorem tutele datum quod tutores etiã per mulieres accusari possunt, potissimum propter dtio. Primo si insideliter administrant bona pupilli. Secundo si miseriam pupillos pati permittant vt insti. de suspec. tuto. §. si qs. &. §. nouissime. [f] ¶ Tutorum vero pœna est quod infames efficiũtur si & inquantum ob dolum commissum reciantur, vt insti. de suspec. tuto. §. suspectum Tutoris autẽ infamia tũc contrahitur quando per iudicem pronunctiatur hisce verbis. Ego prohibeo tibi tutelam propter commissum dolum. Si vero dolum non exprimat, sed simpliciter tutoriam sibi inhibeat non fit infamis, vt insti. eo. ti. §. suspectus, &. ff. eo. ti. L. iij. in fi. &. L. hęc. §. qui, pœna etenim semp minuitur dum de excessu dubitatur, vt. ff. de pœnis. L. penulti.

Et ex eo tempore iudex tutelã eius accipiat. &c. sic scilicet quod eandem in bona per tutorem eius alienata viceuersa introducat.

Agat si virgo vel vidua. &c. Is articulus loquitur & meminit de personis quę per seipsas istituere quęrelas possunt, sicut sunt mulieres puelle. &c. Si vero pueri sint eis curator addi debet, vt insti. de auto. tuto. §. vlti. ff. de ver. signi. L. quod dicimus. C. ne quis in sua cau. iudi. L. vnica.

[c] *Tutorem quis accusare potest.*

[f] *Tutorum pœna.*

Articulus. XLII

ANte tempora [a] discretionis & tempore senectutis potest unusquiuis tutorem habere si voluerit, uel absq; tutore sui iuris permanere. Qui suum tutorem in præsenti habere non poterit tenetur eũ ad terminum propter actionem suam sibi assignatum præsentare, post uigesimum unum annum homo discretionis attigit annos, & post sexaginta annos dies transcendit eosdẽ. Quare tutorem si uoluerit ibidẽ habeat, nec per id emendam suam si quis in eum deliquerit, sed nec uergeldum diminuet. [b] Si is de cuius ætate dubitatur pubes in locis congruentibus apparebit, annos puber tatis eum impleuisse credendũ est. Quãdo puer pubes factus fuerit licite suæ uxoris & aliorũ tutor esse poterit, [c] etiã si duellũ pro his esset ineundũ, nam qui seipsum tueri uallet, nõ phibet suos tueri pupillos.

[a] *Nota secũdum leges annos discretionis puer nõ attingit nisi in xxv. anno ut insti de cura. §. i. vbi dicitur masculi quidẽ puberes & fœminæ uiri potentes usq; ad xxv annum completum curatores accipiunt, qui licet puberes sint adhuc tamen huius ætatis notantur ut sua negotia tueri non possint. Secũdũ saxones uero & Ius quinaale in xxi. anno, annos attigit discretionis ut hic in textu & etiam infra in glosa uide pau. L. omnes. C. de his qui ueni etą. ipetra. vbi ex statuto minor uel maior fieri potest &c. nec potest petere restii. in iure ange. L. i. C. si de momen. possęsi. in fi.*

[b] *Alij textus habent si pillos in barba illijs sub ascellis habeat, annos attigisse discretionis dicitur. Vide ad id L. ætate. ff. de minoribus, vbi habetur qd' ex affectu præsumitur qs maior uel minor.*

[c] *Alij textus habent & pro monomachia respondere poterit.*

Glosa.

Quomodo quis annos discretionis attingat vide ampliorem huius declarationem supra circa arti. xxiij. in. glo. & quia de tutoribus in textu mentio fit, pro declaratione itaq; articuli [d] notandũ quod tutela cõtigit dupliciter, aliquando fit in bonis seu occasione bonorũ vt supra habitũ est. [e] Secundo contigit in defendendo honorem alicuius sicut cum aliqs vnũ defendit in duello & hoc tangitur in textu cum dicitur quod emendam & verigeldũ per id nõ diminuet, & exinde sequitur quod vnus bonorũ suorum curatorem statuere potest, nec per id emendam diminuet suam & secundum hunc modum procuratores seu ferendarij tutores etiam dicuntur, vt. ff. de procura. L. i. vide etiam ad hanc materiam insti. de cura. §. i. vbi dicitur masculi quidem puberes & femine virí potẽtes vsq; ad. xxv annũ completum curatores accipiunt.

Notandum pręterea [f] quod tutela octo finitur modis. Primo si pupilli ad annos peruenerint. Secundo si arrogati sint impuberes hoc est, cum se vnus alicui in filiũ dederit. [g] Tertio cum deportatur vel in seruitutem redigatur, aut ab hostibus capiatur. Quarto si tutor datus sit sub certa conditione. Quinto si mutiatur tutor vel pupillus. Sexto si tutor clipeum immutet hoc est paciatur capitis diminutionem aut econtra pupillus. Septimo si datus est ad certũ tempus. Octauo si suspectus fuerit, vel qui iusta causa excusauerit sese, de his vide insti. qui. mo. tute. fini. §. itẽ finitur tutela. ff. eo. ti. C. eo. ti. per totum.

Circa textum cum addebatur, cum pilos in barba. ilijs & sub ascellis habuerit. &c. Consuetudo ista abrogata iam est p sanctiões imperiales, vt insti. qui. mo. tute. fini. §. puberta tem. Cũ dicitur pubertatẽ autem veteres quidem non solum ex annis sed etiam ex habitu corporis existimari volebant, nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum tẽporum existimans bene putauit, quod in fœminis impudicum antiquis visum est, idest in spectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extẽdere, & ideo nostra facta cõstitutione promulgata, pubertatem in masculis post decimum quartum annum completum illico initium accipere disposuimus. Antiquitatis normam in fœminis bene positam in suo ordine relinquentes, vt post duodecim annos completos viri potentes esse credant, Textus tamen articuli dicit hanc consuetudinem seruari debere si de annis alicuius dubitatur. Q. d. si de annis alicuius dubitatur inspectio habitudinis corporis obserueť, si vero de annis notitiam habeãt inspicere nõ erit necesse.

Et post. lx. annos &c. Huic. §. cõtrariari videtur, Insti. de excusa. tuto. §. Item maior, vbi expresse habetur, quod is qui annos transcẽdit suos septuaginta annorum esse debet. [h] Is vero qui attingit viginti quinq; annos, a primo annos attingere dicitur. R. quod tempore Iustiniani qui constitutiões statuit illas, homines fortioris nature fuerunt, q̃ tempore Caroli qui ius Saxonibus prędens dedit. Quare & rempus abreuiauit in attingẽdis discretionis annis tum & in transcendendis eisdem vt textus habet articuli, vide ad hãc materiam, insti. de excusa. tuto. §. minor &. C. de legitti. tute. L. fina.

Sciendum tamen secundum ius prouinciale nostrum Saxonicum quod puer annos attigit pubertatis post duodecimum annum. [i] Secundũ vero ius feudale in tredecimo. Ad annos vero discretionis nõ peruenit nisi post vigesimum primum annum secundum ius nostrum. Secundum vero leges post vigesimum quintum vt supra arti. xxiij. glo.

Sciendum pręterea si matrimoniũ valere deberet in sponsalibus puer ad minus debet esse septem annorum [k] secundnm ius canonicum, quod si infra septennium cõtractus sit, tenent sponsalia, si postmodum fiat consensus. Si vero posthac non cõsenserint contractus erit nullus, vt extra de spon. impube. c. si infans. §. fi. li. vi. &. xxvij. q. ij. lex.

Sciendũ pręterea quod iure spirituali ad annos non peruenitur, [l] ita quod sine tutore quęrulari possit nisi habeat quatuordecim annos, vt extra de iudi. c. si annũ. li. vi. Prelaturas vero [m] & dignitates iure canonico habere admittuntur. xx. attingentes annum & hoc intelligendum de prelaturis quibus cura animarum adiuncta non sit, vt extra de ęta. & quali. c. permittimus. li. vi.

[d] *Tutela contigit dupliciter concordat infra ar. sequenti.*

[e] *Tutoria triplex inuenitur, quædam est bonorum, quædam honoris quædam uitæ. Tutor bonorum iure feudali est dominus feudalis. Tutor honoris est quilibet patronus causæ, & iste est duplex uel potius triplex. Quidã ex legitima agnatione, ut qui de utrili sexu cõuncti sunt quasi a patrenati & hij etiam sunt tutores uitæ. Quidam per fœminini sexus personas cognati iungun tur, ut insti de leguti. agna. tute §. ij. Tertia fit a iudice f. u. c. lvi.*

[f] *Tutela octo finitur modis, concordat Iur. Mu. ar. xxvi.*

[g] *Tutela iure feu. inter mulierem & tutorem finitur octo modis. Primo si mulier uitæ prouisionẽ uel dotalitiũ demeruerit ex causis in xxxi. c. li. feu. expręsis. Secundo cũ ad annos peruenerit quia tunc sibi tutorẽ eligere poterit. Tertio si tutorem in maritũ legitimum duxerit. Quarto si ad tempus electus sit. Quinto si passus est capitis diminutionem. Sexto si tutor moritur. Septimo si mulier moritur Octauo si ex causa a tutela depositus sit, uide feu. c. lvi.*

[h] *Nota differentiam inter annos pubertatis & annos discretionis. Annos etenim pubertatis puer attigit cum à tutoria potestate in qua fuit absoluitur aliumq; sibi eligere potest curatorem si uult, & hoc facere potest post xiij. annum Iur. feu. Annos uero discretionis attigere non dicitur nisi habeat xxi. annos feu. c. xxvi.*

[i] *Secundum Ius Saxonicum anni pubertatis quãdo attinguntur Concordat Iur. Mu. ar. xxvi. glo.*

[k] *In quibus annis matrimonia contrahere possunt.*

[l] *Iure spirituali ad annos quando peruenitur.*

[m] *Prelature in quibus annis cõferri debent.*

IN uiolentiarum actione [a] quæ duellum non infert, tum & in omni manuali facto. [b] Iudex mulieribus licite dabit tutorẽ, si uerum suum tutorem protunc habere non possunt. Si autem per eã actionem alicui partium duellum inferatur, idest si catu ad duellum uenerit, extunc tutor eius nõ erit alius nisi is qui est in generatiõe sibi æqualis, & ad eam iure agnatiõis ptinet.

[a] *Cõcordat Iur. Mu. ar. xxvi.*

[b] *Quod autem facium manuale dicatur, uide infra li. ij. ar. xxxv.*

Glosa.

In articulo presenti declaratur id quod superius tactum est. Quod quidã sunt tutores bonorum, & quidam honoris & vitę, hoc tangitur in articulo cum dicitur in actione quę duellum non infert, vel cum duellum infera tur. In actionibus duellum non inferentibus tutores esse possunt. procuratores seu ferendarij seu alter quiuis qui de iure iuuare aliquem potest vt hic in textu &. C. de in litem. dando tuto. vel cura. L. ad protegendam. Si vero actio ad duellum cedit extunc, tutor sit pximior agnatq, vt. ff. de legi. agna. tute. L. ij

Articulus XLIIII.

PRoponat si fœmia aut uidua ciuiliter [a] aduersus suum tutorẽ quod ipse eius uel eorum bona occupauerit, uel si maritus uxori suam proprietatem in modũ propter nuptias donationis [b] in recompensationem erogauerit idest dederit, in his casibus Iudex eius uel earum tutor erit.

[a] *Cõcordat Iur. Mu. ar. xxvi. glo.*

[b] *Ex isto colligitur quod mulier tutorẽ necessario habere debet ad acceptandum donationem.*

Glosa.

Proponat si fęmina. &c. Ad hoc etiam dicit lex imperialis, eum quem vt suspectum tutorem vel curatorẽ accusas, pendente causa cognitionis abstinere ab administratione rerũ tuarum donec causa finiatur preses prouincię iubebit. Alius tamen interea in locum eius in administratione rerum tuarum ordinan-

Articulus. XLIII.

dus est, vt in. L. eū quem. C. de suspect. Et hoc nota quod tutor loco domini habetur cū tutelam administrat, non tamen pupillum spoliat. ff. pro emp. L. qui fundū §. si tutor &. ff. de fur. L. hoc interdū.

c. *Tutor defendere pupillum debet impensis pupilli.*

c Tutor autem defendit pupillum expensis pupilli. ff. de administra. tuto. in multis legibus, & de pe. c. in qui busdā. Et potest tutor pupillam maritare & omnia eius bona in dotem assignare, de testa. c. raīnūtius. Et sicut tutor prohibetur emere rem pupilli, sic & eius vxor. C. de conttahē. emp. & vendi. L. cum ipse.

Nota quando infans vel minor conuenitur, vel eius bona sunt peritura, vel immineat es alienum Iudex dat ex officio curatorem liti de consilio coniunctorum alias procedi non potest ius illud quando non reperitur tutor, idem in furioso vide per Bald. in li. feud. ti. de va. mili. qui. c. i. vide etiam per Bald. de ap. in spe. ante medium versi. sed quid dices.

Glosa.

Id quod in articulo presenti habetur quodā modo supra ar. xli. tactum est. Articulus tamen presens & ille. xli. in eo differūt. Ibidem enim contra tutorem agitur quod bona alienet sua hoc est quia ex possessione ea dimiserit, illa vendendo. Hic vero quia bona huiusmodi solus occupat vel tollit & hec est magna differentia, hic etenim solus facit, ibi vero alteri facere permittit, vide ad id in auten. vt liti. iurent in exordio. §. i. coll. ix.

In textu cum dicitur bona eorum occupauerit. &c. Quid si sibi donauerit vel vendiderit an illa iure retinere possit. Quidam dicūt qd sic per. §. per traditionem, insti. de rerum diuisione, nihil enim conuenientius est naturali equitati, q̄ voluntatem domini volenti rem suam in alium transferre ratam habere. ℟. tamen quomodocūq; tutor a pupillo bona acquirit, vel illius cuius est tutor, in dolum fit pupilli, & ita occupare bona pupilli iniuste dicitur, cōtra iuris enim dispositionem facit. Sed quicquid non iure fit iniuste fit, siue illud solus faciat, siue alter nomine ipsius, vt in auten. vt hīj qui obli. §. quod si quis. coll. vi. Dicere quis possit responsionē hanc esse minus validā, nam paragraphus ille dūtaxat disponit de pueris minorennibus, & non de mulieribus que annos perfectos habent. ℟. quod &si quidem paragraphus allegatus ita se habeat. Principium tamen & paragraphus primus eiusdē tituli disponit de adultis, annosq; habentibus qui sub tutela sunt alicuius, vt in auten. eo. ti. §. i. coll. vi.

Vel si maritus vxori loco donationis propter nuptias recompēsationem fecerit. &c. sic scilicet quod ipsa dotalitium seu vitę prouisionem in aliquibus bonis reformatā dimittat. Maritus vero in alia hereditate recompensam hoc est aliam reformationem facere velit, vide ad id. C. de cōpensa, &. C. ad Velleianum. L. iubemus. & in auten. vt immobi. ante nup. coll. v.

d. *Bona in dotalitium assignata emere periculosum est.*

d Vnde & periculosum est bona huiusmōi in dotalitiū assignata emere cuis tutor vel maritus recompensam faciat, emptor siquidem tutus non erit cum bonis illis, recuperare etenim bona huiusmodi iure possunt, etiam si emptori promiserint. Dato etiam quod recompensa hoc est reformatio huic similis per maritū facta probari possit, nisi forsan de nō agendo vel repetendo iurauerint, vt in auten. vt immo, ante nup. do. §. i. coll. v. & in auten. vt nulli. iudi. li. habe. §. & illud coll. ix. & extra de iuriuran. c. licet. li. vi. Persimile etiā intelligi debet de illis quibus bona aliqua conferuntur vt exinde obsequiū aliquod prestent, vel pecunia aliqua datur vt emolumentum aliquod sit. Illi vero profugos se faciunt in recompensamq; illius donationis vel pecuniam collatam restituunt. vel pro obsequio ratione bonorum acceptorum obligato recompensam faciunt. Vnde circa id sciendum

e. *Bona in fraudē creditorum alienari minime possunt alias repetuntur.*

e si vnus profugum se declarans bona sua cuīq; dimiserit vel ea alienauerit pro non facto reputatur quinimmo bona huiusmodi per creditores repeti possunt in debito si ille profugus sit, de hoc vide. ff. qui in fraudem creditorum &. C. eo. ti. per totum.

Articulus XLV

Licet maritus uxori suæ quantū ad progeniē nō sit æqualis, ratione tamen consumati matrimonij eius tutor est [a] & efficitur sibi æq̄lis [b] moriente aūt uiro, mulier ab eius absoluitur iure, & primum statū quē ante copulationē uiri habuit recuperabit, innatumq; ius acquiret, & ideo non mariti eius sed ei in progenie æqualis & proximior agnatus ex parte gladij tutor eius erit. Exindeq; mulier nulla bona sine uiri consensu donandi uendendi neq; resignandi habet potestatem, & hoc propterea quia ipse ea cum uxore noscitur possidere.

Virgines tamē & uiduæ proprietates suas sine tutoris autoritate uendere possunt [c] si tutor hæres earum non fuerit.

a. *Vide infra li. iij. ar. xlv.*

b. *Concordat L. maritus C. de procura. et item L. doce. C. de rei. uendi, an autē appellatione uxoris etiā intelligatur sponsa quæ per uerba de præsenti contraxit matrimonium sed nondum est traducta in domum mariti, vide Ange in. §. fuerat Insti de acti. in xv. & xvi. col.*

c. *Alij textus habent nisi tutor ut hæres ad illa perueneat.*

Glosa.

Licet maritus. &c. Pro concordantijs istius vide. ff. ad municip. L. filij. §. ij. &. L. vlt. ff. de iudi. L. exigere. ff. de sena. L. fœmine. C. de nupci. L. cū te. &. C. de digni. L. mulieres li. xij. &. C. de inco. L. fi. Et hoc scias qd vxor etiam nō dotata debet ali a viro, & in domo viri li vir viuit dum tamē operetur viro. Sed mortuo viro debet ali extra domū viri si male tractaretur in domo. Et intra annum restitutionis dotis mulier debet ali ab heredibus viri de fructibus suę dotis, de hoc in specu. ti q fil. sunt legi. & ibi per Bald. in additioni. Et extenditur priuilegium vxori concessum etiā ad spōsum sicut priuilegium concessum monachis extenditur ad regulares, & cōcessum religiosis ad Episcopos de sen. excom. canoni. in glo. extendendū, vide etiam supra. eo. li. circa ar. xij. & ar. xx. & circa. ar. xxxiij.

d. *Vxor quicquid acquirit de operibus suis marito acquirere dicatur.*

Nota etiam d quod quicquid acquirit vxor de operibus. suis, acquirit marito suo sicut liber homo bona fide possessus secundum Inno. de testa. cum in officijs. Dicit tamen Bar. quod si vxor gerit in animo acquirendi sibi ipsi, tunc nō acquirit marito quia acquisitiones iuris gentium sunt & fundantur in cōsensu. ff. de dona. L. qui mihi &. C. de donatio, inter virum & vxo. L. si filij tui. Maritus autē tanquam tutor & coniuncta persona proponit actiones pro vxore, vt in. L. maritus. C. de procurato. Quamuis tutores vel curatores in causa pupilli vel adulti procuratores non faciunt nisi lite a se contestata vt in. L. neq. C. eo. e Et licet cōiuncta persona non cogitur mandatum allegare debet tamen cauere. C. eo. L. exigēdi. Et licet iure lōbardo, vxor transit in potestatem viri secus tamen de iure Romano, vt nota. C. de cōdit. inser. L. si vxor & nota. insti. ad trebelli. §. postea, nisi quoad debitum carnis vt ibi. Secundum leges vero vidua retinet domicilium honorē & dignitatem defuncti sui mariti donec & quousq; alteri nupserit vt. ff. ad municip. L. filij. §. vidua C. de nup. L. cum te. ff. de senato. L. fœmine & notatur in. c. ex parte ad fi. vlti. glo. de fo. cōpe. Et sic etiā intellige hic glosam ordinariā.

e. *Coniuncta persona ut est maritus cum uxore mandatum allegare non cogitur debet tamen cauere.*

Glosa.

Superius in articulo. xxiij. habitum est de tutela agnatorum de qua etiam vide Insti. de legi. agna. tute. §. i. Dictū prēterea est supra ar. xli. §. iij. de tutore per iudiciū dato de quo etiam vide. C. de in littem dando tuto. vel curato. L. iij. hic in presenti articulo habetur de tertia tutela quæ fit per voluntariam electionem, & hec est mariti erga vxorem.

f. *Tutoria mariti per respectum ad uxorem differt ab alijs tutorijs quadrifariā concordat. Iur. Mu. arti. xxvi. glo.*

Vnde notandū circa id quod tutoria mariti differt ab alijs tutorijs vel tutoribus datiuis quadrifariam. f Primo quia non necessario indiget satisdatione vel assecuratione bonorum quorum est tutor sicut alij tutores facere coguntur, vt supra ar. xxiij. §. iij. Insti. de satisda. tuto. vel curato. §. ne tamen. Secundo quod rationem facere non tenetur, quemadmodū illi coguntur, vt supra ar. xxiij. In auten. vt hi q obli. §. si vero. coll. vi. Tertio qd alienari non potest quemadmodum alijs cōtingit, vt supra ar. xli. insti. de suspect. tuto. §. nouissime. Quarto nō necessario venit quod sit paris conditionis, quemadmodum alios esse oportet, vt supra ar. xxiij.

g. *Paris conditionis esse intelligitur quadrifariam uide infra lib. iij. ar. lxxiij glo.*

Notandum prēterea g quod paris conditionis esse intelligitur trifariā. Vnomodo ex parte progenici seu genelogie, vt insti. de legit. agna. tute. §. sunt autē. Secundo, ex parte nobilitatis ex qua cognatio oritur. In auten. vt ab illustribus. §. quęcūq; coll. v. & de his duobus tangitur hic in textu, nam maritus ista habere non tenetur ad hoc quod tutor sit vxoris. Tertio paris conditiōis esse fit cum vterq; sit liber, nā a cōtrario sensu illos dicimus nō esse paris conditionis cum vnus est liber & alter seruus. Ille etenim qui seruus est non est equalis illi qui est liber, vt insti. de iure. pso. § summa itaq;, & istud presupponitur in matrimonio, [h] quia nullum matrimonium esse potest inter liberum & seruum secundū leges vt. C. de incestis nup. L. Cum ancillis. Secundum canones tamen matrimonium valet si sciuit eū seruū fuisse, vt. xxix. q. ij. Si femina.

h. *Inter liberum & seruum matrimonium nullum esse potest.*

¶ Moriente autē viro &c. Vxor siquidem iura nanciscitur viri q̄diu ipse vixerit & nō vltra, vt in autē. de consul. col. iiij. C. de nup. L. Cum te. ff. Ad municipales. L. Filij. §. ij. ff. de sena. L. Femine. C. de digni. L. xij. per totum. In auten. de nup. §. attamen. col. iij.

Considerādum insuper [i] quod tutele mariti cum alijs tutelis conuenientia inuenitur triplex, seu vt alij volunt tutele mariti triplex effectus. Primo quia mulier sine voluntate viri nihil facere potest, & hoc tangit in textu ibi, & exinde mulier. Secūdo quod vxor marito de bonis suis nihil dare potest, vt supra arti. xxxi. & iur. mu. ar. xxvi. glo. In auten. vt hi qui obli. §. quod si quis. col. vi. Tertio qd nec alteri alienare poterit, vt insti. qui. alie. licet vel non. §. i.

i. *Tutelle mariti respectu uxoris cum alijs tutelis conuenientia triplex.*

Et ideo non mariti eius sed in progenie progenie proximior agnatus tutor eius erit. &c. Dubium circa id exoriri possit. Quandoquidem superius in articulo. xxiij. §. vlti. habetur quod tutor filij minorennis etiam tutor vidue esse debet, hic vero In articulo presenti dicit quod nō mariti eius sed proximior agnatus esse debeat, & ita vnum contrariari videtur alteri. ℟. quod nulla est in eo contrarietas superius etenim in articulo allegato intelligi debet de mulieribus pueros habentibus vnde tutores puerorum etiam viduę vt sic tutores erunt quoad alium superduxerit maritum, hic vero in articulo presenti loquit

de mulieribus quę nullos habent pueros, vt sic etenim tutor ipsius erit proximior agnatus & non eius mariti, huiusmodi etiam tutores superintendere debent, ne maritus dotalitium seu vitę prouisionem alienet, vt insti. qui alie.li.vel non.§.i. In auten. vt immo. ante. nup. dona. col. v. nā alienatio huiusmodi nullum robur habet etiam si cōsenciat, vt. C. ad velleia. L. iubemus, in auten. vt nulli iudi. licear, habe. §. illud. col. ix. ff. de dona. inter virū & vxo. L. i. ℂ Virgines & viduę. &c. hoc fit ex eo quia tutores non participant cū ipsis in lucro vel damno, vt in auten. vt lice. m i. & auie. §. si autem vir col. viij.

Articulus XLVI

[a] Textus germanicus habet virgines & mulieres.

EOeminæ & mulieres [a] tutores habere debent [b] in qualibet actiōe ex eo quod iudiciaria potestas in testimonio eas non poterit superare. [d] Vbi uero iuramentum ab eis fieri debere decernetur non tutor sed persona iuret principalis. Veri etiam tutores earum uarendā seu cautionē pro eis promittere debent, & eandem si necesse fuerit recipere & promissam adimplere.

[b] Contrarium uide supra eo. circa ar. xli. & ar. xliij. li. ij. ar. lxiij. li. ij. ar. xxx. ubi aliter de iure canonico sentitur.

Glosa.

Fœminę & mulieres tutores idest aduocatos, habere debēt & hoc ptinet ad officiū iudicis, vt. ff. de officio ,pcōsul. L. nec quicq̄. §. aduocatos, vbi innuit qd' ludex debet ,puidere de aduocato fęminis. Pupillis debilibus, & his qui sue mentis non sunt, alíquo ex eis petente, vel etiam non petente, & qui per aduersariorum potentiam aduocatum habere non possunt. Vide etiam infra eodē libro circa ar. lx.

Glosa.

Fęminę & mulieres. &c. Si vero mulier fuerit pars respondens [e] & agitur contra ipsam occasione bonorum nullumq̄ habeat tutorem cogitur in instanti coram iudicio tutorem sibi eligere, alías cadet in actiōe. Si vero legitimum & verum habeat tutorem qui tamen protunc absens a domo sit inducie sibi dande erūt quatuordecim dies ad statuendū eundē. ℂ Veri etiā tutores. &c. [f] Vñ tutores veri dicuntur & sunt vir respectu mulieris, & item propinquior agnatus qui paris conditionis sit, & isti guarendam prestare tenētur pro suis pupillis secus est de illis tutoribus qui per iudicium dantur vt infra articulus sequens. Sciendum circa id q̄ quod mulieres in actionibus earum necessario habent tutores ex triplici causa. Primo quia testimonio vinci non possunt vt hic in textu. Secundo quia promittere non possunt nec ex eorum respōsua aliquid pati, vel etiam quia iura scire non tenētur, vt. C. de iur. & fact. igno. L. ne passim. Tertio vt non necessario veniant monende pro iudicato, & ita in eo honorantur, honorięq̄ eorū prouiditur, vnusquisq̄ enim mauult virum pro aliquare monere q̄ mulierē, & etiam cicius testimonio conuincuntur viri q̄ mulieres. Preterea precauetur in eo indemnitati mulierum ex eo quia a damno se precustodire nesciunt vt in auten. vt liti iurent. §. si vero mulier coll. ix.

[e] Mulier sine tutore agere nō potest. Primo si maritū habet quia ille eam interecedere debet. Secundo si datus est et tutor indialiter ille enim eā intercedit. Itē puelle mulieres non maritate etiam tutores habere coguntur quia uinci testimonio non possunt, seu. c. lvi.

[f] Veri tutores qui dicantur.

In textu cum dicitur & promissam adimplere. &c. hoc intelligi debet de veris tutoribus, vt. C. de procuratoribus. L. cum rem. & C. de eo qui pro tuto. vel cura, negocia gessit. L. i.

Articulus. XLVII

TVtor iudicialis uel ex parte iudicū datus pro mulieribus & fœminis quibus tutor ascitus est uarendam seu cautionem recipere & promittere interrogantiq̄ iudici facti ueritatem enarrare debet & nihil amplius pro stipulatione prædicta sustinere, quia expirato iudicio eius tutela expirat.

In omnibus iudicialibus terminis licebit iudici personis huiusmodi aliū dare tutorem cum uerum non habeant defensorem.

[g] Mulieres in actionibus suis necessario habent tutores ex triplia causa.

Glosa.

Tutor iudicialis. &c. de huiusmodi tutoribus vel curato. vide plene p Guil. in spe. ti. de tuto. & ti. de curato. per totum.

In quibusliber. &c. Curator tamen simpliciter ad litem datus, intelligitur datus ad omnes lites vt in. L. si pupillus. ff. de tute. Et secundum ius commune in eadem causa dato vno curatore, non potest dari alius vt. ff. eo. L. cum semel. Item & municeps detur tutor municipi, & sic alias ciui. secus argo si nō esset ciuis vt. ff. ea. L. &c.

34

[a] Procurator uerba alicuius faciens nullū sustinet damnum.

[b] Tutor dari potest prius habenti tutorē ex sex causis, concordat Iur. Mu. ar. xxxvi.

Glosa.

Antehac dictum est de tutoribus qui pupillum ab omni periculo & damno tueri debēt damnaq̄ ex negligentia commissa resarcire, hic tandem agit de tutore iudicialiter dato q̄ nullum ex tutela sustinet damnum, vt. C. de in lit. dan. tuto. vel cura. L. ad protegendum. Et est mirabile quid, quod is qui cautionem promittit eam adimplere non teneatur. Tuta men responde quod tutor huiusmodi nō aliter se habet nisi quemadmodum procurator. [a] Procurator etenim verba alicuius faciens nullum sustinet damnum, sic & tutor huiusmodi cuius etiam autoritas cessat, cessante iudicio, vt. C. eo. ti. L. Siue ex testamento.

In omibus iudicialibus terminis &c. Intellige si verum non habeat tutorem, vt. C. in qui. cau. tuto. habe. L. Licet.

Notandum circa id [b] quod tutor per iudicē dari potest etiam illi qui prius tutorem habeat ex sex causis. Primo si tutor cum pupillo aliquid iudicialiter ad agēdum habeat, sicut cum maritus facit vxori aliquam reformationem recompense dotalitionalis vt supra ar. xliiij. Secundo si absens sit tutor, vtpote quia in seruitio domini, vel bellica expeditione immoretur, interimq̄ pupillus impetatur. Tertio si vnus excusauerit se a tutela, dato etiam quod plures sint qui se nō excusauerint, in loco ergo illius qui se excusauit, eligitur alter in tutorem, facilius em̄ tutela administratur a pluribus q̄ ab vno. Quarto si bona sint in diuersis ptibus, quę p vnū difficile administrari possint. Quinto si ,pscriptus fuerit vel exsuspicioē interdicta sit vni tutela, vt supra ar. xli. Sexto. si bona pupilli multiplicantur, ita quod difficile per vnū prouideri possint. vide ad hanc materiam insti. qui dare. tuto. pos. §. ad certum. ff. de acti. & oblig. L. Obligationes. C. in qui. cau. haben. tuto. dari tutor potest. L. i. ij. iij. penulti. & vlti. ff. de tutelis L. Si quis tutorem. ff. de excusa. tuto. L. propter litem. §. vltimo.

Articulus XLVIII

OMnes illegittimi et capite diminuti neq̄ in suis actiōibus neq̄ in eorū duellis tutores habere possūt. Mutilati sine tutore se defē dere debent, & etiā actiones instaurare, nisi in actione parti duellum inferatur tunc eorum tutor sit quilibet eius in progenie similis agnatus. [a] Si corpore uiciatus non potest sum uerum habere tutorem cū ei actio duelli indicetur, & hoc iura mēto suo affirmauerit, extunc quicunq̄ hoc propter eum uel nomine ipsius facere uoluerit eidem conceditur, uel pugilem quem saltem suis poterit ad hoc nummis comparare habeat, dato quod eius tutor uerus ibi præsens sit cōstitutus. [b] Si uero per pugilem se defendere uoluerit, pars aduersa æquo modo ipsum p pugilem poterit impugnare, [c] licet ei personaliter duellum primo indicebat, nec p hoc iuri derogabit suo. Simili etiā modo defēditur mortuus si ei duellia uerba apponātur & eum impetere quis de commissis uelit. Cum certatore potest se quis defendere ut præmissum est. [d] Eo autem modo homo in suo iure minime potest impugnari qui est bonæ famæ.

[a] Alij textus addunt qui id facere uoluerit.

[b] Iur. Mu. ar. lxxxiij.

[c] Alij textus habent quāuis in principio cause de pugile nullam fecerat mētionē.

[d] Alij textus habēt cum pugile uero nō potest quis hominē bone famæ in suo iure conuincere.

Glosa.

Superioribus declaratum est per longum de tutoribus & qui tutores habere possunt si voluerint & item qui necessario tutores habere debent, articulus presens disponit de his qui in actionibus tutores non possunt habere suis, cum dicit omnes illegittimi & capite diminuti. &c. Ratio autem istius est quia si tutores habere possent, ipsi essent meliores in iure q̄ eorum principales quod fieri non debet. [e] Nullus enim admittitur habere meliores & potētiores ac digniores tutores q̄ ipse est, sed nec causam potētiori subdelegare q̄ solus sit, quia id esset nociuum parti aduerse vt C. ne liceat potentioribus. L. si cuiuscunq̄, immo q̄ id facit actionemq̄ potentiori fratione officij cedit perdit actionem illam & cessio non habet effectum.

[e] Nullus admittitur potentiores habere defensores.

Et capite diminuti, de his vide supra ar. xxxvij. xxxviij. &. ff. de his qui notan. in fa. L. iij. Mutilati sine tutore. &c. hoc est ille qui mutilatus est tutorem habere non tenetur in actionibus suis sicut contigit mulieribus quę absq̄ tutorē nihil agere possunt.

Si corpore viciatus. &c. Paragraphus iste cōtrariari videtur supra. arti. xv. &. xvij. & legibus ibidem allegatis vbi dicebatur quod qcquid corporaliter cōmonstrari poterit iura-

[f] Actionem potentiori cedens perdit causam.

mento se pro eo expurgari non potest, hic vero dicit quod iuramento facto occasione illius quod tutorem habere non potest, pugilē pecunijs comparare ei admittitur, licet tutor eius verus ibi præsens sit. ℟. Quod cū in textu articuli presentis dicitur dato quod eius tutor verus ibi presens sit intelligitur de tutore bonorum & non de tutore duelli, fieri em potest quod aliquis bonorum tutorem habere potest qui tamē non est nec esse vult tutor duelli, & ita vnum non contrariatur alteri, sepius etenim sub tutoris nomine tutor bonorū intelligitur, ut. C. de procu. L. neq. g Qūq; tutor actipitur pro illo qui bona communitatis administrat, vt. C. de sacrosan. epis. L. iubemus. Aliquando etiam pro procuratore actipitur, vt. C. de auto. tuto. per totum, fore etiam posset quod ibidem presens sit sed propter senium eundē defendere minime posset. Simili modo defenditur mortuus. &c. Istud ius iam ex vsu venit & ita abrogatum quodcunq; etenim ius ex consuetudine venit huic derogatur vt. iiij. dis. leges, & in prohe. insti. § igitur post libros [h] immo & iure Canonico abrogatum est ius illud vt extra de purgatione vulgari per totum licet Saxonibus in certis casibus admittatur, vt supra ar. xxxix.

Cum certatore potest se aliquis defendere. &c. ex isto paragrapho doctrina datur quo pacto, & contra quem se vnus per pugilē defendere possit. Corpore etenim viciatus contra sanum qui eum alloquitur & aliter innocētiam commonstrare non potest suam per pugilē sese defendet, vt. ff. de re iudi. & effec. sent. L. commodis, preterea contra illos qui ius suum furto vel preda infregerunt per pugilem decertāt vt supra arti. xxxix. ff. ad le. Iul. ma. L. is qui in reatu. Sciendum tamen circa id quod articuli qui occasione duelli vel pugilationis disponunt quicq; peramplius nullius sunt vtilitatis. Id enim quod prius per duellum probabatur, [i] & duellum alicui quis indicebat nunc septem testibus conuincitur vt infra eo. ar. lxiij. glo. Vnde & si quidem Saxonibus duellum admissum est, non tamen in omnibus casibus id eis facere licuit, sicut nec pro omni damno corpus & bona vnus perdere debet, vt. ff. de bonis damna. L. cum ratio, &. ff. de dona. L. post contractum, & in autē. de manda. princi. §. oportet coll. iij. &. C. de pœnis. L. sancimus.

h. Tutor multis accidit modis.

i. Duellum abrogatū est fallit in certis casibus, ut supra ar. xxxix.

k. Duellum hodie de probationē septem testium venit.

Articulus. XLIX

VLneratus si suum plagiarum uel qui eū uulnerauit per duellū conuincere uelit, propter debilitatemq; corporis protunc duellum perducere ad effectum non poterit nec habet qui pro eo id agredi uelit, [a] Iudex dabit ei inducias seu terminum assignet quoad id perficere possit.

a. Hoc ius saxonum est contra ius commune ubi actor tenetur mittere procuratorē qui impedimentum legale declaret, ut notatur per doctores in L. prima. ff. de diuer. & temp. pre.

Glosa.

Duella & pugillationes obtinuerāt Saxones [b] ex eo quia militares erant, quodq; non omnia ad iuramenta admittere cogerentur, duellū eis pro iure confirmatum est, in casibusq; huiusmodi trahebāt se ad priuilegium presens ex singulari prerogatiua eis cōcessum, [c] nec enim diceretur priuilegium nisi aliquid speciale contineat in se, sed nec debet Saxonibus prohiberi duellum cum nec ipsi demeruerūt in aliquo vt eis infringatur.

Notandum circa id quod quatuordecim modis euenire potest d quod priuilegiū reicitur Primo si in aliquo suspecto loco viciatū sit, vel falsi caracteres appositi sint sensum immutantes, vt extra de crimi. falsi. c. licet. Secūdo si in sigillo falsificatum quid sit, vt extra de fide instrumētorum. c. inter dilectos. Tertio si refert se ad prius priuilegiū & illud prius non habetur, extunc istud posterius quod se ad primū refert nihil valet, quia nouū priuilegium nullū ius tribuit priori, sed dumtaxat confirmat illud, vt. ff. de re. iu. L. cum principalis & extra de confirma. vti. per totum. Quarto si nihil speciale habet quod cōmuni preiudicaret, sicut est in proposito, quia hic est speciale quid communi preiudicans. Priuilegium etenim est lex priuata & ita vt aliquid specialis habeat necesse est, vt extra de verbo. signi. c. abbate. &. xxv. q. i. c. ideo permittente, item octaua die, &. xij. q. i. c. quia. Quinto si dolo malo illud acquisiuit, vt extra de rescrip. c. sedes. Sexto si sit cōtra communem vtilitatem vt in autē. in medio littis. §. i. col. viij. Septimo si interposita conditione datur, vt extra de condi. apposi. c. verum cum alicui Ecclesię & in glo. Octauo si ad definitum tempus datur tempusq; illud expirauit, vt. xxxv. q. iij. c. quędam &. c. quod scripsi. Nono si est datum contra ius alterius, vel in prejudicium alterius iuris, vt extra de decimis. c. suggestū &. c. dilecti filij, extra de verbo signifi. c. quid per nouale, &. xxv. q. ij. c. vlti. Tum etiam amittitur priuilgium si abutitur eo ad decennium, vt. ff. de. iudi. L. i. Decimo si priuilegium illud sit quo vnus liber esse velit a iure prouinciali vel a iure ciuili cui subest, vt. C. de decurionibus. L. vacuatis. L. exemplo. L. curiales &. L. omes qui. C. de ca. fru. L. ij. & in auten. vt. om. obedi. iudi. §. hāc. coll. v. Vndecimo si inchoata iam causa priuilegium sit impetratum ita quod sit inhibitorium cause iam incepte vt extra de testi. c. causam que de priuilegijs. c. dudum et extra vt litte. pēden. c. i. &. vlti xij. q. i. c. penulti. & vlti. C. vt lit. pēden. L. i. Duodecimo si cōtra cōmūe priuilegiū speciale sit impetratū, vt extra de rescrip. c. sicut Romana, & eo ti. c. pastoralis &. c. ex parte & extra eo. ti. c. gratiā li. vi. Tredecimo, si ille cui priuilegium dedit in contrarium illius iudicat scienter vel ignoranter vt. c. suborta in fine, extra de sen. & re iudi, vel si illo derogauit, & hoc intellige tēpore quo id facere potuit, vt. C. de iu. L. iusdicio. &. c. suggestum de decimis. ff. de adimen. lega. per totum. Quartodecimo si priuilegiati libertati per priuilegiū concesse, verbo vel facto occulte vel aperte renunciarunt, vt. C. de pactis. L. si quis. ff. de acquirē. vel ommittendo, heredi. L. recusari, vel alio quouismodo contra illud facit aut gratię huiusmodi derogat, vt. ff. de lega. L. cum pater. &. ff. de minoribus. L. auxilium, extra de preben. c. pro illorum, de consti. c. cum accessissent, de priuile. si de terra, &. xi. q. iij. c. priuilegium &. lxxiij dis. c. vbi.

b. Concordat Iur. Mu. ar. xij. & xxxv. & item ar. lxxxij. glo.

c. Priuilegiū non esset nisi aliquid speciale in se contineat.

d. Priuilegia reiiciuntur ex certis causis.

35

Articulus L

OCcidens aut uulnerans aliquem [a] eundēq; occisum aut uulneratum si iudicio prætentauerit uolens eum uiolatorem comprobare si in probatione defecerit ibidem deprehēdetur & in culpa quā uulnerato aut occiso imposuit permanebit. [b] Licet etiam ille occisus sit homo illegittimus aut ioculator, dummodo raptoribus aut furibus non comparatur, idest quod nō sit prædo uel latro ut illorū exemplo debeat per pugilem conuinci.

a. Vide infra ar. lxiiij. & lxix. Iur. Mu. ar. xxxviij. glo.

b. Iur. Mu. ar. cxix.

Glosa.

Occidens aut vulnerans aliquem. &c. Concordat ad id. ff. de re iudi. L. ij.

Notandum tamen circa id quod quatuor inueniuntur causę, cum vnus [c] alium impune occidere potest. Prima est causa necessitatis defendendo sese, vt infra ar. xiiij. li. ij. & item li. iij. ar. lxxviij. C. ad. L. corne. de sicca. L. is qui aggressorem &. L. si quis. Secundo cum quis adulterum apud vxorem inuenit, vt. ff. ad le. Iul. de adul. L. marito. Tertio si quid suspicatur contra aliquem de vxore eiq; interdicat colloquia vxoris sue, ille vero desistere non vult, preuctus in aliquo loco suspecto impune occiditur, vt supra circa arti. xxxvij. & in auten. vt lice. ma. & aui. §. his quoq;, coll. viij [d] Quarto cum quis noctu comprehendit aliquem ei nocere volentem, vt. C. quan. li. vni. vindica. se. sine iur. L. si liberam &. L. opprimē dorū & in li. feu. de pa. tenen. §. si qs hominē.

¶ Licet etiam sit hō illegittimus, &c. Isti siquidem nullum iure accusare possunt, in ipsis tamen vnus deliquit, nam & si infames sint, nō sunt tamen latrones nec fures quod impune interfici possint, hoc idem intellige de fistulatoribus & alijs instrumenta tangentibus, tum etiam ioculatoribus, lusoribus, incantatoribus seu maleficis, eos etenim interficere nō licet vt. C. de maleficis, & matematicis. L. nemo &. L. quicunq;.

c. Cōcordat Iur. Mu. ar. iiij.

d. Vide infra li. ij. ar. xiij. Iur. Mu. ar. xxxviij.

Articulus LI

OLures sūt noxij hoc est absq; iure [a] qui nō sunt a matrimonio contrahē do interdicti, quia noxij idest iure priuati cōtrahere possunt & pueros eis æquales procreare qui etiam pueri parentū suorum in hæreditate erūt successores si ab eis nō discrepēt seruitute. [b] Legittimus uel legittima illegittimo non succedit. Dicitur etiam secundum iura antiqua quod proles suis matribus illegittima non existit, idest puer spurius esse non potest suæ matris quod falsum est. Mulier enim potest legittimam & illegittimam mancipiū & liberam prolem procreare, ut puta si est ancilla potest manumitti. Si fornicaria potest contrahere & in quolibet statu prolem propagare. [c] Si quis in quatuor suis generationibus hoc est ex duobus auis & duabus auūs ac patre & matre idifamati iuris est, illū in iure suo nemo infamare potest si non solus ei personaliter prius derogauit. Si qs ban-

a. Iur. Mu. ar. iiij. gl.

b. Vide supra ar. xxviij. gl. & ar. xxxvij Iur. Mu. ar. lix. glo. infra li. iij. ar. lxxj.

nitus alĩ ſibi æquali duellum obiecerit ſuas quatuor indiget ſcire generationes [d] locumq; ſui banniti & eum nominet, alias ſibi alter poterit duellum de iure denegare. Si qs alterum duelli faciendi gratia inuaſerit apparueritq; hoc iure fieri non debere, occupantem cum emenda cõpetenti relinquere neceſſariũ eſt.

d. *Vide infra li. iij. ar. xxix. Iur. mu. ar. xxxiij.*

Gloſa.

Legittimus vel legittima illegittimo nõ ſuccedunt. &c. Scias tamen [e] quod illegittimus non excluditur [f] nec repellitur ſecundum ius cõmune a dignitatibus & honoribus ſeculariũ p. L. iij. §. ſpuriũ. ff. de decurĩ. & de fil. preſby. c. i. li. vi. in glo. penul. Et illegittimus ad actus ſpirituales legittimatus intelligitur etiã legittimatus quoad actus ſeculares indirecte per quandam conſequentiam, vt. in. c. per venerabilem, qui fil. ſunt legi. & de dona. inter uir. & mulie. & de doris poſt diuor. reſti. c. de prudẽtia. Quod ſupra dicitur de illegittimo quod videlicet habere dignitatem poſſit intellige in defectu aliorum alias non, vt. C. de digni. L. iij. & C. de decu. in mul. legi.

Cum dicitur mulier poteſt legittimã procreare prolem. &c. & tales filij ſuccedunt parentibus, nam nati ex legittimo matrimonio vero vt putatiuo ſiue ab initio ſiue ex poſt facto ſuccedunt parẽtibus ſuis, qui fil. ſunt legi. cũ inter. &. c. lator. &. c. ex tenore & vide infra li. iij. ar. lxxij. Et quomodo illegittimus nõ ſuccedit in bõis paternis, ſed in maternis de hoc vide de renun. c. niſi cum pridem in gloſ.

e. *Illegittimus nõ repellitur ab honoribus.*

f. *Iur. Mu. ar. iiij. Vnde de cõcubina natus dicitur naturalis filius quia tenetur in domo concubina illa loco uxoris & talis in bonis paternis ab inteſtato ſuccedit in duabus unciis paterne ſubſtantie ſi alij filij non extant nec coniunx legittima C. de natura. L. i. In bonis uero maternis ſuccedit cum legittimis filijs. C. ad ſena tus cõſul. Orfitia. L. ſi qua. §. vlt. Intelligetamen de muliere cõcubina quod ſpurij cum legittimis ſuccedunt, non de illuſtri matrona, quia ſi illa inteſtata decedit, ſpurius non ſuccedit cũ legittimis etiam in bona materna ut eadem lex declarat.*

Gloſa.

Pro intellectu articuli preſentis tum & precedentium. Notandum venit g quod iure priuati in triplici differentia inueniũtur. Primo dicuntur iure priuati qui in iudicio teſtificari non poſſunt, vt ſunt hi qui notati ſunt infamia, vt. ff. de his qui nota. infa. L. i. ff. de teſti. L. iij. extra de teſti. c. in omi negotio. Sed nec verba alicuius facere aut ꝓcurare eis admittitur, vt extra de accuſa. c. omnipotens deus. Vnde circa id ſciendum [h] quod teſti obiciẽs inhabilitatem eandem in inſtanti probare tenetur, vt. C. de teſti. L. ſi quis. Secũdo iure priuati dicuntur quia videlicet priuãtur iure in eorum bonis, ita quod illa vendere aut alienare non poſſunt vt inſti. de capi. diminu. §. maxima. C. de ſen. paſ. L. cum patrem. Tertio ſunt quidam iure priuati in corpore & bonis. In corpore quidem quia impune occidi poſſunt, ut. C. quan. li. vñicui, ſine iudice vindi. L. liberam, & in auten. vt liceat ma. & aui. §. his quoq; col. viij. Priuatur etiã bonis ita qd non hereditat in ſucceſſores, vt inſti. de here. que ab inteſta. defer. per totum. [i] Primi ſunt luſores & alij q̃ plurimi de quibus ſup. arti. xxxviij. in prin. Secundi ſunt illi quorum bona imperatorie maieſtati confiſcant, vt ſupra arti. xxxvij. §. ij. Tertij ſunt pacis violatores de quibus infra li. ij. in multis articulis & iſti duplices ſunt. Quidã per iudicem pronunciãtur eſſe iure priuati, vt ſunt proſcripti adulteri vt ſupra arti. xxxvij. Quidam vero ſeipſos iure priuant facto ſuo, vt ſunt illi qui noctu in domos irruptiones faciunt alienas, vel cum vxoribus aliorum ſecreto congrediuntur, de quibus ſupra ar. xxxvij. infra li. ij. ar. xxxix. & aliꝭ pleriſq; locis. C. quãdo li. vni. ſine iudi. L. opprimẽdorum, in auten. vt licea. & aui. §. his quoq; col. viij.

Matrimonio inhabiles [k] etiam in triplici differentia inueniuntur. Quidam ſunt qui nati ſunt ad id inhabiles [l] vt ſunt illegittimi vt in auten. qui. mo. natu. effi. ſui. §. ſancitũ col. vi. Secundo ſunt & ſi quidem legittime nati ad nubendum tamen inapti redduntur & iſti duplices quia vel renunciarunt matrimonio vt ſunt ſpirituales, Monachi, vt. xxvij. q. i. c. virginem & extra qui cleri. vel mona. per totũ. Vel quia demeruerunt ex aliqua cauſa quod nubere non poſſunt, ſicut illi qui cũ duabus ſororibus, vel cum matre & filia concubuerunt, vt. xxij. q. vij. c. quẽdam. c. ſi quis. c. qui dormierit. Tertio matrimonio inhabiles dicuntur illegittime nati iſti & ſi quidem legitimas ſuperducere poſſunt vxores vtilitatem tamen iuris non conſequuntur, hoc eſt quia pueri eius non ſuccedunt, vt hic in textu, & ſupra arti. xxxviij. §. iij. C. ad le. Iul. maieſ. L. ſi quis, & inſti. de capi. diminu. L. quod aũt. Iure priuati cõtrahere quidem poſſunt & liberos procreare qui eis ſuccedunt. &c. Intellige de iure priuatis primo modo acceptis, vt ſunt luſores, qa alias eſſet cõtra ar. xxxviij. ſupra hic enim admittitur ſucceſſio, ibi vero denegatur, dato etiã quod iuri reſtituantur, qd & intelligere idem vult de illis qui cõtra imperium aliquid deliquerunt & ita priuantur iure, vt. C. de ſen. paſ. & reſti. L. cum patrem. Niſi ſeruitute diſcrepent. &c. [m] Hic tangitur quomodo vnus alteri generatiõe ęqualis eſſe debet, nihil em̃ aliud diſterminat qd vnus alteri ſimilis generatione non ſit, niſi quando vnus eſt liber & alter ſeruus, vt inſti. de. Iur. perſo. §. ſumma. Vnde quando liber ſuperducit liberam, proles genita ſimilis generatiõis parẽtibus erit, quia libera. Itidem etiam ſi ſeruus ſuperducat ſeruam proles eorum ſeruilis conditionis exiſtet.

Legittimus vel legittima illegittimo non ſuccedit. &c. de his vide. C. fami. hercis. L. q̃tiens. [n] Exinde etiam ſequitur quod mulieres teſtificari non poſſunt vt extra de verbo, ſigni. c. forus, ſicut nec teſtimonio conuinci

i. *De iure priuatis uide*

k. *Matrimonio inhabiles in triplici differentia inueniuntur, concordat Iur. Mu. ar. iiij. glo.*

l. *Natus de ſcorto Mãſcr datur, ſpurius cõcubina Nothus de adulterio*

m. *Generatione ſimilem eſſe q. t. cõcordat ſupra ar. xxvij. & infra li. iij. ar. xlv. glo.*

n. *Extra propoſitum iſte interpoſitus eſt §. gloſe.*

36

o. *Filij duplices ſunt legittimi & naturales. Cõcordat Iur. Mu. ar. iiij.*

vt ſupra articulo. xlvi.

Dicitur etiam quod proles ſuis matribus illegittima nõ exiſtit. &c. Pro ĩtellectu iſtius [o] notandum quod pueri vel filij duplices ſunt naturales videlicet & illegittimi. Filij naturales qui extra matrimonium naſcuntur, & iſti non minus ſunt filij parentum, ſicut & legittimi. Ius tamen ſtatuit quod in hereditate non ſuceedũt, & hoc ex eo Imperatores conſtituerunt vt homines ad matrimonia cogerent, manent tamen naturales filij ex natura ipſa. Ius etenim poſitiuum opprimere non poteſt, Ius naturale, vt. ff. de reg. Iur. L. iura &. L. qd attiet, Inſti. de legit. agna. tute. §. ſed agnatiõis Et quẽadmodũ illegittimꝰ nõ ſuccedit legittimo, Ita etiam a cõtrario legittimus illegittimo vt ſupra eo. li. ar. xxxviij. ¶ Filij autẽ ſeu pueri legittimi dicunt̃ qui ex iuſtis nuptijs nobis aduenerunt vel naſcuntur & iſti hereditatẽ tollunt, quia duplex ius ad illam habẽt. Naturale videlicet & poſitiuum. Sunt enim & naturales & legittimi filij. Illi vero primi non niſi naturales dicuntur. [p] Qui autem duplex ius ad aliquid habet propior eſt ad obtinendum illud, q̃ ille qui duntaxat ſimplex ius habet.

p. *Duplex ius ad aliqd habens propior eſt ad obtinendũ illud q̃ ille qui duntaxat ſimplex ius habet.*

q. *Illegittimus an ſuccedit legittimo, uide Iur. Mu. ar. lix.*

[q] Quod autem quidam ſint pueri legittimi, & quidam illegittimi, hoc non ex natura ſed legibus Imperatorum qui homines ad matrimonia cogere nitebantur, vt ſupra tactum eſt ſancitum fuit, alias bona ipſorum hęrede carerent. Cum vero diligenter reuoluere voluimus leges & canones clare inuenietur [r] quod quandocunq; conſtitutio aliqua eſt contra ius naturale, Imperatores ſeu legiſlatores inuenerunt & ſtatuerunt modum ad opprimendum ſub conditione conſtitutionem huiuſmodi ſi cut & in propoſito ſit. Quod & ſi quidem iure poſitiuo illegittimi non ſuccedunt, dantur tamen conditiones contra id quod ſuccedere poſſunt.

r. *Concordat Iur. Mu. ar. iiij.*

Notandum itaq; [s] quod tres modi inueniũtur quando illegittimus efficitur legittimus & per conſequẽs ſuccedit. Primo quando rediguntur in poteſtatem patris, qualis eſt is, q dum naturalis fuerat, poſtea in curiam datur Imperatoris vel preſidis prouintię, vt inſti. de nup. §. aliquando. Secũdo ſi matrẽ illius poſt modum ſuperduxerit, vt in auten. de fili. ante dota. inſtru. §. peruenit col. iij. Tertio q̃is matrẽ non ſuperduxerit. Vel quia forſan eius matrimonio digna non fuit, morte tamen illo abſumpto per principem legittimari poteſt, vt in auten. qui. mo. natu. effici. legi. §. liceat &. §. ſi vero coll. vi. & hoc intellige ſi alij non ſuperſint legittimi. Vide etiam ad hanc materiam inſti. de hęre. ab inteſta. veni per totum.

s. *Tres modi quo ꝓacto illegittimus effiatur legittimus & per conſequens ſuccedit.*

Si quis in quatuor ſuis progenitoribus. &c. Ex iſto apparet dato quod ſuus ꝓauus fuiſſet diffamatus, vel indiffamatus. Iſtud ꝓdeſſe vel obeſſe, ꝓnepoti minime poterit. [t] Quia predeceſſorũ honor vel ſcandalum nõ niſi in tertiam deriuatur prolem. Quare & textus de auis & patribus duntaxat mẽtionem facit. Si quis bannitus. &c. Vnde bannitorũ ad hereditatem tollendam ius eſt, ſufficit enim eidẽ quod liber ſit & legittime natus, ex quatuor vt ſupra progenitoribus nec opus eſt vltra progredi in declarãdo progenitores ſuos, vt infra. li. iij. ar. lxxij. perinde etiam ſi duellũ alteri inferre velit. Progenitores vt textus habet declarare eum oportet alias duellum ſibi denegari poterit, vt infra li. eo.. ar. lxiij.

Locumq; ſui banniti eum nominare oportet &c. [u] locus vero huiuſmõi dicitur eſſe iuriſdicio illa vbi natus eſt fede ſcabinali dignus, quodq; ſcabinus ibidem eſſe poſſit.

Occupantem cum emenda competenti relinquet. &c. vide ad id infra eo. li. ar. lxij. lxiij. lxix. inſti. vi. bo. rapto. §. ſed ne dum. C. vnde vi. L. ſi quis in tantam.

t. *Prædeceſſorũ honor uel ſcandalũ nõ niſi in tertiam deriuatur prolem concordat Iure Mu. ar. iiij.*

u. *Vide infra li iij. ar. xxvi. Iu. Mu. ar. xxxiiij.*

Articulus. LII

[a] Sine hæredum [b] conſenſu & legittimo iudicii termino nulli ſeruũ aut proprietatem alienare licet. Illuſtres tamen & domini ſine his ideſt abſq; iudicio miniſteriales ſuos commutabunt dummodo perſona commutata poterit deſignari. Donet autẽ quis hæc prætacta contra iuſtitiam ſine hæredũ cõſenſu, hæres qui fuerit ipſam proprietatem ueris ſententijs poſtulet, & eam quaſi donator obtiſſet obtinebit, eo quod alienauit quod de iure alienare non potuit. Omnia mobilia uel ſe mouentia poteſt quis ſine hæredum cõſenſu alienare q̃diu præcinctus gladio & clipeo ſuum dextrarium ſeu æquum ſine iuuami ne alicuius aſcendere poterit dummodo dextrarius & ſtrepa ei tenea tur pedibuſq; eius lapis uel truncus cubitum in altitudine habens ſupponatur, cũ id facere nequiuerit alienandi, conferendi ſeu donandi aut

a. ARTICVLVS REPROBATVS.

b. *Nota iſtã hic copulatiuã diligenter Sine enim iudias licẽa poteſt unus ꝓprietatẽ alienare ſuã ex ar. xxxiij. ſupra eo. libro & ita una pars copulatiue erit falſa ergo tota. Et quod articulus allegatus intelligi debet de rebus mobilibus Articulꝰ uero præſẽs de immobilibus ut in fine gloſe notatur.*

c. *Vide ad hanc materiam ſupra eo. lib. ar. xxi. Iur. Mu. ar. xx. lvij & lxi. et lxv.*

d. ARTICVLVS REPROBATVS.

Sine herede consensu &c iste articulus non valet qa reprobatus. vt qa intelligitur de illis q in hiis negotiis aliqd sibi consensu heredis donat. qd colligit videre versu folio in margine

quicq̃ faciendi (ut per id hæredibus post mortem suam auferetur) nullam habebit potestatem. Quæ autē iniuste quis subtraxerit reddere potest [c] in quo receptor non donationem sed restitutionem poterit comprobare & iura ab eo in his prius possessa obtinere. Si quis in sua infirmitate de suis facultatibus iuste quicq̃ impignorauerit, uel alienauerit, uxor eius sed nec familia pro his incusari debet, eo quod ipsa uel ipsi siue iuste siue iniuste donationem patrisfamilias contradicere minime potuerant. Si quid uero iniuste legatum fuerit a legatario illud iuste per sententiam repetatur.

Mulier pro nulla re sui mariti respō debit [f] nisi pro his quæ tēpore mortis sui mariti eius custodie fuerunt mancipate.

Glosa.

Sine hęredum consensu, &c. Iste articulus est erroneus, & per sedem apostolicam reprobatus. g Ideo qa elemosinas & alia pietatis opa excludit, immo & prohibere videtur in extremis quod est iniquum. Et tractatur hic de donationibus quarum aliqua est inter viuos. Alia causa mortis, vt institu. de dona. in prin. Alia causa mortis, vt hic tractaī, de donatiōe aūt inter viuos tractaī supra eo. li. arti, ix. & ar. xxxi, & xxxiiij. & infra li. iij. ar. iiij. cum similibus. Vnde scias quod donare potest inter viuos pater familias & dominus rei. ff. de reg iur. L. qui insus. Ergo nō seruus non filius famil. nō pupillus. ff. depac. L. contra. §. i. &. ij. &. ij. de acqui. re. do. L. pupillus, non monachus vel cō uersus quia proprium non habet. liij. dis. abbati. h Nec abbas seruū Ecclesię, nec Episcopus nisi recompensationem facit. xij. q. ij. Episcopus. Item compos mētis non furiosus vel prodigus. ff. de dona. L. modestinus, ad si. ff. de cur. furi. L. Iulianus, & ff. de verb. ob. L. is cui. Nec is donare potest cui alienatio per leges est interdicta, vt quia cōmisit crimen lese maiestatis, vel est hęreticus, vt de hęreti. c. vergentis &. c. ad abolendam &. C. ad leg. Iul. maie. L. vl. Quod autem filiusfa. donare non potest fallit in quatuor casibus. Nam iusta ratione motus causa mortis donare potest. Item si habet peculium castrense vel quasi. Item si habet liberam administrationem peculij pro secticij, & hoc ipsum ei specialiter cōcessum sit. Item vbi est filius comitis vel marchionis, vel senatoris, aliter non quantumcunq; magnus sit & discretus. ff. de dona. L. filiusfa. Rz. i. §. i. ij. &. ij.. Potest autem cuilibet donari nisi per leges prohibeat, siue absens sit siue presens notus vel ignotus. C. de dona. L. nec ambigi. &. ff. e. ti. L. absenti. &. C. e. L. in extraneos, etiā meretrici. ff. e. L. affectionis, nisi sit miles qui meretrici dare non potest. C. de dona. inter vir. & vx. L. si ancillam. Ergo nec clerici nec aduocati quia isti tres equiparantur. xxiij q. i. militare, extra de ser. non or. c. eo libentius. Item donari potest patrifamilias & filiofadū tū extraneo. C. de dona. L. siue emācipatis. Donatio tamen inter coniuges non valet nisi morte confirmetur. C. de do. inter vi. & vxo. L. donationes. Omne vero quod in dominiū alterius transire potest donatur. ff. e. L. in edibus. §. vlt. Et ita res omnis cuius commertiū haberi potest, non ergo res sacra vel religiosa, vel Sol vel luna. Insti. de inuti. stipu. Rz. i. §. i. &. ij. Item res Ecclesiastica dari prohibet extra de pigno. c. i. donatio autem quę excedit quingentos aureos requirit scripturā nisi vbi in persona donat priuato, vel Eccleśię vel alias causa pietatis, vel magister militum militibus, vel priuatus priuato in recuperationem domus vel donationem propter nuptias. C. e. L. sancimus In auct. vt non fi. pig. §. illud, coll. v. In auten. de nō ali. §. si minus col. ij. C. de dona. propter nup. in multis legibus, vel si remittātur vsure futuri tēporis. ff. e. L. modestinus, nec donatio causa mortis scripturā requirit. C. de dona. causa mortis. L. fi. Quādo dictam summam excedit donatio, requirit scripturam, & quod insinuetur siue publicetur apud competentem iudicem adhibitis personis publicis, & debet donator suā voluntatem exprimere & quantitatem donationis, & hęc omnia debent redigi in scriptis. C. de dona. L. in donationibus. Vbi vero donatio nō excedit quingentos aureos, valet sine scriptura. C. e. L. penul. §. fi. nisi forte aliter sit conuentum inter partes. C. de fi. instru. L. contractus vel nisi forte fiat a patre in filium emancipatum, vel nisi fiat in coniunctas personas. C. de dona. L. si quis &. L. sequen. Et si plures fiunt donationes quę omnes cumulate excedūt dictam summam est vna donatio. ff. de dona. causa mor. L. senatus. §. fi. Si tamē fuerit personalis quia nulla mentio est facta de heredibus nō requiritur scriptura alias sic. vt. C. eo. L. sancimus. §. fi. Perficitur etiam donatio nudis verbis, licet olim per stipulationem tantum. C. eo. L. si quis argentum Insti. eo. §. perficiuntur. Consensu tamen vtriusq; scilicet donatoris & donatarij intercedente, alias nec nuda ratio nec causa ioci, vel doctrine facta pactio constituet debiliorem. ff. eo L. vt supra.

Perficitur etiam donatio pedum inter presen-

c. *Alij textus habent hoc tamen decrepitus potest de iure restituere quicquid alicui abstulerit iniuste*

f. *Alij textus & rectius habent nisi p his quæ tēpore mortis mariti sua apud ipsam relictum sit.*

g. *Articulo presenti contrariari uidetur lex xij. tabu. in hec uerba hæreditates in testamento ure sactæ rate sūto. Quam legem Vulpianus de uerbo. signi. comprobat tradens non improprie ab aliquo dia lege eam obuenire hereditatē quæ ea tam testamento deferetur quia lege xij. tabularum secūdum eius sententiam testamentarie hæreditates confirmātur, sed & testimonio Iustiniani, sui & necessarij hæredes instituti nolint uelintue sicut ab intestato L. xij. tabu. hæredes fiūt ex sic lex hoc casu hæreditates è testamēto delatas cōfirmat. In alio ctiā loco lex xij. tabula. cōtrauenire dicitur articulo presenti in hec uerba uti quisq; legassit sue rei ius esto. In practica tamen nostra seeus est, tenendum uaq; est priuileg iū Saxonum nam et ius municipale hoc idē suadet quod hæreditates in lecto egritudinis alienare non licet.*

h. *Donationes quomō ualent & quomodo non uide per totum.*

i. *Tria sunt ex constitutione uris positiui quæ iuri naturali contrauenire cernuntur*

k. *Seruus existens multorum dominorū seruus consentiente uno in libertatē serui alij consentire tenentur.*

tes sed etiam absentes, per nuntium vel epistolam cuius non breuitas nocet. ff. eo. L. per interpositam, &. C. eo. L. nec ambigi, &. L. si aliquis & sufficit solus consensus. C. eo. L. donatio. Nec refert an donator dicat do vel dabo. Nam olim per stipulationem fiebat quę in futurum concipitur. ff. de verb. obli. L. stipulatio, &. L. quotiens. C. de euic. in certis legi. &. ff. de pac. L. i. §. i. Et secundum le. ex nudo pacto in hac causa datur actio, vt. C. de donati. L. si quis argentum. Donator autem tenetur ad traditionem rei quā dare promisit, vel ad ipsius extimationem si rem tradere nō potest vt in dict. L. si quis argentū. Et ne prę sset euictionē si quid dolo fecit. ff. eo. L. Aristo. &. ff. de edili. edic. L. ad res donatas, vel si ex preterito ita cōuenerit. C. de euic. L. ij. Vel si donatio a ꝓmissione incipit. C. de iure do. L. i. Vel nisi quis ex necessitate donat. de prę ben. inter cętera. de iure pa. pastoralis &. vij. q. i. presentium. Et hoc verum ratione fraudis vel malicie si interuenerit, vt in dictis cōcordan. Ad quid autem teneatur donatarius, & quando donatio potest reuocari, vide infra lib. iij. circa arti. iiij. &. lxxxij.

Glosa.

Dictum est in glosa articuli precedētis quod leges imperiales occulte & astute quodammō iuri naturali adminiculo veniunt, vbi ius naturale per leges & cōstitutiones opprimitur. Vnde sciendum [i] quod tria sunt ex constitutione iuris positiui quę iuri naturali contrauenire cernuntur. Primum quod homines qui a natura sunt liberi, omnes siquidem natura parit liberos, constitutionibus tamen seruī efficiuntur, vt Insti. de libertinis. §. manumissio & in auten. qui. mo. natu. effici. sui. §. si qs. col. viij. & infra. li. iij. ar. xlij. Imperatores ergo sub venire naturali libertati hominum volentes, varias sanxerunt constitutiones quibus serui liberi efficiuntur, vt insti. qui. manumit. lice. vel non. §. iuste. & insti. de le. fusi. cani. tollen. &. C. de testamen. manumis. L. Cum cōstitutio. &. C. de fidei commissarijs libertati. L. Si quis. &. L. finali. C. de lati. liber. tollen. L. cū dedititij. C. de cōmuni seruo manumisso. L. in cōmunes, vbi habetur [k] quod seruus existens multorum dnōrū seruus, si vnus illorū eundem dimittere vult, alij obtemperare coguntur, viginti solidos pro seruo accipiēdo, id enim seruī precium statutum est, vt. C. ea. L. §. Ne autem. Secundo quod iuri naturali per ius positiuū contrariatur. Est, quod quidā homines illegittimi nuncupantur & sunt, cū tamē a natura omnes homines legittimi sint vt in autē. qui. mo. natu. effi. sui. §. Si quis. col. viij. in remedium itaq; sunt constitutiones qd illegittimi efficiuntur legittimi, vt insti. de hę re. quę ab intesta. defer. §. fi. & in auten. de incest. nup. §. Dubitatum. & in auten. de filijs ante instrumen, dotalitia, natis. §. Peruenit. coll. iij. in auten. qui. mo. natu. effici. sui. §. Naturalium. col. viij. C. de natu. libe. L. Humanitatis. extra. qui filij sunt legittimi. c. tanta. Tertium est quod de iure communi positiuo quilibet uir bona sua etiam in lecto egritudinis alienare quidem potuit. Et quia exinde sępius eueniębat quod pueros suos indigētes relinquebant impij patres, vt in autē. de nup. §. Disponat. coll. iij. quod & contra naturalē charitatem fuit & est, quare in cōtrarium plerę q; sancite sunt leges, quę disponunt vt hęredibus aliquid relinquatur, vt insti. de le. falci. §. Superest. in auten. de hęre. falcidia. §. Fiat. igitur. col. i. &. ff. de inoffi. testa. L. iij. [l] Saxōnes vero ius speciale & priuatum habent, qd cū quis donare aliquid vult, vt id faciat tempore quo donationem facere poterit necesse est. Nam alias si donauerit quid [m] tempore quo solus huiusmodi re vti non potest, donatio erit nulla, quia donat illud quod suū non est, sed hęredum eius, vt in auten. de manda. princi. §. Oportet autem. col. iij. in auten. de incest. nup. §. i. col. ij. Indecens namq; est, quod quis suos indigentes relinquat, extraneos ditando, vt in auten. de trien. & semis. §. Frequēter. coll. ij.

Notandū preterea quod Saxones ipsi ex speciali eorum priuilegio secundum [n] quod triplicia bona sunt, etiam triplex ius succedēdi vel alienandi bona illa habent. Primo quędam sunt bona quę proprium nuncupantur & illa alienare non possunt sine hęredum cōsensu vt hic in textu. Secundo bona dicuntur vt est feudum, & illud vnusquiuis dimittere & alienare potest quādo vult nisi forsan illud faciat tempore cum id facere minime potest, & eo solus vti non valet, vt tempore egritudinis vel cū ex prouintia cedere vult, quia tunc illa alienatio in fraudem domini vel successorum eius facta locum non habet vt supra articulo. ix. feu. c. lviij. in auten. de trien. & semis. col. ix. per totū. Tertio sunt bona mobilia & ista duplicia. Quędam vt sunt serui mancipia & illi non omni tempore alienantur, nec diuidi debēt, pueri em vt sic exhęredes essent vt hic in rextu & infra ar. lxxij. Alia sunt bona mobilia quę de facili de loco in locū moueri possunt, & ista donantur cum vir prędictus gladio, &c. vt textus habet. Vnde multi textum. §. istius cum dicitur quamdiu prędictus gladio deriuari putant ad omnes indifferenter homines quod tamē [o] intelligendum non est, nisi de militibus ipsis, & illis qui sunt eorū sirpis. Dicit enim quod prędictus gladio & clipeo, &c. quod pertinet militibus ipsis lusq; istud primarie specificatim & expresse posuit propter militū dexteritatem vt insti. de iusti. & iur. §. his igitur generaliter. [p] Cuius vero iur. mu. proprium quod nō ex successione, nec ex ad mortuo sibi venit alienare potest, si ita est fortis quod sine ituamine tā diu stare poterit coram iudicio bannito quoad donatio perficiatur. Mobilia vero donare

l. *Saxonum in donationibus & alienationibus lex.*

m. *Donans aliquid cum ei id facere non licet nō donat quod suum est sed alterius*

n. *Ius triplex successionis bonorum apud Saxones.*

o. *Miles quomodo ꝑ prium & bona alienare poterit, uide hic & clarius intexu.*

p. *Ciuis quarum uirium esse debet ut ꝑprium alienare sibi admittatur, concordat iure mu. ar. xx.*

poteſt & alienare dummodo perfecte ſanitatis fuerit & huiuſmodi donatio valet, quam actualiter facit alicui, vel corã iudicio de habendo & poſſidendo poſt mortem eius. Dicunt tamen aliqui quod in lecto ęgritudinis dare & alienare poteſt quicquid in lecto decũbens vltra afferem lecti porrigere poſſit. ¶ Ruſticus pręterea donationem facere poteſt ſi vires oſtendat ſuas in tantum quod aratrum per ſpaciũ vnius ſtadij inſequi poſſit. [r] Mulier autem ſi ex domo ſine iuuamine viri vel mulieris ad Eccleſiam ire poterit. Eccleſia aũt diſtet. xx. virgis [f] a domo, extunc bona non ex morte deuoluta alienare poteſt. Si vero mulier ſecus fecerit imputaretur ſibi quod ab heredibus alienare vellet.

q. *Ruſticus quomõ alienare proprium poterit.*

r. *Mulieri quopacto alienatio bonorum admittatur.*

f. *Virga quid ſit & quantum ſpatij contineat, uide infra li. iij. ar. xlv.*

Id quod in textu dicitur ſine heredum conſenſu. Intelligi debet de bonis ex morte alicuius deuolutis ſecundum ius municipale. Secundum vero ius villanorũ locum habet de omni proprio, ſiue ſit reſignatum hereditatum, vel emptum, dura tamen eſt & inhumana conſtitutio hęc, quod non excludit teſtamenta & elemoſinas.

Veris ſentẽtijs poſtuletur &c̃. hoc eſt per quęrelam iuridicam, omnes etenim quęrele & cõtrauentiones quę in abſentia alicuius fiunt tribus vicibus coram iudicio proponi debent, vt infra eo. li. ar. lxvij.

Que autem quis iniuſte ſubtraxerit &c̃. Illud etenim quod ſuum non eſt ſuper nullum hereditare poteſt. ff. de reg. iur. L. quod in initio & C. vi. bono. rapto. L. Si res. & ſequentibus. Nec illud dici poteſt donatio ſed reſtitutio.

Si quis in ſua infirmitate ęgẽ impignorauerit &c̃. Declarauerat ſiquidem quomodo vnus proprium alienare poteſt & quomodo non, hic in iſto paragrapho tangitur, quis donationi contradicere nõ poteſt, & ſpecialiter meminit de vxore quę nec impeti pro eo poterit vt. C. de crimi. expila. hęre. L. aduerſus.

Si quid iniuſte legatum fuerit &c̃. Ille enim qui iuſtam agendi cauſam habet pro aliquibus bonis maius ius ad illa habere dicitur q̃ ille qui rem occupat, immo rem ipſam habere videtur, vt ff. de reg. iur. L. qui actionẽ.

Mulier pro nulla re &c̃. Intellige niſi illa poſſideat, quia tunc vendicabuntur ab ea, vel do lo malo poſſidere deſinat, quia tunc pro fructibus agi poterit. vt. C. de crimi. expila. hęre. L. aduerſus.

Anno.

Pro intellectu textus articuli nota, quod quẽ admodum bona duplicia ſunt, mobilia videlicet & immobilia, ita & proprium duplex eſt immobile videlicet & mobile. Immobile q̃d de loco ad locum facile moueri non poteſt, & illud iterum eſt duplex, ſtans, vt ſunt domus, prędia &c̃. & iacens, vt ſunt agri, nemora &c̃. Mobile vero quod de facili de vno loco in alium moueri poteſt, vt ſunt ſerui pecora, pecunię, & alia mobilia. Vnde proprium huiuſmõi dupliciter nobis aduenire dicitur. quia vel illud ſuis pecunijs labore proprio acquiſitis coemitur, vel iudicialiter donatur, vel etiã q̃d quis acquirit ex locis deſertis quę antehac nullius erant, vt inſti. de re. diuiſi. §. inſula. vocaturq; proprium per nos bene acquiſitum, illudq; dare poſſumus cuicumq; voluerimus & alienari poteſt ſine heredum conſenſu, vt inſti. de re. diuiſi. §. vendite. Secundo proprium huiuſmodi aduenit per ſucceſſionem vel ex morte alicuius, vt quando bona per me empta & mihi reſignata in meum deuoluuntur heredem, vocaturq; proprium hereditarium, vt inſti. de hęre. quali. §. ſui autem. Et ſi tandem ad pueros puerorum deuoluitur proprium illud, vocatur heredias ex morte deuoluta ſeu admortua, vide ad id Inſti. de heredi. quę ab inteſta. defer. & in auten de heredi. ab inteſta venientibus. per totum. huiuſmodiq; proprium diuendi alienariq; ſine conſenſu heredum minime poteſt ſed meliorari vel deteriorari, iuxta poſſe ſuũ quidem poterit, vt hic in articulo preſenti & iure mu. ar. lxi. Proprium vero mobile quod etiam duplex eſt, quoddam enim proprium dicitur, vt ſunt ſerui, & hij etiam alienari non poſſunt ſine heredũ cõſenſu. Aliud proprium mobile, eſt & dicitur omnia alia pter hęc mobilia, & iſta alienari poſſunt ſine heredum cõ ſenſu ſi precinctus gladio &c̃. vt textus habet Vnde & articulus iſte cum dicitur ſine heredum conſenſu intelligi debet ſine conſenſu heredum ſcilicet ſuorum. Sequitur ergo ſecũ dum aliquorum expoſitionem quod ſine cõ ſenſu fratris illud facere poſſunt, vide ad id iur. mu. ar. xxi., ar. lxi. feu. c. liiij.

Articulus LIII

Qui non ſequitur [a] quãdo uiolentia alij illata ſibi notificatur uel qui ſuam interpoſitam actionem non fuerit proſecutus, uel q duellum indixerit iure alicui qui per ius euadit, hoc eſt iure ſe excuſauerit, uel qui in terminis iudicialibus non comparuerit, uel etiam ſi quid in iudicio iniuſte dixerit uel fecerit, debita aliaue adiudicata non ſoluerit, in qualibet prædictarum cauſarum iudici mulctam ideſt pœnam præſtet. Et in alijs omnibus quandocunq; pars aduerſa emendã id,

a. *Qui autem uiolentiarum clamores inſequi non tenentur, uide infra li. ij. ar. lxxi.*

b. *Iur. Mu. ar. xvi.*

c. *Que autẽ mulcta uniuſcuiuſq; ſit uide infra li. uj. ar. lxiij. & item lxiij.*

d. *Vide ad hunc paſſũ Iur. Mu. ar. xxxvi.*

e. *Tempus autem determinatum debiti ex ſoluendi, uide infra li. iij. ar. v.*

f. *Vide infra li. iij. ar. xxxix. §. penul. ibidem inuenies quod mulcta iudicia in una actione triplex exſoluitur nec eſt contra paragraphum iſtum.*

g. *Que autẽ ſit mulcta ſpiritualium uide infra li. iij. ar. lxiij. de mulcta uero ſeculariũ eodem li. iij. ar. lxiiij.*

eſt ſatisfactionẽ acquiſiuerit ſuper emendante iudex [b] etiam mulctam obtinebit. [c] Attamen iudex ſæpius mulctam in iudicijs ab indiſciplinate agentibus conſequitur, propter quæ parti aduerſe emenda nõ præſtatur. Impetat etiã [d] ideſt alloquatur homo bona aliqua licet ea non conſequatur ipſe nec mulctam ſed nec emendam propter hoc uidetur perdidiſſe dum tamen ea non inuaſerit. [e] Si quis mulctam uel emendam tempore debito non perſoluerit præco eũ pro his pignorabit & ea pignora ſtatim in his debitis exponere hoc eſt oppignorare poterit uel uenundare. Non licebit tamen præconi aliquem pignorare niſi ad hoc ſentẽcialiter fuerit expetitus. [f] Nemo bis mulctã præſtet pro uno actu niſi uiolentiam commiſerit in die feriato, eaq; de cauſa in canonẽ inciderit. Tunc etenim [g] tam Eccleſiaſtico q̃ ſeculari iudici in præſtanda mulcta condemnetur, una uero emenda iniuriam paſſo emendabit.

Gloſa.

In qualibet prędictarũ cauſarũ. &c̃. Et nõ poteſt alteri exequutionem iſtam vlterius committere. Quia cum alicui ſit pręceptũ quod aliquid perſonaliter exequatur, tunc non poteſt illud alteri committere, etiam de partium voluntate, quia partes non poſſunt mutare formam mandati. de hoc in ſpe. ti. de delega. §. excipi. verſ. item quod iniunctum, & vide etiam. ff. de pollicita. L. de pollicitatione.

¶ Nemo bis mulctã &c̃. Quia tot pene quot delicta. ff. de priua. delict. L. nunq̃. Nec em̃ debet quis duplici pena conteri, vt de iudi. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. & ibi concor. e. in glo. penul.

Gloſa.

Articulus pręſens tria nos docet. Primo q̃d omnibus in eorum neceſſitate auxilio eſſe debemus, & hoc ibi cum dicit, qui nõ ſequitur iſtudq; ex honeſtate quadam euenit quam & leges ipſe ſuadent, vt Inſti. de iuſtit. & iur. §. iuris pręcepta. Secundo æquitatem ne proximo noceamus, & hoc ibi vel qui ſuam interpoſitam actionem non fuit proſequutus. Nullus etenim ſine cauſa legittima alium accuſare debet vel malefactum impingere qui id facit iniuſte facit, vt inſti. de iuſti. & iur. §. iuris pręcepta. & inſti. de pœna temere litigantiũ L. item actoris. Tertio docet obedientiam & hoc ibi vel qui in terminis iudicialibus non comparuerit, qui enim obedientiã ſeruat omnem adimplet legem & omnia iure facere dicitur & hoc eſt tertium iuris pręceptũ vt inſti. de iuſti. & iur. §. allegato. ¶ Vel ſi q̃d in iudicio iniuſte dixerit &c̃. Innuitur exinde quod vnuſquiſq; honeſte ſe circa iudicium habere debet. Iudex enim in loco dei ibidem reſidet vt habetur deutronomij, recte iudicate filij hominum, Iudicium enim meum eſt & C. de vete. iur. enuclean. L. deo autore. Vnde circa id ſciendum [h] quod iudicio ex duplici cauſa preſidetur. Primo ex parte dei vt corrigatur exceſſus in deum cõmiſſus. Secundo ex parte hominum qui leduntur vel iniuria afficiũtur. Vnde & duplex [i] pœna ibidem ſoluitur deo ipſo vel iudici in loco dei reſidenti mulcta preſtatur, ex eo quia pręceptũ dei tranſgreſſus eſt, vt. xxiij. q. v. c. q malos, homini vero ledenti emenda ſoluitur, & hoc in textu tangitur ibi & in alijs omnibus quandocũq; pars aduerſa &c̃. Vide etiam ad id infra li. ij. ar. xli. & li. iij. ar. lxxxvi. glo

h. *Iudicio ex duplici cauſa præſidetur.*

i. *Mulcta in iudicio propter q̃d ſoluitur.*

Impetat etiam homo bona aliqua &c. Intelligendum eſt ſi quęrela huiuſmodi diffamatoria nõ ſit vt hic, quia alias emendare cogetur Contrariari tamen huic paragrapho uidet infra articulus xxij. li. ij. vbi dicitur quod impetens bona aliqua in probationeq; teſtium deficiat penam ſoluit. R. quod articulus allegatus non contrariatur huic pręſenti, non em̃ ex eo ſoluit penam quod alloquutus eſt vel vẽdicabat rem aliquam, ſed propter mendatiũ quia dicebat teſtibus illud notum eſſe cum tamen eis notum non ſit, vt C. ſi ex falſis inſtru. vel teſtimo. iudica. L. falſam.

Notandum pręterea [k] quod obedictia ſextuplex inuenitur hominũ in reſpectu ad alios homines & qui eam tranſgrediuntur penam ſoluunt iure ciuili ſecundum vniuſcuiuſq; dignitatem. Primo ſerui reſpectu dominorum vnde ſi tranſgrediatur ſeruus dominus faciet ſecum pro arbitrio ſuo, non tamen eum occidere licet vt C. de emẽ. ſeruo. L. vnica. Secũdo milites reſpectu Capitanei, vnde ſi miles in bello vel potius in conflictu deliquit quicq̃ capite punitur, vt ff. de re militari. L. omne. §. contumatia, nec eſt in contrarium vt quidam obiciũt articulus ſupra xl. qui diſponit quod ſeruitio imperij profugus perdit honorem & feudum ſed non vitam. Intelligitur enim ibidem de illis qui de obſequio ſeu bello fugiũt hic vero intelligitur de his qui ex cõflictu fugam parant. Tertio obedientiam tenẽtur diſcipuli ſuis pręceptoribus, Ibi vero p exceſ

k. *Obedictia hominũ ſexuplex.*

su paruа infligitur pœna, vt extra de sen. excō. c.i. & c. cum volūtate, & c. ex tenore. ff. ad le. aquili. L.iij. & v. §. vlti. Quarto manumissi erga suos patronos, secus facientes priuantur libertate vt. C. de libertis. L.ij. & iij. Quinto obedientiam tenentur pueri respectu suorū parentum transgredientes exhereditātur, & infames fiunt & hoc si excessus fuerit insignis, vt in auten. de hęre. & falci. §. exhereditatos, col. i. In auten. de trien. & semis. §. frequenter, col. iij. & in auten. de immensis donationibus. §. vlti. col. vij. hoc idem etiam habetur in cōstitutione Adalberti imperatoris. Sexto omnes ad iudicium alicuius iudicis pertinentes, eiusq; iurisdicioni subiecti obedientiam eidē tenentur, si non faciunt mulctam soluunt, vt in textu & infra. li. iij. ar. xxxix. ff. de re iudi. L contumatia.

Si quis mulctam vel emendam tempore debito nō persoluerit. &c. paragraphus iste disponit quo pacto, & per quem mulcta exigitur ad hunc passum etiam vide. C. de exequtiōe rei iudicate. L.i. & L.ij. dicitq; quod pręco illud facere debet, nuncupaturq; iuxta aliquorum interpretationem pręco nunctius dei. l Et hoc ex duplici causa. Primo quia ad officium electus ad sacra dei iurat. Secundo ex eo quia est iudex vel potius exequutor iudicij in loco dei celebrati, vt. xxiij. q. v. c. non solum & c. non est.

l. *Preco nuntius dei nūcupatur ex duplica causa.*

Nemo bis mulctam prestet. & c. Istud iam supra declaratum inuenies. Vnde mulcta seu pœna spiritualium sunt sexaginta solidi, vt infra li. iij. ar. lxiij. Contingat vero quod aliquis in violentia interfectus sit nullam mulctam spirituali sed nec seculari iudici ratiōe excessus dare tenetur, morte enim sua eandem exoluit, si contra vtroſq; deliquit.

Queritur an suspensi. Capite plexi seu decollati. & alij propter excessus eorū damnati in sacris locis sepeliri possunt. m R. quod sic. Quia & sacramenta illis ministrari debent, vt xiij. q. ij. c. quęsitum & de peni. & remi. c. q. & in te. Nec obstat quod forsan allegari possit. xxiij. q. v. c. placuit, vbi interdicitur suspensis sepultura. Canon enim ille disponit de his q seipsos suspendūt vel qui confiteri noluerint. Vel etiam intelligitur de illis quibus iudex sepulturam denegat, illud enim totum ex iudice dependet, vt. ff. de cadaue. puni. L. corpora eorum. L. si quis & sequēti. Si vero iudex admittit, ex patibulo deponi possunt & cū consensu loci ordinarij sepulture in Cimiterio demandari, vt. xiij. q. ij. quęsitum.

m. *Suspēsi capite plexi an in sacris locis sepelīri possunt.*

Articulus LIIII

a. *Concordat infra li. ij. ar. xxi. & luij.*

NOn debet cēsitus altiora seu maiora pignora q̄ cēsus annualis suus constat [a] pro domino sustinere suo.

Si quis censum debito tempore nō persoluerit altera die & singulis diebus dūmodo in ædibus censitorum a domino sententialiter postuletur duplicatur.

Census extra fines ædium non est persoluendus. [b] Censum facilius dominus uel eius qui sibi agrum collocauerat nuncius si per censitum fuerit denegatus obtinebit, quod etiam de decimis fundi q̄ quis possidet cēsendum est. Si uero cēsum censitus persolutū afirmauerit & si hoc mettertius qui id uiderunt & audierunt firmauerit absoluetur. Domi nus pro precio a suo fundo sibi stipulato seu promisso sine licētia Iudicis licite unum pignorabit.

Nullus censitorum [c] sine consensu domini sui foueas excidere, uel ligna cedere, uel eius radices poterit extirpare, nisi hæreditario iure fundus sit suus censualis.

b. *Nota secundum ius feudale quod Censitus accusatus de censu si dicat soluisse metter⁹ tius solutionem iuramento probabit, sed si dominus dicat eidem non solutum esse. propior est cum conuincere q̄ ille negare etsi conuincatur altera die duplum soluit & sic consequēter si non satisfaat sententiæ, & in sto capi potest quia occasione statutæ pœnæ. ut C. de usur. & fruc. lega L. legaterū ibidem plura uide de solutione censuum f.u. c. lxv.*

c. *i. Locator secus ī emphiteota ut in fine eiusdem articuli.*

Glosa.

Non debeat censitus. &c. [d] Nota quod in traditione rei suę potest quilibet imponere censum seu seruitutem prout velit de censi. c. quāto de iur. patro. pręterea. xvij. q. ij. eleutherius, & ff. communia prędi. L. si quis, & C. si manci. ita fue. aliena. L. ea quidem.

An autem census possit in parte pręscribi vt non detur vide in mercu. in regula plus semp Et quis probet cum allegetur pręscriptio vel consuetudo negatiua, vide in mercu. super regula, in possessione.

An vero qui habet agrum censualem possit alteri dare ad colendū, & an sine consensu domini possit maiorē cēsum imponere vide iur. feu. c. lx. Vel an possit sine cōsensu domini alteri vēdere, vide infra li. iij. arti. lxxix. in glos. & li. ij. arti. lix.

d. *De censibus & censitis hic uide abunde per totum.*

Quā census annualis, &c. hic scire debes, e quod census est quędam pensio quę de prouēnibus alicuius rei persoluitur. Quicquid ēm annuatim pręstatur in quantitate vel summa, potest vocari census, vt. ff. de censi. L. ętatē cū duabus legibus sequen. & de censi. cū olim & c. cum canonicis. Et potest imponere censum dominus rei, ideſt proprietarius. Insti. de vsu

e. *Census q.t.*

fruc. §. sine testamēto. sed talis non potest imponere censum qui vltra ipsius vitam extenditur, cum ius eius quod habet morte finiat. Insti. de vsufruc. §. finitur. Sed citra mortē potest perceptionem fructuū in alium transferre non tamen ius. ff. de peri. & commo. rei vēdi. L. necessario. §. vlti. & C. de iure. do. in plerisq; legibus, census vero ignorantię non est persoluēdus de censi. peruenit & C. de pactis. L. si certis annis. Caue igitur nā si agis possessorio quia cēsus est subtractus obtinebis, q̄is etiam nullam causam probes, de electi. c. querelam. Secus si petitorio quia tempus non est modus inducende seu tollende obligationis. ff. de actio. & obliga. L. obligationē. ij. §. placet & C. de vsuris. L. creditor. Si vero proponis causam ad quam probandam inducis pacīētiam longi temporis obtinebis, si tempus probes vt. ff. de vsuris. L. cum de in rem versu. ff. si ser. ven. L. si quis. ff. de aqua pluuiali arcen. L. i. in fi. & L. in summa. §. idē labeo. f Etsi aliquis census prestitus fuerit tanto tēpore quod non extat memoria in contrariū, dic quod est vltra soluendus, etiam si non appareat de causa, vt in allegat. iuri. & xvij. q. ij. seruitium, & de verbo signi. super quibusdā. §. pręterea. Et idem est si census per. xl. annos solutus fuerit licet non liquet de causa vt de censi. peruenit. i. q. i. nullus. x. q. iij. quia cognouimus, de excess. prel. fane & c. cū ad quorundam, & C ne vxor pro mar. L. fi. g Et si pręscriptione tempus non est completum nō tamen est census subtrahendus. propria autoritate, alias enim spoliatus restitueretur, vt de electi quęrelam. Sed in petitorio obtinebit si proponat cōtra ipsum quod non tenetur ad solutionem census quia sine causa pręstatur, sic intelligitur. c. peruenit de censi. Et licet verū sit secundū leges quod sufficit pacientia lōgi temporis vt supra, tamen secundum canones necesse est probatio longissimi temporis, vt notat Hostien. in summa de consuetud. §. obtentus. s. tempus quadraginta annorū. Si sterilitas causatur aut guerra quod censitus agrū non possit colere an excusatur vide Ioan. And. in additio. specu. de loca. §. nunc aliqua super ver. cxxxvij. in verbo propter.

f. *Census si tanto tempore soluitur quod nō extet memoria. ipost semper soluendus erit.*

g. *Census non est propria autoritate subtrahendus.*

Si quis censum debito tempore non persolueritt. &c. Si tamen emp. seu censitus psoluit pensionem seu censum tribus annis retro proximis & hoc probet, pręsumitur semper soluisse, vt. C. li. x. de apochis publi. L. quicūq; vide in specu. titu. de loca. §. nunc aliqua vers. xxij. quęritur.

A domino sententialiter posuletur duplicatur. &c. Etsi ex post differatur solutio per triēnium cadit res censualis in commissum secūdum glo. & vide in causa ger. intentata sue de superactione.

Si vero censum censitus persolutum affirmauerit. [h] Soluendus est autem census secundū extimationem monetę in qua a principio est impositus vt de censi. olim vbi de hoc, vide

h. *Census soluendus secundum extimationem monetæ in qua à principio est impositus.*

etiam infra li. iij. ar. xlv. Pro cuius pleniori intellectu, docto. in dic. c. olim et in cle. ij. de cēsi. & in. c. quāto. de iureiuran. ponunt has cōclusiones. Prima vbi pecunia debetur ratione maleficij vel delicti, sufficit quod fiat solutio in pecunia curenti. ar. dic. cle. ij. de deci. & C. de rei vxo. acti. L. vlt. §. fi. Secunda vbi pecunia debetur ex contractu vel quasi, si talis pecunia effecta sit minoris valoris, datur extimatio pecunię secundum antiquam & primā monetam vt de censi. c. olim. Et premisse cōclusiones procedūt quando pecunia est diminuta in valore licet sit eadem in numero figura & quantitate. Si vero pecunia est diminuta in pondere, tunc si debitor talem diminutionem non procurauit, nec fuit conscius istius fraudis periculum est creditotis qui non multum lederetur ex quo tamen valet, & nihil est quod valet debitori imputari, igitur non erit in hoc puniendus. c. satis peruersum. lvi. dis. Secus autem si debitor hanc diminutionē procurauit vel fuit conscius istius fraudis tūc propter ipsius culpam eius est periculum de iureiuran. c. quanto.

Sine licētia iudicis licite pignoretur. &c. hoc nota quod vbi pensio non est in pecunia sed in frumento, ibi res inuecte nō sunt tacite obligate, quia nō est locatio, sed contractus innominatus secundū Bald. in addi. spe. ti. de loca. post Guil. & emphiteota qui vult renūcia re rei, tenetur soluere censum nam ad id quasi ex contractu tenetur. ff. cōmo. L. incommodato. §. sicut. Secus autem quę tenetur propter rem ex dispositione legali quia talis cedendo rei liberaliter facit. ff. si serui. ven. L. & si forte. §. labeo. ff. de vsufru. L. si vsufructuarius & de dam. infec. L. pretor. §. hoc edictum secundum Bald. ibidem. Sic autē habet dominus ius ypo. vt si locetur Vrbanum prędium omnia inuecta & illata tacite obligātur domino etiam ignorante. Sed inuecta in prędio rustico ita demum obligantur si domino sciēte sunt intromissa. C. loca. L. certi. Et res secundi cōductoris scilicet quia a me conductore conduxit. C. lo. L. nemo, obligātur etiam domino, non tamen ad vniuersam pēsionem sed quatenus donare debet. ff. loca. L. si in lege. §. si colonus & de pig. acti. L. solutam, §. & hoc tantum in Vrbano prędio locum habet secundū Azo. Et nota quod locator ideo potest pro re locata aliquid pcipere, quia ad ipsum spectat rei periculum vt. ff. de rei vendi. L. si nauis, & insti. qui. mo. re. cōtra obli. §. itē is. Sed dato quod conductor etiam in se suscipiet periculū rei locate aduc dominus. s. locator potest recipere pensionem ar. C. cōmo. L. i. secundum Io. cal. in cōmune. c. nauiganti de vsuris. An autem locator teneatur reficere vide. ff. loca. L. sed ades. §. illud & L. si merces §. si vicino, ubi dicitur quod sic nisi pactū aliud inducat.

Glosa.

i. *Bona tripliciter cõferuntur.*

Pro intellectu tam precedentiũ, q̃ etiam articuli presentis. Notandũ [i] quod bona triplici ter conferũtur seu possidẽtur ab hominibus. Quędam possidentur propter officia vt sunt Scabini, Iudices, Sculteti, & alij officiales, vt Marsalci, Dapiferi, Camerarij. Quędã ex censu & ita ex conducto sub annuali pensione & deistis hic textus habet. Quędam in prouisionem data bona possidentur, de hoc vide latius feu. c. Ix. Alij vero aliam & clariorem ad hũc passum ponũt distinctionẽ, quod quidã possident bona ratione officij, vt Scabini, Iudices. &c. Quidã ex censu, vt censuales de quibus hic. Quidam vero quia exinde seruire coguntur vt vasalli. [k] Tẽpore etenim quo Romani prouintias sibi subiugauerant agri omnes & census Romanorum erãt, exindeq; militibus stipendia ministrabant, vt in auten. vt necp; miles §. cum domini dei coll. viij. & in auten. de man. prin. §. i. coll. iij. & in auten. vt iudi. sine quoquo. sufra. §. eos coll. ij. Postmodum vero difficultatem stipẽdiorum subterfugientes possessiones agrorum militibus assignabant, vt exinde stipendia & victum haberent obsequiũ imperio prestantes, vt in auten. de manda. princi. §. publicorum, coll. iij. Milites tandẽ vlterius agros huiusmodi rusticis ad incolendum cõferebant sub certo pacto seu censu, & vocabantur rustici prenotati censuales, vt. C. de agri. & cẽsi. L. ij. Censualisq; vt sic nulla maiora sustinere debet pro domino nisi inquantũ census annualis se extendat, bonaq; cẽsualia tacite sunt pignus domini in censu suo, vt. C. in qui. cau. pig. taci. con. L. si non.

k. *Tempore subiectarum prouinciarum agri omnes Romanorum erant. Concordat infra li. ij. ar. lyiij. Iur. Mu. ar. vij.*

l. *Censualium & dominorum Ius triplex*

Sciendum insuper [l] quod censualis & dominus suus triplex ius inter se habent. Primo ga contractus eorum pro lege habetur, vt. C. de loca. & conduc. L. legem, &. Insti. eo. ti. §. cõductor. ff. depositi, vel con. L. i. Secundo quicquid censualis habet in bonis cẽsualibus hoc totum est pignus seu vadiũ domino loco prouentus seu census, vt. C. de loca. & conduc. L. certi iuris. Et duplex exinde venit vtilitas. [m] Prima quod dominus potest eundem pignorare sine consensu iudicis, ex eo, [n] quia est pignus domini quicquid cẽsualis importat ad bona censualia, vt infra li. ij. ar. lix. glo. & li. iij. ar. lxxvij. &. lxxix. C. eo. ti. L. certi iuris glo. Secunda vtilitas si quis tuo censito aliquid acceperit, vel quomodocunq; vsurpauerit, tibi restituere tenetur, quia est pignus tuũ siue expressum fuerat siue non, vt. C. in qui. cau. pig. taci. L. sancimus, &. ff. de acquirẽ. re domi. L. rem in bonis. Tertium ius inter censualem & dominum est, quod nullus censitus bona censualia alienare seu dimittere potest, ita quod census in ipso maneret, & alter bona occuparet etiam dato quod iam alienasset de facto nihil iuuabit, verũ emptor censum soluere cogetur, vt. C. sine cen. vel reli. L. rei annonarie.

m. *Dominus licite cẽsualem pignorabit, vide infra li. ij. ar. lix. glo.*

n. *Nota secundũ Ius feudale quod bona q̃us non obligentur pignoratãa tamen efficiuntur dupliciter Primo bona censualis hominis importata in bona domini Secundo bona tutoris importata in bona pupillorum feu. c. ly.*

Notandum preterea quod cẽsuales sunt duplices. [o] Quidam pertinent semper ad bona censualia. quidam vero nõ, de primis textus articuli intelligi debet. Secundorum vero ius est tollerabilius q̃ primorum excepto tamẽ in quatuor casibus. [p] Primo quia alienari possunt cum tempus aduenerit eiscp; indictũ sit, vt infra li. ij. ar. lix. Secundo quia alienantur q̃primum censum non soluerint. Vnde secũdum leges si emphiteota censum vel pensionem per triennium dare recusauerit, alienari potest, vt. C. de iur. emphi. L. ij. Ecclesię vero si ad biennium censualis pensionem soluere refutauerit repelletur, vt. x. q. ij. c. eo enim. §. & hoc modo, & extra de loca. & cõduc. c. potuit. Tertio alienari possunt cum proprietarius solus inhabitare vult domũ illam vel edificia desuper struere. [q] Quarto si cẽsualis in bonis conductis inhoneste se gesserit, vt. C. de loca. & conduc. L. edem quam.

Si quis censum debito tempore non persoluerit altera die duplicatur, &c. Quęrere vnus possit an id vsura sit quod censitus duplũ soluit. Et an vsura admittatur secundũ leges nec ne. Quidam dicunt quod sic, vt. C. de vsuris, & fruc. L. legatorũ, & in auten. de alie. & em. coll. ix. & in auten. de vsur. nau. §. hęc etiam, coll. ix. &. §. in casu coll. ix. Rᵗ tamen & verius quod vsura actipi non debet, immo interdicitur per canones ex veteri & nouo testamẽto, vt. xlvij. dis. c. quoniam multi. Quicquid autem canones inhibent hoc etiam interdicere leges videtur, vt in auten. de ecle. titu. §. de regulis coll. ix. & in auten. quomo. opor. epis. § i. &. §. fi. coll. i. Vñ &si quis temerarie dicat [r] vsuram non esse peccatum pro hęretico censeri debet, vt extra de vsur. c. i. in clementinis. Vnde pro intellectu istius ampliori notandũ venit [t] qd' vsura dicitur cũ qs magis actipit q̃ accommodauit, vt. xiiij. q. iij. c. i. Nec secũdum leges & canones, vt supra declaratũ est admittitur nisi in quinq; casibus. [u] Primo in fauorem Ecclesiarum, vt extra de vsur. c. i. & c. conquestus & in auten. de aliena & emphi. §. si vero preter hęc, coll. ix. Secundo si quis fideiussor soluerit vsuram pro re eandẽ expetere viceuersa ex te poterit, vt extra de fideiuss. c. constitutus. Tertio potest vnus pecuniã expetere quę statuta est pro excessu aliquo p modum pene, vt quia statutum est qui actipit aliquid rerum Ecclesię in quadruplum teneť, & illud extorqueri licite poterit, vt. xij. q. ij. c. in legibus. Quarto quãdo actipitur in recompensam damni susceptι de quo vide. xiiij. q. iij. c. si quis oblitus. Quinto cum id fiat ex ratiõabilibus causis & probabilibus de bitis & ita accipi vsura poterit ex prolongatione solutiõis, vt. ff. de vsur. L. mora. §. in bone. Vnde cum quis solutionem iniquę & dolose protrahit expeti vsura ex eo põt nec proprie vsura dicetur, sed recõpensatio damni suscepti, vt. ff. pro socio. L. secundum. Quilibet enim damnum suum prouidere potest vt ex-

o. *Censuales duplices.*

p. *Censuales in quibus casibus alienari possunt.*

q. *Vide infra li. ij. ar. lix.*

r. *Vsura an admittatur vide.*

f. *Allegans usurã non esse peccatum pro hęretico reputatur.*

t. *Vsura q. t.*

u. *Vsura in certis casibus admittitur.*

tra de fideiuss. c. puenit &. xij. q. ij. c. si quis de clericis. Addunt etiam aliqui pro sexto quod vsura accipi potest a Iudeis & infidelibus, vt. xiiij. q. iiij. c. ab illo. Sunt enim nostri & Christianę religionis hostes quare bona eorũ occurrere possumus, vt extra de hęre. c. excõmunicamus. Septimo si plus restituat ille cui accommodatũ fuit ex liberalitate vel mera bona voluntate, vt extra de simo. c. dilectus. ij. Octauo cum pecunia cõmodatur ad ostentationẽ, vt ille qui commodat dicior appareat, & ita ratiõe istius potest aliquid ab eo expeti, vt ff. de cõmo. in plerisq; legibus. Nono potest vnus ex proprio seu bonis quę sibi loco dotis cũ vxore sua collata sunt aliqd vsurpare nec fructus illos reddere cogitur, ad supportanda enim onera matrimonij conferuntur, vt extra de vsur.. c. salubriter. Decimo cum quis aliquid emit ad tẽpus determinatum fructus exinde tollere potest, ac si vendicio esset perpetua. C. de pactis interem. L. commissorię. Aduertendum tamẽ est, si quis aliquid emit vel vendit rem aliquam, [x] vel etiam accõmodat dat sub certa cõditiõe, vel sub spe quod emolumentum sibi exinde aliquod cedat, illa spes lucri facit eum vsurarium, vt. xiiij. q. iij. c. putant. Sic etiam si vnus aliquid confert ea intentione quod bonis Ecclesię prouideretur, Simoniacus fit, vt. i. q. iij. c. non solum, in isto tamen casu non est opus quod aliquid viceuersa reddatur sed quod peniteat contritionem pro peccatis habẽdo vt extra de simo. c. vlti. Censum facilius dominus obtinebit. &c. hic ex textu censualis cogitur testimoniũ sufferre sui domini, nisi testimonio solutionem probauerit, vt infra li. ij. ar. xi.

Nullus censitorum. &c. hoc ex eo fit quia ipse bona domini sui deteriorare nõ potest nisi forsan bona illa censualia sint sua hęreditaria, quia vt sic facere cum illis poterit pro libitu suo, vt. C. de loca. & conduc. L. edem quã & Insti. de vsufruc. §. i. ff. eo. ti. L. i. &. ij.

x. *Spes lucri accõmodatorem usurarium facit.*

Articulus. LV

Omne ius seculare ab arbitrio & electione initium traxit. Ideoq; nullus iudex esse poterit nisi q ad hoc eligitur uel infeudatur. Euenit autem euidens factum in furto uel præda uiolenciaue cum qua per petrãs fuerit comprehensus ab hoc licite [a] Gograuius adminus ab incolis trium uillarum seu prædiorum eligatur factũ illud iudicaturus, &

a. *De Gograuijs uide infra ar. lvi. lvij. li. ij. ar. lxiij. Iure Mu. ar. x. v. & lxvij.*

hoc si iudex ordinarius nõ habeat.

Glosa.

Ad hoc licite Gograuius eligatur. &c. Vnde nota [b] quod electi ad aliqua officia vel regimina ea acceptare tenentur vt nota. in auten. de defen. ciui. §. interim &. ff. de mune. & hono. L. si quis magistratus, & idẽ est in eo quẽ ciuitas deputat in causa vertẽte inter se & suum ciuem, de quo notatur circa legem secundam. C. sen. quę sine cer. quanti.

b. *Electi ad officia publica illa acceptare tenentur.*

Glosa.

Dictum est superius in prologo huius libri, quod ius triplicem originẽ habet [c] ex natura, ex consuetudine, & ex statuto, vt Insti. de iustii. & iur. §. priuatum. [d] Naturale autẽ ius dupliciter aduenit. Quoddam enim est quod a natura omnibus in commune inditum est, sicut maris & fœminę coniunctio, vt insti. de iur nat. §. ius naturale. Aliud est ius naturale ex eo dictum quia natura illud docet omnes homines, nec aliquis hominum illud statuit, sicut cum quis alicui concredidit vel accommodat quicq̃, est naturale qd' illud viceuersa restituat. Vel si quis aliquem percutere vult vt se defendat & exinde venit seruitus, & omnes actiones quę per querelam instituuntur, vt insti. de iure gen. §. ius autem &. ff. de vi. & vi. arma. L. vim. Differẽtia tamen illorum est quia ius naturale primo modo acceptum. Ius diuinũ dicitur ex eo, quia deus qui est natura naturans, & qui omnia regit & gubernat illud statuit manetq; immutabile semper & ęternum, vt insti. de iur. natu. §. sed naturalia, &. i. dis. ius naturale. Ius aũt secundariũ naturale dicitur ex eo naturale, qa ab hominibus iuxta naturę inclinationem viuentibns sanctum est, deus enim omnipotens qui & natura naturans dicitur, omnia in bonum creauit vt habetur Genesis. i. vbi dicitur, & vidit deus quod esset bonum. Vnde si quis perperã agit contra naturam facere dicitur, nõ quod illud ex natura facere non possit, sed quia deus omnia bona fecit, ille vero contra bonũ agit. Cũ itaq; homines iuxta legem & inclinationem naturę viuebant, illud tandem in consuetudinem reduxerunt quę consuetudo pro iure habebatur, & hic tangitur secunda origo iuris quę videlicet ex consuetudine venit, vt Insti. de iur. gen. §. ex non scripto. Et quia adaucta generis humani multitudine, quidam homines vt pote boni. Ius naturale insequębantur, quidam vero vt pote praui contrariũ faciebãt [e] quare exinde venit cõsuetudo duplex. Bona videlicet quę secundum naturam & ex iure naturali proueniebat, vt. xi. dis. c. in his rebus. Alia fuit constitutio mala & contra naturam quę potius antiquus error nuncupari

c. *Vide supra in prologo & Iur. Mu. ar. i. glo.*

d. *Ius Naturale dupliciter aduenit.*

e. *Consuetudo duplex bona & mala*

debet cę consuetudo, vt. viij. dis. c. consuetudo. Propter has itaq; binas consuetudines necessario fuit adinuenire ius tertiū quod cōstitutio Imperatorum vocatur proadiuuamine probor̄ & eorum consuetudini bonę ad coercendū vero malitiam prauorū, vt. iiij. dis. facte sunt autem leges, &. C. de vete. iur. enu cle. L. deo autore. §. cum itaq;, & insti. in pro hemi. §. i. Conuitutioq; f seu ius istud scriptū varijs aduentum est modis. Primo ex electione, Imperator siquidem pensatis duabus cōsuetudinibus illam quę melior fuit acceptabat pro lege q; statuit, vt. xi. dis. vsus, et nūc superius declaratum est. Secundo quod populus quandoq; aliquam constitutionē fecit, & illam per Imperatorem confirmare pecijt, vt insti. de iure gen. §. plebiscitū. Tertio constitutiones ortum habuerunt ex mandato principum pro bono & vtili reipublicę apostolici etenim & Imperatoris iusta voluntas ius facit, vt dis. i. c. cōstitutio, & insti. de iur. gē. §. sed & q̄d principi. C. de legi. & cōstitu. L. leges. Ex quo g itaq; vt iam declaratū est. Ius ex electione originem habet necessariū est quod & Iudices per electionē fiāt, frustra eter im leges essent, h nisi per iudices custodiātur, vt extra de electi. c. vbi periculū magis. li. vi. ita quod nullus sui ipsius iudex sit, vt. C. ne quis in sua causa ius dicat. L. i. Eliguntur etiam quandoq; iudices qui veri iudices haberi nō possunt. Pro intellectu itaq; tā p̄ferentiū q̄ sequentiū nota q̄d Iudices duplices sunt. Quidā sunt infeudati sicut Principes, qui & ordinarij ac veri iudices vocantur, vt. C. de offi. ciui. iudi. L. honorati. Alij sunt iudices electi. Et isti dupliciter eliguntur, quia vel eliguntur post factum exarbitrio, pro aliquo videlicet negocio terminando & amicabiliter componēdo & isti arbitri nuncupātur. ff. de recep. arbi. L. i. & sic sunt iudices illius facti & non plus ab illorum q; sententia appellare non licet. k Ille enim sibi solus in culpa erit qui eū elegit, vt. ff. de recep. arbi. L. diem. §. stari. Si etiam eligātur plures arbitri mortuo vno electio perit, vt. ff. eo. ti. L. item. §. item si plures. Alij eligūtur ante factū vt sūt iudices vlterius īfeodati vt comites sculteti et ab eorū sentētia appellare licet iudicareq; possunt res pnoctatas. Quādoq; vero eliguntur tēpore alicuius eueniētis facti & ita ex necessitate, si verus iudex absens fuerit, de quo in textu, eligi tamen debet homo sincerus & conscientię bonę alias non valebit electio, vt. iij. q. v. c. accusatoribus, & ff. de iurisditione omniū iudicum. L. qui.

Omne ius seculare ex electiōe iniciatū est. &c Per hoc innuere vult quod nulli iudiciū committi debet nisi ad hoc electus sit.

Notandū p̄terea sequitur l quod Iudex nō debet esse periurus nō proscriptus, nō excōmunicatus, non Iudeus neq; hereticus, nō infidelis, legittime natus nō mutus, nō surdus, nec iunior .xxi. annorū. Si aliq̄d horū defecit iudex esse non poterit. m Vnde & quatuor virtutes iudex vt in se habeat necesse est, iustitiam quā dimittere nō debet, causa amoris gratię, odij, munerū. &c. n fortitudinem nā & corpus exponere debet bonaq; sua, ius & iustitiam defendendo. Prudentiā vt sciat dignoscere inter bonū & malū. Et modestiā in cibo & potu, etiam modestius in passionibus animę ne effundat irā & exinde contra ius q̄d dicter, vel inhonestus verbis appareat.

f. *Ius scriptum uarijs aduenium est modis concordat infra li. iij. ar. xxvi. et xluij. glo. Iur. Mu. ar. i.*

g. *Vide seu. c. lxi. ad hanc materiam copiosius.*

h. *Leges frustra conderentur nisi per iudices custodirentur.*

i. *Iudices duplices cōcordat Iur. Mu. ar. xvi. xvij. xlvij. glo. & infra li. ij. ar. xxij. ibidem clariorem huius passus inuenies intelectum.*

k. *De arbitris iuide abunde infra li. ij. ar. xi. glo.*

l. *Iudex quis & qualis esse debeat.*

m. *Iudex quatuor uirtutes in se habere debet, uide hoc idem infra li. ij. ar. xli. glo. Iur. Mu. ar. xi.*

n. *Iure etiam feudali Iudex quatuor in se habere debet ut non iudicet ex timore auaritia, propter munera ex odio, seu. c. lxvij.*

Articulus LVI

a. *De Gograuijs iuide supra articulo præcedenti.*



N gograuionatu a ideſt ſubito electo ad iudiciū non pertinet feudū neq; ſucceſſio quia de libero rusticorum conſiſtit arbitrio. Gograuium illum eligere ad præſens factū uel ad tēpus deſignatū. Cōferat autem dominus alicui hoc officium in feudum, ut ſic dominus ei & ſuis filȝs tenere collationem illam & ad iura feudi obligatur niſi hoc libera rusticorum electione eliſdatur (id eſt infringatur) ut pote q̄ ex officio deponeretur.

Gloſa.

Articulus p̄ſens declaratiuus eſt p̄cedētis vbi dicebatur de Iudice qui ex electione inicium habet. Vnde dicit quod in Gograuionatu feudum non eſt nec ſucceſſio, hoc eſt ad cius officiū nullū pertinet feudū in quo ſuccedere filȝ eius poſſint, ſed nec ad officiū illud ſuccedunt, electus etenim eſt ad factū ſuperueniens & nō plus, eſtq; quaſi arbiter facti illius. Arbiter vero eligi poteſt ſed nō inſtitui, vt. C. de peda. iudi. L. procuratori, &. L. placet. Si enim huiuſmodi iudices darentur ſententia eorū non ligabit, vt. C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. da. poſ. L. in cauſarum, & exinde liquet b quod quędam contingere poſſunt per electionē quę de iure nō valēt ſicut hic &. C. de iuriſditione omniū iudicum. L. nō quidē. Quęrere vnus poſſet, quo pacto is iudex fieri poterit. Quādo quidē cautū eſſe legimus, quod ſpecialis volūtas iudicem non facit nec iudex autoritatem a priuatis habet, vt. C. de iuriſditione omniū iudicum. L. priuatorū, & ff. ſi certum peta. L. eius qui in prouintia ver. nam & ſi tibi in hoc, in glo. & item. c. cū veniſſent de teſti. c ℟, quod iudices huiuſmodi non nanciſcuntur autoritatem vel poteſtatem ſuam ex electiōe ruſticorum, ſed ex autoritate ſuperioris iudicis vel potius ex autoritate iuris, vt. C. de peda. iudi. L. placet &. L. q̄dā. Gograuium eligere, &c. d Vnde iudex huiuſmodi Gograuius dicitur propter id quia cauſas ſubito emergentes iudicat. ℂ Cōferat autem dominus alicui. &c. Dicere quis poſſit quod is paragraphus cōtrariari videt primo paragrapho eiuſdem articuli ille enim diſponit, quod in gograuionatu nullum pertinet feudum aut ſuctellio, hic vero dicit conferat ſi dominus alicui hoc officium eidem collationem feudi tenere obligatur quomodo aūt collationem feudi tenere debet, cū nec illud idem conferre poſſit, quiſquid enim contra ius fit pro nō facto reputatur, vt. C. qui pro ſua iuris. iudi. da. L. in cauſarum &. C. de legi. & cōſti. L. nō dubium. Pręterea hic in iſto paragrapho dicit quod dominus ſuis filȝs collationem feudi tenere obligatur, quod in primo paragrapho negauit. ℟. pro ex ſolutiōe cōtrarietatis quod &ſi quidem in officio Gograuionatus nullum ſit feudum aut ſucceſſio poſtq̄ aūt eligitur, & dominus ſibi aliquid in feudū cōferat, pro labore ſuo, extūc ipſe & ſi lij ſui ſequelam & ius ſuctendi in bona illa habebūt. Quiſquid enim dominus cōfert infringere illud nō debet, vt feu. c. ij. & lxxviij. Niſi hoc libera ruſticorū electione infringatur. &c. Quęrere vnus poſſit quomō ruſtici p vnanimem eorum conſenſum ius feudi alicui infringere valeant, exq̄ quidem inferiores ſunt q̄ dominus feudalis, inferior aūt ius ſuperioris debilitare nō poteſt, vt. xxi. diſ. c. inferior ſedes. ff. de arbi. L. nā magiſtratus, &. ff. ad trebeli. L. ille a quo. §. tēpeſtiuū. ℟. quod etſi quidem ruſtici ius feudi infringere non poſſunt. Ab officio aūt, hoc eſt a Gograuionatu ratione cuius feudū ſibi aduenerat eundem deponere poſſunt, & ita ex cōſequēti feudum ſibi aufertur, ſublata etenim cauſa & ea nō conſiſtente, nec ea quidem q̄ ſequuntur locū habent, vt. ff. de reg. iur. L. cū principalis &. C. de legi. & conſti. L. non dubium.

b. *Cōtingere q̄dā ex electione poſſunt quæ tamēde iure non ualent.*

c. *Gograuij unde nanc aſcuntur autoritatem.*

41

d. *Gograuius unde dictus.*

tur ſunt promulgata.

Gloſa.

Non iudicabit. Et ſi iudicet ſentētia ſua eſt nulla. b Nam q̄ a iudice incōpetenti fiunt non valent, vt. C. ſi a non compe. iudi. L. i. licet ſit arg. contra. ff. ſi quis in ius voca. nō ie. L. ij. & ff. de iudi. L. ſi quis ex aliena, iudicatum enim intelligitur ſi iudicatū fuit ab eo cui iudicādi ius fuit, vt. ff. ad tertul. L. i. §. fi. Et ſic res iudicata habetur pro veritate. vt. ff. de regu. iur. L. res iudicata. Cū & in iudicio quaſi cōtrahimus, de quo plene per Arnol. xvi. q. iij. poſt quingentos.

b. *A non cōpetenti iudice acta pro non factis reputantur.*

Gloſa.

Notandum pro intellectu textus articuli, c quod fur dicitur ille qui cōtrectat rem alienā pro vtilitate ſua eandem cōuertendo, irrequiſito domino cuius res illa eſt. At tamē ſi vnus manifeſte vtatur re aliena non tamen propoſito malo nec animo furandi, non efficitur fur, vt insti. de re. diuiſi. §. Gallinarū, &. ff. de fur. L. furtū &. li. ij. ar. xxix. li. iij. ar. xxij.

Notandum pręterea d fur eſt duplex manifeſtus & occultus, vt. ff. de furtis. L. furtorū, fureſq; huiuſmōi Gograuius iudicare debet die eodem quo cōmiſſum furtum ſit. Si vero per noctetur negociū extunc in feudatus iudex iudicabit & non Gograuius, non enim Gograuij iudiciū illud erit, nam & accuſatus ad fideiuſſoriam dari poterit, vt infra. li. ij. ar. ix.

c. *Fur quis dicatur.*

d. *Fur duplex.*

Queritur ſi alie euenerint iniurię e ſicut homicidiū, virginum vel mulierū oppreſſiones, an Gograuius illud iudicabit nec ne, quidā dicunt quod ſic, in his enim duobus, verbis fur vel raptor includere videtur omnes alie iniurię, cū enim vnus occidit aliū ſpoliare eum vita eius videtur. ff. ad le. Corne. de ſicarijs. L. i. Qui etiam virginem vel mulierem opprimit caſtitate & virginali pudicitia eam priuare dicitur, vt in auten. de manda. prin. §. necp. coll. iij. & item qui aliū veneno interemit vel occidit auferre & ita furari ſibi vitam dicitur, vt. ff. ad le. corne. de ſica. L. i. &L. eiuſdē. ℟. dū tamen et verius quod Gograuius iſta non iudicabit. Iudicium etenim quod in vitam tranſit non adeo large extendi debet nec facile alteri ſubdelegari. Sed & Gograuius vt ex textu liquet, nullam habet ſuper eo commiſſam a iure autoritatem. Vnde quicunq; occidit aliquē etiam ex officio cum tamen id ſibi cōmiſſum non ſit, vel iuriſditionem ad id non habeat, ille homicida dicitur & non iudex, vt. xxiij. q. v. c. de occidendis. Pręterea cuicunq; iudicium commiſſum ſit ille commiſſionem excedere non debet, vt extra de reſcriptis. c. dilectus, concluditur ergo quod Gograuius dū taxat fures & prędones de die iudicabit cū ſa

e. *Gograuius an alios exceſſus pręter furtum iudicare poterit.*

Articulus LVII.

Fur

a. *Iur. Mu. ar. xxxviij. & xlvij. glo.*



I fur uel raptor captus ſit infraq; diem naturalem non condemnetur ſeu conuincatur, a ulterius eum gograuius non iudicabit ſed ad infeudati iudicis ſpectat iuriſditionem.

Iſta de Gograuȝs qui ad uiolentiā in continenti iudicandam eligun-

ctum sit manifestum, & eodem etiam modo facere debent conseruatores Ecclesiarum hoc est illi quibus iudiciū commissum est contra manifestos Ecclesiarum raptores, vt extra de officio delega. c. statuimus. li. vi. f Si etiam cōtingat iudicium ad pœnam dirigi in miciorē debet vergere partem, vt. ff. de pœnis. L. respiciēdum. §. furta. Quod autem Gograuio nō pertinet iudicare nisi fures & raptores patet ex articulo. lv. & lvi. supra, & hęc de Gograuijs dicta sufficiant.

f. *Pena milior semper erogari debet.*

Articulus. LVIII.

SI uero Gograuius in tēpus eligitur spaciosum dominus prouintiæ ut Marchio uel comes eū tenebitur infeudare, [a] & sic corā eo deliberatum rusticorum arbitrium procedit, liciteq; pernoctatas iudicat iniurias seu uiolentias. Quando Comes uel dominus prouincialis [b] iudiciū sui Gograuij ingressus fuerit cessat iudiciū gograuij, sicut quādo Rex intrauerit iudicium Comitis cessat iudicium comitis ubi rex & comes ambo sunt actioni præsentes. Sic etiam omnes iudiciorum actiones in regis præsentia nisi actio regē ipsum attigerit suspendantur.

a. *Textus uetustiores habent & coram eo proscriptio fieri poterit pernoctatasq; iudicat iniurias.*

b. *Iur. Mu. ar. viij. gl.*

Glosa.

Violētias iudicabit. &c. An autem iudex laicus scire iura teneatur notatur. xxxviij. dis. si in laicis, & de cōsuetu. c. iij, in & super. ij. glo. vbi innuitur [c] quod illiterati possunt esse iudices si habent naturalem industriam & peritiā causarum alias non, quia iudex debet esse peritus nec quęrere ab alijs quid eū loqui oporteat, vt in autenti. de iudi. in prin. col. vi. & de consang. & affi. ex literis in fi. vbi de hoc, & xx. dis. c. i. & notaē in. c. sciscitatus de rescrip. in glo. puta. ibi. vide.

c. *Illiterati iudices esse non possunt.*

Vnde etiam dicit lex imperialis [d] iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iusserat. Vel etiam eo quia maius imperiū in eadem iurisditione habet, vel etiam si ipse iudex eiusdem imperij esse cepit, cuius est qui iudicare iussit, vt in. L. iudiciū soluitur. ff. de iudi. Vide etiā infra. li. iij. ar. xxxiiij. vnde & alibi dicit lex, pocioris gradus iudicibus ab inferioribus cōpetens reuerentia tribuatur vt in. L. potioris. C. de offici. recto pro, nā & virtutū pręmia tribui merentibus conuenit, & aliorum honores alijs damnorū occasionem fieri nō oportet, vt in. L. vlti. C. de statuis & ijmagi. & in. L. singuli. C. de officio diuersorum iudicū.

d. *Iudium quando dissoluitur.*

Glosa.

Si vero Gograuius. &c. Antehac in articulis pręcedentibus dixerat de iudicibus quorum electio, & exautorisatio ex parte cōmunitatis dependet. Articulus presens loquitur de iudice qui etsiquidē a cōmunitate eligitur ab officio tamen eundem deponere facultatem nō habent, subtilēq; in eo Imperator processum obseruat, eo quod in sanciendis cōstitutionibus pręsentibus a leuioribus procedit ne propter duritiam legū & constitutionū Saxones easdem reiciant & abrenuncciert, eundemq; modū quilibet prudens obseruare debet qđ a leuioribus & facilioribus in actionibus suis semper procedat vt Insti. de iusti. & iur. §. his igitur generaliter. In primis itaq; statuit de iudicibus qui eligi & exautorisari a cōmunitate possunt, posthac vero de iudicibus qui & siquidē eligi a cōmunitate possunt, exautorilari tamen minime, & hoc in principio articuli tangit cum dicitur. Si vero Gograuius in tēpus eligitur spaciosum, &c. dominus prouincię eū infeudare tenetur. ℂ Quęrere vnus posset, quomodo huiusmodi infeudatio esse debeat, an dominus sibi bona conferre vel iudicio eundem infeudare teneaē. Iudiciū quidem sibi conferre non potest quia nulla successio in eo esset, ex articulo. lvi. supra, sed & iudicium in quartam manū ex infeudatione sequi non potest excepta scultecia in comitatu, vt infra. li. iij. ar. li. & liij. exquo itaq; iudex vt textus habet electus scultetus nō sit. Quare feudū habere in iudicio non poterit. Si etiā quis dicat quod bona sibi conferre possit respondebitur eis quod id fieri nō oportet, quia si conferat sibi feudi clipeum nō propter hoc iudex feudalis esse poterit. ℟. itaq; melius e quod non omnia quę in legibus ponuntur ex pręcepto sunt verum multa ex consilio fiūt, vnde in proposito de collatione bonorū Gograuio ad tempus spaciosum electo est magis consiliū q̄ pręceptum, nullus enim inaniter labores expendere debet suos vt. v. q. ij. c. precarię & vnusquiuis expensas laborū suorū habebit, vt extra de simonia. c. cum sit Romana. Sic etiam est consilium & non pręceptum quod habetur in causa quędam matrimonij. xxxiij. q. iij. c. sciatis. Intelligendū tamen sane id, quod de infeudatione dicitur Gograuij, quod videlicet magis sit consilium q̄ pręceptum, hoc verū est in comitatu quia in marchionatu pręceptum est, vnde & id quod dictum est, quod iudicium in quartam manū per infeudationem cedere nō posset, intellige

c. *Non omnia quæ in legibus. continentur ex præcepto fiunt uerum quædam de consilio.*

42

Articulus LIX

De Banno Judicio

OMnimodas actiones [a] & iniurias ac pacē fractā iudex ubicunq; locorum in sua iurisditione cognoscere ac iudicare potest dū modo actio ipsum non tangat, [b] uel nisi bannitus criminaliter accusatur super eo etenim iudex nonnisi in legittimo loco iudiciali sub imperij banno cognoscet. Sub imperij banno [c] nemini iudicare licet nisi q prius bannum ab imperatore susceperit. Qui bannum regalē semel a Rege acceptauit eum secundario si rex a quo eum susceperat morietur acceptare non cogitur. In una aduocatia nō nisi unus potest esse bannus. Qui sub banno regali cognoscit & inuestituram banni ab ipso rege nō dū postulauit suā pro eo [d] mulctet linguam. Non poterit ullus comes qui sub regali banno cognoscit [e] legittimum habere sine suo sculteto iudicium cui ante omnia seipsum debet præbere iudicandum & ideo ab ipso primam si congruum & conueniens iudicandi tēpus fuerit sententiam postulabit, [f] & postmodū eundem interroget si ei tumulta & indisciplinata hoc est insolentias inobedientiam in iudicio liceat prohibere, quæ dum ab eo (quod uidelicet prohibere insolētias eidem licet) fuerit pronunciatum, tandem unusquisq; de eo quod eū tangit mediāte ferendario suam interponet actionem.

a. *Vide ad hanc materiam infra li. ij. ar. xij. li. iij. artī. xv. Iur. mu. ar. viij. x. xvi. xxo viij. xxxij.*

b. *Alij textus addūt excepto si sit quærela occasiōe proprij.*

c. *Vide Iur. mu. ar. xi*

d. *Hoc est, eius pena est linguæ ammissio & hoc est uerū ubi iudicatur sub banno Regio ut in comitatu, secus enī ē in marchia ubi sub Marchionis fidelitate iudicatum exercetur.*

e. *Vide infra li. iij. ar. lij. Iur. Mu. ar. x. xvi. & xviij.*

f. *Iur. Mu. ar. xvi.*

f. *Rusticorum arbitrium.*

g. *Vide infra li. iij. ar. xxvi. & ar. lij. & Iur. mu. ar. viij.*

h. *Concordat infra. li. ij. art. xij. glo. Iur mu. ar. viij. glo.*

i. *Vide infra li. ij. ar. xij. glo*

in comitatu, in marchionatu etenim licite fieri potest nam in marchia iudicatur sub marchionis fidelitate vt infra li. iij. ar. lxv. In comitatu vero sub banno regio & hęc diuersitas est ex parte prouinciarū, vt. xxxix. dis. c. sciendum.

Et sic coram eo deliberatum rusticorum arbitrium procedit. &c. f Vnde rusticorum arbitrium in proposito accipi debet pro illa rusticorum inquisitione quam faciunt, cum videlicet iudicio iam bannito exeunt, & inquirūt seu scrutinium faciunt inter se excessus examinando vniuscuiusq;, de quo & supra, ar. ij. eo. li. & hoc itellige in marchia in Comitatu etenim aduocacie nō sunt, vnde & mirabilis obseruatur modus rusticorū in inquisitione huiusmodi excessuum quia quandoq; sciunt, & eis notū est illud quod examinare debent, cū tamen cōuenerint negant se scire pro primo, & pro secūdo. Pro tertio vero postq̄ diligēti facto examine concordauerint per iudicē interrogati iurare eos oportet, quod nunc primum in tertia inquisitione eis innotuit super excessu recognito, in defectu quo iurare noluerint, mulctam iudici prestabunt, ex eo qa bis antehac iudice mentiti sunt, vt. C. de mod̄o mulctarum qui a iudi. L. eos qui.

Quando Rex intrauerit iudiciū. &c. g Rex etenim supremus est iudex omniū vbilibet locorum, vt. C. de vete. iur. enuclean. L. tanta, & infra li. iij. ar. xxvi. & liij. & quia rex in persona sua in quolibet loco esse nō potest. Quare loco sui statuit alios iudices vt pote principes. Illi tandem comites, vlterius vero comites constituunt Gograuios in sui absentia, vt. C. de peda. iudi. L. placet.

Vnde cū superior iudex aduenerit cessat iudicium inferioris tum etiam si causa illa ad quā Gograuius electus sit cessauerit, iudiciū etiā eius cessabit, vt extra de appel. c. cū cessante &. ff. de reg. iur. L. cum principalis, vide etiā ad hanc materiam de offi. diuerso. iudi. L. singuli. & L. sciant. Si autem cōtingat quod iudex similis sibi ad iudiciū venerit eundē assidere sibi faciat, vt infra li. ij. ar. xij. glo. Si vero superior iudex sit eidem assurgere & de loco cedere debet vt textus habet &. C. de offi. diuerso. iudi. L. singuli. [h] Pręterea etiā iudex assidere sibi faciat, viros spectabiles & prudētes si ad iudiciū eius venerint & hoc si soli coram eius officio non agant, hoc est quod nō sint vel pars actorea vel pars respondens, vt in auten. vt ab illustri. §. quęcunq; procedunt. Quod si actionem habuerint, [i] ita quod agere vel respōdere eos oporteat stare eos necesse est & iudex sedebit, vt infra. li. ij. ar. xij. in auten. vt ab illustribus. §. quicunq; coll. v. C. de postulan. L. quisquis in fi. C. vbi senatores & clarissimi. L. finali. §. sedendi. C. de offici. diuerso. iudi. L. fi.

Glosa.

Omnimodas actiones. &c. hoc tamen scias quod potestates terratum nō habent merum

imperium de iure communi, sed preses prouincie sit, de cōsuetudine tamen vsurpant sibi hoc, vnde quotidie membra mutilant & condemnant ad mortem ex vsurpatione non ex iure, hanc tamen potestatem Princeps potest reuocare quando vult. Nam & omnis cō suetudo potest ab eo cassari, vt de consti. c. i. lib. vi. &. ff. de sepul. vio. L. iij. §. diuus. Merū autem imperium & liberum habet duntaxat Papa & Imperator, sed legi subnixū habēt inferiores quibus nominatim hoc participant vel ex priuilegio concedant, vt hic in. L. i. ff. de offi. eius cui man. est iurisdic. Consistit em merum imperiū circa humanum corpus gladio materiali vel ciuili coterendū. Quod qa summa res est ideo etiam circa illud requirit summa iurisdictio videlicet ad hominem capitaliter condemnandū cum homo est creatura creaturarum facta ad imaginem dei, vt in. L. si quis. C. de penis. Et prescribitur merum imperium bene ab illo qui fuit & est in possessione territorij vt dominus vel Iusticiarius generalis licet diu non sit vsus quia non occurrit casus vtendi. g Nam in istis incorporalibus plena possessio cōsistit in aptitudine sicut in actu. vt. ff. de seruit. rusti. prędi. L. foramen. Et si quis prescribit iurisdictionē in incolas videtur etiam prescripsisse & in forenses qui ibi contrahunt vel delinquunt, quia ista prescriptio est ius reale, vel velut cōfessoria redditur contra quemlibet vt. ff. si serui. ven. L. si quis, secundum Baldum.

g. *Possessio in corporalium æque cōsistit in aptitudine sicut & in actu.*

h. *Locus iudicij quo modo obseruetur.*

Vbicunq; locorum. &c. h est tamen is locus eligendus in quo ius sine incōmodo litigātium reddi potest, vt. ff. de iudi. L. si locus id est vbicūq; pretor salua maiestate imperij sui iudicare pōt, sed nō in prostibulo vel alio loco inhoneſto saluoq; more maiorū idest non extra territoriū sibi cōmissum, vt ix. q. ij. c. i. &. ij. Is etenim est mos maiorum vt extra territorium ius nō dicāt, sicut & illud quod aliquis nō committat iurisdictionem nisi is qui ipsam suo iure habet, vt. ff. de iuridic. omniū iudi. L. more. &. L. fi. Dicit autē notanter more maiorum non inferiorum. q. d. iudicū non subditorum vndecūq; ergo sunt subditi, si iudices soliti sint ius reddere ab eis vocati infra territorium venire debent & ibi littigare etiā in itinere dummodo sedeant pro tribunali & dummodo non in secreto sed palam sedeant. C. de senten. & interlocu. omniū iudi. L. cum sententiam. Is ergo locus dicitur vbicūq; pretor ius dicere cōstituit, vt. ff. de iusti. & iur. L. penultima. Non tamen derelinquat sacra palacia vel pretoria pro domibus priuatorū ne ipsa contingat dirui. C. de offi. recto. prouinci. L. fi. Et omino etiā caueat quod locus vtriq; parti sit securus cōgruus & honestus. ff. de arbi. L. si cū dies. §. si arbiter, & sequen. & extra de confir. vti. cum dilecta. de appella. ex parte, & de testi. cum olim. i Territorium autem est sic dictum quia is sub cuius dominio consistit habet ibi potestatem terrendi sup. homines delinquentes. ff. de verborū significi. L. pupillus. §. territoriū. Extra enim territoriū iurisdictio siue forus non extenditur. ff. de iurisdicti. omniū iudi. L. fi. & extra de cōsti. c. ij. lib. vi. In sua iurisdictiōe idest in suo foro. Eorum enim in neutro genere est territorium cuiuscūq; iudicis in quo facinorosos potest animaduertere, vt. ff. de verbo signifi. L. pupillus. §. territorium. Sed forus in masculino genere est locus vbi iudex pro tribunali sedet vt extra de verbo. significa. c. forus.

i. *Territorium unde dictum.*

Glosa.

Satis abunde superius declaratum est de iudicibus omnibus, & quo pacto iudices efficiūtur. Quidam enim fiunt ex electione. Quidā ex commissione, quidam vero ex infeudatione, de primo habetur. ff. de recep. arbi. L. i. & supra eo. li. ar. lviij. de secundo. C. de officio eius qui vi. alte. iudi. L. in causa, & supra eo. li. ar. viij. De tertio habetur. C. de peda. iudi. L. placet, & supra eo. li. ar. prędicti, tum & articulo presenti.

Vbicunq; locorum iudicium exercere potest. &c. k Nota tamē quod iudex secularis in certis locis iudiciū exercere non potest, sicut in locis sacris prostibulis, & item locis inhoneſtis, vt. C. de sen. & interlo. omniū iudicum. L. cum sententiam, &. ff. de reg. iuris. L. omnia quęcumq;, & extra de apel. c. qua fronte.

k. *Iudex secularis in certis locis iudiciū exercere non potest. Concordat Iure Mu. ar. x.*

Omnimodas actiones. &c. l sunt tamen certe quędam actiones quas secularis iudex iudicare non potest. m Primo occasione bonorū spiritualium vt extra de foro competenti. c. si diligenti, &. c. significasti. Secūdo si actio est cōtra personam spiritualem, vt in auten. vt clerici apud ppri. Episco. §. si vero coll. vi. n Tertio si querela sit contra mortuū ignoraturq; an mortuus sit, vt. ff. quę sen. rescin. pos. sine appella. L. penulti. in fi.

l. *Nota iudex iure potuādali iudicium exercere debet quando expetitur ab ipso occasione debiti manualis facti, quia non exapiūt manuale factum feriæ nec dies ligati, occasione feudi non nisi ante meridiem iudicatur alias non ligat sententia. Iudicij locus debet esse aptus & honestus alias sententia non ligat potest etiam ille excusari si non sit præsens, fe. c. lxy.*

In sua iurisdictione. &c. o Quid si duo quorum vnus sit actor & alter respondens conueniant suum iudicem in extraneo iudicio pro tunc existentem an iudicare inter eos debeat necne. R. quod non, non enim ibi gerit officium iudicis sed est tanq; persona priuata, cōponere tamen inter eos negotiū poterit p modum arbitrij. Si vero duo extranei & forenses extranee iurisdictioni subiecti ad iudicem in sua iurisdictione existentem in territorium q; suum veniant causam prosequi volentes eosdem iudicabit, vt. C. de offici. recto. prouin. L. iusissimos.

m. *Iudex secularis quasdam causas iudicare non potest.*

n. *Iur. Mu. ar. xxviij.*

o. *Iudex an in alia iurisditione iudicare ualeat. Concordat Iure ar. xxyiij.*

Dummodo actio eum non tangat p hoc distingue vel querela sit ratione bonorū extunc ex vtroq; eligere sibi iudicem possunt. C. vt omnes tā ciui. q; mili. L. nemo ex viris. Si vero sit querela pœnam expetens hoc est pro vita vel honore extunc non nisi superior iudex iudicabit, vt. C. ne quis in sua causa ius sibi dicēt. L. i.

p. *Iur. Mu. ar. xvij.*

Vel nisi Bannitus criminaliter accusatur, &c.

43

Contra bannitos etenim nonnisi in loco iudicij cōpetenti agendum est, nam nisi in loco iudicij cōpetenti respondere tenentur, ex eo qa ipsi etiam ibidem vnicuiq; ius dictare cogunt, quare & ibidem contra eos agi oportet, & hoc intellige si actio vergat in vitā vel honorem, vel si actor in Comitatu mansionem habet vel in territorio iudicij domiciliū possideat, vel vbi factum nō sit manuale alias secus erit, vt. C. vbi de crimi. agi. opor. L. i. &. ij Sub imperij banno. &c. q ideſt sub Regia cōertione vel pœna statuta quia ibi multā prestare cogitur sexaginta solidos, huiusmodiq; bannum seu coertionem necessario requirit, quod Rex cōferat iudici per infeudationē.

q. *Vide infra li. ij. ar. xij. li. iij. ar. lxiij. Iure Mu. ar. x. glo.*

In vna aduocatia. &c. hoc est in vno comitatu non potest esse nisi vnus Bannus regius.

Non poterit comes sine sculteto legittimū habere iudicium. &c. & hoc ex eo fit, quia in primis offerre eidem debet seipsum iudicandum vt infra li. iij. ar. lij. &. iij. q. vij. c. iudicet &. de sta. reli. c. ea quę. §. si vero & decensi. c. i. li. vi. & infra li. ij. ar. xvij. glo. r Sine offensa enim & omni vicio esse debet qui alium iudicare vult, vnde & iudiciū huiusmodi sub banno Regio ante meridiem exerceri sobrie debet vt infra. li. iij. ar. lxix.

r. *Qui iudicare alium uult sine offensa esse debet.*

Inobedientiā in iudicio liceat prohibere hoc est quod nullus ad iudiciū pertinens sine consensu iudicis exinde discedat, anteq; iudicium finiatur, & hoc intelligendum de scabinis actore & reo.

Insolentias. &c. hoc est demandare debet ne vnus alium verbo vel facto, vel alio quouismodo infestet aut aggrediatur.

Tandem vnusquisq; deo eo quod eū tangit. &c. f post huiusmodi enim solennitates tunc primū iudiciū efficitur bannitū, & iudex efficit iudex qui antehac fuit vt simplex homo.

f. *Iur. Mu. ar. xyiij.*

Articulus LX.

a. *Ferendarius in proposito dicitur aduocatus seu patronus siue causidicus siue rogatus, unde & de ferendarijs uide li. ij. ar. xiiij. Iur. Mu. ar. xvi & xlij. glo. Procurator uero proprie dicitur qui ex mandato aliqua administrat negotia L. i. ff. de procu. & ibi per glo.*

Sine ferendario a quisq; agere & se defendere potest, si damnum sibi per hoc eueniens (scilicet ut emissa sibi uerba dānosa b retractare non possit) uoluerit sustinere. Iudex ferendariū quemlibet primo postulatum dare debet & non alium nisi iure primus absoluatur. Ferendarium se esse nullus negare potest in iurisditiōe in qua residet, uel bōa possidet, uel in qua Ius & actionem prosequitur nisi cognato uel domino suo, uel uasallo hæc actio in uitam uel sanitatem aut famā si uinceretur extendatur, tunc contra eos & pro ipsius inimico iuste hoc recusabit.

b. *Et hoc itelligitur q per se in iudiao agit si ex uerbis damnum paatur releuari non potest.*

Glosa.

Iudex ferendarium quemlibet. &c. Vnde etiā dicit lex, cōmunis ait pretor. Si non habent aduocatum, ego dabo non solum his personis quibus pretor humanitatem solet exhibere. Verum etiam si quis alius sit qui certis ex causis vel ambitione aduersarij vel metu nō inuenit patronum, vt. ff. de postulan. li. i. §. ait pretor. Concordat etiā ad hoc. §. aduocatos in. L. nec quicquā. ff. de offi. proconsu. vbi innuitur quod iudex prouidere debet de aduocato fœminis pupillis debilibus, & his qui fuementis non sunt aliquo ex eis petente, & etiam non petente, & qui per aduersariorum potentiam aduocatum habere non possunt.

c. *Ferendarius q.t.*

Glosa.

A principio libri huius dictum est de hęreditatibus & corū successione, exinde etenim venit quod homines querelas instituūt iudiciarias, nā si vnus nihil habeat, nihil ab eo exigeretur, nec ad iudicium vocaretur, sed nec querela necessario eidē institueretur, posthac determinauerat de iudicibus coram quibus querela institui solet iuxta vniuscuiusq; necessitatem, vt in auten. vt omnes obedi. iudi. §. hęc considerantes coll. v. hic in articulo presenti dat modum & doctrinam quo pacto & per quē querela formari debeat, & dicit qd illud fieri debet per ferendarium.

Vnde pro intellectu articuli presentis aliqua notanda veniunt. Primo quid ferendarius sit. Secundo quis ferendarius esse potest. Tertio quis ferendarium habere non poterit. Quarto quę vtilitas ferendarij. Quinto quomō in iudicio ferēdarius obtineri debet. Sexto quo modo denegari se esse ferendariū potest. Septimo si pręcio conueniri possit. Octauo quā vtilitatem exinde habet quod ferendarius est. Nono quę pœna ferēdarij si iniuste egerit. c Quantum ad primum ferendarius seu patronus est qui sui amici vel etiam suipsius volūtatem iudici declarat, & contradicit illis qui suę voluntati contraueniunt, vt. ff. de postulan. L. i. &. iij. q. vij. c. infames, & in autē. de ref ferēdarijs sacri. pall. §. i. coll. ij. d Pro secundo ferendarius seu patronus esse non potest, seruus, surdus, infamis, iure priuatus, fœmina, cecus, puer, vt. ff. de postulan. L. i. &. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. Monachi etiam sacerdotes & acoliti, tum hij qui spirituale feudum habent

d. *Ferēdarius qs esse non poterit concordat Iur. Mu. ar. xvi. & xlij.*

coram iure seculari ferendarij esse nō possūt, vt extra ne clerici vel mona. per totū, extra de postulā. c. ex parte. xvi. q. i. c. placuit. Sed nec in iure spūali sacerdotes causas agere possunt nisi pro se, suis amicis, & indigētibus hominibus vt extra de postulan. c. i. & sequentibus. xiij. q. v. c. denicq; &. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. e Ferendarius etiā verbis minacibus causam agere non debet, vt. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. §. si quis adeo. Si quis etiam antehac iudex vel scabinus in aliqua causa fuerit signanter cum actio sit penalis in eadem ferendarius esse minime potest, vt. C. de assess. L. vlti. Item infamis si quis fuerit ferendarius esse nō potest, vt. ff. de postulan. L. i. &. iij. q. vij. c. infames. §. tria. f Infamis tamen signāter nō magna infamia procurare potest, p̄ parētibus, p̄ patrono cuius seruus erat, pro eius liberis, sororibus, fratribus, filiarum viris. Nurubus seu filiorū vxoribus vitrico, nouerca, pupillis, mēte captis, puellis & pauperibus, vt. iij. q. vij. c. infamis. §. tria &. §. omnes. Pugiles & qui cum bestijs decertant ferendarij esse non possunt vt. ff. de postulan. L. i. §. item senatus Vnde &, p̄ intellectu dictorum, nota versus sequentes non cuicūq; datur quod postulat, immo vetatur luminibus cassus mulicbria, passus adiector pene seruus puer actor arene, vide ad hanc materiam. C. de postulan. L. i. Accipitur tamen quādoq; ferendarius pro tutore sepiusq; in iure vnus loco alterius nominatur, vt. i. q. iij. c. saluator, & extra de procu. L. quia in causis. g Quantum ad tertium hęretici infideles, Iudęi ferendarios habere nō possunt, contra Christianos, vt. C. de postu lan. L. nemo & extra de hęreti. c. excōmunicamus. §. credentes. Qui etiam solus personaliter coram iudicio loqui ceperit ferēdario carere debet vt supra ar. xl viij. clarius tamē infra. li. iij. ar. xxx.

Pro quarto h ferendarij vtilitas est, si errauerit principalis verba eius retractare potest i & hoc ante sententiam latam sicut hic &. C. de errore aduocatorū. L. errores. k Quo ad quantum ferendarius obtineatur de consensu iudicis ad optata partis. Quod si ex mandato iudicis temerarie ferendarius id facere noluerit Iudex post modum eundem audire non tenebitur, immo a iudicio eundem propellere, vt iij. q. vij. c. infamis. §. tria &. §. si vero.

Pro sexto l ferendarius resistere potest verba alicuius loqui contra suum dominū, vasallū, amicum, familiam suam sicut hic &. ff. de penis. L. moris, contra vero alios homines verba loqui denegate minime poterit in illa iurisditione vbi pertiner, vel vbi causas agit. Aliter etiam cogi nō debet nisi quod sibi officium interdicatur. m Quantum ad septimū an videlicet ferendarius prętio cōueniri possit anceps & difficilis super eo est questio. Vñ si secundum rei veritatem vnus super eo decidere velit, multos exinde habebit emulos sententicq; suę aduersarios hostes. Dicunt enim quidam nullum probū decere ad patrocinādum aliquas causas signanter iniustas prędo conduci, habetur enim prouerbiorū. i. fili mi si lactauerint te peccatores ne acquiescas eis, si dixerint veni nobiscum insidiemur sanguini abscondamus tendiculas contra insontē. &c. ne ambules cū eis. Tum etiam in summa Bernardi doctrina datur, quod homo prudēs in consilijs dandis circumspectus esse debet in prędādoq; auxilio fidelis, hoc autem fieri nō potest cum vnus ad patrocinandū causam signanter iniustam prętio conducitur, fidelitas etenim ac animi sinceritas vnacum iniustitia simul stare nō possūt, sequitur ergo quod ad ius dandum vel illud promouendum prędo conduci non debet. n Ius enim in se sanctum est, & ira pecunia illud comaculare nullus audeat. ff. de vari. & extra ordi. cogni. L. prędes &. C. de vete. iur. enucle. L. deo autore. In contrarium tamen doctrina Isaię prophetę q dicit, melius ac tolerabilius est, quod vnus a iusto arguatur, q̄ quod a malis & puersis laudetur. Secundū cōmunē opinionem respondeo, quod ferendarius seu causidicus prędo conduci potest nec est contra illud quod dicitur quod nullus ad promouendum iniustitiā salariari debet, istud enim de iudicibus locum habet qui iustitiam vel iniustitiam facere possunt in iudicando vel testificando, quod ferendarijs non cōpetit, nam nec ipsi per se iudicium ferunt nec testificantur, & ita per iniustitiam nemini nocere possunt. Quod etiā dicebatur ferendarium amore dei & nō pro pecunia iustitiam promouere debere nec eandē prętio seu pecunia comaculare, magis est consilij q̄ prędceptum, vnde & in contrariū istius multa habentur iura quod videlicet. o Causidicus prętium licite pro labore suo accipere possit, vt. xij. q. ij. c. charitatem. Nullus em suo proprio stipendio alteri obsequiū & vtilitatē facere tenetur, vt. x. q. ij. c. precarie. Prędterea iure cautum esse legimus quod iurisconsulti consilia sua prętio impartire possunt, vt xi. q. iij. c. nō licet, vbi clare habetur quod, p̄ consilijs pecuniā accipere licet. Sequitur textus capituli. Non licet iudici vendere iustum iudicium & si liceat aduocato vendere iustū patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium &. xiij. q. v. c. non sane. Quod etiam dicebatur quod videlicet, prudentia iuris sancti emi vel diuendi minime debet, intelligit̄ de iudice ipso. Sententia etenim iudicis nullomodo emi vel diuendi debet, vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufragio. §. sic igit̄, coll. ij. & in auten. vt litti. iur. §. prędsentem, coll. ix. &. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua, & ver. venales, & extra de vi. & honesta. cleri. c. cum ab omni, &. C. quan. prouo. non est necesse. L. venales. In iuribus allegatis cauetur quod ad iudicium venientes actionemq; suam promouere volentes iurare debent, quod iudici nec

e. *Ferendarius uerbis minacibus causam agere non debet.*

f. *Infames ferendarij esse non possunt in certis casibus.*

g. *Ferendarium quis habere non poterit uide.*

h. *Ferendarij utilitas*

i *Quamdiu consensus super uerba ferēdarij non sit, uel si altera pars ortilegium non quæsiuit tunc ualebit reuocare uerba ferēdarij, seu. c. lxvij. Ferendarius iure seu dali nullus esse potest nisi sit uasallus domini.*

k *Ferendarius quomodo obtinetur.*

l. *Ferendarius quomodo tueri se debet ut uerba alicuius nō dicat*

m. *Ferendarius an prętio conueniri poterit.*

n. *Cōcordat ad id lex xij. tabu. hisce uerbis donum ne capiunto ne ue danto, neue pętenda, neue gerenda, neue potestate quisq; earum rerum migrasset noxie pena par esto, et item in alio loco, iudicem arbitrūue iure datum qui ob rē dicendā accepisse pecuniam conuictus est capite punito.*

o. *Ferendarius pro labore pretium licito ac apere potest.*

alicui alteri causam suam & actionem meliorem facere volentes, nec quicq̄ dederunt, sed nec dare volūt excepto eorum causidico seu ferendario & ita expresse habetur, quod ferēdarij licite pro eorum labore salarium accipere possunt, habetur etiā. ff. de varijs & extra ordinarijs cognici. L. i. §. si cui cautū, q̄d causidici seu aduocati pro vnaquaq; causa cētum solidos accipere possunt & non plus, facit apud nos quinq; libras, hoc idem etiam habetur. C. de aduo. diuerso. iudici. L. fori tui vbi Imperator innuere vult, quod quicquid vnus ex aduocatia lucratur eius est proprium nec patri suo cedit, sed nec cum fratribus diuidere cogitur. Verum illud solus retinet tanq̄ miles stipēdium suum. Sed nec iure nostro Saxonico vsquā legitur, quod ferendarij prętio conduci non possint nisi forsan paragraphū articuli presentis vsurpare sibi vnus velit, vbi dicitur quod ferendarium se nullus negare valeat, non tamē ad propositum trahi potest paragraphus allegatus, nō aliud enim intendit, q̄ quod is qui alicui iurisditiōi subiectus est, vel illic bona possidet vel actiones prosequitur ferendariū ibidem petenti se denegare non poterit, non tamen inhibet paragraphus iste quod salarium eis tribui non debeat.

P. *Vtilitas ferendariorum.*

Pro octauo P quam videlicet vtilitatem ferēdarius habeat, respondendū q quod est miles iuris, Imperatoriam etenim maiestatem nō solum armis decoratam sed & legibus oportet esse armatam vt vtrunq; tempus & bellorum & pacis recte possit gubernari, vt insti. in pro he. & in auten. vt om. obedi. iudici. §. i. col. v. Aduocatus siquidem r miles iuris dicitur, & quemadmodum milites belli sunt pacis protectores, ita hij sunt iuris defensores, vt insti. in ꝓ he. §. allegato &. C. de aduoca. diuerso. iudicio. L. aduocati. Immo vt supra dictū est quicquid ex aduocatia lucrauerit, illud cum nullo diuidere tenetur, vt. C. eo ti. L. fori.

Quantū ad vltimum quę pena sit ferendarij, sciendum quod ferendarius qui dolose in negotio agit principalis ita quod se beniuole conuincere admittat vel conductus per vinū, documentisq; & defensam ipsius rescians ad aduersarium se cōferat vel aduersarij causam defendat in damnū prioris domini, pœna illius est pro his excessibus quod infamis efficitur, vt. C. de aduoca. diuerso. iudi. L. i. &. ff. de preuari. L. si is.

q. *Hoc intellige de aduocato non autem de procuratore qui militiam non consequitur nam officium eius est utilissimum secundum Dynum in re. infamibus, extra de reg. Iur. li. vi. & C. de decurio L. si quis procuratorem li. x.*

r. *Aduocatus miles iuris dicitur.*

s. *Ferendariorū pœna qui perperā agūt.*

Articulus. LXI.

a. *Concordat infra li. iij. ar. xij & ar. lxxix. li. Mu. ar. xxvij.*

VBi quis aliquem conuenerit a ibi licite etiam reconuenietur.

Nullus actor prius interponere tenetur cautionē nisi sibi ad agendum alius terminus prefigatur. Qui fideiussorem habere nō poterit b nec ibidem habet hærediratem illum iudiciaria potestas reseruet si aliquem criminaliter accusat uel ipse accusatur. c Postulent unū ferendarium duo simul, cui illorum eundem dare uoluerit in arbitrio est iudicantis, c proponāt etiam duo simul actiōes. In iudice depēdet quē ex eis prius audire uoluerit secus est si unus eorū priorem actionis propositionem poterit comprobare d Titubans e si in suis dictis ceciderit sine dāno releuare & meliorare sua dicta ualebit. Si etiā clientulū cuius uerba locutus est p̄ uerba sua titubā tia neglexerit ille per aliū aduocatū suum poterit supplere defectum. Quilibet in terra f Saxoniæ iure ciuili dummodo sit bone famæ exceptis clericis ferēdarius esse potest. Fideiussorem autem statuere tenetur si ibidem bona aut hærediratem nō possideat pro mulcta iudicis & emēda partis aduerse exsoluenda, nō tamen prius nisi eandem demeruerit. Cum unus aliquem in ferēdarium accipit, ille licite pro suo principali in omnibus actionibus, tum etiam in ipsius defensionibus sine licentia iterata p̄ eo referat ac edisserat quæ necessario edisserenda ueniunt & hoc quamdiu iure sibi alienatus nō sit, uel unus aliū per liberam cessionem non derelinquat.

b. *Intellige ergo paragraphū istū in causa criminali secus in auili, uide ad hunc passum infra ar. lxvij li. ij. ar. iij. glo. Iur. mu ar. xvij. & xxvi. gl.*

c. *Iur. Mu. ar. xvi.*

d. *Iur. Mu. ar. xcvij.*

e. *Textus antiquus habet opiso & dicitur ille qui syllabas sæpe repetit ad eq; dictionem exprimere possit.*

f. *Ex isto liquet q̄d illegitimus ferendarius esse non potest nam ille in iure suo redargui poterit ut supra ar. xxxvij.*

Glosa.

Ibidem licite recōuenietur. &c. Vnde ad hoc dicit lex cōmunis & consequenter ego conuentus ab aliquo si vicissim velim conuenire eum statim quidē hoc non licet nisi apud eūdem iudicem, vtin auten. vt consequenter. C. de sen. interlo. omni. iudi. L. cum Papinianus, vbi inter aliqua dicitur, cuius in agendo quis obseruat arbitrium eum habere & cōtra

se iudicem in eodem negotio non dedigneť. Concordat. §. cuius in agendo. iij. q. viij. &. c. i. &. ij. de mutu. pe.

Glosa.

Articulus p̄sens partis respondentis quasdā tangit vtilitates. Euenit etenim ſpius ex astutia quadam quod vnus querulatur & accusat alium p̄ueniens ne & ipse accusetur. Ad obuiandum itaq; huic mālo ponitur cōstitutio p̄sens quod vbi quis aliquem cōuenerit, ibidem etiam per reconuentionem respondere tenetur.

Pro intellectu itaq; textus articuli p̄sentis, quędam ex ordine consideranda veniunt. Primo quo pacto reconuentiōalis querela, & qñ inchoari debeat. Secundo quo pacto formāda sit. Tertio in quibus casibus instituī recōuentionalis querela non possit. Quarto quid faciendum si actor querelam huiusmodi acceptare recuſet. Quinto quę p̄sone querelas huiusmodi acceptare tenenť & quę non. Sexto in quibus causis per reconuentionem accusari vnus potest vel non. Quantū ad primū & ſecundū sciendum quod iure antiquo querela reconuentionalis instituebatur in instanti post propositionem vnius cōtra alium sic videlicet quod cum vnus querelam proposuit suam, alter viceuersa responsione nondum facta contra eundem querelam item instituebat suam, & ita iudex exaudita vtrorūq; propositione & responſo ſimul decernebat negotium vtrumq;, vt extra de mutu. peti. c. i. ij. & de ordi. cogni. c. cum dilectus. Quod si respōdere ceperit contraria querela ommiſſa posthac non audiebatur. Iſtud tamen iure canonico abrogatum est, vt extra de reſcrip. c. diſpēdia. §. reus quoq; li. vi. vbi innuitur quod actor contra querelam respondentis propositā, respōdere tenetur iudicio durante. g Iure vero Saxonico querela reconuentionalis tunc instituitur cum vnus querulatur contra aliū per iudicemq; responſio sibi decernitur iſte tandem querat per ſententiam decerni, exquo quidem sibi respondere tenetur an ille viceuersa ad proposita ſese iuſtificare sibi non debeat, & decernetur quod ſic, vt. C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. cum Papinianus. Cū vero ab actore absoluetur eundem viceuersa pars respondens conueniat, vt infra li. iij. articulo. xij. h ¶ Quantum ad tertium sciendum quod tres sunt cauſe quando vnus viceuersa accusari seu reconueniri non poteſt. Primo si quis criminaliter accuſauerit te eundem criminaliter viceuersa accuſare non poteris. Etiam coram arbitris reconueniri vnus criminaliter non poteſt, vt extra de arbi. c. cū dilectus, iij. q. xi. c. i. & ſequētibus, nec obſtat in contrarium articulus infra lxix. eo. li. vbi dicitur. Qui mortuum vulneratumue comprehendendo iudicio aportauerat &c. Loquitur etenim ibi de illo qui compręhēdens aliquem pacis violatorem ipſum conuincere nititur in defectu ipſemet ſolus condemnatur, hic vero loquitur de illo qui per querelam aliqd agit, vel dic quod ibi loquitur de vno iudice, hic vero de arbitrario ſeu electo. Secūdo si accuſas aliquem pro feudo ille te ſuper proprio accuſare non poteſt niſi in eodem iudicio ſituatum ſit de quo vide ſupra ar. xiij. i Tertio respondere etiam iure reconuentionali non teneris pro tuo feudo niſi coram tuo domino vt in autē. de vſu. feu. §. p̄terea. col. .x. Pro quarto k ſi actor ad querelam reconuentionalem respondere ſe ſe recuſauerit etiā respondens ad ſuam propoſitionem respondere ſe ſe defendet, ſed nec iudex eidem iudicium miniſtrabit, vt ff. de procura. L. mutus. §. pena & C. de compenſa. L. necq; ſcriptura. & extra de mutu. peti. c. prudentiam. l Pro quinto omnes perſonę etiam ſpirituales facerdotes & monachi, ſi coram iure ſeculari actionem intentent ibidem reconuenti etiam respondere tenentur, vt. iij. q. viij. c. cuius in agēdo. &. ff. de iudi. L. ij. m Pro ſexto & vltimo pars respondens actorem accuſare poteſt recōuentionali iure in cauſis quę in aliis iudiciis incepte non ſunt, alias ēm ſi in alio iudicio iam terminate ſunt vel ſaltim inchoate aut tranſacte quia vt ſic reconuenire vnum non poteſt de primo habetur extra de reſti. ſpoli. c. audita & C. ſententiam reſcindi non poſſe. L. impetrata, de ſecundo vide In auten. de exiben. & introducen. §. illud quoq; col. v. de tertio extra de tranſac. c. i. &. C. eo. ti. L. cum mora. Nullus actor prius tenetur &c. ideſt niſi lite conteſtata extunc ibidem fideiuſſores ſtatuat quod actionem proſequi vult vel iure eandē dimittere ſicut hic, & C. de his qui accuſare poſ. L. qui crimen.

Qui fideiuſſorem habere non poterit, n vnde ſi vnus ſiue ſit actor ſiue respondens fideiuſſore carens vt textus habet detineatur per id iuri non derogat ſuo, nec famę ſuę bonę oberit, vt C. ex qui. cau. infa. alicu. irroga. L. infamię. Ius enim iſtud dictat & ſuader, vt C. de cuſto. reo. L. de his quos. & C. de priuatis. carce. L. iubemus.

Poſtulent ſi duo vnum ferendarium &c. o In paragrapho iſto & ſequenti exprimitur iudicis autoritas & facultas. Primo ſi duo petant ſimul vnum ferēdarium quod & raro euenit, in arbitrio iudicis est eundem fauere cui voluerit, ſicut hic, &. C. de poſtulan. L. prouidendum. Secundo ſi duo ſententiam expetant in arbitrio iudicis est primam ferre quam voluerit, vt. C. de errore aduoca. L. i.

Fideiuſſoriam autē ſtatuere tenetur &c. p Vti le itaq; procuratoribus est, vt a principio litis ſibi p̄cuſtodiant per ſententiam eis dari petentes ſi etin quantum damnum incidant aliquod quis euincere eoſdem debeat decernetur quod principalis. Interroget tandem iudicem an in eo contentus eſſe vult & vt ſic manet ſine damno.

Cum vnus aliquem in ferendarium accipit &c. per id reprehenditur ſtultorū quorūdam opinio qui dicunt quod ad quamlibet querelam vel responſionem tam actor q̄ respondens de nouo ferendarium expetere debeant qui verba illorum proponat, minime enim iſtud fieri deberet vt textus habet q̄diu iudiciū illud duret, q̄uis etiam actiones ſint plures & hoc hic tangitur, &. C. de accuſa. & inſcrip. L. ea quidem.

Et hoc q̄diu iure ſibi acceptus nō ſit. &c. Quo modo autem Ferendarius & quando, & ob quā cauſam vni iure adimitur ſeu denegat, vide ſupra ar. lx.

g. *Querela reconuētionalis iure ſaxonico quomodo inſtituitur.*

h. *Cauſe quando unus reconueniri non poteſt, concordat infra li. iij. ar. xij. glo.*

i. *Contrarium iſtius uide ſupra eo. li. ar. xiiij. in glo ubi practica ſuper eo habetur quod uidelicet reconueniri poteſt.*

k. *Actor querele reconuentionalis renuēs quid faciendū.*

l. *Querelas reconuentionales quæ perſonæ acceptare tenentur.*

m. *Quæ cauſæ per reconuentionem accuſari poſſunt & quæ non.*

n. *Fideiuſſoria carens ſi detineatur per id iuri non derogat ſuo, concordat Iure Mu. ar. xxvij.*

o. *Iudicis autoritas et facultas in iudicio.*

p. *Ferendariorum electa.*

tiamq; quærere debet inter duorū rationes hoc est iuxta quærelam & responſionem. k Interroget autem iudex ſecundum ſuum arbitrium & non ſecundū modum iuris nec ſecūdum dicta parcium nihil ad rem facere exiſtimatur. ¶ Sententia prius poſtulata primo erit pronuncti/anda, ¶ Actor & reus in qualibet cauſa tribus uicibus interloquātur quouſq; per preconem ad iudicium reuocētur. ¶ In omnibus locis est iudicium in quibus iudex ſententialiter hoc est per ſententias ſcabinorum iudicabit. ¶ Manifeſte coram iudicio qui ferendarium impetrauit loqui non debet. Interrogatus uero a iudice ſi dictis ſui ferendarij conſenciat reſpōdere cogitur ſic uel nō uel ad colloquendum ſeu conſultandum inducias poterit impetrare aut ſententiam increpare.

Articulus LXII

NVllus ad actionem a in iudicio nondum ceptā compellatur, quamdiu enim quis uoluerit ſibi illatum damnum poterit ſubticere. Si quis autem iniuriam ſibi illatam clamore iudiciario manifeſtauerit, hāc de iure debet proſequi quia clamor iudiciarius inceptio eſt actiōis. b Si quis in alterius detrimētum gladium ſuum euaginauerit gladius iudici applicatur. c Pro ſolo iudiciario clamore non iure proſequuto a clāmate iudici tres ſolidi nomine mulcte præſtātur. d Si uero eum proſequitur licet reus ab eius inſtantia & impetitione abſoluatur, damnū pro eo nullum ſentit e ſi duellia uerba interpoſita f nō fuerunt. Qui illate ſibi uiolentiæ neſcit auctorem ipſe eū ſuum uiolatorem in actione nominet abſolute. g Teſtes nomiati poſt ſex ſeptimanarum tempora h uel in cōtinenti ſi uoluerit producantur. i Debeat autem proprietas teſtibus probari hoc in cōtinenti uel in proximo iudicio fieri debet. Iudex ſemper hominē interrogare debet ſi dictis ſui ferendarij cōſenciat. Sentē/

a. *Fallit hoc in caſu diffamationis, ut. L. diſfamari cum ibi nota. C. de ingenuis & manu, ubi innuitur quod cum quis diffamari queat, iudex ad inſtantiam diffamati poteſt tempus illud præfigere intra quod agere debeat alias ultra tēpus non audietur uide etiam ad hanc materiam iur. Mu. ar. xlvij. glo.*

b. *Nomine gladij intelliguntur omnia arma. inſti. de publi. iudi. §. ītē lex, uide ad hunc paſſum Iur. Mu. ar xlvij. glo.*

c. *Circa id intelligi datur quod pro omnibus ſimpliabus clamoribus uel exceſſibus nō niſi tres ſolidi mulctæ iudicia dantur & uocatur mulcta leuis, pro exceſſibus uero grauibus ut homicidio uulneribus enormibus præſtatur mulcta ut infra li. iij. ar. lxiiij. expreſſe habetur, uide etiā ad hanc materiam infra li. ij. ar. xxvij. glo. arca finem.*

d. *Textus antiqui habent. Si uero cauſam debito modo proſequatur abſq; duello et ille euaſerit per ius iurandum actor liber erit a pena, niſi forte eundē duellaturer impetiſſet.*

e. *Concordat infra li. ij. ar. xxxvi. Iur Muni. ar. xlvi. & xlvij. & itē xxxviij. glo.*

f. *Cōcordat infra li. ij. ar. xxxvi. glo. ubi habetur, qd' iniuſte uēdicare uolens aliquid q̄uis Iudex ſibi admittat, hoc eū iuuare minime poteſt.*

g. *Textus uetuſtiores habent q ſe obligat per teſtes aliqd probare infra ſex hebdomadas uel ſtatim ſi uult ut faciat neceſſe eſt.*

h. *Concordat Iure mu. ar. lxxv.*

i. *Quomodo autem proprietas probatur uide ſupra articulo viij.*

k. *Intellige ſcabinos pro ſententia inuenienda*

l. *Litis conteſtatio eſt formale principium iudicij iure aulti.*

m. *Citatio non eſt proprie principium ſed præludiū iudicij.*

n. *Plebiſcitum. q. t. cō cordat Spe. Sax. li. ij. xlvij. Iur. Mu. ar. i. et xiiij.*

Inceptio eſt actionis. &c l Sic etiā de iure ciuili litis conteſtatio eſt formale principium iudicij, nec poteſt remitti per partes quia ad finem peruenire non poteſt vbi non eſt principium vt in ſpec. de ſen. prola. §. iuxta verſ. quid ſi de partium. m Citatio vero non eſt proprie principium ſed preludium iudicij, vt. C. quādo prouoca. non eſt neceſſ. L. i. in glo. & in auten. in me. litis. §. ſi in glo.

Ipſe enim ſuum violatorem in actione nominet abſolute. &c. per aliquas circumſtantias, licet non expreſſo nomine. Nominatim enim intelligitur ſi demonſtratiōe corporis, aut artificij aut affinitatis, vel alio mō res certificet vt. ff. de le. ij. L. ij. ff. de condi. et demō. L. ſi nominatim. ff. de le. iij. L. vxorem. §. ij. & de ſenten. excō. c. cōſtitutionē vide de hoc. li. vi.

Et ſententiam querere debet inter duorū rationes. Et ſic patet quod noſtrum ius comparatur plebiſcito. n Vnde dicit lex imperialis, Plebiſcitum eſt quod plebs plebeio magiſtratu interrogante veluti tribuno conſtituebat, vt Inſti. de iure natu. §. plebiſcitum.

Sententia prius poſtulata. &c. iuxta regulam qui prior appellat prior agat. Quę regula habetur. ff. de iudic. L. qui prior & in. c. cū dilectus de ordi. cog.

Glosa.

Ex textu clare habet quod nullus ad querelā cogi debet, nec iudex ipse propter cōmodū suum & auaritiam que est fomes omnis mali. Vñ si quis iudicū ad agendum aliquem cogere velit, signum est non zelo iustitie sed magis ex auaritia eundem facere velle, que maxime a iudice prēcaueri debet. o Auaritia siquidem est vna ex quatuor causis per quas iudicū inuertitur iudicium, & est mater omnis mali, vt in auten. vt iudi. sine quoquo, supra, §. cognitatio, coll. iij. & xi. q. iij. c. quatuor. Quod aūt nullus ad actionem cogi debeat leges etiā ipse suadent, vt. C. vt nemo inui. age. vel accusa. coga. L. inuitus. &. ff. de mune. & hono. L. rescripto, ibidē habetur, vbi nullus accusator est ibi & nullus iudex esse potest.

Sciendum tamen circa id P quod tria genera hominū sunt, qui ex necessitate agere & querulari tenent. Primo tutores pro iniuria pupillorum. Si enim tacuerint damnū euenies rependere tenerētur, vt. C. de arbi. tuto. L. nomina &. C. de admini. tuto. L. tutoris. Secundo pueri mortem seu homicidiū suorum parentum quia alias exhereditarentur, vt. C. ad silleia. L. i. Tertio vir p adulterio vxoris sue quia alias efficeretur infamis, vt. ff. ad le. Iul. de adulte. L. qui domū & sequentibus. Vnde & instare aliquis posset textum articuli locū non habere per leges iā allegatas, quia videlicet vnus secundū leges iā adductas ad querulandū cogitur. ℟. qd' textus articuli vbi dicitur quod nullus ad actionem compelli debet, intellige quod per iudicem cogi non poterit, sunt tamen certi casus vt iam tactum est, vbi vnus non quidem ad instantiam iudicis sed ex constitutionibus & iure ipso suadente querulare cogitur, si quis dicat responsionē istam esse insufficientē, nam ius ipsum sine mādato iudicis, nemini demandare quicq̄ pōt, nec iudex ipse absq; iuris adminiculo, si itaq; iudex mediante iure prēcipit aliquid, iudex ipse mandare videtur. ℟. cessiquidē iudex ex officio iuris cogit aliquem ad querulandū, iudicē tamen poena desup statuta ad id prēcipiendum compellit, quam & prestare teneretur si illud ommitteret, nam & penā desuper statutā non iudex ipse statuit sed ius ipsum, & ita ex cōsequenti ius ad querulandū cogit & non iudex, vt. xxiij. q. v. c. homicidas.

Quēritur q si in homicidio detentus quis sit cum amicisq; interfecti concordauerit, cū iudice vero minime, ex eo, qa iudex forsan multum ab eo expeteret, quod ipse prestare non posset, an vt sic actor vlterius actionem continuare debeat necne alias enim cogi videret. ℟. quod nō dicitur vt sic cogi. Articulus em disponit de actione nondū cepta instantia vero ista intelligitur cum iam actio incepta sit. Pro intellectu articuli presentis r ad hoc quod intelligatur ad quam actionem seu querelam vnus cogi potest necne, vide differentiam casuum ex quibus querela incidit. Quedā em est causa seu actio ipsi actori nociua non tamē est per querelam incepta, est tamē penalis ad hanc nullus cogi debet ad querulandū, vt. C vt nemo inui. age. vel accusa. L. inuitus. ff. de muneri. & hono. L. rescripto. Secundo actio ex qua querela oritur que etsiquidem penā aportat nulli tamen est nociua nisi ipsi soli q querulatur, sicut si quis querelā incipiens aufugerit, & iste si cepta est actio cogi per iudicem potest, vt eandem continuet & aliter nō, vt. C. de accusa. &. in scrip. L. ea quidem. Tertia actio seu querela si non continuaretur vel iudicaretur esset nociua toti cōmunitati. Vnde ad prosequendū huiusmodi actiones nedum cogere aliquem debet sed etiam nō accusatum dummodo factū manifestauerit sit cōuincq; poterit punire, sicut est turpitudo contra naturā, fornicatio, hęresis, falsificatio, homicidium vt in auten. de mandatis principū §. sed neq; col. iij. & infra li. iij. ar. xxiiij. Sequitur itaq; per modū epilogi quod causa in iudicio cepta continuari debet, vt in auten. vt liti. iur. col. ix.

Si quis iniuriam clamore manifestauerit hāc de iure debet prosequi. &c. Intellige si ex non prosequutione cōmunitati damni quid aferre debeat alias absoluitur tribus solidis mulcte, & desistere a querela poterit.

Si quis in alterius detrimentum gladiū euaginauerit. &c. de hoc vide. ff. ad le. Corne. de sicarijs. L. diuus Adrianus. In proposito q; nomine gladij alia arma & defendicula nociua intelliguntur, vt Instī. de publicis iudicijs §. item lex cornelia, &. ff. de verbo. significa. L. armorum.

Circa id doctrina dat iudicibus ipsis, s post q̄ enim vnus pro homicidio accusatus fuerit non de facili dimitti debet, excessiui em corrigendi sunt ne deus iram efundat suam, vt xxiij. q. v. c. si audieris. Si vero ad cōcordiam seu transactionē deuenerit negotiū illud, & in eo cautus iudex esse debet, ne in suspitionem auaritię incidat q̄d' videlicet auaritia ductus actionē instigaret. Primū itaq; operari reus debet vt secum occasiōe mulcte pro excessu cōponat, tandem cum actore seu principali occasiōe emende seu verigeldi determinet, si em prius cum actore cōponeret, cum iudice vero occasione mulcte propter forsan defectū non concordauerit, extunc videretur iudex non ratione querele proposite sed propter id quod expetitam pecuniam sibi non dedit iudicium expetere. Si autem primū cum iudice cōposuerit pecuniam iudex capiet, ex eo, quia permittit illum cū parte componere si potuerit. Quantum aūt mulcte iudici pro excessibus varijs prestatur in iure nostro Saxonico in multis locis clare descriptum habetur. ¶ Pro solo iudiciario clamore nō iure prosequuto. &c. hoc intellige vt in ꝓximę sequēti

O. *Auaritia est una causarum iudicū in uertendi.*

P. *Tria genera hominum qui agere & querulare ex necessitate coguntur.*

Jus a Lquandō lū cogīe et non in lep

q *Actionem incipiēs & cum parte componens an ad continuandū actionem cogi poterit.*

r. *Differentias causarum uide ad quam unus cogi potest & ad quam non, cōcordat Iur Mu. ar. xlvij. glo.*

s. *Doctrina iudicum in eliberando captuo*

46

t *In querela quam qs desistere uult tria possimum uitari debent ut non inadat pænam iudicis.*

articulo declarabitur, &. C. de calumni. L. mater. L. qui nō, &. L. calumnie. Vnde notandū t quod tria potissimū in querela vitari debent quam quis desistere vult ad hoc quod nō incidat pęnam iudicis. Primo quod diffamatorie querelam non instituat, vtpote furem vel latronem eundem nominando. Secundo qd' testes non nominet nec se ad illos trahat. Tertio quod aduersariū violenter non inuadat, quod si aliquid horum incurrerit mulctam iudici & accusato emendam soluere cogitur. Iste conditiones tangūtur in textu signanter prima & tertia ibi cū dicit si duellia verba interposita non fuerint. Cum enim quis duelliter aliquē aggreditur violēter inuadere ac diffamatorie eundē accusare videtur allegando cum suū malefactorē vel furem esse, vt. ff. de iniur. et famo. li. L. iniuriarum. In eoq; casu permittitur actori iusiurandū deferre vt reus iuret iniuriā se nō fecisse nedū iure nostro sed & legibus, vt. ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. §. hac lege. Quod etiam ad testimoniū producendum non acceleret si sine damno manere vult hoc tangitur ibi cū dicitur, testes nominati. &c. Q. d. si testes nominauerit hoc est ad testimoniū producendū se traxerit, defectūq; in eis paciatur damnum incidit, vt infra li. ij. ar. xij. & Insti. de pe. teme. litti. §. item actoris. Eum absolute nominet, hoc intelligendū est propter duo. Primo si spoliatus es, nec noueris illum qui id fecerit instituas querelā in generali contra illum qui id fecerit, quisquis ille sit, commodū exinde non aliud tibi erit, ni si quod actio non erit pernoctata. Secundo si violatorē derentum tenes, nomen tamen eius ignoras querela formari potest in hunc modum. Domine iudex ego querelam pono cōtra istū cōmonstrando eum, ita quod a iudice cognosci possit, vt. ff. de iiur. L. prętor edixit. ¶ Iudex hominē interrogare debet si dictis serendarij cōsenciat, &c. Quamdiu etenim principalis in dicta causidici non asentit immutare illud poterit, vt supra ar. lx. &. C. de errore aduocatorum. L. errores.

Sententiam querere inter duorum rationes. &c. exinde colligitur differētia Iuris imperialis & Saxonici. u Iure etenim imperiali & secundum leges iudex solus sentētiam pronūciat, vt. C. de sen. experi. L. i. Iure vero Saxonico. Iudex alium interrogat scabinū qui tandem vlterius populū interrogabit, vt instī. de iure gen. §. plebiscitū, &. ij. dis. c. i. x Vnde sententia seu hortilegiū non est aliud nisi decretū & decisio quam iudex in iudicio facit, p quā vnum absoluit, & alium condemnat, vt. ff. de re. iudi. L. i.

Interroget autem iudex secundum suū arbitrium nihil ad rem facere existimatur. &c. doctrina ex eo datur, quod Iudex equū sese prestare debet vtriq; parti tam actori q̄ respondēti, secus faciens iudiciū dei inuertere dicitur, fructusq; exinde proueniens in amaritudinē ęternę damnationis conuertetur, vt. xi. q. iij. c. quicunq;.

In omnibus locis est iudiciū. &c. Y Ex eo triplex doctrina datur. Primo pręcusoditur iudex vt diligenter premediter in cuius loco residet, loco etenim dei officium exercet quare iustam sententiam pronūctiare debet secus faciens denegare deum videtur, vt. xi. q. iij. c. existimant.

z Pręcauetur etiam actor ne proximū suum in dānum inducat, quodq; actionem sibi iniuste nō intentet, vt. xi. q. iij. c. nolite a Admonetur etiam respondens vt innocentiā & iustitiam suam solerter & prudenter defendat b si enim nō defenderit opprimetur, & errori cōsentire videbitur, vt. lxxxiij. dis. c. error. Vnde tutius est q̄d' in eo casu ferendarij habeat ne per sua verba de facili in damnum incidat.

u. *Glosa iste intrincate est & magis sensus eiusdem extendit se ad plebisatū q̄ ad sententiam, plebisatum sic quidē est quod plebs plebeio magistratu interrogante uelut tribuno constituebat, ut insti. de iur. gen. §. plebiscitum. Sententia uero iure saxonico hoc modo edicitur. Iudex etenim auditis partiū propositionibus & responsis scabinum sup sententia interrogat ipsi tandem colloquio cū alijs scabinis facto eandē ediat ac pronū ciat, ut infra li. ij. ar. xxj.*

x. *Sententia seu ortilegium q̄d sit, uide hoc idem infra li. ij. ar. iiij. li. iij ar. v.*

Articulus. LXIII

a. *Cōcordat Iur. Mu. ar. xxxv. uide hoc idē in forma.*

QVi duellum indicere uoluerit a sibi in generatione coequali, is iudicē petat ut sibi de iure liceat suum comprehendere seu inuadere uiolatorē, quē ibi prospicit cōstitutū, cum hæc licere fuerit ei pronunctiatum, tunc interroget qualiter eum comprehēdere debeat ut ei proficiat in iure suo b pronunctiabi tur quod mansuete in sui superiori foramine uestimenti, postquā eū ut sic comprehenderit & eundem cū licencia dimiserit quo pacto id accidit actor debet enodare, hoc tamen cū interlocutiōe uel in cōtinenti est faciendum. Tenebiturq; eundem c primo incusare quod ipse pacem in eo uiolauit in uia regia aut in uilla, aut ubicunq; hoc factum sit debet edissere ac declarare. Secundo accusabit eum quod ipse ei talem iniuriā & plagas apposuit quas poterit demonstrare per uulnera, & si sanata fuerint per cicatricem. Præterea accusabit eum quod ipsum in tantum suis rebus depredauit, ut merito ꝓ d

b. *Textus uetustiores habent, decernetur quod mansuete seu disaplinatæ, attingendo eum arca orā uestimenti & quærat tandem si friuolum aut temerarium in detnēdo se se ostē dat quod illud in iure suo sibi noceat sententabitur quod sic & tandem arripiat eum cum duobus digitis.*

c. *Hoc est tenebitur declarare ob quam causam ipsum ad duellum receperit.*

Y. *Iudicū cautela.*

z. *Actoris doctrina.*

a. *Respondentis regula.*

b. *Veritas non defensa opprimitur.*

his alicui duellū inferatur [d] iſte tres uiolentiæ & quærele ſunt ſimul ab eo proponende, quas ſi ſimul non propoſuerit eius duellum euaneſcit. Vlterius tandem dicat ibi ego eum perſonaliter uidi perſonalem, & eū cū iudiciario clamore infeſtaui quæ ſi falſus fuerit bene placeat uel contentus ſum. Si uero negauerit ego eū uincam ſicut terre incole uel banniti ſi regalis bānus in eo loco extiterit eſſe iuris promulgabūt. [e] Poſthac reus petat actiōis uarendā quæ ei eſt facienda [f] licite tamen poteſt quis actionem ſuam ante uarende præſtitionem in ſtatum perducere meliorem. Poſt uarendam factā reus ille ſuam præbeat innocentiam quæ eſt iuramentum & duelli acteptatio ſi fieri poteſt [g] puta ſi mutilatio nō interceſsit. [h] Quilibet homo poteſt duellum ſibi in generatione deteriori, ſed nō deterior meliori denegare. [i] Negare etiam poteſt quis duellum ſi poſt meridiem ei inferatur niſi prius fuerat iniciatū. Iudex uero clipeum cum gladio reo ſi indiget ordinabit. Duellum etiam unus litigantium cognatus ſi ipſi inuicē ſunt cognati poteſt prohibere ſi meſeptimus ſuo iuramento tantam inter eos eſse cognationem, ut de iure inuicem certare non debeant manifeſtet. Iudex cuiq; duos præbere debet qui uideant quod ſecundum cōſuetudinem præparentur quantum uoluerint de corio & lineo induant, dummodo frontes ideſt capita atq; pedes permaneant enudati In manibus nō niſi ſimplices habeant cirotecas, nudū in manu quilibet habeat gladium & cum uno uel pluribus ſecundum cuiuſq; arbitriū præcingatur clipeum ligneum corio tectum & non niſi umbonem ferreū in manu ferant & unam tunicā in duant cuius manice uſq; ad cubitū ſe extendant. Iudex circulo pacem ne quis eos impediat debet ſub pœna capitis demandare, Cuilibet eorum iudex unum qui arborem ſeu phallangam eius ferat ordinabit q ferētes neminem eorum ullatenus impediant. Sed ſi eorum quis ceciderit uel uulneratus fuerit, uel arborem pecierit & iudex hoc licenciauerit arborem interponant. Poſtq̄ circulo eſt pax nunciata tūc petere debēt circulū ſibi a iure licenciari quē eis iudex licenciabit. [k] De uaginis ferrum auferant niſi hoc eis a iudice concedatur. Ante iudicem accedere debent præparati, & iurare actor uidelicet, quod illa accuſatio uera ſit, & reus quod innocens ſit, ut ſic eos deus adiuuet in ſuo duello, ſplēdor ſolis eis diuidatur quando procedūt ſi reus uincitur condemnatur. Si uero uicerit donata ſibi ab actore emēda & iudici mulcta abſoluetur. Actor in circulum prior ueniat, & ſi reus uenire protraxerit iudex eum debet tribus uicibus per præconē in domo in qua preparat' adhibitis duobus bānitis euocare, qd' ſi in tertia uocatione non uenerit actor ſurgēdo ſe debet duello præſentare, [l] & uerberando contra uentum eū ſuperabit in quærela contra eum propoſita, ac iudex eum tanq̄ duello eſſet ſuperatus condemnabit.

[d] *In actione duelli tres quærelæ ſimul proponende.*

[e] *Cōcordat Iur. Mu. ar. xxxv. & xli.*

[f] *Ante uarēdæ præſtitionē quærela meliorari poteſt.*

[g] *Textus antiqui habent ideſt ſi non caret offiao membri alicuius ut tuto innocentiā clipeo & gladio declarare poſſet quia alias dare pugilem pro ſe poterit.*

[h] ARTICVLVS REPROBATVS.

[i] *Duellum quomodo denegari poterit.*

[k] *Textus uetuſtiores habent ferraturas in fine uaginarum abſq; licentia iudias nō portabunt.*

[l] *Alij textus habent bis percutiat ſeu ferit contra uentum & tertio figat in terram.*

Gloſa.

Qui duellum indicere voluerit. &c. Iſte articulus & ſequēs videlicet. lxiiij. ſunt per ius canonicū damnati vt extra de purga. ca. c. ex tuarum & de purga. vulga. per totum. [m] Et eſt

[m] *Duellum. q. t.*

47

duellum duorum voluntaria corporalis pugna gratia odij exaggerandi gloria criminis purgandi ſecundum Io. de lig. in. c. ij. de cleri. pugnan. in duel. [n] & eſt prohibitum iure canonico & etiam ciuili quia naturalis ratio dictat conſeruationē vniuerſi maximę ſpeciei. Sed duellum tendit ad mortem, & ad anihilationem, ergo lege canonica & ciuili prohibitū eſt duellū vt in iuribus, ſupra allega. &. C. de gladiatori. l. i. Itē qa abſurdiſſimum eſſet a fortitudine aſſumi iuſtitiam quod eſt delictorum occaſio. Neceſt fortitudo quę non eſt cū iuſtitia laudanda, ut in auc. vt om. obe. iudi. in prin. col. v. & ex hoc proueniunt corporū & etiam animarum pericula de tornea. c. i. & talis abuſus eſt inpreſcriptibilis quia per id deus temptari videtur contra Euangeliū Mathei. iiij. &. Luce. iiij. & de purga. vulga. c. fi. & per totum.

Poſt varendam reus ille ſuam prębeat innocentiā &c. [o] Iuramentum vero non eſt deferēdum in cauſis criminalibus vbi requiruntur probationes luce clariores, vt in. c. vlt. de iureiuran. cum concordan. ibi in gloſ. Tamē cōſcientia bene probatur per iuramentū vt notatur de teſti. preſentium, & de ſen. excom. ſi vero. Sicut & ignorantia, vt nota. de electi. c. innotuit, & eo. ti. c. vt circa li. vi. Et iuramentum non extenditur ad ea de quibus non eſt dictū vel cogitatum vel veriſimile cogitari de iur. veniens &. c. quanto, &. c. quinta vallis. P Et in iuramento magis debet attendi animus q̄ verba. xi. q. iij. anteceſſor & ibi ar. Et eſt ex parte iurantis perſonale. C. de iureiuran, propter calumni. L. principales. Sed ex parte eius cui iuratur eſt reale extra de dolo & contu. c. veritatis. xij. q. ij. Iō inquitate hoc eſt quod dicimus quod iuramentū tranſit ad hęredes recipientis non ad hęredem iurantis, nec ſortit hęres forum ex iuramento defuncti vt notat Ioan. An. in nouel. de foro. compe. c. vlti. li. vi. dic tamen quod iuramentum quantum ad ſpiritualitatem quę ei ineſt non tranſit ad ſucceſſorem iurantis, ſed bene tranſit quantum ad robur contractus. Nam ex perſona hęredis robur non mutatur.

Vt ſic deus eos adiuuet. &c. Cum aliqua iuramenta ſunt contraria, neceſſe eſt ſequi periurium quod iudex admittere non debet Iuramēta etiam talia non confirmant ea quę de ſui natura ſunt illicita & quorū obſeruātia immittunt peccatum alias ſic de iureiu. ad noſtram, &. c. veniens. &. c. quinta vallis &. c. cum contingat cum ſimilibus.

[n] *Duellum prohibitū iure canonico & ciuili.*

[o] *Iuramentū non eſt deferendum in criminalibus.*

[p] *In Iuramento magis debet attendi animus quam uerba.*

Gloſa.

Lex & cōſtitutio preſens occaſione duelli pro ſpeciali iure Saxonibus data ac ſancita eſt, qa alias priuilegium non eſſet [q] conſtitutio etem quę nihil ſingularis aut ſpecialis in ſe continet priuilegiū nuncupari nō poteſt nam priuilegiū ſemper aliquid ſpeciale habet, vt. iij. diſ. c. priuilegia & extra de verb. ſigni. c. abbate, &. ff. de legatis. iij. L. vxorem.

[q] *Priuilegium nuncupari non poteſt niſi aliquid ſpecialis contineat.*

Duellariter alloqui in propoſito agere in vitam ipſius dicitur, non tamen ſemper duellum alteri inferre admittitur niſi quando alter damnum ſuum probare nō poterit, vt ſic enim duellum iuſto admittitur ex parte illius qui ius habet vnde duellum [r] ex legibus Romanis ortū habet, vt inſti. de hęre. quę ab inteſta. defer. §. per contrarium. ff. ad le. aquili. L qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. de re. iudi. L. commodis. ff. de his qui nota inſa. L. atletas. C. quę res pigno. obli. L. ſpem &. ff. de dona. L. donationes.

Dicere quis poſſet quod duellum non eſt ſingulare Saxonibus ipſis vt iam dictum eſt nā & in legibus admittitur. R. quod ſolis dunataxat Saxonibus admiſſum eſt pro omnibus actionibus criminalibus duellum inferre. In legibus vero pro nulla alia cauſa duellū admittitur niſi cui obiectum ſit ſuper fraude imperij, vt. ff. ad le. aquili. L. qua actione. §. ſi qs in colluctatiōe, &. C. ad le. Iul. maieſ. l. ij. Cōtra iſtam reſponſſionem inſtare quis poſſet eā inſufficientem allegando nam & ſecundū leges vt communiter pro omnibus actionibus criminalibus duellum admttitur, & ita non erit commune Saxonibus ipſis vt in li. feu. de pa. tenen. &. quod a tempore Caroli Imperatoris vſq; ad tēpora Frederici duellum fuerat ſpeciale Saxonibus dūtaxat ipſis datum Fredericus vero ex iure priuato Saxonū ſtatuit illud pro communi iure, & ita a tempore eius duellum commune eſſe cepit, vt in li. feu. de pace tenen.

Is iudicem petat. &c. doctrina ex iſto elicitur quod q̄uis iniuria vnus afficitur. Iudex tamen ſui eſſe non debet, verum actionem iure proſequatur ſuam, ſi enim ſolus per ſe iniuriam iudicare velit, cauſam ſuam iuſtam, iniuſtam efficiet, vt in cōſti. frede. L. habita. col. x.

[r] *Duellū ex legibus ortum habet.*

Vnde duellarie alloqui volens aliquem tria in ſe habere debet. [s] Primo quod ille quē alloquitur ſibi ſit in generatione equalis. Secūdo quod illud faciat ante meridiem. [t] Tertio quod illas tres querelas proponat vt textus habet, quodq; ſuus conſanguineus nō ſit, vide ad id li. feu. de pace. tenen. §. ij. &. §. ruſticus de duello autem loqui parum vtilitatis eſt, ex conſuetudine enim venit, & eſt deuentum ad teſtimonium ſeptem virorum.

[s] *Duellariter alloqui unus uolēs aliquem tria in ſe ut habeat neceſſe eſt.*

[t] *Iur. Mu. ar. xxxv.*

Dicere quis poſſet declarationem gloſſe ſibi eſſe contrariam, dictum etenim eſt duellum eſſe cōmune, ita quod pro omnibus paſſim decernebatur iniurijs, iterum vero dicitur nō eſſe adeo commune ex conſuetudine enim venit. R. nullam in eo eſſe cōtrarietatē, duellum enim antehac commune fuit pro omnibus iniurijs poſt hac vero abrogatum nam & iuſtus quidoq; duello vinci poſſit quare nō niſi in tribus admittit caſibus. v Primo occaſiōe

[u] *Duellū niſi in tribus admittitur caſibus.*

prede manifeste cum aliter contra predonem pbari nō poterit sicut hic & infra li.ij.ar.lxxij li.seu.de pace teren.§.ij. Tum etiā si quid fraudis contra imperium fecerit. Secundo occasione sententię coram imperio reprobate, vt supra ar.xviij.& infra lib.ij.ar.iij. & ar. xij.§. viij.[x] Tertio si mortuū quis pro violentia inculpare velit, vt articulus sequens,& exinde liquet quod in certis casibus duellum abrogatum est in aliquibus vero admittitur,abrogationem enim iuris vitare debemus, vt in auten.qui.mo.na.effi.sui.§.tribus,col.vi. quod autem duellum deuenit ad testimoniū septem virorum est statutum Alberti imperatoris,& vocatur constitutio noua [y] & secundum eandem miles acquirit serendarium potestq; se defendere prędę sibi obiecte,& etiam conuincere prędonem aut furem mettertius, ciuis metquintus,rusticus simplex,metseptimus. Si vero reus testimonio septem virorū sese defendere poterit propior est q̄ quod actor eum conuincere deberet, [z] quia ius in huiusmodi casibus fauorabilius est reo q̄ actori, vt.ff.de reg.iur.L.fauorabiliores.ff. de acci. & obli.L.Arrianus.ff.de peti hęr.L.nec vlam.C.de dona.inter vir.& vxo.L.maritus.

x. Nota quod iuramentū calumniæ nō est usitatum iure saxonico,attamen cum actor proponit contra reum intelligitur habere causam et ita creditur sibi absq; iuramento qui si falsę accusat & non conuincat sustinet penā illam quam reus ferre cogeretur,& hoc in criminalibus ubi reus innocens sit.Sed si respōdens sit reus & posit actorem cōuincere strepitu iuris ex industria sua non debet in eum extendi corporalis pena sed uerigeldo emendet & hoc cum pena & emenda iuxta causæ exigentiam ut insti de pe. te.lib. §.1.& absoluitur respondens liber ab actore quod si actor conuincat respondentem & actor iniuste agat extunc contra actorem damnatio iterum sequitur xt. q.iij.nolite. Vide hoc idem li. seu. c.lxviij. de iuramento calumniæ uide infra li. iij. ar. xiiij. & lxiij.

y. Miles ciuis rusticus secundum sui statum diuersę unum connuncunt.

z. Concordat Iur. mu.ar.xxxv.

Articulus LXIIII.

PEr simile [a] & eodem etiam modo mortuus si in rapina uel furto occiditur superari debet.Si uero septem uirorū testimonio mortuū actor conuincere poterit [b] duello se præsentare contra eum non tenetur. [c] Q̄d si unus,qcūq; ille sit ex mortui cognatis ipsum mortuū duello a reatu imposito excusare uoluerit ipse omne dirimit testimonium, mortuusq; si proscriptus non apparuerit sine duello nō condemnetur.

a. Vide supra ar. L. & infra eo.ar. lxix. Iur.muni.ar.xxxviij.

b. Textus antiquiores habēt non oportet ipsum duellū inire

Glosa.

Per simile & eodem modo.&c. Erroneum est vt supra proximo articulo,& vide quod ibi scripsi & supra eodem li.ar.xviij.& infra.li.ij. ar.xij. cum similibus,& intellige quod est erroneum in ista parte qua actor approbat duellum,secus vero vbi admittit probationē. Et nota hic [d] quod statutū consuetudo & iuramentum non possunt quemquam astringere ad peccandum,& ideo talia super hoc dispōentia iura non valent, vt notatur de ver-

bo.signifi. constitutionem lib.vi.& ibi cōcor. et vide de delic.puero.c.ij.i glo.et p. hostiēn.

c. ARTICVLVS REPROBATVS Concordat infra li.iij ar.lxxxvij. & lxxxviij.Iur.muni.ar.xxxviij.

Glosa.

Articulus iste immutatus est per constitutionem nouam Marchionis Ottonis,seu verius per statutum Alberti Imperatoris vt prędicti articulo tactum est,ita quod malefactor cōuinci debet per testes,sicsz quod miles cōuincere aliquē posset merertius,ciuis metq̄ntus rusticus metseptimꝰ & id i marchia seruabat. Quęrere vnus possit exquoquidem constitutio noua occasione huiusmōi probationis sancita fuit,an ius vel lex de qua articulus prę-sens disponit robur & vigorem adhuc habeat.Quidam dicunt quod locū mīme habet. Consuetudo etenim seu plebiscitum alicuius prouintię quę in vsum venit ius opprimere dicitur,huiusmodiq; consuetudo pro iure habetur, vt.xi.dis.c. Ecclesiarum &.ff. de iurīs. om.iudi.L.i.& C.quę sit longa cōsuetudo.L. i.& ij.Rz.tamen & melius quod articulus prę-sens in hunc diem locum habet non obstantibus constitutionibus in contrarium datis, cōstitutiones etenim ille locū habent in proscriptis & bannitis quę in aliquibus locis prouintie proscripti declarati sunt,cōuincuntur etenim iuxta constitutiones vt iam dictum est. Qui vero proscripti vel banniti non sunt,& ita nec conuicti,sicut in proposito, mortuus in furto vel rapina occisus,qui nec dum superatus est quare defendi contra accusatorē poterit, [e] nulli eīn facto credendū est nisi sufficiēs appareat probatio.vt.C.de accusa.& rescrip.L.si quis homicidij. Quod etiam cōstitutio illa nō cōtradicat articulo prę-senti q̄d ęq; accusatus defendi poterit vt iam dictū est, ex his liquet si etenim mortuus vt prętactum est per testes defenderetur extunc liber dimitteretur mortuus,& actor homicida pronunctiabitur,quia qui mortuum vel vulneratū iudicio prę-sentauerit si in quęrela deficit vt violator & homicida solus condemnatur,vt infra ar.lxix.&. C.de calumniato.L.vlti. Si ergo ita esse deberet quod mortuū isti defenderent actoremq; in vita cōuincerent esset cōtra ius Saxonicū quod disponit,quod videlicet quiuis propior est vitā,sanitatem,aut bona sua defendere,q̄ aliquis eū conuincere poterit,vt supra eo.li.ar.viij.xv.&.xviij.infra li. ij.ar. xxxvi.li.iij.ar.xxxviij. Prętera fieri etiā posset si accusator ex odio aliquem occiderit & vltra id malefactum contra eum iuramento probare vellet,& per consequens mortuū (qui forsan innocens est excusareq; se nō potest conuincere) vt de penis.L.qui sententiā Concluditur itaq; si nulla probatio sit, quod occisus proscriptus esset,duello pro ipso decertatur,si etenim id non esset, extunc septē testium iuramēto ex cuiuscunq; parte siue sit actor siue reus producto vitam vnius aufe-

d. Statutum consuetudo & iuramentum non possūt unū astringere ad peccandum.

e. Facto credendum non est nisi appareat probatio.

48

f. Inter duo mala minus malum est eligendum.

tenet f inter duo tamen mala minus malum est eligēdum, vt.xiij.dis.c. nerui testiculorū. Sed istud minus malum est, quod duello decertēt & statuant iustitiam suā in deum,q̄ quod ex iuramento vita vni auferetur,nec obstat qd d occisor huic mortuo in iudicio aportato,surtum prędam vel aliqd aliud simile ad caput vel collū eius alligaret,per id pacis violatorē eum probare volens,quia si eum interficere potuit,etiam potens erat in caput vel collum eius alligare quicquid voluit.

Si proscriptus non apparuerit.&c.ex isto sequitur vbi sufficiēs probatio apparuerit,qd pro his duello decertare non oporter,& in eū sensum duellū per ius canonicum prohibet, ve extra de purga.vulga.per totum.

Articulus LXV

a. Vetustiores textus habent ita etiam conuinatur ad duellum receptus uel cui duellum illatū est, ꝓmiseritq; uel stipulatus fuerit cautionem interponens ut compareat et in termino non comparet assignato.

b. Textus uetustiores ita legūt paās uiolatores super quos esset actio pro uita uel sanitate si quis ad fideiussoriā receperit eosdē in termino limitato statuere promittens ad respondendum id non fecerit uel facere non ualuerit eorū recompensam soluere tenebitur non tamen p id iuri fideiussoris derogatur,uide ad hanc materiam Iur.Mu.ar. xxxi.glo.

c. Verigeldus quando exsoluitur.

d. Et sic solutio debiti probatur tribus testibus debitum autem post mortuam manū septem.

EST prout supradictū est uincitur etiam is cui in comprehensione duellum illatum est,& qui promisit,cautionemq; ad comparē dum interposuit in terminis tamen non comparuerit sibi assignatis.In iudicio condemnatus si uitā aut manum redimat sine iure & infamis erit. [b] Qui etiam aliquem actionem iniuriarum passum iudicio exhibere promiserit quod si facere nequiuerit cum suo absoluetur uerigeldo,& per hoc iuri non derogat suo. [c] Verigeldus post tres menses a tempore eius acqsitionis persoluetur.Omnia debita ante solutiōis diem cui debentur licite persoluantur dummodo in eo loco fuerint soluta, a quo creditor ea secure deportare poterit. [d] Ipse autem soluens ad id testimonio indiget duorum uirorum qui solutionem uiderunt,uel quod argēto aut cum nummis usualibus debitum persoluere sese obtulit,quā solutionem creditor minus iuste acceptare recusauit.

Glosa.

Cum suo absoluetur verigeldo.&c. Sic ergo proceditur contra fideiussorem,vt si promisit sub certa pœna illum exhibere agitur ad pœnam promissam vt hic & infra li.ij.ar.iiij. & li.iij.ar.ix.Er in terra Saxonię pœna nō potest esse incerta eum sit per iura municipalia taxata,& hęc pœna semper de iure cōmuni esset fisco applicanda,vt in.L.mulctarum.C. de modo mulcta.& hec vera quando fideiussor absq; dolo non exhibet. Si enim dolo facit quod reum nō exhibet,tunc poterit fideiussor extraordinarie puniri vel ad tēpus relegari,vel fustibus affici,vel forte acrius cōtra eum procedi, vt in.L.si quis reū,ff.de custo. & exhi.reo.&.C.de fideiuss.& mandato.L.si barsatoram &.C.ad turpili.L.ij.Nec in causa criminali fideiussor admittitur pro defensione rei,quia ad crimen publici & priuati iudicij prosequēdum frustra procurator interuenit prętęrq; pro illustri pſona,vt.ff.de pub. iudi.L.penulti.§.ad crimen,&.C.de iniur.L. fi.Item quia sic puniretur qui non deliquit quod iura nolunt.C.de pe.L.sancimus. Non enim fideiussor qui reum non exhibet est occidendus.xxiij.q.v.cum homo.In ciuili vero causa pōt fideiussor reum defendere eius in se susciptem iudicium,vt.C.de fideiusso.L.sancimus de his vide in spe.iij.par.titu.de accusati.§.sequitur ver.sed si dedit & sequen. Scias tamen fideiussorem liberari lata sententia, vt in.L.gręca.§.& post litem.ff.de fideiusso. secundum Baldum.

Aut cum nummis usualibus debita absolue re prębuit.&c. [e] Hic & infra li.ij.ar.xi.tangitur aliquid de oblatione,quę est interpretatiua solutio,requiritur enim quod oblatio fiat congruo loco & tempore vbi debetur,& qd alius cui offertur non habeat impedimentū, quo minus recipere possit.C.de soluci.L.ob signatione,&.ff.de solu.L.si soluturus,&.ff. de pigno.L.creditor.Requiritur etiam quod pecunia obsignetur & sub sigillo in sacro recludatur & deponatur in eadem sacram,si is cui offertur recipere nolit,nec eīn prodest oblatio sine cōsignatione vel econtra.C.de vsuris.L.ij.&.L.acceptam Item necesse est quod totum offeratur nō pars.C.de solutio.L.obsignatiōe,nisi ab initio ita conuenerit.ff.man. vel con.L.qui mutuam.§.i.Vel vbi non cōsiteor nisi partem debiti.ff.si certum pet.L. quidam.Item necesse est quod deposita duret alias si offerēs in proprios vsus conuertat nō est tutus.ff.de vsuris.L.debitor,&.C.de vsuris.l..acceptam in fi.& valet oblatio si fiat bona fide & cum effectu p alium sicut dicimus in solutione vera.Nec obstat.ff.quę in fraudem credi.L.ait prętor.§. illud,quia intelligitur quando verbo tantum fit oblatio & sic in fraudem,requiritur etiam quod fiat oblatio ei cui debetur,vel eo absente iudici,& si iudex deficiat tunc alijs honestis personis.C. de vsuris.L.si creditrici.Nō enim imputatur

e. De solutionis oblatione uide.

mihi si non habeo cui soluam.ff.de fidei cõmiss. L.vlti. hec oblatio operatur vt debitor liberetur, quis & pecunia amissa sit taliter deposita.ff.de arbi.L.arbiter, & de postu.c.i. §.si pecunia in fi. Et hec vera quando debitũ consistit in quantitate. Nam si species debetur tũc sufficit sola oblatio.ff.de soluti.L.qui decem §.i.& L.si debitor, per interitum em̃ rei que debetur nulla mora precedente contingit liberatio.ff.de solutio.L.verborũ, & de verbo.obligatio.L.si ex lega.&.L. nemo.§.i. Vide etiam notata infra ad hanc materiam &.L mora.& in.L.si ex legati causa.ff.de verbo. obligati.in reperto.per Bart. & Salice.

Et licet petitio pecunie ante diem fieri nõ potest, si tamẽ ante diem prestande pecunie agatur ex iusta causa ad interponendam cautionem fiat ad hoc condemnatio, vt.L.in omnibus.ff.de iudi.& vide etiam ibidem glossm cum remiss.

Glosa.

Ex articulo presenti colligitur quod vbi sufficiens probatio apparuerit, duello decertare non est necesse prout & superius tactum est. Preterea doctrina ex articulo isto datur f quod vnũ lus ex alio trahitur, similesq; casus vno & eodem iure decidi possunt, vt.C.de vete. iur.enuclean .L.deo autore.§.nulla, hec tamẽ similitudo non plus durare aut valere potest nisi in quantũ iure scripto confirmari poterit, vt.C.de vete.iur.enuclean.§.nulla.

In iudicio condemnatus.&c. Contrariũ istius videtur esse infra.li.ij.ar.xv. ℟. tamen vt ibidem declaratum est, &.C.ex qui.cau.infa. ali.irroga.L.non damnatos.

Sine iure & infamis erit.&c. hoc intellige p̃ ut supra circa arti.li. interpretatum habetur.

Qui etiam aliquem actionem iniuriarũ passum.&c. dixerat siquidẽ superius de fideiussoria occasione pecuniarũ bonorum mobilium hereditatum feudi.&c. hic tangitur de fideiussoria in actiõibus criminalibus hoc est cũ vnus fideiussoriam prestat pro aliquo contra quem querela in vitam vel sanitatem dirigit Vnde circa id notandũ quod q̃uis fideiusserie seu stipulationes cõmuniter omes siue sint iudiciales, caucionales siue cõmunes iudicijs interponuntur, vt.ff.de preto.stipu.L.i.in principio, & insti.de interdi. Sunt tamen aliq; fideiussorie cautionales que a iudicio naturã habẽt, & illarũ est quadruplex vtilitas. g Prima ad cauẽdum pro futuro damno cũ videlicet coram iudicio promittitur pro dãno si posthac euenerit, vt si vicinus tuus domum habeat ruinosam malam uel huic simile, ex qua timendum est de ruina domus tuq. Iudex tenetur prouidere cautionẽ de damno tuo vt.ff.de dam.infec.L.i.&.L.dies cautioni. Secũda cautio quę ex iudicio venit est cum promittitur ad sistendum & parendũ iuri, vt extra de dolo.& contuma.c.actor. li.vi.& supra ar.lxi. li.iij.ar.xvij.C.de epis.& cleri.L. generaliter lure nostro Saxonico huiusmodi cautio vocatur euictio seu potius varenda vt supra ar. xlvij.ff.rem rat.habe.L.i.&.L.procurator.§. si quis, supra eo li.ar.xlvij. Tertia cautio est quã tutores faciũt pupillis vt supra, ar.xxiij. In auten.vt hi qui obli.§.si vero col.vi.C.de fideius.tuto.& curato.L. eligere.C.de contrario iudi.tute.L.si pater. h Quarta cũ vnũ cautione interposita coram iudicio sistere promiserit sicut hic in textu, & hoc contigit dupliciter, aliquando enim vnus fideiubetur occasione debiti, & vt sic fideiussor p̃ ipso respõdere potest & omne ius illius in auxilium defense accipere sue, si conuincatur soluere pro illo cogitur siue sit multũ siue parũ, vt infra li.iij.ar.ix.&.x.C.de fideius.& manda.L.fideiussor, &.ff.eo.ti.L.sicut reus. Aliquando vero fideiubet vnus alium contra quem actio criminalis instituitur, vt hic in textu, & vt sic fideiussor respondere pro ipso non cogitur, ex eo, quia ius ipsius sustinere eum non oportet, quare soluto verigeldo absoluitur i vt.C. de fideius.& man.L. sancimus.ff.de custo.& exhibe.reo.L.si quis reum.

Et per hoc iuri non derogat suo.&c. etiam si ad fidem eundem sistere promiserit, sed nec ad vitam fideiussoris quicq̃ intentari debet, vt. C.de fideius.& man.L.sancimus.§. quod si. Vnde & circa id notandũ specialiter k quod fideiussoria in criminalibus facilior est q̃ occasione debiti quia prima absoluitur verigeldo quę ad summũ nisi ad decemocto talenta extenditur. Fideiussoria vero occasione debiti seu in actionibus ciuilibus sepius grauior fit, vt ex iam declaratis liquet. Vnde & doctrina iudicibus datur. l Cauere enim iudex vnusquisq; debet, quod cum actio pernoctata non sit nullum ad fideiussoriam dare presumat ne incurrat grauitatem aliquam. m Datur etiam & fideiussoribus alia doctrina quo pacto vnum cautione eliberare debeant. Fideiussor etenim eliberare per fideiussoriam aliquem volens iudicem adire debet p̃ro primo pro secundo, & pro tertio per sententiam interrogare, exquoquidẽ fideiussorem seu cautionariũ p̃ homine detento sese prebet an ad fideiussoriam dari non debeat, interponatq; ibidem fideiussor solidum scabinalem. Si iudex dicat velle illum ad cautionem dare sub centum talentis. In contrariũ fideiussor instare potest detentum viceuersa statuere velle corã iudicio vel pati id quod ius dictauerit iterũ instando an ad cautionem dari nõ debeat, decernetur quod dari debet si ad maiorẽ summam decernere fideiussoriam velit appellari poterit. Si vero secundũ statutum verigeldũ fideiussorq; decemocto talenta perdere voluerit eundem statuere non cogitur, dummõ in eius potestate non sit, vel eũ p̃sentare nõ possit &c. ¶ Verigeldus post tres menses, &c

f. *Similes casus uno & eodẽ decidi iure possunt.*

g. *Fideiussoriæ cautionalis utilitas.*

h. *Fideiussorum differẽtia ac eorundẽ cautela.*

i. *Rationes uide in glo infra ar.x. li.ij.*

k. *Fideiussoria in criminalibus facilior est in aultibus Concordat infra li. ij. ar. x. li.iij.ar.ix.Iur.Mu.ar. xxvij.*

l. *Iudicum cautela.*

m. *Fideiussorum doctrina.*

49

n. *Debitum non nisi in eo loco exsoluatur ubi promissum est.*

o. *Iure saxonico defendendo iniuriam suam unus iurare potest sed non in damnum alterius.*

p. *Occasione debiti ex pena triplex responsio.*

q. *Nota allegans solutionem illam probare debet hoc dicunt Mai debargen. uerum est si reus actori dat factam solutionem, secus si tertio ut in addi. infra li.ij.ar.v.*

r. *Iuramẽtum debitoris non eliberat fideiussores.*

vt.C.de fideius.& man.L.sancimus.

Omnia debita ante solutionis diem &c. vt C.de solu.L.obsignatiõe, ita vt soluatur in eo loco vbi obligatio facta sit n quemadmodũ enim debitum soluere vnus non tenetur nisi in eo loco vbi solutionem promiserit, vt insti de acti.§.loco. Ita etiam debitor non absoluitur nisi soluat in illo loco vbi sese obligauerat, vt C.de solu. L. obsignatione in fi. & ff. de fi. & man.L. fideiussor §. qui certo.

Ipse autem soluens testimonio indiget duorũ &c. Ex isto colligitur quod contra saxonem probatio per iuramentum venit prout & supra ar. xv. & xxiij. tactum est. Vnde & comuniter saxo iurare poterit cum sibi iniuriari vel damnum inferre quis velit o sed in damnum alterius ipse iurare non potest quia alter propior est sese expurgare, sicut & in proposito. Si alicui solutio debiti facta sit, illi vero admitteretur iuramentum quod nullam cepisset solutionem iuramento auferret pecuniã soluentis aliam enim facere cogeretur sibi solutionem quod fieri citra iustitiam non debet ¶ Nota quod ad querelã occasiõe debiti triplex inuenitur responsio p̃ & vna quęq; speciale ius habet si dicis quod mihi nihil teneris tibi iuramẽtum venit. q Si dicas quod te quittum & liberum ex huiusmodi debito feci ego contradico cum meo iuramento, si dicas quod soluisti, trium hominum venit iuramẽtum. ¶ Dicere vnus posset quod ista coincidere in vnum videntur, quia si mihi soluisses vel te liberum dimiserim nihil mihi teneberis quare tutius esse respondentem cum vno iuramento absolui q̃ cum pluribus ℟. quod nõ coincidũt signanter si fideiussores sint r dato enim quod tu iuraueris mihi nihil deberi per id fideiussores eliberare nõ poteris tuos quia illi adimplere tenentur, quod mihi sine dolo promiserunt, promissumq; recognoscere sine conditione. Si vero solutionem probaueris p̃ testes, fideiussores ipsos eliberas, vt insti. de exceptio. §. comparate, & infra li.iij.ar.lxxxv. fideiussores enim omnem defensam principalis in se actipere & ea vti possunt vt insti. de replica. §. exceptiones.

Vel debitum persoluere sese obtulit, vt. C. de solutionibus. L. obstinatione &. L. eum a quo

ptionis poterit testificari, attamen nulli sua uita propter eam proscriptionem auferetur b in qua non nominatim positus fuerat condemnatus. c Qui uitam aut manum liberauerit ei cõdẽnatã infamis iudicet.

Glosa.

Qui in facto comprehensus fuerit, &c. Vnde etiam dicit lex qui accusare volunt probationes habere debent. Actore enim non probante qui conuenitur, & si nihil prestiterit obtinebat, vt in.L. qui accusare. C. de eden. Item alibi dicitur. Sciant cuncti accusatores eam rem sedeferre debere in publicam notionẽ que munita sit testibus idoneis, vel instructa aptissimis documentis vel iudicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita, vt in L. vlti. C. de proba. Item ad hoc cõcor. C. eo. ti. L. actor vbi dicitur actor quod asseuerat probare se non posse profitendo reum necessitate monstrandi contrarium nõ astringit cũ per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. Item alibi cauetur ei incũbit p̃ probatio qui dicit non ei qui negat. ff. de proba. L. ij. Item dicit canon, non statim qui accusatur reus est sed qui cõuincitur criminosus, vt. xv. q. vij. c. scisscitantibus.

Qui vitam aut manum liberauerit. &c. Vnde dicit etiam lex imperialis non damnatos dũtaxat iniurię sed pactos quoq; perpetuũ infamat edictum, vt in. L. non damnatos. C. quibus ex causis alicui infamia irrogatur.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli nota d quod factum manuale dicitur quod in recenti patratũ est, vt infra. li. ij. ar. xxxv. & in recenti quęrulatur in instãtię iudicatur hoc est quod ille malefactor in instanti conuinci deber, quare nec ad caucionem dari vt supra dictum est &. C. de custo. reo. L. in quacunq; vbi dicitur In quacunq; causa reo exhibito siue accusator existat siue eũ publicę sollicitudinis cura produxerit, statim debet quęstio fieri vt noxius puniatur, innocens vero absoluatur. &c. Ibidem vide super eo legem nobilissimam.

Et septem virorum testimonia actor eũ vincere debet. &c. hic clare apparet quod Saxo testimonio conuinci potest, propter excessum, qui corporaliter probari poterit. Probatioq; huiusmodi in tantum valer, in quãtum apud malefactorem res corporaliter inuenitur, vel in facto cõprehensus sit, vel quia in fuga arreptus, vt. ff. de fur. L. fur est manifestus, &. L siue igitur, infra. li. ij. ar. xxxv. &. lxxi.

Quemadmodum & proscriptus superatur.

b. *Alij textus. habẽt cum ex nomine proscriptus seu condemnatus non sit.*

c. *Paragraphus iste pertinet ad præcedẽtem articulum.*

d. *Manuale factũ q.*

Articulus LXVI

Qui in facto comprehẽsus fuerit criminali seu manuali statim debet iudicio præsentari a & septem uirorũ testimonio actor eũ uincere debet quemadmodũ & proscriptus superatur, si factũ proscri/

a. *Concordat Iur. Mu. ar. lxx. & Cxy.*

&c. e Proscriptus etenim septem testimonio virorum conuincitur, vbi nō solum proscriptio nominari debet, sed & factum proscriptionis testificari oportet.

e. *Proscriptus quō cō uincatur.*

Quærere vnus posset nomine sufficeret proscriptionem solam probare, factum proscriptionis ommittēdo, nullus enim proscribitur nisi pro facto aliquo. ℟. quod non sufficit. Verum necesse est quod & factum illud probet. Nam proscriptus vt cōmuniter proscribitur propter id quia contumax fuit, iudicio q̄ cōparere spreuit & ita proscriptionē incidit, vt C. quomo. & quan. iudex sen. profer. L. cessante. Quare & actor contumatiam illam tū & proscriptionē subsequentē testimonio septē bannitorum aut aliorum ad ius pertinentiū proborum hominū testificare tenetur, vt supra ar. viij. & infra. li. iij. ar. lxxxviij. C. de accusa & inscrip. L. singuli, & alijs plerisq; ibidem legibus.

In qua nō nominatim positus fuerat. &c. Cōtrariū istius videtur esse supra ar. lxij. Vbi dicebatur qui illate violentię nescit autorem ipse eum nominet absolute. ℟. quod articulus iste non contrariatur paragrapho allegato, quia etsiquidem, vt ar. lxij. disponit nominati potest absolute, p̄sens vero paragraphus dicit, quod absolute nominatus in proscriptione, vita tamen ei adimi nō poterit. Vide etiam ad hanc materiam infra ar. xv, &. C. ex qui. cau. ali. infa. irroga. L. non damnatos.

Infamis iudicet. &c. hoc intellige, vt supra circa articulū li. declaratum est.

Articulus. LXVII

a. *Textus uetustiores habent quando contra absentem fit quærela ad proximum ātari debet iudicium*

b. *Nota quod q̄is ex beneficio huius iuris, ter reus debeat ātari nihilominus si in primo & secundo iudicio contumax fuerit tenetur ad expensas. L sanámus. C. de iudi. secūdum docto. & Iaso. L. qui ante calendas. ff. de uerbo. obliga. uide etiā ad hunc textū infra li. ij. ar. xxix. & li. ij. ar. iij. ubi in continēti*



Qui coram iudicio impetitur [a] præsensq; ibidem nō fuerit uicinum ei iudicium pro termino assignetur. Qui autem [b] pro uiolētia inculpatur ter citabitur datis semper inducijs duarum hebdomadarū. Si uero bannitus inculpatus sit itidem ter citabitur datis semper sex septimanarum inducijs sub banno imperij & ad legittimum locum iudicialem. Qui tribus edictis citatus non cōparuerit proscribetur [c] pro nulla tamē alia causa nisi quæ mortem [d] uel membri ammissionē inferat proscribi poterit.

Glosa.

In textu duplex e actio tangitur ciuilis videlicet & criminalis & secundū id etiam duplices termini ad comparendū assignantur Ciuilis actio vt est occasiōe debitorum damni illati. &c. terminusq; seu tempus in huiusmōi actione datur ad proximū sequēs iudicium. Actio vero criminalis est cum quid in pœnam querulatur, vt pro furto, præda, homicidio, incendio, & his similia, & in ista terminus assignat ad tres quindenas vt clare in textu habetur, &. C. de dila. L. siue pars.

Nota quod in actione criminali tria necessario consideranda veniunt. f Primo quod quę relam cautione f deiussoria ex vtroq; interponi oportet, vt supra ar. lxi. infra li. ij. ar. ix. .C. qui accusare pos. L. q crimen &. ff. de accusa. & inscrip. L. si cui crimen. Secundo q̄d in huiusmodi actione procedi non potest in alieno iudicio nisi vbi commissum est nefas, vel vbi domicilium habeat ille contra quem agere quis vult, vt supra ar. lx. vel respondere ibidem fuerit stipulatus, vt infra li. iij. arti. xxv. &. C. vbi de crimi. agi oportet. L. quęstiones. Tertio quod cum ad iudicem causa delata est transigi vel ad concordiam venire nō potest, accipiat vero si quis pecuniam ex cōcordia in causa huiusmōi, is redditur infamis vt supra arti. xxxviij. &. C. ex qui. cau. ali. infa. irroga. L. non damnatos.

Per citabitur datis semper inducijs. &c. Postq̄ enim vnus contra alium conqueritur, assignatur sibi terminus iudicialis ad quindenam Quindena vero aduenīente querela renouata, iterum datur tempus ad quindenam & tandē pro tertio. Si vero pro tertio termino non cōparuerit querela renouabitur, & accusatus tādem proscribitur.

Si vero bannitus inculpatus sit. &c. Vnde si contra bannitum seu scabinorum sede dignū actio iniuriarū proponitur, ter triplicate gradene seu triplices sex septimane terminus erit. Ratio quia bannitorū prouincia est sedes sua scabinalis, qui ergo cum accusat a sua prouincia eum euocare & trahere dicitur, sed cuilibet tali termius datur ter sex septimane, hoc & leges ipse admittunt, vt. C. de dilatiōibus. .L. quoniam.

Dicere quis posset, hanc declarationem quātum ad bannitos minime locum habere, nec enim extra suam prouinciam euocari videntur, nam coram proprio iudice & in suo loco iudiciali accusantur. Quare nec tam lōgas inducias ad respōdendū habere debent. ℟. q̄d etsiquidem in suo iudicio contra bannitū querulatur, quia tamē ille propter querelā assurgere & sedem suam scabinalem seu officiū deserere cogitur, quare ex sua prouincia trahi videtur, vt. C. ne quis in sua causa iud. di. L. i. & infra li. ij. ar. xij.

Qui tribus edictis citatus. &c. exinde patet quod non propter querelam factam nec propter debitum sed propter contumaciam quia videlicet non comparuit vnus proscribitur.

f. *In actione criminali tria considēranda.*

a. *Cōcordat Iur. Mu. ar. lxxxix.*

b. *Textus uetustiores habent aut sanguinolentum fecerit absq; carnis uulnere.*

c. *Q.d. tunc pacis uiolator collū demeretur, cum violentia in manuali facto probari posset, ut hic et li. ij ar. xxxvi. et xxxvij.*

d. *Textus antiqui habent cum uulneris cicatrice & uerbis duellaribus potest unus alium ad duellū prouocare.*

e. *Quod si uulnera carnis fuerint manū demeretur, ut infra li. ij. ar. xiij. & non uitam, ut li. ij. ar. xvi in fi. & li. ij. ar. xxxvij.*

f. *Concordat Iur. mu. ar. y.*

Pro nulla tamen alia causa. &c. Si enim vnus conqueratur occasione bonorum tribus vicibus, ex contumacia intromissio ei dabitur g Si in debito pignoratio, vt infra eo. li. arti. lxx. §. i. &. ij. & ita. non proscribitur, vt. C. de dote. L. finali, & Insti. de perpetu. & tempora, acti. §. non autem.

g. *Et illa seruabit actor annum integrū anteq̄ duendat post intromissionem uero infra annum & diem potest intromissioni contradicere & prorium obtinere persoluto debito & ueris impensis secundū Maidebur. ut infra eo li. ar. lxx.*

Articulus LXVIII

Qui alium baculauerit [a] ita quod loca tumescant lesa [b] uel cuti eius cruentas scissuras sine carnis uulneratione imposuerit, si hoc coram iudice præcone uel sculteto & villanis cum scissuris recētibus proponetur, & si ille ad emendandum uel ad excusandum se non præsentauerit tempore deputato cum scisura hac aut eius cicatrice [c] in proscriptiōne condemnetur. [d] Cum interpositione duellium uerborū potest qs alium capere ad duellum. e ¶ Sine carnis uulneratiōe, ut percucieñ. trudendo & iactando & alijs diuersis modis, potest etiam quis occidi aut uulnerari in quibus perpetrans manus uel uitæ suplicium incurrit aut proscriptionem. Pro quacunq; culpa aliquis proscribitur si in ea proscriptiōe cōprehēsus iudicio præsentat ultio suplicio subicit'. f si actor factum & proscriptionem edocere poterit. Si uero reus a proscriptione se absoluerit & iudicio se uoluntarie absq; detentione præsentauerit, ipse iuris beneficia sentit quasi proscriptionem nunquam sustinuisset.

Glosa.

Vel Sculteto & Villanis. &c. vide infra li. iij. ar. xxxvij. & li. ij. ar. xvi.

Vel ad excusandum se non presentauerit. &c. An autem contumacia sit crimen notatur in repetitione. c. finem de do. & contu. circa materiam rubrice quod scire est vtile ibi vide, & licet sententia super crimine lata est perpetua. C. de pœnis. L. seruus. Secus tamen si super cōtumatia, de constitu. c. ex literis.

Potest etiam quis occidi. &c. Nam appositione occisorū continentur etiam qui per vim qualitercunq; sunt interfecti puta iugulati, strangulati saxo fuste aut lapide percussi vel cum telo necati aut veneno extincti. ff. ad senatusconsultum Silla. L. i. §. occisorum. C. de male & mathe, L. i. &. ff. ad le. aquili. L. sed etsi quemcunq; &. L. qua actione. §. occisum. Pro quacunq; culpa. &c. & sic videtur g q̄d proscriptus vel bannitus habetur pro cōfesso. sicut & alias haberi potest ex forma statuti. Sed an ista ficta confessio infamat quod videtur, vt. C. de interdic. matri. L. si tutor. Sed contrarium est verum quia ista ficta confessio ex contumatia non infamat ob dictā. L. quia ibi ex facto oriebatur fictio scz decreto nō ex cōtumatia de hoc per Bald. in addi. spe. ti. de sen. proba.

g. *Proscriptus an pro confesso habeatur.*

Glosa.

Autor priuilegij Ecke de Repkau hunc articulum posuit ad similitudinem cuiusdā specialis querele, determinauerat etenim antehac de querelis ciuilibus post modum vero de criminalibus, querela vero de qua articulus presens, dicitur mixta hoc est quia nec est precise ciuilis, nec per directum criminalis quę & in legibus actio iniuriarum nuncupatur, vt. ff. de iniur. & fa. libel. L. iniuria. Vnde pro intellectu textus clariori. h Sciendum quod iniuria dicitur omē illud quod contra ius fit, vel quod iure non fit, hic autem iniuria proprię accipit pro cōtumelia, vt. ff. de iniur. L, iniuria, & insti. eo. ti. §. generaliter.

h. *Iniuria qd sit? Cōcor. lat. Iur. Mu. ar. lxxxix. glo.*

Notandum pretereai quod iniuria seu contumelia triplex inuenitur. Prima dehonestās & damnosa, vt si quis alium tanq̄ debitorem accusat. & pignorat, cum tamen sibi nihil debeat vel teneatur, vt insti. de iniur. §. iniuria autem. k Secūda dehonestans & pœnalis, vt cū quis percutitur vel alia simili iniuria afficitur vt hic in textu & infra li. ij. arti. xvi. Tertia est dehonestans tantum sicut cū quis verbis impetitur inhonestis, vt. ff. eo. ti. L. i. & infra li. ij ar. xvi. insti. eo. ti. §. i.

i. *Iniuria seu cōtumelia triplex inuenitur.*

k. *Cōcordat Iur. mu. ar. lxxxix.*

l Huiusmodi iniurię itidem & actiones earum cōmiscuntur adinuicem quia illud q̄d est damnosum & dehonestans, etiā fit pœnale. Aut in corpore, aut in bonis, aut in honore. Et itē illud quod est pœnale in his tribus enumeratis, etiā est dānosum, & quemadmodū causę huiusmodi querelarum miscuntur adinuicem, ita & querele commiscri possunt, sic videlicet, quod quandoq; ciuiliter quandoq; criminaliter institui poterint. Et quamuis criminaliter quandoq; instituatur, potest ciuilis fieri, & hoc cum accusatus iudicio cō-

l. *Actiones iniuriarū & duiliter et criminaliter istitui possit*

paret absoluatq; se a facto cū mulcta & emē-
da & ita manet ciuis in statu suo, vt li.ij. ar.
xvi.&.xxx. & li.iij.ar.xlv. Ediuerso etiam si
actio ciuiliter instituatur, ita quod sine clamo
re iudicialiter proposita ad pecuniamq; taxa
tam sit, ille vero venire aut iudicio constitui ne
glexerit actio illa efficitur pœnalis, & reus p
scribetur, & istud totum dependet in actore,
qualiter querelā instituere vult, vt insti. de in-
iur. §. in summa. ff. eo. ti. L. constitutionibus.
Intellige tamen aliquam contumeliam esse le
uem & de ista loquitur hic, eandē actor quo-
modocunq; vult proponere potest, & sibi nō
nisi sua cedit emenda.

m. *Iniuriam augmē tanta.*

Considerandum insuper [m] quod quedā sunt
iniuriam augmentantia seu iniuria ipsa diuer-
simode adaugetur & extenditur videlicet ex
facto vt cum quis alium vulnerauerit magis
deliquit, q̄ si simplicibus & leuibus eundem
percusserit verberibus. [n] Secundo locus fa-
cit atrociorem iniuriam vt si quis baculo per
cussus fuerit in foro publico vel in Ecclesia,
magis puniendus venit q̄ si priuatim hoc fe-
cerit. Tertio ex parte psonę cui infertur, sicut
si puer deliquerit in patrem, vel vilis perso-
na in magnificam. Quarto ex parte membri
lesi vt si in oculum percusserit quis alium ma-
ior iniuria q̄ si in dorsum eundem verberaue
rit, vt insti. de iniur. §. atrox &. C. eo. ti. L. iij.
Attendendū preterea [o] quod querela huiusmo-
di iniuriarum quedā habet specialia. Primo
iniuriam mulieri mihi desponsate illatam
possum ego querulare eius pater & ipsa sola,
infertur etenim iniuria nedum sibi soli sed &
patri, & mihi viro suo, vt insti. eo. ti. §. patit,
&. ff. eo. ti. L. item. §. sponsum. Secundo iniu-
riam seu cōtumeliam mihi illatam, nec vxor
nec pueri intentare possunt, ego enim illorū
tutor sum & non econtra, vt insti. de iniur. §.
patitur, &. ff. eo. ti. L. quod si viro. P Tertio
quia contumelia seu iniuria secundum perso-
nam nobiliorem vel viliorem rependi debet,
facilius enim absoluitur in vilem personā de-
linquens q̄ si in nobilem vel magnificam per
sonam deliquerit, emende etenim pro excel-
sibus iuxta vniuscuiusq; generationem exol-
uuntur, vt infra li.iij.ar.xlv. & insti. de iniur.
§. pœna.

n. *Iniuriarum quære læ specialia.*

o. *Iniuriā uxoris qs quærulare potest.*

Circa id inter nonnullos qui articulum pre-
sentem lusq; Saxonicū, tum & paragraphū
allegatum insti. de iniur. §. pœna, non intelli-
gunt. Quędam exoritur cōtrouersia Inniteñ
enim paragtapho prętacto dicunt quod is q
iniuriam vel contumeliā patitur, taxare can-
dem ad summam pecuniariam prout volue-
rit possit, & secundum quod taxauerit repen-
di eidem emenda deberet & hoc hisce ver-
bis. Domine iudex ego querelam instituo cō
tra. N. quod ab ipso iniuria affectus sum ver-
beratus, vel famę meę bonę leuipendiū pas-
sus, quā & estimo seu taxo, ad decemocto li-
bras. Accusatus tandē si recognoscat, actor
taxatam emendam decemocto libras expe-
rat. Si vero negauerit iurare cogitur. Id tamē
fieri minime debet, secūdum Ius Saxonicū,
Emēda etenim vniuscuiusq; est statuta & de-
terminata nec aliam maiorem soluere opor-
tet, nisi prout secundum vniuscuiusq; genera-
tionem statuta est. Sed nec ius Imperiale, &
presertim paragraphus allegatus Insti. de in-
iur. §. pœna, discrepat in eo casu a iure Saxo-
nico, non enim intendit quod actor iniuriam
sibi illatam querulans eandem precise taxa-
re & decernere deberet. Verum estimare qui-
dem iniuriam sibi factam potest, in arbitrio ta
men iudicis erit eandem vel decernere vel mi
nuere si enim secundum voluntatem actoris
estimatio iniurię sequi deberet, idem esset &
actor & Iudex quod fieri minime debet, vt.
C. ne quis in sua causa ius sibi. di. L. i. hoc iti-
dem etiam euenit iure nostro, quod sententiā
inuenieñ decernunt non secundum quod par
tes optauerint, sed prout eis equum & iustū
videbitur. Et quia iure nostro Saxonico, vt
supra tactum est, emende & pœne secundum
vniuscuiusq; generationem taxate sunt & sta-
tute. Quare de facili per iudicem inuenitur,
vnde dato quod quis pro contumelia aliquā
magnam summam, vtpote decemocto li-
bras vel simile in iudicio postularet, reus iusto
iurare potest quod non demeruit tantum cō
tra eum quod decemocto libras soluere co-
geretur quia emenda secundum Saxones nō
nisi ad triginta solidos extēditur, q & illa vo
catur maxima emenda.

q. *Maxima emēda ad triginta solidos exten ditur, concordat Iur. Mu. ar. lxxxvij. Iudices tamen ob contumatiā & delictum inobedię tes punire possunt L. .i. ff. si quis ius dice. nō obtem. & insti. de in- iur. §. in summa, uide etiā ad id C. de modo multarum per totū.*

Pro quacunq; culpa, &c. Q. d. cōtumelia seu
iniuria coram iudicio proposita magna siue
parua siue vulnera sint liuida, siue sanguino-
lenta reus proscribitur, si emendare non vult
nec iudicio comparet, dato quod querela in-
primis criminaliter instituta non sit nec in vi
tam se extendebat, proscriptio tamen que p
pter id subsequuta est in vitam eius extendit,
vt. ff. de iniurijs. L. prętor edixit, & insti. eo. ti.
. §. in summa. C. de bonis proscrip. & damna
. L. si quis.

Si vero reus a proscriptiōe se absoluerit. &c.
ad id vide. C. de sen. pas. & resti. L. casus.

Quasi proscriptiōem nūquā sustinuisset. &c.
Quia quod sibi proscriptio damni attulit, il-
lud gratia quod videlicet a proscriptione se
eliberauerat adimpler, vt infra. li.ij.ar.iiij. C.
de sen. pas. & resti. L. vlti.

Articulus. LXIX

Vi etiam mortuū uul neratumue [a] comprehē
dendo iudicio appule-
rit [b] & ipsum uiolatorē
esse, cum duello uel sine duello su-
perare pretendat, si in hoc defecerit

a. *Hic locus est ubi iure saxonico habe- tur pœna talionis.*

b. *Concordat supra ar. l. & lxiiij. Iur. Mu. ar. xxxviij.*

ipsemet ut pacis uiolator condem-
netur.

Glosa.

c. *De pœna talionis uide supra ar. l. & infra li.ij. ar. lxiiij. in fi. glo. & ar. lxxi. in textu & glo. fi.*

Qui etiam mortuum vulneratū. &c. [c] Et sic
hic est casus vbi locum habet pena talionis.
Nam alias per statutum vel per consuetudinē
potest tolli inscriptio ad pœnam talionis vi-
de in specu. de libel. cōcep. §. fi. post pri. & in
. L. momentarie. C. vnde vi secundum Bold.

Glosa.

Per constitutionem presentem precauetur ne
quis ex odio alicui iniurietur, sed vel maxi-
me ne alium occidat, occisoq; crimen aliqd
impingat, sed nec allegare debet aliquam ex
traneam causam & falsam vt condemnetur ali
quis, quia alias peccare in eo dicitur [d] Vt in-
ueniens aliquem in lecto decumbentem cum
vxore parcensq; honestati vxoris dicit eū pre
uenturum furto, & cōuincit eum, periurus es-
ficit. Quia iurat & impingit sibi factū vtpote
furtum quod tamē reus nō patrauit, vt supra
ar. lxij. & li.iij.ar. lxxxviij. &. xxij. q.ij. c. ani-
maduerteñ. immo & homicida efficitur, vt.
xxiij. q. v. c. de occidendis. Est etiam inuersor
veri & recti iudicij propter amorem coniugis
suę quod grauissimum peccatum est, vt. xi. q
iij. c. quatuor, & extra de reg. iur. c. vlti. li. vi.
Aduertendum etiam [e] quod iudex vulnera-
to seu damnato aliam pœnam decernere non
debet nisi a iure decretam, etiam si damnatus
petat f quia vt sic reus erit animę & sanguinis
eius, sanguinis quidē quia eum occidit & nō
sententia iudicij decreta, vt si decernatur rota
plecti, iudex caput amputare facit, iiusie agit
non enim potestatem habet creaturam occide
re dei, sed iudicio duntaxat ipso hęc facultas
data est, vt. xxiij. q. v. c. iudex. Monendi ergo
iudices veniūt vt non ex fauore vel odio sen-
tentias pronūcient penasq; a iure statutas ex
cedere non debent, vt infra li.ij.ar.xiij. C. de
pœna iudi. qui. ma. iudi. L. de eo. &. xi. q.iij. c.
nō licet. Animę vero ipsius reus erit quia qui
metu pœne aliam sibi eligit & petit mortē q̄
quod sibi decreta sit seipsum interficit, qui ve
ro seipsum interficit inter damnatos compu-
tatur, vt. xxiij. q. v. c. placuit. Iudicis vero of-
ficium est transgressores punire, vt salui fiant
nō vt cōdemnent, vt in autē. de man. princi.
Si in hoc defecerit. &c. Vnde qui aliquem in
terficit interfectumq; iudicio aportat si illum
non conuincit, vt homicida condemnatur,
notum enim est, quod ille eum interfecerit &
ita facto suo conuincitur vt textus habet, &.
C. de calumnia. L. fallaciter, &. L. quisquis, &
in li. feu. de pa. tenen. col. x.

d. *Adulterum præue- niens apud uxorē non deb et sibi furti impin gere crimen..*

e. *Iudex damnato aliā nō debet infligere pœ nam nisi à iure decre tam.*

f. *Concordat infra li. .ij. ar. xiij. Vnde ex ipso liquet quod iudex non debet pœnam iu- ris mitigare per L. aut damnum §. proin de. ff. de pe. & L. etsi seuerior. C. ex qui. cau. infa. irroga.*

a. *Alij addunt quæ si bi diæ pertinere, præ cticam huius uide Iur Mu. ar. xxiij. glo.*

Articulus LXX

Onqueratur aūt si quis tribus uicibus [a] sup bo-
nis ipse extunc mitetur in possessionem corū-
dem [b] de qua eum eicere non cōce-
ditur nisi per iustam quærelam. Illi autem immissioni potest alter utpo te eiectus in annali spacio contradi cere cum suo iuramento [c] si ab eo prædicta bona in tribus legittimis terminis iudicialibus extunc proxi-mis ab impeticiōibus defendantur. Agatur autem actione debitorum contra absentem & qui ad hoc iudi ciū non pertineat, ei ut infra quin-denam persoluat uel iuri suo se ex-cusset a iudiciaria autoritate denun-cietur, quod si nō fecerit pro debitis debet pignorari [d] & per tres quin-denas pignus si postulet debet ac-comodari, qd si non postuletur ni-hilominus per sex hebdomadas re-seruabitur, & si infra hoc tempus se ab actione nō absoluat, postmodū se absoluere non ualebit nisi legitti-me impediatur, pignus illud tandē exponetur aut uendatur si pro debi tis non poterit obligari & si plus ua luerit reo reddatur. [e] Si uero minus iterum pignorando debita adimple antur, [f] Contra quem actio iniu-riarum cum clamore iudiciario pro ponetur dum adhuc iniuria nō sit pernoctata. [g] Si actor septem uiro rum testimonio factum poterit cō-probare statim reus proscribetur. Si uero ordinarius extra suam dege rit iurisditionem tunc actionem pre coni [h] in loco iudicis manifestet, & quamcito iudex ingressus fuerit iu risditionē, ipsum proscribet. [i] Si ac-tor actionem suam primo inchoatā cum testibus manifestet.

b. *Concordat infra li.ij.ar.lxxxiij. & li.iij.ar. lxxxiij. Iu. Mu.ar.xxix.et .cx ix clarius tamen Cxl. Vnde & acc tus, fundum hæred tatesq; iacētes in nali spatio eliber re poterit, ut supra arca ar.lxvij.*

c. *Idest oportebit sum bona illa po omnia defendere proximis tribus iu- cijs oibus de se qu rulantibus respon dere.*

d. *Hoc est pignus debet dari ad fidei iussoriam creation ut illud denūciet in bus uiabus de quin dena in quindenam*

e. *Alij textus ha bent tociens pigne retur quoad debitū integre psoluatur.*

f. *Concordat infra. li.ij.ar.lxiij. & Iur. muni. ar.xxxvi.*

g. *Secus si pernocta ta fuerit quia tunc ad fideiussoriam da ri poterit.*

h. *Vtilitas exinde erit quia ut sic facti nō erit pernocta tū.*

i. *Textus uetustio- res habent et si hoc testari poterit pri ma die cū iudex ad iurisditionē uenerit reus proscribetur ac si uiolēta codē die contigisset.*

Glosa.

Conqueratur autem si quis tribus vicibus. &c. Vnde etiam dicit lex imperialis cõsentaneum iuri fuit temporibus ad presentiã partis aduerse prescriptis presidem prouintię impleta iuris solẽnitate & aduersario tuo ternis literis, vel vno pro oĩbus peremptorio edicto vt presentiam sui faceret commonefacto si in eadem contumatia perseuerauerit presentis allegatiões audire quod vel successor eius facere curabit, a quo ter citatus si contumaciter presentiam sui facere neglexerit, non ab re erit vel ad cogendum eum vt se representaret vel possesionem bonorum cui incumbit ad se transferre, & aduersarium petitorem constituere, vel auditis defensionibus tuis id q̃d iuris ratio exegerit iudicare, vt in. L. consentaneum. C. quomo. & quan. iudi.

Aut vendantur. &c. Et nota quod sententia p quã pronunctiantur bona rei conuenti debere vendi est interloquutória non diffinitiua, & ideo potest reuocari vbicunq; subest rationabilis causa, de verbo signifi. c. dilecto secũdum Inno.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli quędam ex ordine notanda veniunt. Primo quomodo bona alloqui debent. Secundo quę vtilitas aut damnum ex alloquutione bonorum prouenit. Tertio vbi alloquutio huiusmodi fieri debet vt valeat. [k] Quantum ad primum bona tunc alloqui dicuntur quando tribus vicibus desuper querela fit vt hic in textu, &. ff. qui. ex cau. in posses. ea. L. pretor ait, nec is qui vt sic bona alloquitur damnũ aliquod sustinet si postea repellatur dummodo violenter & cum iniuria se illis bonis non intromiserit vt supra. ar. liij.

Pro secundo [l] vtilitas alloquutiõis est quod postq̃ actor ad possessionem bonorum etiã cum iniusta querela venerit, eundẽ eicere non licet nisi iure mediante, vt infra li. ij. ar. xxiiij &. ff. ne vis fiat ei q̃ in posses. ea. L. pretor ait. §. hoc interdictum, &. ff. de dam. infec. L. dies &. ff. qui. ex cau. in posses. ea. L. vlti. [m] Itẽ vtilitas alia eiusdem est quod quicquid commodi nacta possessione ceperit siue ex prouentibus siue fructibus reddere non tenetur, dato quod ille viceuersa possessionem ex eo lucretur, vt infra li. ij. ar. xliiij. Si etiã quid pro melioratione bonorum impenderit restitutio sibi venit, vt. ff. de bonis auto. iudi. posse. L. pretor ait, & extra vt lit. non contes. c. quoniã. [n] Pro tertio si alloquutio vel vendicatio bonorum valere debet, necesse est quod coram iudicio fiat, vt. C. vbi de crimi. agi. oport. L. i. &. C. vt nemi. li. si. iudi. autorita. L. sępe. Circa id sciendum si contingat te bona alteri dimittere, vendere vel donare, vbi & vsucapio

k. *Bona quomodo alloqui dicuntur.*

l. *Vtilitas alloquutionis bonorum.*

m. *Vtilitas possessionis.*

n. *Alloquutio uel uẽdicatio rei ut ualeat quæ requiruntur.*

desuper cessit, veniatq; vnus vel plures bona impetendo asserendoq; quod illorũ sint bona huiusmodi, nõ attentoq; iuris ordine eundem bonis spolient violenterq; ab eo auffe rant, istud promisso tuo nõ nocebit, sed si impetitor ad iudicium venerit cum querela illic emptorem varendare te oportebit si te ad varendationem vocauerit, primo enim tunc fit vera impeticio & non prius, vt infra li. iij. ar. iiij. &. C. de eden. L. edita. ff. qui ex cau. in posses. ea. L. i. Insti. de bono posses. §. vlti. extra de emp. & vendi. c. fi. Vbi innuitur quod vẽditor de euictione non tenetur nisi lis mota ei denũctietur.

Illi autẽ immissioni potest alter in annali spacio contradicere. &c. Intellige quod non simpliciter ille iurare debet verum iudicio comparere eum oportebit impedimentũ seu necessitatem declarando, quur ad responsionẽ non venerit, si eũ extra iudicium iurauerit, & tandem istum ex possessione eiciat iuri cõtradicere videbitur, vt infra in multis passibus, &. ff. ne vis fiat ei qui in posses. L. pretor ait. §. hoc interdictum.

In annali spacio. &c. Quid si ille in possessionem missus, possideat sine contradictione vltra annum & diem [o] an possessionem prescribat, vel an ille alter bona huiusmõi iusto impetere possit, Intellige sub distinctiõe, distinctio etenim facilem rei intellectum prestat, quia vel illa bona quę in possessiõe habet sũt mobilia vel hereditas seu propriũ vel feudũ. Si sint mobilia & hoc dupliciter, quia vel intromittitur actor iure successionis hereditarię quod habere se dicit ad bona illa, & tunc intromissus prescribit anno & die contra aliũ, vt supra ar. xxviij. Vel intromittitur ex iuridica sententia seu exinchoatione actionis vigore aresti. & processus iuridici, & tunc ipso facto p̃scribit, vt infra li. ij. ar. xxxvi. et, xliij supra ar. xxviij. Et hoc ex eo fit quia per sententiam & decretum sibi adiudicata sunt bona huiusmodi. [p] Sententia autem rescindi nõ debet, vt. C. sentẽ. rescin. nõ pos. L. impetrata Si vero proprium sit siue hereditas, extũc hęres qui iure hereditario intromittitur nõ ptę scribit contra alium heredem nisi in ttiginta annis, & anno & die, vt supra eo. li. ar. xxix. &. C. de sacrosan. Eccle. L. fi. Si vero dixerit ille proprietatem sibi violenter acceptam, actorq; intromissus sit absq; responsione iuridica intromissioni huiusmodi poterit iste cõtradicere in annali spacio vt hic, &. ff. ne vis fiat ei. L. ait pretor. §. hęc actio. Si vero feudũ sit anno & die prescribetur, vt infra li. iij. arti. lxxxiij.

Habita iam est sufficiens bonorum distinctio consideranda vlterius sequitur distinctio per sonarum quę prescribi vel non prescribi possunt. [q] Vnde puer prescribi nõ potest, nisi ad annos veniens tacuerit dato quod sententia de super lata sit, vt. C. si aduersus rem iudi. L. cũ

o. *In possessionẽ bonorum missus an prescribit & quam ato.*

p. *Concordat infra. li. ij. ar. iiij.*

q. *Qui prescribi uel nõ prescribi possunt. Vide ad hunc passum iur. mu. ar. xxi. clarius uero ar. xxvi. glo.*

52

r. *Vnde ad iudicium pertinentes dicuntur qui ad iudicem ătati sunt uel alios citauerunt Iur. Mu. ar. xlvi. seu. c. lxv. glo. Item ad iudicium pertinere dicuntur homines omnes alicui iurisditioni subiecti qui ex debito & neceßitate iudicio Burgrabij, sculteti, uel alterius iudiàs interesse coguntur & sub ea significatione articulus præsens itelligi debet & supra ar. ij. infra li. iij. ar. lxi.*

s. *Concordat infra li. ij. ar. xxiiij.*

t. *Absentiæ quinq; genera. Concordat seu. c. xxxviij.*

et minores. Item in militia existens etiã prescribi non potest, immo contradicere poterit omnium illorum quæ tempore cum in militia fuerit acta sunt, vt. C. de resti. mili. L. si quid, &. L. si cum. Preterea & ille cui negotiũ pertinet & qui contradicere deberet, sup negotio ignorauerit, postmodũ cõtradicere poterit, vt. C. de iur. & fact. igno. L. error.

Agatur autem actione debitorum. &c. doctrina per id datur, ne creditor debitum suũ a debitore vi extorqueat verum iure contra eum agat vt insti. vi. bono, rapto, §. sed nedũ, &. C. vnde vi. L. si quis in tantam.

Et qui ad hoc iudicium non pertineant. &c. Quęrere vnus possit, quomodo iudex demã dare potest illi [r] qui ad iudicium non pertinet, quãdoquidem suę obedientię nõ subest, nam nec suus iudex est, quare nec sententia lata eum ligabit, vt. C. si a non compe. iudi. L. fi. & extra de consue. c. ad audientiam, & extra de offi. delega. c. cum super, & de iudici. c. at si clerici &. ij. q. i. c. in primis, &. C. qui pro sua iurisdici. L. in causarum, &. xi. q. i. c. vlti. ꝛc. sub distinctione quod aliqui iuri obedire tenentur q̃is ad iudicium pertinentes nõ dicantur, vt sunt homines mercatores qui hinc inde commertia habent. Isti etsiquidem ex debito ad iudiciũ vbi aduene sint pertinere minime dicũtur, citati tamen cõparere eos oportet, quare & textus articuli sane intelligendus est vbi dicitur qui ad iudicium hoc non pertinet idest qui ad ius istud ex debito non tenetur, & non simpliciter qui ad ius non pertinet quia vt sic esset falsum. Hoc etiam intelligi debet de his qui in alia iurisditione bona habent, in alia vero pro debito conueniũtur, vt extra de foro competenti. c. Romana. Vnde & paragraphus iste ex sequenti textu clarius intelligitur cum dicitur eidem iudiciaria autoritate denunctietur, hoc ideo fit quia ex debito illi iudicio eũ adesse nõ oportuit, & ita nec contumax pronunctiari debet si illic non adsit, denunctiabitur itaq; illi per iudicem vt solucioni satisfaciat vt textus habet. [s] Nam nec sententia ligat aliquẽ nisi ille pręsens sit contra quem fertur vel ex contumacia si friuole nõ comparet, vt. ij. q. ix c. caueant. C. de procura. L. quia absente. ff. de pęnis. L. absentem.

Pro maiori huius declaratione nota [t] quod absentię quinq; sunt genera. Prima probabilis & necessaria, vt in militia existens. Secũda probabilis tantum sicut studiosorum. Tertia necessaria tantũ sicut in relegato vel proscripto. Quarta voluntaria sine contumatia, vt mercator in negociatione existens. Quinta per contumaciã sicut qui ex proteruia iudici obedire renuit, de his vide. ff. de restitutiõe in integrum. L. vlti. In prima si fuit legittime defensus admittitur ad appellandum, si non sit defensus legittime vel nullo modo defensus restituitur ad totam causam. In secunda legittime defensus ad nihilum. Non legittime defensus vel nullo modo ad appellandum tantum auditur iure suo, non per restitutionem. Vbi nullum potuit relinquere procuratorem vel relinquit sed mortuus sit in totũ restituitur. In tertia similiter si non habuit procuratorem, vel relinquit sed mortuus est per similę vt in secunda. In quarta vbi non contumaciter sed voluntarię abest non dicitur restitui, quia nec ledi per sententiam potest. [u] In quinta scz vbi contumaciter si est ficte contumax auditur appellans, si vero contumax fit non auditur appellans, nisi veniat sedente iudice pro tribunali, vnde verum contumacẽ dico, quia aperte dicit se non venturum ad quem sufficit vna nunctiatio. Fictum vero illum intelligo qui inuenitur & dixit se venturum vel nihil dixit non tamen venit ad quem requiritur trina denunctiatio, si autem non inuenitur dicunt quidam non posse fieri contumacem etiam ficte, de his abunde vide. ff. de resti. in integ. L. vlti. in glo.

Nisi legittime impediatur. &c. de impedimẽtis vero legalibus, vide infra li. ij. ar. vij.

Illud tandem exponatur aut vendatur. &c. Istudq; iudex facere debet. Exinde sequitur quod vnusquisq; iuis se bonis suis contra creditorem tueri potest, quę iudex vel diuender, & creditorem contenter, [x] vel creditori precise dabuntur iuxta taxam iudicis, istudq; necessario creditor pari tenetur, vt in autẽ. de fide iuss. §. ij. col. i. [y] Vnde & siquidem in contrarium militare videtur infra articulus. xl. li. iij. vbi dicitur, qui nummos soluere debet, si p his pignora prebuerit per id libet non fit. Tamen articulum allegatum intellige vt ibi in glossa declaratur, tueri enim se pignore poterit in defectu paratarum pecuniarũ nec fide fragus per id efficitur pecuniam promittendo, vt pignus aliud prestet.

Contra quem actio iniuriarũ. &c. dixerat superius de his qui pro debito iudicialiter accusantur quodq; terminus eis prefigi debet nec in instãti iudicari. In paragrapho presenti datur item doctrina quod pro iniuria vel pace fracta accusatus signanter cum factum sit manuale in instanti iudicari debet. Paragraphus tamen iste ibi cum dicitur statim reus proscribetur contrariari videtur superioribus vbi dictum est quod sententia contra absentem lata non valet nisi cõtumax sit. In proposito itaq; vt sic proscriptus forsan ignorabat quod accusatus esset & ita contumax reputari non debet nec contra eum sententiari. &. quod proscribitur non propter contumaciam erga iudicem Ius enim precipit vt nemini nocere debeamus, vt insti. de iussi. & iur. §. iuris. Sed qa inobediens iuri fuit & ita reputatur, quod & iudici inobediens sit, maius enim includit in se minus, vt. ff. de reg. iur. L. in toto.

Cum testimonio factum poterit comprobare. &c. ita quod probatio illa sit sufficiẽs, vt C. de iudi. L. iudices &. L. placuit.

Statim reus proscribetur. &c. per id reicitur

r. *Vnde ad iudicium pertinentes dicuntur qui ad iudicem ătati sunt uel alios citauerunt Iur. Mu. ar. xlvi. seu. c. lxv. glo. Item ad iudicium pertinere dicuntur homines omnes alicui iurisditioni subiecti qui ex debito & neceßitate iudicio Burgrabij, sculteti, uel alterius iudiàs interesse coguntur & sub ea significatione articulus præsens itelligi debet & supra ar. ij. infra li. iij. ar. lxi.*

s. *Concordat infra li. ij. ar. xxiiij.*

t. *Absentiæ quinq; genera. Concordat seu. c. xxxviij.*

u. *Contumada eorum qui ius dicenti non obtemperant litis damno coercetur. Contumax est qui tribus edictis propositis, uel uno pro tribus quod uulgo peremptorium dicitur literis euocatus præsentiam sui facere contẽnit, pœnam tamen cõtumaꝯ non patitur quem aduersa ualetudo uel maioris causæ occupatio defendit. Contumaces enim non uidẽtur nisi qui cum obedire deberent non obsequan tur ideſt q ad iurisdi tionẽ eius cui negũt obseq; pertinent. ff. de re iudi. L. cõtumata.*

x. *Cõcordat Iur. Mu. ar. xxvij.*

y. *Mulierum prærogatiuas attende magnas mulier enim dari in carcerem non potest in causa diuli etiam criminali. C. de custo. reo. L. iij. §. hodie, unde si pro fisca li uel priuato pulsetur per uirũ aut alium legitime respondeat, quod si noluerit uel respõdere uel prosequ litem suam legittime ĩ rebus suis exequto procedat si uero tale sit crimẽ quod necesse est eam custodiri si quidem fideiussorem dari potest ipsi credatur, si uero turauerit fideiussorẽ dare non posse turatoriam cautionem præstet de iudicij obseruatione, sed si crimen grauissimum sit de quo accusatur in monasteriũ uel assisterium mittatur uel mulieribus tradatur per quas custodiatur. Iudices autẽ qui hoc nõ seruãt si maiores sunt xx. librarũ auri pœnam soluãt, si minores decem soluẽt. Obedientes uũt eis in prædictis casibus spoliati angulo dẽtur in exilium Carcer mulierũ seperatus esse debet à uiris, ibidẽ unde qd mulier præscribi non potest in iure suo qa est sub tutela, etã puer, uide ad hunc passum infra li. iij. ar. xvij. glo.*

quorundam stultorū opinio qui dicunt qđ terminus prefigi debet in diem tertiū, & alias pleraſq; fictiones adinueniunt, textus etenim clarus est paragraphi presentis quod si actio non sit pernoctata in instanti accusatus iudicari debet. Pernoctata vero si sit ad quindenam terminus prefigi vel ad fideiussoriā dari poterit, vt hic & C. de custo. reorū. L. in quacūq; ℂ Si vero ordinarius. &c. exinde nō aliā acquirit vtilitatem, nisi quod actio pernoctata non erit, ex isto etiam sequitur quod prœco se intromittere in iudicium nō debet, quod terminare non posset sicut hic, & C. de pedaneis iudicibus. L. placet.

Articulus LXXI

QVando natus Gograuius, uel iudex ordinarius hoc est in feudatus aliquem proscripserit idq; corā Comite atteſtando manifeſtet, [a] ipſe contra reum ſtatim comitis inducit proſcriptionem, & tādem Comitis proſcriptio imperij [b] acquirit condemnationem.

a. *Textus uetuſtiores habent Comes tenetur dictam proſcriptionem ſua ſententia confirmare.*

b. *Concordat ſupra ar. xxxvij. & lxvij. Iure Mu. ar. y.*

Gloſa.

Quando natus Gograuius. &c. hoc intellige in Comitatu, cum vero dicitur vel Iudex in feudatus hoc fit in Marchionatu, & exinde ſequitur, quod non niſi iſti duo inferiores iudices proſcriptionem inferiorem manifeſtare poſſunt ad ſuperiores, Gograuius vero ad tēpus electus id facere minime pōt, ſed nec aliquem proſcribere, vt ſupra ar. lvij. C. de pedaneis iudicibus. L. placet nobis. Si ergo neminem proſcribere poteſt, quare nec teſtimonium dare ſuper proſcriptione eandem ad ſuperiorem iudicem deferendo.

Ipſe contra reum comitis inducit proſcriptionem. &c. dictum eſt ſuperius quid damni euenit huic qui per negligentiam non comparet poſtq; ſuper bonis eius querela proponitur, tum etiam quid incommodi patitur crimina liter accuſatus cum ex proteruia non comparet. Paragraphus iſte declarare vult quid mali ſuſtinet is qui ex negligentia proſcriptionem tollerat, ſecundum leges etenim bona ipſius publicantur, vt. C. de acquiren. re. L. vlti. Ratio iſtius eſt quia is qui in imperij proſcriptionem incidit ad maiora artari non poteſt, niſi vt bona eius publicētur, vt. C. de bonis proſcriptorum & damna. L. deportari, ſecundū Saxones vero non pro omni proſcriptione vnus priuatur bonis ſed dūtaxat pro illa quę iam autoritate imperij confirmata ſit, datur; intextu modus quomodo id fieri debeat, & dicit, poſtq; Gograuius hoc eſt iudex inferior comitis vnum proſcripſerit eundem ſuperiori ſuo iudici hoc eſt comiti publicare debet. &c. vt textus habet.

Quęritur ſi Iudex infeudatus vnū iniuſte proſcribat [c] an appellare poſſit nec ne. ℟. quod non. Qui enim per inobedientiam non cōparuerit iudicio vt eſt in propoſito, ille ſententiam reprobare non poteſt nec iure ſpirituali nec ciuili, vt. C. quorum apella. non recipi. L. i. & C. de iudicijs. L. properandū. §. cū autem hermodicium, Importatio vero proſcriptionis ad maiorem iudicem maius importat incommodum & damnū proſcripto, & quāto ad ſuperiorem deuenitur tanto maioris autoritatis eſt. Inconſulte ergo aliqui pronūctiant dicentes, quod qui proſcriptus ſit in vno loco, proſcriptus haberi deberet in omni loco, erroneum enim id eſt, vt ex articulo prēſenti liquido apparet. Si enim proſcriptus in vno loco, deberet eſſe proſcriptus in omni loco, extunc proſcriptio inferioris iudicis vel feudalis eſſet tantę efficacitei ſicut proſcriptio imperij ita quod vbiq; interfici poſſet, nacto enim teſtimonio inferioris iudicis ſuper proſcriptione alicuius, poſſet tandem in alia iuriſditione proſcriptum inſequi & contra eum agere, & per conſequens ex officio eundem ad mortem inducere, quod fieri non debet, vt infra li. iij. ar. xxxiiij. Conſilium itaq; datur, quod iudex cum aliena vel extranea proſcriptione vnum in ſuo iudicio conuincere nō facile permittat, & qui ſecus facit homicida eſt, nam qui hic proſcriptus eſt, in alia iuriſditiōe non dicitur proſcriptus, vt infra li. iij. ar. xxxij. Proſcriptio etenim eſt ſententia quędam, ſed ſententia contra abſentem lata non ligat, vt. C. ſi a non compe. iudi. L. vlti. & extra de conſue. ad audientiam. & ij. q. i. c. in primis. Vnde id quod hic dictum eſt intellige de proſcriptione inferiorum iudicum, ad hanc materiā vide etiam. C. de pedaneis iudicibus. L. Placet. & C. de offi. qui vices. alteri. iudi. obti. L. in cauſa.

c. *Proſcriptus iniuſtę an appellare poteſt.*

Pro intellectu clariori textus articuli prēſentis. Notandum quod contra contumacē proceditur duplici quęrela ſecūdū qđ etiam dupliciter inobedientia committitur. [d] Primo proceditur contra contumacem quęrela ciuili. Vocaturq; ideo ciuilis quia tā actor q̄ reſpondens ante quęrelam in quęrela poſt quęrelam retinent poſſeſſionem & ciues manent, & qui vt ſic inobediens eſt perdit cauſam, vt C. de iudi. L. properādum. §. cum autem hermodicium, in auten. de exhiben. & introdu. re. §. ſi vero coll. v. ff. de re. iudi. L. cōtumacia. Alia eſt quęrela Criminalis quę pœnam expetit & vocatur ex eo criminalis quia contumax punitur, huiuſmodi vero contumaces

d *Quærela duplex deuilis & criminalis, cōcordat ſupra li. i. ar. xxvij. li. iij. ar. ix. Iur. Mu. ar. xvi. xvij & lxxij. glo.*

quandoq; contumaces reddūtur iudicio, vel iudici ipſi inobedientes, & hoc iterum dupliciter vel perſonaliter ſeu preſencialiter, vel non preſencialiter, ſi ſunt inobedientes iudicio preſencialiter iudicantur in pęnam, vt ſupra ar. xx. & infra li. iij. ar. xi. ff. de publi. iudi. L. inter accuſatorem, & C. de accuſa. L. accuſationis. §. nemo tamen, & in auten. de man. princi. §. ſed neq; coll. iij. Si vero eſt inobediens non preſencialiter proſcribitur, vt inſti. de capi. diminu. §. minor & ff. ad. L. Iul. pecu. L. iij. Quod ſi in eadem proſcriptione perſeuerauerit, extunc inferior iudex in proſcriptionē comitis eundem inducet. Si nec iſtud iuuare voluerit in bānum Imperatoris deuenit, Imperij vero bannum ſi anno & die tollerauerit bona ſua confiſcabuntur, vt ſupra ar. xxxviij. C. de bo. proſcrip. & damna. L. ſi quis, & inſti. de hęre. quę ab inteſta. defer. §. per contrarium & ff. de bo. damna. L. i.

Et hoc coram comite atteſtando manifeſter. &c. Iſtud vero actor cum literis inferioris iudicis ſuperiori iudici oblatis probare poterit. Si vero inferior iudex ſine actore teſtificare vellet hoc facere poteſt oretenus & iurare ſuperiori iudici illum eſſe proſcriptum, vt eo audentius illum in maiorem imponat proſcriptionem, nam & oculatus iudex quilibet eſſe debet ne alicui in iudicio preiudicet, eadem enim hora qua iudex iudicium contra accuſatum exercet etiam contra eundem in hanc vel in illam partem horribile dei extenditur iudicium, vt. C. de iudi. L. rem non nouā, &, xi. q. iij. c. abijt Iudas & xxij. q. v. c. cauete. Inſti. de obliga. quę ex quaſi delic. naſcun. §. i. ff. de vari. & extra ordi. cogni. L. vlti. In auten. iuſiurandum. quod preſtatur ab his qui adminiſtra. accipi. §. Iuro ego, coll. iij.

FINIS LIBRI PRIMI.

Articulus I

ILlustres & spectabiles personæ, ubi per lusturandum se cõfederaue/rint uel inuicem conspirauerint nisi imperiũ excipiant cõtra imperꝝ delinquent maiestatem.

Glosa.

Illustres & Spectabiles, &c. de Iuramento vniuersitatis an transit ad successores, vide in domi[n]icali questione quę incipit Bononiẽsis[a] & est. xxxvij. Vnde pro intellectu textus articuli presentis notãdum[b] venit quod Principes sunt duplices, super illustres seu patricij dicti, & sunt hi qui alios Principes feudales habent vt Insti. qui. mo. ius. pa. potes. §. filius familias, & in auten. de consti. quę de digni. & c. pis. §. quicquid coll. vi. vt sunt Electores Imperij. Alij sunt Illustres tantum qui & inferiores Principes vocant, vt in autẽ. vt ab illustr, & qui super eam sunt digni. §. quęcũqꝫ col. v. ¶ Et spectabiles pcne seu vt text9 alij habẽt domini, &c. per id intelligũtur omnes domini feudales qui vasallos habent, quilibet em vasallum habens dominus dicitur respectu sui vasalli, vt in auten. in constitutione Imperatoris Frederici. §. preterea.

Per iusiurandum cõfederauerint. &c. Sensus articuli est. Quando cũqꝫ homines inter se cõspirauerint vnus alteri auxilio sore Impetium excipere debent, vt in auten. in constitutione Imperatoris Frederici. §. illud quoqꝫ. Quod si non exceperint, ledere imperium dicuntur vt textus habet &. C. ad le. Iul. maiest. L. si qs. Quęritur[c] quę pena contra huiusmodi cõiuratores statuta sit. Rn. sub distinctione vel in huiusmodi coniuratione non excluditur imperium propter oblitionem, extunc pœna principum est centũ pondo seu libre auri[d] quęlibet continens septuagínta duos denarios aureos. Quilibet vero denarius aureus valere debet[e] solidum cõmuniter currentem. C. de suscep. prępo. L. quocienscunqꝫ, & hoc intelligitur si circa id in malum opinio quędam sit. Si vero propter malitiam non excluditur imperium, demerentur vitam bona & honorẽ, vt Insti. de hęre. quę ab intesta. defer. §. per contractum &. C. ad le. Iul. maiest. L. quisquis. ff. eo. ti. L. cuiusqꝫ. Sed etsi quis pro illis intercesserit infamis efficitur, vt C. eo. ti. L. quisquis. §. denicꝫ, huiusmodi vero conspiratores actius puniuntur si contra imperiũ aliquid fecerint, q̃ si contra personam Imperatoris. Imperator enim interire potest non autem imperium, vt. C. ad. L. Iul. maiesta. L. quisquis. f Cõ federationes vero huiusmodi inter Principes, prouincias, ciuitates, si legibus contrauenient seruari non debent nisi fiant propter pacẽ, vt infra eo. li. ar. x. & in auten. de pa. tenen. §. hac edictali &. §. conuenticulas coll. x. g Nec immerito Conspiratiões etenim quę in damnum alicuius fiunt vel contra consuetudinem seruari non oportet, vt. xxij. q. iij. c. si aliquid Quęritur[h] ille qui iurat & non adimplet promissum forsan propter id quia ius illud facere uetat an efficitur periurus necne. Rn. sub distinctiõe[i] quod periurium fit quadrupliciter. Primo cum quis ignoranter peierat vel non recte iurat putans illud verum fore pro quo iurauerit huiusmodi periuriũ fore potest sine peccato, vt. xxij. q. ij. c. beatus. Secũdo aliqui iurant scienter false, & isti mortaliter peccant, vt. xxij. q. ij. c. homines. Tertio quidam false iurant ex insania, & istud periurium quãdoq; est mortale quandoq; veniale, vt. xx. q. iiij. .c. qui sacramẽto, &. xxv. dis. c. qualis. Quarto euenit periurium quando promissum vel fides non seruatur, & est quandoq; peccatũ, vt. xxij. q. iiij. c. si aliquid. Quadoq; vero nullum peccatum est sicut in his quę seruari non oportet. vt. xxij. q. iiij. c. in malis &. C. de legi. & consti. L. non dubium.

Quęritur in quẽ peccatum periurij vergit,[k] cum quis propter metum pene promissa adimplere non auder, an in iudicem qui pœnam instituit vel in illum qui propter coactionem non adimplet. Rn.[l] quod coactio est duplex. Quędam euenit ex violentia, & isto modo q alium ad periurium cogit est peior homicida quia homicida corpus quidem interficit, iste vero animam ipsam occidit, vt. xxij. q. v. .c. ille qui. Alia coactio fit iure & hoc dupliciter, vnomodo quando iudex cogit facere aliquid ex officio vt cum decernit & iudicat suspendere furem iste non peccat, vt. xxiij. q. v. c. de occidendis. Alio modo quando alij admittit vti iure suo, vel continuare & adimplere ius suum & non contradicit dato quod sciat illum iniuste iurare nec vt sic peccat quia iudicium permittit ipsum iurare & nõ iudex, vt. ij. q. v. per totũ. Iudex etenim iudicare nõ debet secundum noticiam & scientiã suã, sed secundum declarationem & allegata, vt. xv. .q. v. c. presbiter[m] & insti. de offici. iudi. §. superest, &. iij. q. vij. c. iudicet, & extra de offici. ordi. c. i. in glo. C. de eden. L. qui accusare.

[a] Concluditur ibidẽ quod pueri ex cõtractu sui patris atari quidẽ possunt periuri tamẽ non effiaunetur ex iuramẽto patris eorum. Nullus. n. periurus dicitur qui non inrauit.

[b] Prinapes duplices Cõcordat supra li. i. ar. iij. & infra li. iij. ar. lvij. Iur. Munia. ar. viij.

[c] Pœna coniuratorũ si imperium non exceperint.

[d] Libra auri quantũ ualeat, concordat infra li. iij. ar. lxv.

[e] Solidus idest aureus à soliditate dictus quia de solido auro fit. C. de uete. numis. L. i. Vnde solidi idest aurei lxxij. constituunt libram unã auri ut glo. habet et C. de suscep. prepo. & arch. a L. quotiẽscũq; Libra uero argenti bis quinq; solidi idest aurei. C. de argẽ. prędo. L. iubemus. Ibidẽ etiam habetur quod xx. libræ eris unus aureus est.

[f] Cõfederationes cõtra leges facte reuocande.

[g] Conuenticula seu coniurationes in auditatibus uel inter auctates aut personas omnibus & singulis sub pœna unus libræ auri interdicuntur. Itidem etiam inter mercatores conspiratio merces a liter uenderent q̃ ut inter eos pactum sit. C. de monopo L. i.

[h] Iurans & non adimplens forsan propter id quia leges illud uetant an efficiatur periurus.

[i] Periurium contigit quadrupliciter.

[k] Peccatum periurij in quem deriuatur.

[l] Nota coactio est triplex. Quędam est timorosa & honesta. Quędam est honesta & deifica. Quędam inhonesta & tamen timorosa. Timorosa et honesta est quæ imponitur Cristianis ut secundũ legem dei uiuant. Honesta & deifica ut est monacherũ & q̃ se religioni tradunt obedientiamq; p miserunt. Coactio uero inhonesta & timorosa ut quæ fit in uitã alicuius uel quando aliquis expellitur de bonis seu. c. xxxix.

[m] Ibidem in glosa notatur quod præsbyter sciens aliquem in mortali peccato eidem cõcedere eucaristiam debet, ut de cõsecra. dist. ij. nõ prohibeat. Item cum Episcopus iure suo utatur si quid mali inde accidat et non est imputandum, ut xxiij. q. v. c. de occidendis. Vnde et si quis ad instantiã Episcopi iuret non tamen Episcopus eũ cogere dicitur ad periurium sed Canon, unde ad obuiandum malo periurij uel ille debet secreto amoneri ut nõ permittat eum iurare uel quod declaret cũ fore proebum apud Episcopũ anteq̃ false iurauerit alij dicũt quod simpliciter audiendus est.

[a] Nomine Comitis iudex quilibet intelligitur in proposito.

[b] Si uero anno & die non possederit in instanti respondere tenebitur, ut infra li. iij. ar. xxxvij.

Articulus II

NEgligat si comes[a] unũ iudicialem terminũ illũ solum perdit actor. Si uero plures in actione iniuriarũ per eum negligãtur actionem de nouo incipere necessari/um est, Agat si quis contra præsentẽ pro feudo aut proprietate[b] quæ fide bona possidet ipseq; si dixerit propter hoc sibi terminum non esse prius assignatum, usq; ad proximũ iudicium inducetur, hoc est proximum sibi iudicium assignabitur. In secũda uero actione si legittimo ad ueniente iudicio induciarum gratiã peierit hoc ei erit concedendũ, postea tandem respondebit.

Glosa.

Agat autem quis contra presentem. &c. dicunt quidam quod qui volunt alium conuenire, primo sibi debent denũciare. Arg. ff. de serui. predi. vrba. L. quidã. Sed dic quod hodie fit ex vrbanitate, & non ex necessitate, vt notatur Insti. de acti. §. appellamus.

Glosa.

Negligat si Comes. &c. Sensus articuli presentis quod comite absente actor non poterit querelam facere prout sibi expediret & ita illud duntaxat perdit quod videlicet querelã facere non potest. Sicut si ante quindenam querelam instituisses & hodie aduenient quindena iterum querulari deberes. Comesq; illo tempore non adsit qui iudicio presideat, & ita iudicium neglígatur, cogeris iterum querulari post quindenam & illud spacium erit quatuor septimanarũ ab institutione primę querele & nihil plus amittis nisi illos inter medios quatuordecim dies. Si vero plures negligat termios iudiciales vt textus habet querelam de nouo instituere necesse est.[c] Nulla enim querela esse potest vbi iudex presens nõ est, vt. iij. q. iij. c. i. & extra de verbo. signifi. .c. forus.

Quęritur cum vt sic per inceptam querelam bona impetuntur seu alloquũtur, an illud vera impetitio dici possit nec ne. Quidam dicũt quod non, opinionem fundãtes suam super. L. res. C. de litis contestatione. Vbi dicitur res in iudicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita, inter litem enim contestatã & actionem editam permultum interest. Lis enim tum videtur contestata cum iudex per narrationem negocij causam audire ceperit, Sequitur ergo per modũ epilogi quod q̃uis negotium sit coram iudice propositum non statim tamen fit litis contestatio, nec enim postulatio nec libelli edicio, aut debiti petitio faciunt litis contestationẽ, sed narratio cum contradictione, ita in proposito videtur quod non sit vera alloquutio hoc tamen intentionis non est nostre, nam vt sic tempus prescriptionis continuaretur adhuc contra actorem. Aliter itaq; sencendũ, quod statim positq̃ iudicialiter quęrela proposita sit etiam si nõ adsit qui illud defendat hoc est quod se negligat, bona illa imperi vel alloqui dicuntur, nisi forsan respondens de quęrela nesciat, vt. ff. de vsuca. L. in vsucapionibus. Ad legem vero allegatã pro prima opinione vbi dicebatur quod nec postulatio nec libelli edicio aut debiti petitio, sed sola narratio cum contradictione litis contestationẽ facit. Intellige quod ibi loquitur de allocutiõe quę efficiat vt bonorum possessor bona illa non prescribat vel vsucapiat.

Agat si quis contra presentem, &c. Ratio autem quur respõdenti terminus vlterior ad respondendum prefigitur est, vt se ad responsionem recolligat & premediter, actor siquidem satis antehac ad quęrelam instituendam deliberauerat,[d] reo enim licere debet quod & actori, vt. ff. de reg. iur. L. non debet, &. ff. de eden. L. i. §. i. Terminusq; seu dilatio ad respondendum reo secundum Saxones datur ad bina proxima iudicia. Secundum vero canones & leges dantur. xx. dies, vt. iij. q. iij. c. in ducie. §. offeratur, & in auten. de exhiben. & introdu. re, §. sancimus, coll. v. & hoc ex eo fit, quia Saxones habent determinata tempora iudiciorum, Legiste vero & Canoniste non.[e] Vnde nec iudex abreuiare potest dilationem reo, quia nulli debet minuere gratiam vel beneficium iuris vt in auten. consti. quę de digni. §. illud, coll. vi. &. ff. de re iudi. L. iij. §. si quis. In contrarium aliquę licet senciant leges vt. ff. de iudi. L. nonnunq̃, &. ff. de re. iudi. L. .ij. Rn. tamen non obstantibus legibus allegatis quod terminus prefigi debet, vt in auten. de iudicibus. §. oportet in fi. coll. vi, Vel dic quod leges primum allegate dicunt terminũ esse prefigendum, leges vero vltimo introducte senciunt quod terminus prefigi non debet, intellige nisi expetatur a parte & hoc etiã articulus circa finem innuere vult cum dicit, In secũda vero actiõe si inducias pecierit hoc erit ei concedendum, alias si velit respondere in instanti poterit,[f] actori vero dilatio non datur, vt. C. de dilationibus. L. si quando, actor enim premeditatus in querela esse debet, vt. iij. q. iij. c. inducie. §. spacium.

[c] Quærela nulla sine iudice esse potest.

[d] Reo licere debet quod & actori concordat supra. li. i. ar. xv.

[e] Dilatio reo datur ad deliberandũ quæ nec potest abreuiari.

[f] Actori dilatio nõ datur.

Articulus III

INdicetur si cui duellum qui ex abrupto & non præcustoditus uenerat nec sibi propter hoc terminus fuerat assignatus ipse si in/

[a] Duellum indicere uel duellarius prouocare, non est aliud in proposito nisi criminaliter uel pœnaliter quærulari, concordat infra li. iij. ar. xxvi. & xxxv. Iur. mu. ar. xxxiij. et xxxv

ducias desiderat secundum sui generationem habebit, non tamen antea nisi postq̃ duellum fuerit stipulatū idest compromissum. Sex septimanarum inducie bannitis. Alīs uero utpote ministris uel alīs liberis qn decim dies largiuntur. ¶ In qualibet alia actione cum quis accusatus fuerit in continenti fateri debet uel negare.

Glosa.

Ipse si inducias desiderat. &c. Et pendēte dilacione conquiescit iudicis officium nisi partes consenciant. C. de dilationibus in plerisq; legibus, & notatur in. c. signanter de appella.

Glosa.

Articulus presens disponit de termino assignando, si cui duellum eximprouiso indictū sit. Quomodo autem duellum indicitur vide supra, li. i. ar. lxiij. Vnde sensus articuli est ibi cum dicitur, qui exobrupto & non precustoditus veneratur, hoc est dato quod ibi presens astet, dato etiam quod in alia causa ibi compareat, si eo inprecustodito aliqs duelariter eundem alloqui vellet, terminus sibi assignari debet secundum sui generationem. Nec obstat si qs forsan dicere vellet quod iudex ad duellum vnicuiq; apparamenta ministrat, vt supra li. i. ar. lxiij. quare non necessario ad duellum prouocato vlterior datur terminus. Tu tamen respōde quod etsiquidem iudex subministrat clipeum & gladium duellariter decertanti, vltra id tamen necessario alia apparamenta habere debet, quare dilacio sibi datur vt textus habet.

Cui etiam ptopter hoc non fuerat terminus assignatus. &c. dato etiam quod in alia causa terminum habeat prefixum & in eo prouidiatur sibi ne ab aduersario facile obruatur, cuilibet enim astucie per ius obuiatur, sicut & morbis per medicamenta, vt in auten, hęc cōstitutio innouat constitutionem. §. quot medicamenta, coll. viij.

Secundum sui generationem. &c. huic paragrapho contrariari uidetur. c. erit autem. dist. iij. vbi dicitur quod Ius debet esse equale diuiti & pauperi, si ergo bannitus vel nobilis lōgiores haberet inducias in duello sibi indicto, q̃ simplex homo ius non inseruiret eque pauperi sicut diuiti. Pro intellectu istius nota quod leges sunt duplices. Communes videlicet & iste debent esse per equum omnibus communes. Et priuilegiate que videlicet certis personis causa honoris statute sunt, huiusmodicq; persone specialibus priuilegiis eximuntur & preferuntur alīs, vt. C. de officio. diuerso. iudi. L. i. ij. &. iij. & in auten. vt ab illustribus. §. quęcunq;, coll. v. vbi multe nobilium personarum declarantur prerogatiue.

Non tamen antea nisi postq̃ duellū fuerit stipulatum. &c. Contrariū istius sentire videtur articulus. lxi. supra li. i. vbi dicitur quod nullus actor cautionem interponere tenetur nisi ad agendum alius sibi prefigatur terminus. Hic vero dicit quod non antea inducie dabūtur nisi postq̃ duellū fuerit stipulatū. ℟. quod vnum non cōtradicit alteri, superius enim in articulo allegato intelligere vult de actore ipso vt ex verbis ipsis cognoscere licet. Articulus vo presens de respōdēte ipso disponit. ¶ Quęrere vnus possit an sufficiat huic qd duellum prouocatus sit promissio sese sistendi pro termino deputato. ℟. quod non sufficit sed requiritur cautio fideiussoria, vt supra li. i. ar. lxi. Quid si hęreditatem seu proprium ibidem habuerit. ℟. quod si tantum proprietatis habet quantum eius verigeldus sit, cautionem statuere non tenetur, vt infra co. ti. ar. .v. & in eo prerogatiuam habet, vt. C. de offi. pretoris. L. ij. c. Quod si nec propriū nec fideiussores habeat. ℟. qđ iudiciaria potestas eundem detinebit, nō tamen duro & tenebrosa carcere detineri debet, sed nec ledi in corpore membris vel sensibus aliquibus, nec cathenis dure arceatur, vt exinde pedes ledantur, vt. C. de custo. reo. L. in quacunq;.

In qualibet alia actione. &c. in eo casuius nostrum Saxonicum cum iure communi & imperiali discrepat, ibi enim datur terminus ad premeditādum, porrigiturq; in scripto causa pro qua impetitur, vt extra de libelli oblatione. c. i. ij. de verbo. signifi. c. sępe. in Cle. in glo. daturq; dilatio. xx. dierum, vt. iij. q. iij. c. inducie. §. offeratur, & in autē. de exhiben. & introdu. re. §. sancimus, coll. v. hic vero dicit quod in omni alia actione extra duellum ex improuiso indictum, excepto etiam si comes vel iudex presens non sit, in continenti fateri vel negare debet. ℟. quod vnum non contrariatur alteri ā nam & secundum leges sunt certi casus in quibus etiam reo ad premeditandum nulla dilacio datur. Primo cū sunt breues lites vel inter personas pauperes & viles paruęq; conditionis cognoscere illas statim oportet absq; aliqua expensa, vt. C. de sen. ex pericu. recitan. L. nisi breues. Exquo itaq; iure Saxonico responsio quelibet breuis est, quia sistit in recognoscēdo vel negando, quare nec indigetur dilationis termino. e Secundo cum Episcopus sui iudicij subiectos iudicat, vt in auten. vt cleri. apud propri. Epis. §. i. coll. vi. & hoc ex eo, quia cōtrouersia & negotium est illis notum. Ex quo itaq; negocia iuris Saxonici ex querela et responsione nota appareāt quare dilatio termini nulla datur. Tertio cum agitur contra illos qui pecora ex stabulis furatur. ff. de abigeis. L. i. &. C. eo. ti. L. i. Quarto cū agitur contra suspectos tutores vt. ff. de suspect. turo. L. iij. §. non tantum. Quinto cū agitur in causa manualis facti, vt supra. li. i. ar. lxvi. &. C. de accusationibus. L. ea quidem. Sexto cum agitur occasione penalis negocij sicut cum quis baculo percussus sit, vt. ff. de accusa. L. Ieuia. Septimo cum iudicatur super falsificatione literarum scribentium vel portantium, vel contra falsos testes, vt. C. de proba. L. vlti. &. C. de testi. L. nullum.

In continenti fateri vel negare debet, intellige tamen quod reus super propositione actoris iure sese defendere potest, quod vticq; dilationem etsi non longam habebit sicut si occasione debiti cum imperat interrogare eū potest, vnde debitum illud veniat, vt infra li. iij. ar. xli. in fi. & extra de libel. obla. c. ij. Ex indecq; dignoscere vnus poterit si negare vel affirmare debeat, vt. ff. de eden. L. i.

c. Cōcordat Iur. mu. ar. xxvij.

d. Causę in quibus reo etiam secundum leges ad premeditandū dilacio nō datur.

e. Iure etiā seu c. lxv certi habentur casus, ubi reo dilatio ad respondendū nō datur. Primo cū negotiū in nostra recognitione stat, hoc est cū ad recognitionē datur ibi dilatio nō admittitur sed recognoscere uel negare eū oportet alias causas ibidē uide quę cōcordāt præcise in forma cum glosa præsenti.

b. Iura nobilium et plebeiorū quādoq; discrepant.

Articulus IIII.

a. Concordat Iux. Mu. ar. Cxiij. & infra li. iij ar. xxxij.

QVi se a proscriptiōe exuere uoluerit, iudex si requisitus sit, ad comparē dum ei a pacem debet pronunctiare ut tuto iudicio comparere possit, postq̃ sese ut sic iuramento expurgauerit b iudex & populus uerbis & digittis eum absoluere debebunt quemadmodum eū proscriptioni incluserant, si conetur eum quis indebite impedire & ipse sese iureiurando a proscriptione liberauerit ulterius proscriptus non est reputādus, paxq; sibi indicetur fideiussoresq; tandem idem ponat, ut in tribus sequentibus iudicijs se præbeat responsurum si quis ab eo quicq̃ expetat. Si uero in his tribus terminis eum nemo inculpauerit ab actiōe sententialitet absoluetur. Exuet autem se quis a proscriptione in absentia actoris etsi promittat fideiussoresq; ad compareñ statuat & non comparet, rem stipulatam nō actor sed iudex tollit. i. pœna iudici cedit non actori si eum secūdo proscribat sicut de iure facere tenetur. c

b. Practicā uide quo pacto unus à proscriptione expurgatur.

Glosa.

Qui se a proscriptione exuere voluerit. &c. Et sic patet quod sententia proscriptionis seu banni potest retractari, & reuocari sicut sentētia mulctę quia est interloquutiua de hoc per Baldum in addi. ape. de senten. prola.

Ei debet pacem pronunctiare. &c. & sic etiam dicit Dinus in. L. is qui reus. ff. de publi. iudi. Prestare debet securitatem bannito pro communi quod non offendatur donec inchoata accusatio sit finita contra eum.

Proscriptus est reputandus. &c. Bannum em generale vel speciale inordinate vel sine causa factum vel datum alicui non habet vim legis nec sententię nec interloquutiue, neq; diffinitiue. C cōmina. episto. L. programma & notat dij. in. L. iiij. ff. de re iudi. hoc etiam scias quod bannitus semel sępius banniri pōt ob diuersa crimina & citabitur vbi consueuit habitare vt in specu. de accu. §. sequitur vers. quid si bannitus.

c. Textus germanicus & alij uetustiores id quod sequitur ultra id habet, qui fideiussoriam ad comparendum statuerit legaleq; nominet impedimentū hoc suus fideiussor facere tenetur & nullus alter nūctius. Paragraphus tamē iste infra ar. vij. in forma habetur, cōcordat Iu. Mu. ar. xlij.

Glosa.

In articulo presenti tria ex ordine documenta ponuntur. Primum quo pacto ille qui iniuste proscriptus sit a proscriptiōe sese eliberare debet ille etenim qui pro violentia accusatur in instanti proscribitur anteq̃ negotiū pernoctetur, vt supra. li. i. ar. lxx. §. iiij. d Et quia quandoq; euenit quod actor iniuste vnū accusat testesq; minus iuste testificantur vnde ex male informatis iniuste vnus iudicatur citra tamē culpam iudicis, vt Instit. de obliga. quę ex quasi delict. nascun. §. si iudex. Ad obuiandū itaq; huic malo est articulus presens, qđ ille qui se iniuste proscriptum nouerit procedere debet vt textus habet sed & a proscriptione liberari, vt. C. de custo. re. L. i.

d. Cōcordat Iur. mu. ar. Cxij.

¶ Nec obstat si quis dicere velit proscriptus est per sententiam proscriptus. e Sententia aūt rescindi nō debet, vt. C. senten. rescin. nō pos. L. i. Etiam si imperator literis demandet. Iudex minime sibi in eo obedire debet, vt. C. eo. ti. L. vlti. ℟. quod ibi loquitur de sententijs legittime latis sed quia iste iniuste fuit proscriptus & ita sententia nulla, nec habuit vim legis nec sententię interloquutiue nec diffinitiue. Sed fuit iniustum quid, & ita illud iniustum hīc reuocabitur & non sententia, vt in auten. hęc constitutio innouat consti. §. i. coll. viij. &. C. de re. iudi. & effectu. sen. L. i. &. ff. eo. ti. L. si se. §. cōdemnatum, hoc modo etiā intelligi debet illud quod in Euangelio legitur f quicquid apostolicus ligauerit hoc erit ligatum, hoc verum est si vere & iuste ligauerit. Si vero minus iuste cōtrariū erit, vt. xxxv q. ix. c. loci. §. his ita.

e. Vnde sententia est discussio per iudicem facta qua unum condemnat & alium excusat, cōcordat supra li. i. ar. lxij. & ii. ij. ar. v.

f. Quicquid apostolicus ligauerit hoc ligatum erit quomō intelligitur.

Secundum documentum est, quod si proscriptus sese expurgare voluerit iudexq; sibi id negauerit minus iuste & ille iuramento se absoluere voluerit pro nō proscripto haberi debet. Q d. si absq; sententia & iudicio bannito iurauerit quod ipse iniuste & absq; culpa in proscriptionem venit, iuramentumq; prestitum testibus probaturū se offert, ille peramplius proscriptus nō erit, illud etenim quod iniuste contradicitur pro nihilo reputatur, vt C. qui pro sua iu. iudi. da. non pos. L. i. &. ij. q. vi. c. ei qui. §. diffinitiua, & extra de sen. & re. iudi. c. inter ceteras.

Si in his tribus terminis eum nemo inculpauerit. &c. & ita erit liber impēsecq; & pena sibi refunderetur, vt infra eo. li. ar. viij. & Insti. de pena. teme. litigan. §. hec autem.

Tertium documentum est, si dolose accusatus agat ita quod se a proscriptione exuat fideiussoresq; ponat ad se representandum nō tamen comparet, textus habet quod iterū debet proscribi & actor euadet victor, iudexq; verigeldum obtinebit.

Nota hic speciale quid, quod postq̄ vnus occasione iniuriarum aliquem fideiusserit, pecuniaria mulcta quę pro ipso prestatur g iudici cedit, hoc tamen intellige si importune non comparet. Si vero fideiussor iudicio se ostendat & non posse habere illum quem fideiussit se declaret parti ceder actoree verigeldus, vt infra li. iij. ar. ix. quod si pro debito fideiusserit debitum actori exsoluet.

Exuet autem se a proscriptiōe in absentia actoris. &c. Intellige de illis qui non citati vel quibus terminus non fuit assignatus proscripti sunt quia alias si terminum prefixum habuerint exindecq; proscribantur sine voluntate actoris a proscriptione se exuere non possunt, C. senten. rescin. non pos. L. impetrata. ff de exequti. re. iudi. L. miles.

In additionibus vbi dicebatur hoc fideiussor facere tenetur. &c. fideiussor enim respondere tenetur loco respōdentis omnemq; defensam & cautelas quibus respōdens vti potuisset in subsidium accipere potest, vt in auten. de fideiuss. §. i. coll. i.

g. *Contrarium istius videtur infra li. iij. ar. ix. ubi dicitur qd' uerigeldus cedit actori &c. quod hic loquitur de illo q est proscriptus ibi uero dicitur de nō proscripto & ita ibi accipit uerigeldū actor, hic uero iudex.*

Articulus. V

a. *Cōcordat Iur. mu. ar. xxvij.*

b. *Vide Iur. Mu. ar. xxxiiij. & xciij.*

c. *Debita quando ex solui debent.*

QVi tantū de ꝓprietate quantum prætij summa sui constat uerigeldi habet, [a] is in ea iurisditione si contra eum actio iniuriarum mouebitur [b] ad statuēdum fideiussorem compelli non debet. [c] Post quindenam reddenda sunt debita quæ in iudicijs acquirūtur post sex hebdomadas mulcta, & post mulctam per quindenā præstatur emenda. [d] Si autem emenda priusq̄ mulcta acquisita fuerit, tūc post sex hebdomadas emenda & ultra post quindenam mulcta debeatur.

In creditoris domo lucente sole debitum est persoluendum & si ibi in iurisditione creditor domum nō habuerit in uicina domo iudicis persoluatur.

d. *Iur. Mu. ar. xlvi.*

Glosa.

Qui tātum de proprietate. &c. Cōcordat etiam lex communis sed generalius, cum dicit. Sciendum est, possessores immobilium rerū satisfacere nō compelli. [e] Et possessor is accipiendus est qui in agro vel in ciuitate rem soli possidet. Et qui solam proprietatem habet non creditor qui pignus accepit aut cum alio quis precario detinet possessor est intelligendus, vt in. L. sciendum. ff. qui satisda. cogun. de huiusmodi satisdatione vide etiam supra. li. i. ar. lxv. & infra eo. li. ar. x. & li. iij. ar. ix. & infra ar. liij. & insti. de satisda. §. sed hoc, & in spe. eo. ti. per totum. Sed quid si quis possidet immobilia quę valent decem & ciuiliter cōueniatur in centum. [f] Dic quod satisdabit ad minus in eo in quo excedit, quia quod iuris est de toto quo ad totū idem est in parte quoad partem, vt. ff. de acqui. hęre. L. si seruus & notatur in dic. §. sed hoc, de huiusmodi satisdatione de qua hic, tangitur etiam supra ar. proximo, & infra li. iij. ar. xvij. fixus ergo & non suspectus de fuga possidens immobilia hic taxata in causa criminali, aut pro modo & quantitate debiti in ciuili non tenetur dare fideiussores, vt in iuribus allegatis.

In creditoris domo. &c. vide quod notatur circa arti. xl. infra li. iij. qui cōcordat cū isto. §. vbi inuenies quid sit de iure communi.

e. *Possessor quis dicatur.*

f. *Vide de satisdatione etiam illius qui est in habendo.*

Glosa.

Qui tantum de proprietate. &c. superius, li. i. ar. lxi. & infra eo. li. ar. ix. habet g q d' tā actor q̄ reus fideiussores statuere coguntur, & hoc intellige in criminalibus actionibus vt etiam clare habetur. ff. de preto. stipula. L. pretori, & C. de his qui accusare possunt. L. qui crimen. In presenti articulo dicta limitat sua enumerando aliquos qui fideiussoriam interponere non coguntur, vt textus habet.

Dicere quis posset quod Ius non per ęquum

g. *Cōcordat Iur. Mu. ar. xxvij.*

d. *Iur. Mu. ar. xxvij.*

i. *Nota qd' debitores nō sunt cogendi gladio aut metu ad solutionē, sed ordine iudiciario, ut in. L. negātes. C. de actionibus et obligationibus, fallit hoc si debitor fuerit profugus, ut in. L. ait Prætor. §. debitorē. ff. quæ in fraudē sunt creditorū, & allegans solutionem, debet illā ꝓbare, Hoc dicūt Mai deburgen. esse uerū si reus dicit actori fore solutionē factā secus si tertio.*

k. *Quilibet ꝓ bono reputari debet anteq̄ contrariū probetur.*

l. *Ius quandoq; durius extenditur contra iules personas q̄ contra ſpectabiles.*

m. *Iur. Mu. ar. xxiij. & xciij.*

a. *Debiti solutio quo pacto probatur.*

b. *Paragraphus iste intelligi debet ꝓ L. si seruꝰ. C. de noxa iuxta L. testium faalitatem C. de testi. loqtur etemim de solutione debiti non inserpts contracti quia alias quando debitū inseruiret omnibus ex quoquidem istum qui proprietatem habet a cautione liberat, qui vero proprietate caret ad fideiussoriam cogit quod tamen minime fieri debet. Ius enim tā diuiti q̄ pauperi, vt inferuiat necesse est, vt. iiij dis. c. erit autem, & insti. de iusti. & iur. §. iuris. ℟. nullam in eo esse diuersitatem, fideiussoria etenim coram iudicio propter id fit, vt eo cercius ex vtraq; parte actio terminetur h llle ergo qui bona sua in vadium ponit plus assecurat i q̄ ille q fideiussores statuit, vt. ff. de reg. iur. L. plus cautionis. Etiam pignus quādoq; loco fidei datur vnde q̄uis vnus probus & fidei bonę homo sit, pignus tamen acceptatur loco suę fidei vt & ille qui accipit pignus certior sit. Preterea dicere vnus possit, ius istud non ęqualiter deriuari quoad omnes, accusatus etem criminaliter pro pace fracta vel alijs iniurijs rationeq; istius quia proprium haberet fideiussoriam statuere non cogeretur pocius integrum verigeldum q est decemocto talenta vel tantum proprij perdere mallet q̄ vitam, amittere suam, pellem enim pro pelle & cuncta quę habet homo dabit pro vita sua vt habetur Iob. c. ij.. Sed nec istud aliquā facit diuersitatem ex causa iam allegata nam nec omnes accusati occiduntur, sicut nec omnes ęgroti moriūtur k quilibet etenim ꝓ bono & probo reputari debet anteq̄ contrariū de ipso probetur, unde & in proposito postq̄ vnus accusatur non statim reputari debet qd' reus sit, sed nec in instāti detineri, vt. C. de exhiben. & introducen. rc. L. nullus. Intellige tamen quod accusatus non statim detinetur si manuale factum non sit, alias in instanti captiuabitur dato etiā quod multas haberet possessiōes, vt supra, li. i. ar. lxvi. &. lxx. infra eo. li. ar. xxxv. C. de custo. reo. L. si quis, & in auten. de manda. prin. §. neq;, coll. iij. Vnde etsi quidem vt iam allegatū est quod ius equaliter inseruire debet omnibus. l Immutatur tamen quandoq; ius & fit durius respectu psonarum, ita quod seuerius extenditur cōtra vilem hominem q̄ erga spectabilem etiam in eodem excessu, vt. ff. de penis. L. capitalium, &. C. de custo. re. L. de his, & insti. de iniuri. §. atrox.**

Post quindenam reddēda sunt debita. &c. m intellige de iure nostro Saxonico, cōtrarium enim habetur. C. de vsur. rei iudi. L. vlti. vbi datur tempus quadrimestre soluendi debitū iudicialiter acquisitum, concordando tamen legem allegatam cum iure nostro, respondeque ibi loquitur de magna debitorū summa, hic vero de paruis debitis articulus intelligi debet. Immo legi iam allegate contraria ri videtur. ff. iudi. sol. L. i. &. ff. de reg. iur. L. in omnibus, vbi cauetur, quod quicunq; aliqd sine determinato tempore promiserit, vel cū quid adiudicatum sit in instanti exoluere tenetur. Pro corrigendis tamen legibus allegatis respondeQnod etsiquidem in instanti debitor efficitur non tamen in instanti pignoratur nisi post quindenam, non enim statim creditor cum sacco ad toliendam pecuniam venire debet nisi forte in instanti soluere promisisset, vt. ff. de solu. L. quod dicimus.

Post mulctam per quindenam prestatur emēda. &c. ex isto sequitur quod solutio emende quandoq; inducias habet sex septimanarum quandoq; octo, quicquid enim primū in iudicio lucratur primum exolui debet & est cōtra illos qui dicunt q̄ primum emenda decernitur quod in instanti solui deberet, contrarium em istius hic habetur.

In creditoris domo. &c. hic exprimitur tempus & locus solutionis. Quidsi creditor debitum acceptare nollet. ℟. quod ibidem relinquat debitum apportatum etsi illum in domū intromittere nollet sicut bene poterit, vt insti. dere. diui. §. apum quoq;, extunc in domum proicere debet, vel ante ianuam ponere habito testimonio, & absoluetur, vt infra, ar. sequenti. &. C. de soluti. L. obsignatione.

Articulus. VI.

QVi suam uerā in iudicio emendam ideſt satisfactionem despexerit ulterius nullam habebit. [a] Omne persolutum debitū duobus hominibus [b] solutionē uidentibus & audientibus debitorem probare necesse est. [c] Qui ad iudicium non uenit cum ad hoc teneatur mulctā præstet nisi se iuste excusauerit. [d] Donationem si quis uiderit & ei nō contradixerit & a sententia quā audiuerit [e] non appellauerit [f] postmodum ei contradicendi & appellandi facultas denegetur. [g]

Glosa.

Omne persolutum debitum hominibus cū duobus. &c. facta enim non presumuntur nisi probentur, & sic ea quę non apparent non presumuntur, vt. C. de proba. L. i. C. de non numerata pecunia. L. assueratio, de cōsecrati. distin. i. solennitates, de pe. dis. i. Petrus, de fide instru. cum Ioannes, sic ergo allegans solutionem ipsam probare tenetur cum & excipiendo reus fit actor, vt. ff. de exceptioni. L. i. &. ff. de proba. L. in exceptionibus & hic.

c. *Cōcordat Iur. Mu. ar. xlvij. glo.*

d. *Vide Iur. Mu. ar. xx.*

e. *Textus germanicus addit in instanti non cōtradixerit uel in instanti non appellauerit.*

f. *Quomodo autem sese excusare debeat uide infra eo lib. ar. xi. glo. et li. iij. ar. vij.*

g. *Cōcordat Iur. Mu ar. x. xi. xiij. & xx. glo. Vnde & paragraphus iste intelligi debet iuxta ar. xij. infra eo. li. quod sententia huiusmodi ꝓ ualere debet sedendo in sua sede a scabino in iudicio a iudice interrogato inueniri debeat, unde sententia huiusmodi inuenta immediate increpari debet secundum ius nostrū & nō in-*

est contractum per scripturam solutio, p banda est etiam per scripturā uel quinq; testes idoneos qui deponant quod præsentes fuerunt solutioni perdita uero scriptura & casu probato duo testes de uera numeratione deponentes sufficiunt ut in ea. L. testium faalitatem C. de testi. habetur, ubi & in glo. ibidem limitatur id esse uerum de quinq; testibus si quantitas excedat quinquaginta aureos alias sufficiūt duo testes in rebus exiguis, uide ad id Iur. Mu. ar. xxxi.

telligitur de illis sententijs quæ extra iudialiter à commissarijs &c. & quæ inscriptas proferuntur Contrariũ enim habetur, ut in c. quod ad cõsultationem extra de sentẽtia & re iudicata, ubi dantur decẽ dies ad appellandum.

Qualiter vero & quod modis fiat solutio vide in glossa, & infra lib. iij. circa articulũ. xl.

Glosa.

h. Tria ex usurpatione maioris autoritatis ammittuntur.

Pro intellectu textus articuli notãdum h q̃ tria sunt quę ex vsurpatione maioris autoritatis ammittuntur. Primo quando aliquis sibi vsurpat maius ius q̃ sua propagatio sibi tradiderit, ius vt sic suum innatum perdit, vt supra. li. i. ar. xvi. Secundum si mulier vsu fructum dotalicij loco proprij sibi vendicet, dotalicium vt sic ammittit, vt supra. lib. i. ar. xxxij. Tertio vt textus habet, si quis emendã maiorem q̃ ei ex genelogia pertineat expetat vtsi rusticus emendã nobiliũ habere voluerit ¶ Omne persolutũ debitum probari debet cum hominibus. &c. hic liquido apparet q̃d Saxo conuinci testimonio potest contra illos qui aliter senciunt.

i. Solutio cõtigit quadrifariam.

Solutionem videntibus & audientibus. &c. Quidsi vnus viderit & non audierit vel econtra. Pro intellectu istius nota quod solucio cõtigit quatuor modis. i Primo quãdo illud idẽ restituitur quod accẽmodatum fuit, & illud videri & audiri potest, vt insti. qui. mo. re. cõtra obliga. §. i. Secundo solutio fit ex recompensatiõe sicut si tu debes mihi decem, & ego tibi triticum ad vnam diem ita quod vnum non excedat aliud in valore, hic vnus non videtur alteri quicq̃ debere quia quantũ vnus alteri tantum ille vicissim sibi, illa solutio fieri potest, quod eam quis non viderit vel audierit, vocaturq; in legibus solutio ex recompensatione, vt. C. de soluci. L. eius. Tertio si soluo alicui qui sit mutus, huiusmodi solutionem nisi videre quis potest, ille eñ loqui nõ potuit, & ita me liberũ dimittere per verba non valebat. Quartum si debitum meum in alio debitore tibi abscedam & tu in illo contentari vis, hęc solucio duntaxat auditur non tamen videtur. C. de noua. L. ex contractu. k Ex quo itaq; vnus nõ nisi quatuor modis debitor efficitur, hoc est ỹbo, scripto, re, & p̃missione, vt insti. de obliga. §. vlti. ergo etiam quatuor modis ab ea vnus liberari poterit. Naturale enim est vt eo modo quis liberetur quo pacto obligatio facta fuit, vt. ff. de regu. Iuris. L. nihil. Vnde & aliqui paragraphũ istum vbi dicitur videntibus & audientibus, limitant dicẽtes, quod ibi hęc dictio &, magis facit orationem disiunctiuam q̃ copulatiuã ita quod sensus sit, duobus hominibus solutionem videntibus vel audientibus.

k. Debitor unus efficitur quatuor modis.

Qui ad iudicium non venerit. &c. De hac materia vide supra. li. i. ar. liij.

Donationem si quis viderit. &c. Contrarium istius videtur esse supra ar. xxix. vbi dicit q̃d proprietas & fundus non nisi post tricesimũ & vnum annum diemq; & sex septimanas adversus Saxonem prescribuntur. R. quod ibi loquitur de absentibus, hic vero de presentibus, inequiter eñ eis prescriptio currit, vt Insti. de vsuca. §. & cum hoc, ratioq; diuersitatis est, estimatur eñ quod ille qui presens est tacirurnitate sua emptorẽ colludere vellet. Vel etiam reputatur accedere ad id voluntatẽ eius ex quo non contradicit, qui enim tacet consentire videtur, vt in auten. de sanctis Epis. & cleri. §. si seruus coll. ix. &. ff. ad munici. L. quociens. Sciendum tamen quod in isto casu vnus iuramento se absoluere poterit si forsan contra eum proponatur quod donationem vidisset, q̃is etiam iudicio adesset, nisi forte ad donationem vel alienationem huiusmodi verbo aut facto iuuisset. l Eta sententia quam audiuerit non appellauerit. &c. Contrarium istius habetur de iure communi secundũ canones & secundum leges, vbi inducie dantur ad appellandum decem dies post sententiam latam, vt in auten. de appella, m & infra quę tempora. §. i. coll. iiij. R. quod secundum Saxones tempus appellandi nonnisi iudicio durante admittitur ex eo quia apud Saxones interrogantur partes an, sententiam suscipiant necne, etsi cõsenserint eandem posthac increpare non possunt, vt. ff. de reg. Iur. L. nemo, &. C. senten. rescin. non pos. L. impetrata.

l. Vide clarius ad hãc materiã Iur. Mu. ar. xi.

m. Tu dic ratio esse potest hæc, quod per consuetudinẽ uel statutum uniuersitatis potest abreuiari & prolongari tempus appellandi glosa singularis in L. præscripcione. C. si cõtra ius uel utilitatẽ publicã.

Articulus VII

LEgalis impedimenti a quatuor sunt cause captiuitas, infirmitas, peregrinatio extra fines terræ, & publica expeditio. Si aliqua prædictarum causarum ut ad terminum iudicialem sibi præfixũ uenire non posset euenerit, ipse pro eo dummodo ut iuris est b demonstretur damnum non sentit aliquale, & usq; ad primum iudicialem terminum post cause cessationem inducias obtinebit. Qui autem quod cõpareat fuerit stipulatus si ex prædictis aliqua causa euenerit, fideiussor suus necessitatis causam debet manifestare suoq; iuramento confirmare & non alter nunctius.

a. Cõcordat Iur. Mu. ar. xlvij. glo.

b. Textus uetustiores addunt per nunctium suum quisquis ille sit.

Glosa.

Quatuor sunt cause. &c. Pro istis causis uide materiam & docto. in. c. querelam de procur.

c. Infirmitas nedum sua sed etiam amicorum facit impedimẽtum legale.

dicit Ia. de Are. quod infirmus tenetur constituere procuratorem in his quę de facili possunt explicari, in alijs autem non. vt nota. ff. pro socio. L. idẽ, & ad tertul. L. siue ingenua. .ij. §. confestim. Et si longa infirmitate quis teneretur, tunc daretur curator bonis, Insti. de cura. §. penul. & de procurato. c. ij. de dolo. & contuma. cum dilecti. cum similibus. c Et infirmitas nõ sua sed etiam suorũ excusat. Et si absens sit habet excusationes & legittima impedimenta quę scit presens, si tacet imputabit sibi & prouidebitur absenti, vt. ff. de iudi. L. si prętor. §. marcellus.

Glosa.

d. Vide extra de electi. c. quapter arca finem.

Superius declaratũ est quid damni euenit cũ vnus iudicio se contumaciter non presentat, hic excipit casus quosdam quibus vnus se excusare potest, ne damnum incurrat. Et ne homines faciliter vel ex leui causa negligentię suę excusationem habeant, determinate in textu quatuor exprimit causas. d Prima est captiuitas, vt. C. qui ex. cau. maio. in integ. resti. per totum. Captiui etenim obtinent illud totum quicquid consequi potuissent interim quod captiui detinebantur, vt. ff. de capti. & post limi. reuer. L. bona. Secũda causa est infirmitas, vt. C. qui. ex cau. maiores in integ. resti. L. ij. &. v. q. iij. c. si egrotans. Egritudo tamen huiusmodi esse debet quę obstaculo esset quod venire nõ possit, vt. ff. si quis cauci. L. ij. §. iij. &. iiij. Tertia causa est peregrinatio. Intellige quod sit in peregrinando interim quod de ista causa sibi notificatum nõ sit, alias eum non iuuabit, vt. ff. ex qui. & a quibus manumis. liber. in pleriscq; legibus. Quarta causa est expedicio publica & ista excusat semper ante & post indictam causam, vt. C. de resti. milli. L. si qd, &. L. ignorare, immo ista causa omnem excusat actionem.

Quęrere vnus possit. Ex quoquidem nõ nisi quatuor necessitatis legittime describunt causę. Quid si vnus citatus sit, vltraq; aquam domicilium habeat, nec consuetui possit propter impetum forsan venti, vel quod nauẽ habere nõ possit, vel quia ęquo spoliatus sit, vel quod extra regnum in mercancijs exercendis occupetur, vel in obsequio domini sui extra expeditionem & absq; scitu imperij fuerit, an vt sic excusari potest iste necne. Dicunt quidã quod non quia hęc impedimenta non cõputantur inter has quatuor causas ergo. &c. Prętera vbi ius aliquã limitat causam ibi volũtas, constitutio, & interpretatio nostra locum non habet, vt. C. de iurisdici. om. iudi. L. priuatorũ. Exquo itaq; ius non nisi quatuor legalis impedimẽti causas vt textus habet posuit frustra ergo iste apponuntur. Non obstantibus tamẽ his allegationibus, R. e quod propter vnamquamq; legittimã causam parcere hominibus debemus, vt. ff. qui & a quibus manumis. liber in pleriscq; legibus, etsi parcitur nec iudex contra illos sententiam proferre debet qui absentes sunt, nisi forsan ex proteruia absententur, vt. iij. q. ix. c. caueant &. C. de accusa. & inscrip. L. absentem. Exquo itaq; isti ex causis legittimis non comparuerunt, pro cõtumacibus non habentur. Quare omnes causę legittimę eos excusabunt. Quinimmo & causę quę hic in glosa introducte sunt ad illas quatuor in textu positas reducũtur, vtpote inundacio aquarum, adequatur captiuitati quia sicut ista sic & illa impedit & captiuat animum meum quod non possum id q̃d velim. f Captiuitas etenim est impedicio p̃prię voluntatis, vt Insti. de iur. person. §. i. Item spoliatio ęqui, egritudini corporis coequatur, quia sicut ista sic per comparationem vnus illa impeditur. Si quis etiam in negociatione vel quęritãdi victus gratia extra regnũ existat, is honesto & bono operi insistit, & ita in obsequio dei esse videtur quare refertur ad peregrinationẽ. Ille etiam qui in obsequio sui domini quisquis ille sit occupetur, in obseqõ imperij esse dicitur quia obedit illi quem imperiũ sibi pręposuit imperatq; sibi is qui põtestatem ab imperio habet. Cum vero mandat mihi ille qui potestatem ab imperio habet facere videor id quod imperium mãdauerit, vt. C. de vete. iur. enucle. L. deo autore. §. his itaq; insti. &. ff. de re. mili. L. desertorem. §. in bello &. L. omne. §. contumacia, & in autẽ. neq; miles. §. i. coll. viij. Sed & omes alie his similes legittime causę quibus posset se vnus excusare quod iudicio non cõparuit ad has quatuor in textu positas reduci poterint.

e. Quæcumq; legittima causa potest excusare unum.

Dummodo vt iuris est demõstretur. &c. hoc est debet probare illud iuramento & hoc vel nunctius ille qi istud denunctiat, vel per illũ q denunctiare facit postq̃ reuenerit g & in isto actor optionem habebit, quem ex his ad iuramentũ admittere velit, an nunctium vel principalem. Quodsi veniendo legale impedimẽtum iuramento probare recusauerit cadet in sua causa, vt. ff. de re. iudi. L. contumacia.

Legale impedimentum fideiussor manifestare debet. &c. quia fideiussor respondere tenetur pro eo, & omnẽ defensam accipit qua respõdens vti potuisset, vt in auten. de fideiusso. §. .i. coll. i.

f. Captiuitas q. s.

g. Iure etiam feudali nunctius qui legale impedimentum importat de non posse sisti in iudio reti non debet q̃squis ille sit siue sit seruilis siue libere condicionis seu. c. xxiij.

Articulus VIII

ACtio occasione iniuriarũ uel pro pace fracta contra absentem proposita si fuerit postmodumq; accusatus præsens iudicio sa

ctus sit,& actor in præsentia eius ce
ptam non proponat actionem, iu/
dici mulctam præstabit & reo con/
demnabitur ad emendam,sed & re
us ab actione liberatur. [a] Quod si
actor suam prosequatur actionem
licet reus iure suo se excusauerit ac/
tor nullum damnum exinde sustine
bit si reum per duellia uerba non
impecierit.

a. *Et hoc est uerum si reus per sententiã petat se absolui, si uero non & actor postmodũ querelam innouet respondere eum oportet.*

Glosa.

Et reo condemnabitur.&c. Absente ergo ac
tore & reo presente, ex negocio non liquido
absoluitur. Et regulariter victus victori in ex
pensis condemnatur, vt in.L. properandum.
§.etsiquidem &. §.sin autem.C.de iudi.& in
aurẽ.de iudi.§.oportet.col.vi.&.C.de Epis.
& cle.auctem.generaliter,& extra de ma. &
obed.c.vlt.& de pe.c.calum.& facit infra ar.
xij.ante medium.

Glosa.

Dictum est superius quomodo vnus se excu
sare debet postq̃ accusatus sit. Tum etiam qd'
respondens actorem ad impensas non indu
cat, In presenti articulo habetur cautela ne ac
tor respondentem ducat ad expensas inanes,
hęc enim duo iure vt cõmuniter precustodi/
untur, vt insti.de pe.teme.liti.§.i Quare dicit
hic in textu si quis contra absentem actionẽ
proposuerit.&c. Qui enim accusat absentem
in presentia vero eius subterfugit. Signum est
quod false cõtra ipsum querelam proposuit,
vt in auten.de exhiben.& introducen.re.§.si
vero, coll.v.&.C.de iureiuran.propter calũ
niam.L.ij.§.quod si actor,& §.si reus, mul
ctamq; vt textus habet iudici prestare cogit,
ex eo, quia transgressus est iuris preceptũ qd'
disponit vt nemini nocere debeamus, vt In
sti.de iusti.& iur.§.iuris precepta &.ff.de pre
uari.L.accusator &.L.ab imperatore.
Qui etiam ab actione liberatur.&c. vt.C.de
abolici.L.abolicio vbi habetur, qd' actore
absente accusatus absoluitur, vide etiam ad
id.C.de iudi.L. properandum.
Quod si actor suam prosequatur actionem.
&c. Contrarium istius esse videtur.C.de ca
lumni.L.quisquis, vbi habetur quod vnusq;
uis vitare debet a falsa accusatione, quia alias
subibit pœnã accusati, &. quod articulus in
telligi debet, quod videlicet actor nullum su
stinet damnũ, si & in quantũ accusatus vin
cula aut alias grauitates exquerela accusato
ris perpessus nõ sit [b] quia alias teneretur sus

b. *De pœna talionis uide infra li. iij. ar.lx glo. fi.et supra li.i.ar.lxix.*

ferre similes grauitates vt in.L.allegata.C.de
calumnia,& supra,li.i.ar.lxix.&.C.de abo
li.L.fallaciter. Vnde non sine causa subinferẽ
in textu si reum per duellia verba non impe
cierit, hoc est si eum non diffamauerit.

Articulus. IX

[a] Qui cum inceperit re/
spondere si alius termi
nus sententialiter præfi
gatur & in eo non com
paruerit quasi uictus condemnetur
Iudex ab actore & reo cautionẽ re/
cipere debet ut iuri se representent
[b] & ipsi respectum & confidentiã
habere debent iurium suorum ad iu
dicium quia causa dilata est per sen
tentiam in aliam diem. Captiui ho/
minis actio si sententialiter in cra/
stinum fuerit inducIata iudex eum
debet ad repræsentandũ commoda
re, hoc est ad fideiussoriã dare nisi
sit in facto deprehensus manifesto.

a. *Textus uetustiores habent qui cum respondere ceperit & non finita causa negotium in alium prorogetur terminum reuſq; non comparet tanq̃ uictus condemnatur.*

b. *Textus alij ita legunt & ipsi respectum ad iudicem habere debẽt quia per sententiam causa dilata est in aliũ diem*

Glosa.

Qui cum inceperit respondere.&c. concor
dat lex communis,& vide infra.li.iij.ar.xvij
Scire enim debes quod Iudex est publica p
sona qui etiã subiectis precipere potest & pro
bono eorũ agere, vt.ff.rem pupilli vel ado
lescen.saluam fore.L.nõ quasi,& in.c.quanq̃
li.vi.de vsuris.

Glosa.

Maxima fuit imperatorum omniumq; legis
latorum in eo cura & diligentia, vt ius ipsum
& iusticiam ab insultu & impetitiõe calum
niantium tuerentur & defenderẽt, quodq; iu
stus a nequam homine nõ opprimatur, vt in
auten. de here. & fal.§.i.coll.i. vnde & multas
super eo sanxerũt leges, vt in auten. hęc con
stitutio innouat.§.quod, coll.viij. Sed & iure
nostro Saxonico tam in articulo mox præce
denti, q̃ in presenti hoc idem cauetur, consti
tutiones tam de actore q̃ de parte responden
te sancite sunt, quo pacto vnus erga aliũ sese
habere debeat, quodq; vnus alteri actione ce
pta nõ iniurietur, verum vt ordo iuris expo
scit tam in agendo q̃ respondendo procedãt.
¶ Qui cũ inceperit respõdere.&c. Pro intel
lectu articuli sciendum [b] quod respondere

b. *Respondere unus non dicitur nisi respondeat ad obiecta actoris.*

vnus non dicitur nisi respondeat ad obiecta
actoris. Vnde si tu cõtra me proponis pro de
cem, ego vero dico. Domine Iudex ex quo
iste & ego vnius iurisdictionis sumus an illic
in iurisdictione nostra maiori iure me conueni
ri non debeat quã hic, hoc dicto nondum ali
qua facta est responsio [c] quia q̃diu me respõ
dere defendo tamdiu non respondeo, sed
si affirmo, vel nego debitum, iam respondere
incipio, vt.C.de litis contestati.L.res.
Et in eo non comparuerit, quasi victus con
demnet.&c. Querere vnus possit postq̃ vnus
non comparet & ita nec respõdere incipit an
vt sic perdit causam suam necne, videtur eñ
quod non, exquo nondum respondere cepit
&. qd' iure nostro tanq̃ victus cõdemnat vt
textus habet, secus aũt ẽ de iure canonico, vbi
non nisi post litis contestationẽ cõtumax in
actione superatur, in expensis tamen semper
condemnatur, vt.C.de iudi.L.properandũ.
§.sin autem.
Iudex ab actore & reo cautionem.&c. de hoc
vide.C.de his qui accusa.pos.L.qui crimen,
& hoc intellige si nullam proprietatem in il
la iurisdictione habeant, vt supra eo.li.ar.v.
Vt se iuri representent, vide.ff.de preto.stipu
la.L.i.&.ff.iudica.sol.L.iam tamen.
Quando actio captiui in crastinum inducIata
sit.&c. ex isto intelligitur quod in causa per
noctata debet vnus ad fideiussoriam dari [d] in
facto vero manuali non, cõcordat supra, li.i.
ar.lxvi.&.C.de exhiben.& introducen.re.L.
nullus,&.ff de custo.reo.L.si quis reum.

c. *Quamdiu me nõ debere respõdere defendo tam diu nõ respondeo. Concordat infra li.iij.ar.xxx.*

d. *Ex isto colligitur quod captiuus extra manuale factum detentus per sententiam à iudiciaria potestate eliberari debet uel quærere causam quur & quare id fieri non debeat & si necesse esset parti aduersæ consuetudinem probare.*

Articulus X

[a] Roscriptus licite die/
bus feriatis uel ligatis
aresletur uel detinea/
tur [a] sed in his nisi sit
factum manifestum non condem/
netur.
¶ Fideiussores nemo statuere tene
tur ultra mensuram sui uerigeldi ni/
si in debitis recognitis uel si debita
iure contra eum fuerint comproba
ta. Tempore feriato nõ iuratur nisi
pax & super malefactore in facto
manifesto. Violentiam in ferijs qui
cõmittit eum ferie non defendũt. [b]
Similiter Ecclesia & cimiterium nõ
defendit illos in crimine quod in lo
cis illis cõmiserunt. Quicquid exce

a. *Articulum præsentẽ confirmat lex xij. tabularũ in hæc uerba, ferijs iurgia amouento, easq; in famulis (operibus patratis) habento, ut ita cadat in annuis anfractibus descriptũ esto, qua lege innuere uult quod ferijs festisq; diebus liberi homines quietem litium & iurgiorum Serui uero rusticorũ operũ & labori intermissionẽ habeãt.*

b. *Concordat iure Mu.ar.ix.*

pta actione iniuriarum coram iudi
ce in præsentia partium tempore fe
riato propositum fuerit, iudex licite
iudicabit & reo præcipere quod uel
fateatur temporeq; deputato satisfa
ciat, aut neget. Feriato tempore iudi
ci bannire iudicium non licet. Obli
gatus ad iuramenti sacramentũ in
proximo sequenti die non feriato il
lud explebit.

Glosa.

Proscriptus licite in diebus feriatis.&c. An fe
rie messium & vindemiarum cuilibet conce
dantur, vide in questione dominicali.xx. quę
incepit vtrum ferie.
Violentiam in ferijs qui committit eum ferie
non defendunt.&c. concordat lex cõmunis.
C. de ferijs. L. prouinciarum, vbi dicitur, pro
uinciarum presides moneantur [c] vt in quęsti
onibus latronum & maximę hizaurorũ nul
lum quadragesime nec venerabilem pascarũ
diem existiment excipiendum nec differat sce
leratorum prodicio consiliorum, quę per la
tronum tormenta querenda est, cum facilli
me in hoc summi nominis speretur venia, p
quod multorũ salus et incolumitas ꝓcurat.
Similiter Ecclesia & Cimiterium non defen
dit.&c. [d] Et scias qd' alias fugiẽti ad Eccle
siã dabit ecclia expẽsas in quã fugit, sicut et in
carceratis dat expẽsas custos carceris, de hoc.
xvij.q.iij.c. definiuit in glo, si qs. [e] Et si stãs
extra cimiterium trahit cum qui stat intus p
partem mantelli quę manet exterius, offendit
immunitatẽ Ecclesię, vt. xvij.q.iij.c. si quis,
facit de senten.excom. nuper, & notat hoc
Vincen.in.c. vlti. de immunita.eccle. Quę aũt
sit pœna violantis immunitatem ecclesiasticã
vide per .Hos, in sum.de immu. eccle.in.§.
quę sit pœna.
Quod in eis cõmiserunt.&c. vide in.c.fi.de
immu. eccle. de hac materia, & in. L.ij. &
L. presenti. C. de his qui ad eccle. cõfu. in tex.
& in glo.
Feriato tempore iudici bannire iudicium nõ
licet &c. Sed nec aliquos iudiciarios actus ex
ercere, concordat lex cõmunis. C. de ferijs. L.
dies, vbi dicitur [f] dies festos, dies Maiestati al
tissime dedicatos nullis volumus voluptati
bus occupari, nec vllis exactionũ vexationi
bus prophanari. Dominicũ itaq; diem g ita
semper honorabilem decernimus venerandũ
vt a cunctis executionibus excusetur. Nulla
quenq̃ vrgeat admonicio nulla fideiussionis
flagitetur exactio, taceat appitio, aduocatio,
delitescat, sit idem dies a cognitionibus alie

c. *Latrones & male fica etiã diebus solemnibus torturis applicari possunt.*

d. *Ad Ecclesiam fugienti, Ecclesia expẽsas sumministrabit.*

e. *De immunitatibus ecclesiarum uide.*

f. *De celebratõe dierum festorum uide.*

g *Dies dominicus omnũ celeberrimus.*

nus. Preconis horrida vox fileſcat, reſpirent a controuerſijs litigantes, & habeant federis interuallum, ad ſeſe ſimul veniant aduerſarij non timentes, ſubeat animos vicaria penitudo, pacta cõſerant, tranſactiones loquantur, nec tamen huius religioſe dici ocia relaxantes obſcenis quenq; patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die ſibi vẽdicet ſcena theatralis aut circenſe certamen, aut ferarum lachrimoſa ſpectacula, etiam ſi in noſtrum ortũ aut natalem celebrando ſolennitas inciderit differatur. A miſſionem miliciq; proſcriptionemq; patrimonij ſuſtinebit ſi quis vnq; hoc die feſto ſpectaculis intereſſe vel cuiuſcunq; iudicis apperitor prętextu negocij publici ſeu priuati hęc quę hac lege ſtatuta ſunt crediderit temeranda.

Gloſa.

Proſcriptus licite diebus feriatis. &c. hoc ſit ex eo, quia ius preſtolare cogitur niſi factum forſan ſit manuale vt textus habet, vide ad hanc materiam. C. de ferijs. L. prouinciarum, & in auten. de manda. princi. §. necq; coll. iij.

h. *Fideiuſſorũ differẽtia in cauſis criminalibus, & ciuilibus Cõcordat ſupra li. i. ar. lxv. glo. Iur. mu. ar. xxvij.*

Fideiuſſores nemo ſtatuere tenetur. &c. [h] hic tangitur fideiuſſorum differẽtra. In cauſis etenim criminalibus non tenetur aliquis fideiuſſores ponere vltra ſuum verigeldũ qui ſe extendit ad maximũ ad decẽcto libras. Cõtrarium iſtius videtur eſſe. C. de fideiuſſoribus. L. ſi Barſatoram, vbi habet. Si Lizias Barſatoram nequam homicidam quem fideiuſſerat non preſentauerit, ipſe ſolus preſidi prouincię preſentandus erit, & ſecundum arbitrium iudicis pœna imponitur. ℟. tamen qđ quia in legibus verigeldus non eſt determinatus, quare fideiuſſor iudici preſentatur vt lex precepta habet. Iudex q; pœnã pecuniariã deſuper ſtatuit contra fideiuſſorem iuxta arbitrium ſuum, Iure vero Saxonico quia verigeldus eſt determinatus id fieri non oportet, vt .ff. de cuſto. & exhibi. re. L. ſi quis, &. ff. ad le. Iul. maieſ. L. lex. &. L. cuiuſq; dolo.

Niſi in debitis recognitis. &c. hic tangit alia fideiuſſoria que fit in actionibus ciuilibus, & iſta extendit ſe in maius q̃ illa prima. [i] Et q; mirabile quid quod fideiuſſor in cauſis quę in vitam ſe extendunt minori periculo exponitur q̃ ille qui fideiubet in cauſis occaſione bonorum. ℟. tamen quod id ex eo ſit, quia etſi quidem fideiuſſor in criminalibus eliberatur cum ſuo verigeldo, nihilominus tamen actor proſcribitur & in iure pro mortuo reputatur, vt inſti. de capi. dimi. §. maxima. Pro debito vero quia ſe debitorem fecit, ſi cõtra illũ probabitur adimplere tenetur. [k] Promiſſum enim & conditio ius limitat omne, vt. ff. de reg. iur. L. in toto, &. ff. q manumitt. nõ poſ. L. vlti. Ille vero pro quo fideiuſſit ciuis & in ſtatu permanet ſuo.

i. *Fideiuſſoria in ciuilibus grauior eſt q̃ in criminalibus.*

k. *Promiſſum & cõdicio ius limitat omne.*

Tempore feriato non iuratur. &c. hic tangit quod quęrele nonnulle progreſſum habere non poſſunt propter dies ligatos. Quia homines tunc temporis ſeruicijs dei vacare debent. Vocãturq; dies illi in legibus ferie quaſi dies vacantiarum, a quęrelis enim protunc ceſſatur.

Notandum circa id [l] quod huiuſmodi ferie ſeu dilationes iuris quędam dantur per iudicem, quaſdam iudicio ipſum dat. Dies quos iudex dat, quidam ſunt propter citationem, quidam propter deliberationem, vel ad proſequendum, vel propter violentiam illorum quos reſpondens citauit, ſicut ſi cui bona accepta ſint violenter, ille reſpondere non tenetur niſi reſtitutus ſit in bõa ablata, vt extra de reſtitu. ſpolia. c. frequẽs, li. vi. & no niſi in trimeſtri ad minus poſtq; rehabuerit, vt. iij. q. ij. ejectis. Citatis dantur tres menſes quia vnus quiuis tribus iudicibus citari debet ſemper in ſpacio triginta dierũ iure ſpirituali, vt, xxiij. q. iij. c. de illicita. Ad deliberandũ dantur viginti dies, vt. iij. q. iij. c. inducie. §. offeratur. Ad adaptandũ lete ſicut ſi vnus teſtes in prõptu habere nõ poſſet datur ſpaciũ nouẽ meſiũ. Ad producendum teſtes quandoq; triũ menſium, quandoq; ſex, quãdoq; nouem, vt .iij. q. iij. c. inducie. §. ſpacium. Ad expletendum vero ſeu proſequendum iudicatum ſicut ſi ad iudicatur pecuniarum ſolutio, illeq; ſolutionem prętermiſerit, iudex vſuras exinde nõ experit niſi in quadrimeſtre, vt. C. de vſuris. L. vlti. Id tamen totum ſecundum leges & canones fit, dicunt etiam quidam quod huiuſmodi dilationes fiunt ſecundum arbitriũ iudicis, vt extra de appella. c. cum ſit. Romana. [m] Ferie vero quas iudicium dat ſunt dies certi ſolennes in quibus iudicare prohibitum eſt, Item etiam dies orationum, feſtiuitatum, vt. xv. q. iij. c. placita, &. C. de ferijs. L. dies, &. ff. eo. ti. L. ſi feriatis. [n] Omnium tamẽ ſolennitatũ dies dominicus eſt maior & principalior, vt. xv. q. iij. c. i. & in Exodo. & item de cõſe. dis. iij. c. ſabbato Deus enim omnipotens in veteri pręcepit teſtamento ab omni opere mundano vacare debere.

Notandum prętera [o] quod dies huiuſmodi feſtiui ſecundũ leges inchoantur a medio noctis, vt. ff. de ferijs. L. more. Secũdum ius vero canonicum ferie inchoantur a veſperis, & terminantur ad alias veſperas, vt de cõſe. dis. iij. c. pronunciandũ, & extra de ferijs. c. i. & ij. Prętera ſunt etiam alij dies ligati quos iudicium dat, qui ſerie ruſticorũ dicuntur, propter communem vtilitatem date & impoſitę, vt eſt tempus meſſis in Auguſto, tempus vindemiarum. &c. vt. ff. de ferijs. L. i. & iſte inchoantur & terminãtur iuxta neceſſitatem & cõſuetudinem regionũ & prouinciarum. Sunt & alie ferie dominorũ, vt ſi quando domini conſtituunt diem celebrari propter victoriã de hoſte partam, vel quod filius natus ſit, & hunc diem ſubditi ſui celebrare coguntur vt C. de ferijs. L. a nullo. ff. ex qui. cau. maio. in

l. *Varias dilationes iuris inde ſecundũ leges & canones.*

m. *De ferijs inde per totum.*

n. *Dies dominicus omnium ſolennitatũ maior et principalior.*

o. *Nota ſecundum ius feudale feriæ triplices inueniũtur. Primo dicũtur ſolennes ut ſunt feſta ab Eccleſia inſtituta. Quatuor tempora, Aduentus. & eum hoc a ſeptuageſima uſq; ad feſta Paſchæ, Rogationũ, Pentheoſtes, & tres dies ante feſtũ ſancti Ioannis et alia, ut de conſec. diſt. iiij. pronunctiandũ. et C. de ferijs. L. omnes. Secundo feriæ ſunt repentine ex mandato principũ ut cum principi filius naſcatur & dies natalis ſolenniſatur, ibi etiam iudicium bannire non licet nec iure feudali nec feudali niſi ſit deprehẽſus in facto manuali. Illũ etenim nec dies ſolennes nec ligati dies nec feriæ dominorum excuſant. nullam etenim defenſam habet. ut C. de ferijs. L. proniãrũ Tertio ſunt feriæ ruſticorum, ut tempore meßis uindemiarũ. ibi dem etiam iudiciũ bannire non licet, actamẽ inceptas antehac cauſas continuare poteſt diebus feriatis ſeu. c. iiij.*

integ. reſti. L. ſed etſi. §. ſi ferie.

Tempore feriato nõ iuratur niſi pax. &c. pro pace enim iurare tunc poteſt, vt. xv. q. iiij. c i. & extra de ferijs. c. omnes.

Et ſuper malefactore in facto manifeſto. &c. iſtum etenim nec ſolennis paſcarum dies exemit vt non puniatur, vt. C. de ferijs. L. prouinciarum, vbi ſolẽnis ſuper eo habetur lex quã annotatam vide in principio gloſe iſtius articuli, vnde ex iſto textu liquet quod huic qui in manuali facto detentus non eſt, prefigitur terminus extra diem feriatum.

Similiter Eccleſia & Cimiterium non defendet. &c. Eccleſia etenim & Cimiterium omes ad illam confugientes exceſſiuos defendit, vt C. de his qui ad eccle. confu. L. fideli. ¶ Excipiuntur tamen quinq; hominũ genera quos Eccleſia non defendit. Primo Iudeos. Secundo ſeruos qui ſe armis defendere conantur vt C. de his qui ad eccle. cõfu. L. i. &. L. ſi ſeruus Tertio ſunt ſpoliatores Eccleſiarũ & iſti in re quiſito prelato accipi exinde poſſunt, primi vero expeti debent. Quarto ſunt violatores mulierum. Quinto ſunt publici ſcortatores, vt in auten. vt lice. ma. & aui. §. qa vero, coll. viij. Illi etiã qui ad Eccleſiã confugiunt violenter extrahi non debent, verum procurari ne victus eis ſubminiſtretur, vt. C. de his qui ad Eccle. confu. L. vlti.

P. *Eccleſia omnes ad eam confugiẽtes defendit, exceptis q̃nq; hominũ generibus. Concordat Iur. mu. ar. ix. glo*

q. *Quinq; genera hominum Eccleſia non defendit.*

Quicquid excepta actione iniuriarũ. &c. Intelligendum in negocijs quę non tendunt in pœnam, illud enim iudicare poterit.

¶ Feriato tempore iudicium bannire nõ licet. &c. Is paragraphus cõtrariari videtur prioribus dictis & proxime precedenti paragrapho, dictum enim eſt quod parue cauſe iudicari poſſunt. Sed quomodo iudicabuntur ſi iudicium bannitum non ſit. Intellige quod iudiciũ bannire ei nõ licet, i deſt non debet omnes ad iudiciũ pertinentes conuocare [r] ne ſeruicium dei impediretur, inter illos tamẽ quorum actio agitur & qui preſentes apud eum ſtant, iudicare poteſt.

r. *Qui autẽ iudicio pertinẽtes dicantur, vide ſupra li. i. ar. lxx & infra. li. iij. ar. lxxi.*

Obligatus ad iuramenti ſacramentum. &c. Si vero reſpondens in inſtanti iuramentum face re vult [s] actor illud acceptare tenetur, iſtud tamen permet volũtati tam iudicis q̃ rndentis.

s. *Iuramentũ præſtare uolens, actor illud acceptare tenetur.*

Articulus. XI

[I]Vramenti ſacramentũ ſi quis pro debito promittat, idq; tẽpore determinato [a] non exoluerit expleueritq;, in debito condemnatur niſi legali impedimento ſe defendat. Et ſi ſacramentum coram iudice ſit promiſſum iudici pœnã & actori emendam erogabit. Si reus paratus ſit ad iurandum tempore [b] & loco ſtatuto, & actor reſpuerit aut præſens non fuerit reus liber eſt [c] a ſacramento & debito, ſi deſuper teſtimonium habuerit. Cui argentum uel nummi ſunt ſoluendi, & ſi ad terminum ſolutionis nõ uenerit, uel ſi uenerit pecuniam tamen accipere nollet, per hoc pecuniam ſuam non amiſit. [d] illum uero diem noſcat ſe perdidiſſe. Reus etiam ab obſtagio ſeu eqtatura tũc liberatur ſi quod promiſit [e] ſed mini/me a pecuniarũ ſolutõe. ¶ In ferijs iudicia bannire non licet.

a. *Salicet ſex ſeptimanarum, ut ſupra li. i. ar. lxij. qbus elapſis ſi tunc ad proximũ ſequens iudicium delatorem nõ ꝺtauerit & iuramentum iuraturus præſtiterit de cõſuetudine ut uictus ſuccũbet ex textu articuli præſentis ſi autem in his ſex ſeptimanis feriæ interueniũt præſtatur iuramentum proximo iudicio poſt feriας ut ſupra articulo precedenti nec audietur iuraturus ſi diceret ſe iudicium ignoraſſe.*

b. *Opus eſt ergo prefigi terminum certũ ne delator ſemper iuramentum expectare cogatur p totas ſex ſeptimanas ut in præcedenti annotatione tactum eſt.*

c. *Perſimile eſt cum unus per teſtes probare aliq̃d uult, ille uero teſtes audire recuſat, extũc iſte manet victor, ubi enim eſt eadem ratio ibidem eſt eadem iuris diſpoſitio.*

d. *Hoc eſt quia illo die tam in ſolutione retardabitur.*

Qui veto ſacramenta pro debitis. &c. [f] Scias autem quod quodlibet ſacramentum ſeu iuramentum debet habere tres comites ſcz veritatẽ, iudicium, & iuſtitiam, Sic enim dicit propheta Hiere. Et iurabunt viuit dominus in veritate iudicio & iuſtitia, vt de iureiuran. .c. etſi. Chriſtus ver. Iacobus. xxij. q. iij. c. animaduertendum, &. xxij. q. i. & iurabũt in veritate ſcilicet ſecundum cõſcientiam, vt ſicut gerit in corde, ita exprimat in ore. Et in iudicio, ſcilicet vt fiat cum diſcreciõe animi & deliberatione, & ideo furioſi iurare nõ poſſunt nec pupilli proximi infancie. ff. de arbi. L. diẽ proferre. §. coram, & de ſucceſ. ab inteſta. c. vlti. cũ ſimilibus. Et iuſtitia vt ſcilicet id quod iuratur ſit iuſtum, licitum & honeſtum, alias periurium erit & temerarium iuramentũ, vt de iureiuran. quinta vallis. xvij. q. vlti. c. vlt. & xiij. q. ij. ſi quis, cũ ſimilibus. § Pœna autẽ periurij volũtarij ſeu iſtius qui ſcienter defera uit eſt, vt fiat infamis, nec ad teſtimonium admittit, vt de teſt. c. teſtimoniũ, & vi. q. i. infames, immo nec ad quãcunq; dignitatem admittitur, vt in regula infamibus cum concordan. ibi notatis de re. iur. li. vi. & ſi clericus de hoc conuincitur, degradabitur, vt xxv. diſ. § criminis. In foro autem penitentiali imponetur pœnitentia. viij. annorum, vt. vi. q. i. quicunq;, &. xxij. q. i. predicandum. Hoc crimen enim fornicationi, immo & adulterio & homicidio voluntario comparatur, ideo ſi quis renuet pœnitentiã ex communicatur, vt. xxij. q. i. c. vlti. Et hoc verum ſi iuramentum fuit licitũ erit ſeruandum, alias ſecus quod dicit, vt notat Hoſt. in ſum. de iureiuran. in. §. quę

f. *Iuramẽtum quodlibet tres comites habere debet.*

g. *Periurij pœna.*

pena. Adde supra, lib.i.arti. lxij. de testium probatione.
Et pecuniam noluerit acceptare. &c. dicit autem lex quod paratus soluere est similis soluenti. ff. de cō. & demō. L. iure ciuili. Adde nota. in diuersorio de offerente se paratum soluere cum allega. ibi notatis.

h. *Iudex obseruare debet ferias sui fori non ferias litigantū*

In feriis iudicia bannire non licet. &c. [h] Et scias quod iudex debet obseruare ferias sui fori non ferias litigantium & sic seruat curia Romana, ferie enim sapiunt ordinem processus, & tempus est de ordine vt de fer. c. fi. secundum Inno.

Glosa.

In articulo presenti precaueē obuiaturq; astucie quorundam litigantium, fieri enim pōt quod hi qui accusantur & quibus ad instantiam partis iuramentum decernitur culpabiles sunt, vnde & aduenientē tempore decreti iuramenti iuramentum negligunt, per id forte causam & actionem annihilare volētes, & in eo astutia quadam laborāt, fraus autem & dolus nemini patrocinantur, vt. ff. de dolo. L. & eleganter. §. i. Textus itaq; articuli id innuit quod si cuiq; iuramentum decretum sit, adueniente q; tēpore illud nō expleuerit in debito cōdemnetur nisi legale impedimentū allegauerit, vt supra eo. li. ar. vij. ¶ Et si fuerit sacramentū in iudicio promissū. &c. hoc dicitur ex eo, quia contigit aliquando promitti

i. *Iuramentum promitti potest etiam coram arbitris.*

iuramentum [i] coram arbitris quod si non expleē lucratur debitum postq; id coram iudice probatum sit, ac si etiam coram iudicio actū esset. Sentētię em arbitrales custodiende sunt, vt. C. de arbi. L. i.
Ipse mulctam prestet. &c. Q. d. si actum sit coram arbitris tenere quidem oportet nō tamē mulcta eis prestatur, sicut fit quando coram iudice agitur, vt. C. de arbi. L. i.
Si reus paratus sit. &c. Quia sicu tresponděs si non comparet pecuniam perdit, ita persimile actor si se negligit negotio frustratur & iste a iuramento absoluitur, quia actoris & respōdentis ius debet esse equale, vt. ff. de reg. iur. L. non debet.
Liber est a sacramento & debito. &c. Is paragraphus est cōtra nonnullos fatuos, qui dicunt quod iste eliberari non deberet verum in aliud tempus negotium differri.

k. *Arbitri testimonio unū uincere possunt.*

Si desup testimoniū habuerit videlicet corā iudice vel coram arbitris, vt supra. li. i. ar. vij. vnde ex isto sequitur [k] quod arbitri & diuersarum compositores testimonio vnum conuincere possunt [l] acsi coram iudicio actum sit vt. ff. de probati. L. i. &. ij.
Vnde exquoquidē iure vtroq; spirituali videlicet & seculari sepius dantur arbitri ad discutiendum causas eis commissas quorū sententię non semper ex recto veniunt tramite, quę nec increpari possunt. [m] Ad obuiandū itaq; euenienti periculo quędā ex ordine de arbitris ipsis annotare placuit.

longū pulchras easdemq; utiles annotationes, uide etiam ad hanc materiam C. de arbitris. & ff. de receptis arbitris, & q arbitrium reapiunt, extra de arburis totum.

n. *Arbitri qui esse nō possunt uide.*

n Vnde sciendum q; arbiter esse nō potest seruus, vt. ff. de arbi. L. periurus. §. in seruum. Itē minorennis seu ętatem nō habēs, furiosus seu freneticus, surdus, mutus, arbiter esse etiam non potest, vt. iij. q. vij. c. tria, &. ff. de arbi. L. in seruum. L. quin etiam, &. L. cū lege Iulia. In propria etiam causa nullus arbiter esse pōt, vt. ff. de arbi. L. penulti. Contrarium tamen istius videtur esse. C. mādati. L. in re manda. vbi dicitur quod quilibet potest esse compositor negocij sui. ℟. tamen quod in lege allegata in. C. intelligere vult qd' quiuis esse potest compositor seu equator negocij sui. Lex vero adducta. ff. de arbi. intelligit de arbitris ipsis qui iudices causarum sunt, siue iuste, siue iniuste pronunctient sententiam eorum tenere oportet, vt. ff. de arbi. L. idem. Preterea mulier arbiter esse non potest. vt. ff. de reg. iur. L. ij. nisi sit matrona clarissima discreta & sapiens, vt extra de arbi. c. dilecti filij. Item iudex infeudatus arbiter alicuius esse non potest, vt. ff. de arbi. L. sed etsi in seruum. §. ij. & hoc secundum leges, secundum vero canones bene fore poterit, vt extra de arbi. c. cum tempore &. c. cum olim, & extra de electi. c. cū causa, & extra de preben. c. nisi essent, & de presum. c. literas. Item in criminalibus & occasione seruitutis eligi seu ex electione fieri arbiter non potest, quia ad id requiritur iudex ordinarius vt de restituci. in integ. c. penulti. & item pro matrimonio, vel in causa matrimoniali, vt extra de iureiuran. c. tua. & extra de in integrū restitutiōe. c. causa restitutionis. §. in matrimoniali. Item infamis arbiter etiam esse non pōt licet in certis casibus admittatur, vt. iij. q. vij. c. tria, &. ff. de arbi. L. pedius. Itē si mulier ex parte alterius arbitrum eligat nō tenet, vt. ff. de arbi. L. non distinguemus. Si etiam pupillus absq; licentia tutoris in arbitrum consenciat nō ligat, vt. ff. de arbi. L. si pupillus. [o] Sēntentia etiā arbitralis si non sit sub pœna vallata, vel aliquo vadio huic simili non valet, vt. C. de arbi. L. i. Vel nisi iuramento cōprobetur secundum ius Canonicum, vt extra de arbi. c. cū tempore &. c. non sine. Arbiter preterea sententiam pronunctiare debet tempore per partes prefixo, nam si alio tēpore proferat non valet, vt. ff. de arbi. L. non distinguemus, & extra de officio delegati. c. de causis. Si etiam sententiam proferat die solenni vel feriato sententia non valet, vt. ff. de recep. arbi. L. diem. §. si quis litigatur, &. ff. de feriis. L. si feriatis. Cause etiam spirituales si per laicum iudicem decidantur non valent vt extra de arbi. c. cōtingit, & extra de iudi. c. decerni mus. Etsi plures arbitri eligātur cōcordari debent alias non valebit. ff. eo. ti. L. sicuti &. L. item. §. si plures, nisi forsan aliter condictum inter eos sit, vt. ff. eo. ti. L. non distinguemus. §. cum plures. P Si etiam arbitri sententiam quā edixerunt in scripto non dederint, nō valet sententia, vt. ff. eo. ti. in certis legibus, nisi

o. *Sententia arbitralis si nō sit sub pœna uallata non ligat, Cōcordat Iure Mu. ar. lij. & item de sententijs arbitralibus uide per ordinem.*

p. *Sententia arbitralis in scripto dari debet.*

60

forsan aliter condictum sit, vt. ff. de iudi. L. ij. q. Preterea si plures arbitri eligātur mortuo vno aliorum perit potestas, vt. ff. de arbi. L. item. §. item si plures, possunt etiā illi qui arbitros elegerūt ad id cogi quod arbitri decreuerint, & hoc fit per iudicē ordinarium, vt in. c. dilecti. de arbi. & in. L. ij. §. ait pretor. ff. de arbi. Vnde & compromissum non extēditur in compromittentis hęredes, si de ipsis non fuerit cautum in compromisso, vt. c. fi. extra de arbi. Insuper arbitri vltra edicere & decernere non possunt nisi illud quod eis cōmittitur, vt ff. eo ti. L. si cum dies. §. i. ff. de verbo. obliga. L. quicquid, & extra de arbi. c. cū dilectus. [r] Item si arbitri tres fuerint & duo ex eis concordent, tertius cogitur stare voluntati eorum, [s] si vero vnus dixerit decem dare alter sex, tertius vero quinq;, qui minus dixerit illius sentētia ligat, quia qui decem aut sex dare dixit, etiam consentire in quinq; quod minus est videtur, vt extra de arbi. c. fi ex tribus li. vi.

q. *Mortuo uno arbitrorū aliorum perit potestas.*

r. *Arbitri si tres fuerint & duo concordent ad inuicem tertius assentire cogitur, uide ad id Iure Mu. ar. lij.*

s. *Arbitri in edicendo ille qui minus dixit illius sententia ligat.*

Cui argentum vel nummi sunt persoluendi &c. Si enim tempus illud solutionis corā iudicio limitatum sit, extunc debitor in absentia creditoris pecuniam apud iudicem relinquere poterit & eliberatur, vt supra ar. v. Si vero extra iudicium stipuletur solutio, & actor pro tempore prefixo non comparet, debitor vt sic satisfacit promissi sui comparendo, & acquirit posthac tempus competens, non tamen per id creditor perdere debitum dicitur. Cōtrarium istius videtur esse. ff. de solu. L. si debitor, vbi dicit lex, si pecuniam creditor accipere noluerit peramplius in iudicio audiri non debet. Non obstante tamen lege allegata. ℟. sub distinctione, quia vel solutio adiudicata sit coram iudicio, eamq; actor ex certis causis acceptare recusat, respondens coram iudicio pecuniam reponat, vel in proxima iudicis domo, & vt sic ab omni querela liberatur, vt supra eo. li. ar. v. Si vero solutio extra iudiciū promissa sit, eamq; acceptare itidem nollet per id pecuniam non perdit suam sed duntaxat diem iuxta condictamen determinatam, & respondens vt sic sine dāno manet si aliquod exinde imminebat in bonis vel in honore, quia actoris culpa factum est qd' solutio non sit subsequuta. vt. ff. de reg. iur. L. in iure, hanc; differentiam verbum illud in articulo positum cū dicitur accipere nollet, clarius exprimit, Nolle em aliquid accipere dupliciter intelligitur, vel absolute, vel sub certo respectu, euenit enim quandoq; quod vnus iubens rem habere veller, sed propter insecuritatē vię vel ex alia certa causa eandē non acceptat, iste non perdit pecuniā suam, sicut hic. & C. de soluti. L. oblignatiōe. Sed si vnus rem suam acceptare non vult, nec hic nec in aliquo alio loco vbi de iure eam acceptare deberet, iste rem pdere dicitur, & per id soluitur argumentum incontrarium inductū, & lex allegata. ff. de soluti. L. Si debitor,

¶ In feriis iudicia bannire non licet &c. Dicere quis posset, Paragraphū istū esse superuacaneum, nam & supra articulo precedēti hoc idem dixerat, & ita prius dicta reiterare videtur. ℟. quod non sine causa id factum est, quod paragraphum presentem reiterādo hic inseruit, declaraturus enim est autor priuilegij de penis contra iniustas sententias, & de sententiarum increpationibus seu appellationibus, & hoc articulo sequenti, vt. ff. de mino. L. prefecti. Quare & breuiter tangit paragraphum prius declaratum, quod videlicet in feriis bannire iudicia non licet, si enim iudiciū bannitum non sit, nec sententia inueniri poterit, nec inuentam increpare oportebit, quia & hic etiam non appellate minime ligant.
Circa id notandum quod appellationis quā nos increpationem sententię vocitamus [t] triplex inuenitur modus. [u] Primus quod quędam sententię etiam non appellatę nihil valent, & hoc in quatuor casibus. Primo si sententia cōtinet expressum iuris errorem, vt C. quan. prouo. non est necesse. L. Si cum inter te. Secus si error non sit expressus, licet sit lata cōtra ius, valet tamen, sed est iniqua & nisi prouocetur transit in rem iudicatam, huiusmodiq; contradictio iure nostro fieri debet in instanti, vt supra eo. li. ar. vi. Secundo si sententia empta sit hoc est si aliquid donatur vt iniuste sententiam proferat, vt. ij. q. vi. c. & qui appellat. §. venales. C. quan. prouo. nō est necesse. L. venalis. Tertio si pronunctiat sententiā qui est inhabilis ad id vt in articulo sequenti a principio. [x] Quarto si diebus festiuis seu feriis pronunctietur, sicut hic & extra de feriis. c. vlti. &. ff. de feriis. L. si feriatis. ¶ Y Secūdus appellatiōis modus quod sententia q̄is appelletur manet tamen sententia & hoc qua drupliciter. Primo quando edicitur ab illis qui superiores se nō habēt, vt est Papa, Rex. Appellatio enim fieri debet ad superiorem iudicem istis vero nemo prefertur, vt. ff. a quibus appel. L. ij. Secūdo si appellare vel increpare vellent qui id facere nō possunt, vt sunt illi q criminaliter accusantur, vt infra articulo sequenti. §. vlti. &. C. quorum appella, non recipi. L. obseruare. [z] Tertio si tempus neglexerint increpandi, iure enim nostro tempus appellandi est in instanti & iudicio durante, vt supra eo. li. ar. vi. §. vlti. Iure vero spūali & legibus dantur decem dies, vt in auten. de appella. & intra que tempo. §. i. coll. iiij. & extra de re. iudi. c. quod ad consultationem. Quarto a iudice qui fit per electionē vt arbiter, illius sententiam increpare non potest, eundem enim sibi elegit & ita sibiipsi imputabit qui iniquum elegerit iudicem, vt. ff. de arbi. L. diem. §. stari. Tertius appellatiōis modus est [a] quādo appellatur & sententia increpatur, iudicemq; appellans sistere facit, vsq; ad tēpus illud, quoad per superiorem iudicem sententia declarabitur, an iuste vel iniuste edicta sit, & istud adinuentum est propter duplicē causas

t. *Nota appellationis triplicem modum cōcordat infra li. iij. ar. lxiij. Iur. Mu. ar. xi.*

u. *Sententie quędam sunt inualide etiam non appellate.*

x. *Sententia etiam inueniri non debet infra parietes obseratas & sub tecto seu. c. lxxiij.*

y. *Sententia q̄us ab ea appelletur ligat tamen in certis casibus.*

z. *Concordat Iur. Mu. ar. xi. glo.*

a. *Appellationis uirtus & propter quas causas adinuenta sit.*

sam, hoc est propter malitiam & stultitiã illorum qui sententias proferunt, vt. ff. de apella. & rela. L. i.

Articulus XII.

SEntẽtiam inuenire nõ debet uasallus contra dominũ suum, nec ecõtra dominus contra uasallum, nec cognatus contra cõsanguineum, ubi uitam eorũ sanitatẽue aut honorem attigerit. Bannitus ideſt dignus officio scabinorum licite quemlibet sententiare potest ipse autem a nullo ubi uitam honorem aut hæreditatem attigerit, sed duntaxat a suis æqualibus sentẽtias aut eorum increpationes patitur. Extra bannum regium cuilibet sententias est licitum pronunciare, & eis appellando contradicere qui iuris detrimentum non paciũtur & hoc in illis casibus de quibus extra bannum regium cognosci potest. Sentẽtia si reprobetur deferri & appellari debet ad digniorem iudicem, [a] ulti/mo ad regem, & iudex ad hoc actori & reo nunctios dabit ut ipsi audiant quis eorum coram rege sententiam obtinebit. Nunctij esse debẽt banniti si in comitatu appellatur. Si uero illud acciderit in marchia, nunctij esse possunt quilibet pleni iuris, & iudex eis in expensis prouidebit. Panem & cereuisiam illis præstet abundanter. Craterem uini ad unamquanq; comestionem & tria fercula quæ fuerint in die usitanda, duo uero fercula seruis præstabuntur. Cuilibet æquo quatuor manipuli infra diem & noctem erogentur et in anterioribus pedibus æqui sufferãtur. Sex debent esse serui, & octo æqui ab ipsis habeantur, & cum ipsi aduentum Romani principis in Saxonicam nationem primo intellexerint, ad curiam eius pergant, & infra sex septimanarum tempus confirmatam ab imperio sententiã reportent. Appellans si sententiam non obtinuerit [b] iudici mulctam dabit & pronunctianti emẽdam, Iudici etiã in expensis damnabitur quas cum nunctijs expendit. Sententia in comitatu reprobata ad marchiã appellari non potest, licet comes sit cũ eo comitatu a Marchione infeudatus, & hoc ideo quia in Marchia non est regalis bannus, & in eo iura eorum discrepant potissimũ. Ad Romanum ergo Principem appellatur. ¶ Sententia si quæratur ab aliquo qui eam inuenire nescit suamq; ignorantiam per iuramẽtum declarauerit, extunc pro eadem sentẽtia alter & tandẽ tertius & quartus interrogetur. Cum uero ad ultimum deuentum sit, ille inducias habebit secũdum quod reo cõtra quẽ sententia inuenitur induciatum est. [c] Sententiam inuentam si Saxo reprobauerit deferens eam manui suæ dextre & multitudini maiori consencientium ipse pugnabit septenus cum sibi similibus aduersus totidem & uincentes sententiam obtinebunt. Victus iudici mulctam & uincenti emendam præstare tenetur, [d] quod tamen nusq; nisi corã rege est faciendum. [e] Quæratur autẽ ab aliquo sententia etsi eam prout iuris sibi esse uidetur protulerit dato etiam quod iuris non fuerit, ipse pro eo damnum nullum sustinebit. Si quis consensum inuente sententiæ non præbuerit, & aliam ueriorẽ

[a] Cõcordat Iur. mu. ar. xi. glo.

[b] Cõcordat Iur. mu. ar. lxxiij.

c. ARTICVLVS REPROBATVS.

[d] Textus uetustiores habent pro sententia reprobata nusq; pugnatur nisi corã imperatore.

[e] Cõcordat Iur. Mu. ar. xiij. glo.

Concordat Iur. Mu. ar. xiij. glo.

expresserit in quam maior pars populi consenserit illa uires obtinebit & nullus eorũ incurrit pœnã mulcte, quia ipsorum nullus alterius sententiam increpauit. [f] Appellare qui uoluerit sic loquatur, sententiã quã iste pronunctiauit iniusta est illam reprobo, & ab ea appello ubi de iure fuerit appellandum idq; peto declarari. Increpet si Sueuus Saxonis sententiam uel econtra hoc ipsi coram Imperio determinent ut supra dictum est. Sententia stando sub banno Regio increpetur, & sedẽdo unusquisq; in sua sede promulgabit eandem. Qui ad illam sedem natus non est, [g] postulet sententialiter sedem ad ueriorem sententiam pronunctiandam, & ibidem sibi cedat qui priorem sententiã exprimebat. Sententiam tunc ab eo prolatam, offerat se secundum iura obtinere, & appellet ubi de iure est appellandum, petatq; per iudicem nunctios adhiberi. Pro sententia increpata Iudex consensum populi seu Scabinorum non oportet interrogare. Sententiam etiam qui adinuenit ab ea recedere ei non licebit, [h] nisi ab isto in cuius ptofectum pronunctiatũ est consentiatur. [i] Qui pro iniuria compræhensus iudicio præsentatur sententias increpandi nõ habet potestatem, & is etiam cui duellum indictũ est, postq; circulo includitur.

[f] In appellãdo quomodo unus loqui debet. Concordat Iur. Mu. ar. lxxiij.

[g] Textus uetustiores sic legunt, inuẽtor tãdem primæ sententiæ eidem de loco cedat, & quamciũq; sententiã ille qui increpauit inuenerit offerat sese illam iure obtinere, et deferat ut dictum est exposcẽdo nũctios.

[h] Intellige si scabini consenserint in sententiã inuentam, et si tũc postea quis appeller, ille nihilominus q inuenit dimittere nõ debet. Si uero sententia inuenta fuerit, & in eam non consenserint dimitti potest sine damno.

[i] In criminalibus appellatio nõ admittitur

Glosa.

Appellat quis contra sententiam ad dignioremiudicẽ tenetur &c. Concordat. L. Imperatores. ff. de appel. & c. dilecti. eo. ti. & ij. q. vi. si quis. & c. placuit. & c. anteriorem. ver. illo videlicet. & q. vij. metropolitanum. C. de appel. L. precipimus. & ff. quis & a quo appel. L. i. ¶ Et vincentes sententiã obtinebunt &c. Maximus abusus est iustitiq, hęc obseruatio, quod tali & similibus casibus vincentes sint potiores. Absurdissimum em est a fortitudine assumi iustitiam quod est dilectorum occasio. [k] Nec est fortitudo quę non est cũ iustitia laudãda. In auctẽ. vt omnes obedi. iudi. i. in prin. col. v. & ex hoc proueniunt animarũ & corporum pericula, de tornea. c. i. Est etiam iste abusus inprescriptibilis quia per id deus tempari videtur, contra Enange. Mathei. iiij. & Luce. iiij. & de purga. vulga. c. fi. & per totũ. ¶ Et sedendo vnusquisq;. &c. vide de re iudic. c. vlti. lib. vi. & quod ibi rota super verbo sedendo, & infra lib. iij. ar. lxix.

Sententias increpandi non habet potestatem. &c. Et merito talis appellare non potest, nam cui audientia denegatur & appellatio sibi interdicta videtur. ff. qui ex cau. ma. L. sed etsi, etsi talis est incarceratus non debet pro quolibet actu iudiciali de carcere trahi & ad acta duci. ar. ff. ad turpil. L. domiciianus, sed tantũ vt respõdeat, & vt torqueatur vtq; audiat sententiam, vt. C. de cust. re. L. ij.

[k] Fortitudo laudãda non est si non sit iustitia comes.

Glosa.

Sententiam inuenire non debet. &c. Concordat extra de consue. c. ad audientiam, & extra de iudi. c. at si clerici. ij. q. i. c. in primis. C. si non a competenti iudice. L. vlti. Vnde circa id sciendum ! quod sententiarum increpationes iure nostro contingunt trifariam vt supra precedenti articulo declaratum est.

! Sententiarum increpationes contingunt trifariam.

Extra bannum regiũ, &c. hoc est in marchionatu. Vel etiam intelligi potest in iudicio villarum in comitatu vbi magister rusticorũ iudicat. Marchia etenim sub suo proprio iudicat feudo, seu homagio vt superioribus declaratũ est. [m] Vnde sub banno regio iudicare tantũ valet in proposito, ideſt sub regis coactiõe. ¶ Qui iuris detrimentũ non paciuntur. &c. Quærere vnus possit quur id eueniat, quod in marchia degentes sententias a suis inequalibus tollerare coguntur, dicunt quidam quod id fit ex eo, quia prouincia illa adaucta sit diuerse nationis hominibus. Quidã Sueui quidam Franci. Quidam a Rheno. hęc tamẽ opinio est minus valida. Respõdendum itaq; est, quod in Marchia a suis quidem inequalibus coram iudice proprio, hoc est corã marchione suferre non coguntur. Si vero alibi iudiciũ postulauerint etiam ibidem respondere cogẽtur sententiasq; acceptare etiam contra velle ipsorum & id ex quodam plebiscito statutũ est, [n] exindeq; sequitur iuxta aliquorum declarationem Episcopus in recõuentionalibus iudicijs, seculari sententię subesse tenetur, vt. iij. q. vij. cuius in agendo.

[m] Sub banno Regio iudicare q. t. cõcordat supra li. i. ar. lxx. et infra li. iij. a. r. lxiij Iur. mu. ar. x

In illis casibus de quibus extra bannum regium cognosci potest. &c. hoc est quę in vitam vel honorem non vergunt, alias contradiceret paragrapho primo eiusdem articuli.

[n] Aliqui limitant dictum istud quod clericus reconuẽtus coram laico respõdere tenetur, hoc uerũ est si reconuentionis negotiũ à priori depẽdeat causa.

Sed duntaxat a suis equalibus sententias aut

eorum increpatiões patitur. &c. hoc est ab illis qui in clipeo eis sint equales vt sunt ministeriales, vt supra li. i. ar. iiij.

Ad digniorem vel superiorem iudicem appellare necesse est. &c. Quærere vnus posset an ille iudex superior esse debeat nobilitate vel ratione sedis. ℟. quod ratione sedis uel loci superior esse debet.

o. *Differentia appellationis secundū ius saxonicum & canonicum tum & imperiale.*

Vltimo ad regem. &c. o nota circa id differē tiam in appellando inter ius Saxonicum, Canonicum, & Imperiale. Iure etenim Saxonico appellatur de vna ciuitate in aliam, ex Marchia vero ad Comitem & vltimo ad regem. Secundum leges vero prouocatur ab vno iudice ad aliū, etsi intermedio omisso per directum ad supremum prouocauerit, ille cum relegabit ad istum, ad quem prius prouocare debuit. ff. de appella. & rela. L. imperator. Iure autem spirituali omnes intermedij iudices omittí possunt, & precise ad pontificē supremum appellatur, vt. ij. q. vi. c. quociens, &. c. ad Romanam &. ij. q. vij. c. Metropolitanum, & extra de appel. c. si duobus, & eo. ti. c. Romana li. vi.

Iudexq; nunctios procurabit. &c. hoc seruat apud Saxones, alias secundum leges dantur in appellādo apostoli, hoc est litere transmittuntur ad illos ad quos appellatur, vt. ij. q. vi c. ab eo. Apud Saxones vero nūcij transmittebantur ex eo, quia Saxones pro illo tempore, cum ius istud eis largitū est, literas nō multum curabant, immo nec intelligebāt, quare nunctios mittebāt suos. P Vnde vt textus habet nunctij huiusmodi banniti esse debent ex eo, quia ad ius dictandum sacramento obligati erant.

P. *Cōcordat Iur. Mu ar. xi. ex usu tamen uenit modernis temporibus hæc nunctiorum transmissio, nā p literas seu scripta etiam apud saxones appellatio ꝓcuratur.*

Si vero illud in marchia acciderit. &c. sicut est Missne, in Brandenburgk, Lussacia, Duringia, quia & illi ius Saxonum habent.

Notandum circa id. Quandocunq; dictū inueris iure nostro in comitatu intelligere debes in iurisditionie vnius iudicij. q Comes etenim secundum antiquum vocabulum Saxonicum Groff dictus, iudicem denotat.

q. *Comes q. t.*

Vnde vnus Comitatus dicitur inquantū vni iudici aliqua iurisditio suppositā sit, vel in quantum iurisditio vnius iudicis se extendit, quod & ius ciuitatis dicitur, quod nos municipale ius nūcupamus. Cum vero mentio est de Marchionatu, vt cōmuniter ius prouincia le intelligere vult, ac si dicat in reprobandis sententijs nō appellatur ex comitatu in marchiā, hoc est ex iure mūicipali ad ius puīciale. Nunctij debēt esse banniti. &c. r Vnde bannitus esse dicitur quilibet homo non diffamatus ex quatuor suis progenitoribus in illa ciuitate residētibus. Quodq; exinde merito ad sedem scabinalem eligi possit.

r. *Bannitus q. t. Concordat supra li. i. ar ij. & vi. li. iij. ar. lxxxiij. Iur. Mu. ar. x. xvi & xxxiij.*

Quilibet pleni iuris. &c. hoc fit ex eo quia ip si testes esse debent. Si vero notati essent infamia testificari non possent, vt. ff. de his q nō tantur infamia. li. i.

Iudex eis in expensis prouidebit. &c. Quidsi iudex id facere nollet. ℟. quod iniuriaretur, & vt sic amitteret sedem officij, iuri ēm contrauenire videtur, vt infra arti. sequēti in fine.

Panem & cereuisiam. &c. exprimitur mensura expensarum ne iudex postmodum partes forsan in expetendis impensis aggrauare velle, & in eo precauetur indemnitati litiganti um, vide etiam ad id in auten. de appel. & inter quę tempora, illud etiam. coll. iiij.

Et in anterioribus pedibus equi suferātur. &c. Per id innuitur quod iudex & scabini iustitiā & prudentiā comitem habere debent, & mediante prudentia iudicium exercere iustitiaq; defendere, quemadmodū sufferamenta equorum protegunt equos ne ledantur.

Et infra sex septimanarum tempus. &c. in cōtrarium istius sunt quędam leges & canones q inducias ad prosequutionem appellātiōis illis qui vltra mare inhabitant concedunt vnū annum, vt. C. de temp. & repa. appel. L. si. §. illud, & in auten. de his qui ingrediuntur ad appellandum. §. i. col. v. & extra de appel. c. cum sit Roma. &. ij. q. vi. c. qui scit. §. tempus vero. ℟. quod id ex eo fit, quia vt sic appellātes curiam insequi eos oportet. Saxones vero appellationem nō prosequuntur, nisi cū Rex cum curia sua in nationem Saxonum aduenerit.

s. *Appellans si infra fatalia appellationis expeditionem conseq non posit an ruat in causa.*

s Quæritur vlterius qd si appellans in sex septimanis expeditionem habere non possit, an ruat in causa sua nec ne. ℟. quod nō, quia sex septimanę de quibus hic meminit initiū habent a tempore prosequende appellatiōis cum rex prouinciam intrauerit. Si vero interim post inceptam appellationis prosequutionem alijs publicis occuparetur negocijs vicio appellantis nō dabitur. Quis enim cogere Imperatorem potest, vt ipse ius dicet cum quis voluerit, expectare etem vnusquisq; cogitur quoad voluntas imperatoris fuerit. Quare vt sic appellans non negligit se, vt in autē. de apel. & inter quę tempo. §. i. &. §. ad hęc, coll. iiij.

Appellans sententiam nō obtinuerit. &c. hic exprimitur pœna illius qui appellat, in appellando tamen succumbit. vide ad id in auten. de his qui ingredi. ad appel. §. quia enim, col. v.

Sententia in comitatu reprobata. &c. Exquo quidem iure nostro prouocātio semper fit a iudice inferiori ad superiorem. Marchiaq; ipsa superior est q; Comitatus. Comes em feudum a Marchione accipit, sed qui confert aliquid superior est illo cui confertur & ita sententiam eius approbare vel reprobare potest, vt. ff. de appella. L. ij. Vñ ergo euenit istud quod a Comitatu in Marchiam non apellat ℟. quod ratio istius est, quia etsi quidē marchio tribuit comitatum. Iudex tamē ipse seu comes bannum acquirere cogitur a Rege, vt supra li. i. ar. lix. sed & Regi ipsi iuramentum prestare, quod iuste iudicet, & exinde colligitur quod potestas & cōmissio iudicij magis

depender a Rege q̄ a Marchione.

t. *Ius saxonū & Marchie discrepat in sex casibus.*

Etin eo iura eorum discrepant. &c. t Notandū circa id quod ius Saxonię & Marchie discrepat in sex casibus. Primo qa in Marchia non habetur bannus regius. Secūdo quia nec officium scabinale apud illos est. Tertio quia nec scultecie illic habentur. Quarto quia in Marchia quędam iudicia transposita celebrātur. Quinto quia rustici certam proprietatem in bonis habent ad ea tamen pertinere nō dicuntur. Sexto quia in marchia nullus venit ad iudicium marchionale nisi homines illic bene conseruati.

Sententia si quęratur. &c. Occurrit astucię iudicantiū seu scabinorū, qui vel propter odiū aut fauorem per iudicē interrogati sententiā inuenire forsan recusant, allegantes ignorantiam, quodq; eam inuenire nesciūt. Vnde textus dicit quod non sufficit allegatio ignorantię, sed requiritur quod iurēt super ignorātia. Quid si iudex diceret vt inuicem colloquant ad sententiam inueniendam. ℟. quod colloquutio illa nihil valet nisi ius ipse solus adinueniat. Sententia etenim inueniri debet nō ex narratis, sed quilibet ex se, iuxta iuris formā vt sententiam adinueniat necesse est, vt. C. de vete. iur. enucle. L. i. §. his itaq; &. C. de sentēcijs & interloquutionibus omnium iudicū. L nemo, & in autē. vt om. obedi. iudi. §. i. col. v.

u. *Induce q. t.*

Secundum quod reo induciatū est. &c. u Inducie in proposito dicitur esse terminus prefixus partibus vt iuri compareant.

Sententiam inuentam, si Saxo reprobauerit. &c. istius passus declarationem vide supra li. i. ar. xviij.

Quęratur autem ab aliquo sententia. &c. Cōtrarium istius videtur esse. C. de senten. & interloquu. om. iudi. L. nemo. &. C. de iur. & fact. ignorātia. L. constitutiones, vbi habetur quod constitutiones principum nec ignorare quenq̄ nec dissimulare permittimus, sentēciaq; non debet elici exemplo aliorum iudicū etiam peritissimorum sed secundū iura & leges. ℟. quod causę quędam sunt quę nō afferunt damnum aliquod, sed nec lucri apportant quicq̄, Itidem & negligentia quędam esse potest quę damnū nulli inferre poterit vt in proposito sit, ille etenim qui inuenit sententiam prout sibi iuris videtur nihil nocere pōt nec damnū alteri affert, nam sententiam increpare ille poterit. Per simile prout in iure spirituali a grauamine prouocat, vt extra de senten. & re iudi. c. ad apostolice, li. vi.

Si quis inuente sententię consensum non prebuerit. &c. Per simile sicut iste sine dāno manet, qui non secundū iuris formam sententiā inuenit putans esse iuridicam, ita & is nihil incommodi sufferre debet qui sententię nō consentit, eam iniustam allegando. Vbi enim est similis casus, ibi & simile ius, & vbi vna ratio ibi eadem est iuris disposītio, vt insti. qui. mo. ius. patri. potes. §. pari ratione, &. ff. de verbo. obli. L. A ticio. Et Insti. quod cum eo qui in alie. po. ges. &. ff. de edendo. L. quędam. §. nummularios &. ff. ad le. aquili. L. illud.

Vna ratio similis casus

Appellare qui voluerit. &c. hic diluit stultā nonnullorū opinionē qui dicebant quod in appellando scabinis ignominia inferri deberet, de sede vel scamnis eorum summouendo & propellēdo eosdem, quod magis ridiculū q̄ verū est, vide ad id. ff. de apella. & rela. L. q. Increpet si Sueuus Saxonis sententiā &c. & hoc fit, ꝓpter id quod Sueui Saxonū vxores violarunt, quando Saxones sub Hesterno Duce in Anglia decertabant, vt supra li. i. circa ar. xvij. tactum est.

Sentētia stando increpet. &c. x ex his liquet quod actor reus & procurator in iudicijs sedere non debent ℣. vt in auten. vt ab illustri. §. i. coll. v.

x. *Nota iure feudali sententiā increpans si inculpatur quod non zelo iustiæ sed causa dilationis id faciat cū iuramento se se excusare oportet uel mulctā prestare.*

Et sedēdo in sua sede, pmulgabit eandē. &c. z exisio liquet quod iudex sedendo sententiam pronunctiare debet, vt. C. de postula. L. q̄ quis infi. &. C. vbi senatores preclarissimi cōueni. L. finali. §. sedēdi, &. C. de offi. om. iudi. .L. i. &. C. de offi. diuerso. iudi. L. fi, &. xxiij. .q. i. c. paratus, &. iij. q. ij. c. inducie. §. spaciū. Assidere tamē sibi iudex facile admittat a homines spectabiles & prudētes tēpore cū sentētię reprobantur, vt in auten. vt abillustrisi. §. quęcunq; coll. v. C. de officio iudicū. li. i

y. *Actor reus in iudicio sedere non debęt*

z. *Iudex sedendo iuxta dicet iuxta supra li. i. ar. lviij. q. io.*

Pro sententia increpata. &c. ex isto doctrina datur b quod appellatione facta pro nulla re iudex vlterius iudicabit nec vlterius ꝓcedet appellatione enim stāte nihil est innouandū, vt in auten. de iudi. §. audiēt, coll. vi. c Vnde & pœna iudicis si appellatione stante vlterius procedat prefixa habetur, In spiritualibus iudex per annum ab officio suspenditur, quod si suspensione facta officium exerceat, efficit perpetuo irregularis, vt extra de senten, & re iudi. c. cum eterni tribunal. li. vi. Iure vero seculari si fuerit actio ciuilis pdit officium. Si vero accio criminalis sit, per sententiāq; eius occiditur homo, proximi vero tandem occisi accionem contra iudicem instituant, accio huiusmodi in vitam & honorem eius cedet, vt infra arti sequenti in fine &. C. de pœna iudi. qui male iudicant. L. vlti.

a. *Iudex assidere admittat uiros spectabiles iudicio suo.*

b. *Appellatione facta nihil ulterius intentandū. Concordat infra ar. xiij. Iur. Mu. ar. xiiij. & xvij.*

c. *Pœna iudicum qui appellatione stante ulterius procedunt.*

Vnde circa id notandum d si sententiam qs appellare voluerit iudex q; id denegare velit q̄uis laicus appellans sit, ipsius & suo quęrulare potest Episcopo, & ille eum ad id faciendum coget. Si vero tibi nūctios denegauerit. Episcopus, literas hoc est apostolos dare debet & ita negocium perficies, acsi nunctij tecum missi fuissent, vt in auten. vt differ. iudi. §. si tamen, coll. ix. & extra de foro competenti. c. ex transmissa, &. xxiij. q. v. c. administratores.

d. *Appellatio si non admittatur quid faciendum.*

Sententiam etiam qui adinuenit. &c. Paragraphus iste contrariari videtur prius dictis vbi habetur quęratur autem ab aliquo sententia etsi eam prout iuris sibi videtur protulerit, q̄uis iuris non sit, damnum nullū sustinebit sed

necis qui inuente sententię consensum nō prę buerit. Hic vero in isto paragrapho dicit ꝙ ab inuēta sententia recedere eidem nō licebit. Si ergo recedere a sententia sibi non admittitur, quare assentire eidem cogitur, & ita in dānum incidere poterit. ℟. quod cum assensus iniquę sententię non prestatur. Vel etiam quādo sententia contra iuris ordinem putans eā iustam & iuridicam quis inuenerit, sententia huiusmodi nemini preiudicare dicitur, quia sentētia nulla & ita recedere ab ea poterit, paragraphus vero presens loquitur de sentētijs iuste adinuentis ab ea enim is qui eam inuenerat recedere non potest, sine consensu illius in cuius commodum pronunciata est, euenire enim forsan posset quod subterfugere volens fatigas & labores in appellando pocius recedere vellet a sententia inuenta q̄ fatigas in appellando subire, & quia id in damnum partis cui sententia adinuenta est cederet. Iure itaq; cauetur hic ne id fiat sine cōsensu illius in cuius profectum sententia promulgata est, vt. C. de senten. ex perītu. recitanda. L. hac lege. Qui pro iniuria iudicio presentatur, &c. Istud superioribus declaratum est, cōcordat etiam. C. quorum appellaci. non reci. L. obseruare, & hoc ex eo sit, quia suspicatur quod malefi cum per id eliberare vellet vt. ff. de penis. L. si quis.

a. *Textus uetustiores ita legūt hæ sunt pœnæ quæ pacis uiolatoribus & alijs excessuis infliguntur.*

b. *Hoc casu de consuetudine solidus ꝙ floreno acapitur qa mitior fieri debet interpretatio. nam & in legibus florenus solidus dicitur à soliditate auri dictus ut supra arca ar. i. eiusdem li. ij. declaratum est.* Fur

Articulus. XIII

NVnc percipiendum uenit de iniurijs [a] quæ iustitia eis debeatur, fur est suspendendus. Accidat autem uillanis in die in uilla furtum quod minus fuerit [b] trium solidorum hoc ipso die scultetus seu Gograuius eundem punire potest [c] in cute & crinibus, uel reus eandē pœnam redimere tribus solidis poterit [d] & ut sic infamis & iuri alienus permanebit. Istud est maius iudicium quod pertinet ad scultetum, hoc tamen facere non poterit si actio pernoctetur. [e] Super nummis & alijs mobilibus bene ulterius iudicabit. Prædicta etiam pœna [f] seu iudicium contra iniustas mensuras & pondera iniqua, & uēdibiles res falsificantes, si poterint comproba-

c. *Cōcordat Iur. Mu. ar. xxxvij. De gograuijs uero uide supra li. i. ar. lvi.*

d. *Vide supra li. i. ar. xxxvij. & infra li. iij. ar. xvij.*

e. *Quia iudex seu. illud iudicabit qui et peritior esse uidetur & superior.*

f. *Alij textus habēt eadem etiam pœna debetur habēti iustā mensuram & pondus iniustum resq; uendibiles falsificantes.*

ri noscitur constituta. Omnes Sicarij & qui aratra tum & molendina Ecclesiasq; & cimiteria spoliant traditores, incendiarij, & eorum nunctij qui eorum agunt profectū. g Alij textus habent & qui legatiōes in suas peruertunt utilitates) plecti debent in rota. Qui aliquem interficit non tamē sediciose captiuat, spoliat, aut incendit, & uirginem opprimit aut mulierem seu pacem infringit, & q in adulterio fuerit deprehē sus capite plectitur. Qui furta aut spolia celauerint uel facientibus patrocinium ad hoc præstiterint [h] conuicti eadem legis seueritate puniuntur. Si quis Christianus, Christianaue apostotauerit, uel uenenū cui ministrauerit, aut incantauerit, igne is flammis in craticula cōcremetur. [i] Iudex si actionem iniuriarū uel pacis uiolatorem non iudicauerit [k] ea damnatio iudici inferenda quam inferre iniurianti dissimulauit. Nemo tenetur ad iudicium iudicis accedere, nec coram eo in iudicio assistere aut comparere [l] quando ipse alicui iustitiam petēti denegasse ꝓbabit.

g. *Pœnas diuersorum criminum uide infrà eo li. ar. xvi. & xxxvi.*

h. *Attende hoc uerbū conuicti quia per hoc uidetur dicendū si qs huiusmōi crimina uel auxilia solum fateatur non tamen testibus de his uictus esset quod is textus non habeat locum cum iure cōmuni, confessio præsertim in criminalibus nō diat cōuictiōm nec iporiat quē conuictū esse, unde uidetur cessare huic casui is articulus tu cogita id qđ iustum est. Infra tamē in annota. arca ar. xviij. eo lib. habetur quod ex sola confessione potest quis damnari dummodo sit ex proposito & sine tortura ibidem uide.*

i. *Iudias male iudicantis grauiss.ma pœna.*

k. *Ad hanc materiam uide abunde Iur. Mu. ar. xi. & xvij.*

l. *Concordat Iur. Mu. ar. xi. & xvij.*

Glosa.

Nūc percipite de iniurijs. &c. [m] Et quia hic exprimuntur varię pœne malefactoribus infligende. Vnde ista infligi debet nō maior aut durior alioquin iudex infamis sit, vt. C. ad. L Iuliam de vi. publi. aut priua. L. seruos qui in fine. Hoc verum nisi causa subsit, alioquin cōtra. ff. de penis. L. respiciendum &. ff. de his q notantur infamia. L. quid ergo. §. pœna grauior &. C. ex qui. cau. infa. irroga. L. etsi seuerior, & de transactiōi. c. fi. in princi. n Vbi vero certa pœna statuta nō est, debet iudex ꝓcedere seruata equitate, sempet in humaniorem partem declinando & arbitrarie puniendo, vt in dicto. c. fina. de transactio, & de offi. delegati. c. de causis. ff. de iure delliberan. L. i. §. i. ff. de vsuris. L. more. ff. de testi. ℣. queritū scio. ff. de ver. ob. L. continuus. §. ij. &. ff. de iniu. L. sed si vnus. §. ait prętor. Et si pro vno delicto diuerse pene statuuntur quę tunc sit infligen-

m. *Concordat infra li. iij. ar. lxxxiij.*

n. *Pœna ubi certa statuta non est in mitiorem iud. x debet declinare partem.*

63

da nota in dicto. c. de causis & ibi vide.

¶ Facte sunt enim leges vt earum metu hūana coherceatur audacia, turaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato suplicio refrenetur audacia & nocendi facultas, vt. iiij. dist. facte.

o. *Furca suspensus nō debet deponi sine licētia iudias.* Fur

Fur est suspendendus. &c. o Et furca suspensus non debet deponi sine licentia iudicis, q̄ tamen petenti facile concedere debet, vt nota. in cle. de pęni. & remissi. c. i.

Quod minus fuerit trium solidorum. &c. Scias autem quod constitutio Frederici imperatoris dicit de quinq; solidis, vt. in lib. feudō de pace tenē. §. si quis, vbi sic dicitur. Si quis quinq; solidos valens, aut amplius furatus fuerit laqueo suspendatur. Si minus scope & forpice excorietur & tondatur. Et licet hoc videatur per q̄durum, lex tamē ita scripta facit. ff. qui. & a qui. L. prospexit. p Si tamē fuśtes sūt irrogati vel tortori datus sit vnus ad inquisitionem criminis non inducunt infamiam vt in. L. nullam. C. ex qui. cau. infa. irroga. Nec etiam ictus fustium infamiam irrogant, sed causa propter quam fiunt, vt. C. eo. titu. L. fustibus.

p. *Fustium ictus non irrogat infamiam sed causa propter q̄ fiunt*

Omnes siccarij. &c. Secundum ius autem cōmune pęna voluntarij homicidij iuxta leges in sublimibꝰ est deportatio & omniū bonorꝫ adēptio, in mioribus decapitatio. Sed sc̄m Canones si clericus est, deponitur. Si laicus, excommunicatur, secundum Vin. & Gof. & notat Ioan. And. de homici. sicut dignū, & vide in specu. ij. parte. de sen. §. vi. versi. si aūt, vide plenius infra. eo. arti.

Incendiarij & eorum nunctij. &c. Vtrum incēdiarij sunt excommunicati ipso iure, vide de senten. excommuni. tua. in glos. & de foro. cōpe. conquestus, &. xij. q. ij. cum deuotissimam in glos. q Et incendiarius non absoluitur nisi damna refarciat & prestito iuramento quod vlterius ignem non adponat. xxiij. q. vlti. c. pessimam de iniur. c. siquis, de verbo signifi. ex parte in fine. Et debet penitere per tres annos vt in dicto cap. si quis.

q. *Incendiarius non absoluitur nisi refarciat damnum.*

Qui eorum agunt profectum. &c. Pro hoc vide quod notatur eodem libro, circa articulū vltimum de faciente & consentiēte qualiter puniantur.

Aut mulierē virginemq; violauerit. &c. Vnde etiam dicit lex cōmunis Raptores virginū honestarum, vel ingenuarū, siue iam despōsate fuerint, siue non, vel quarumlibet viduarum licet libertine vel serue sint capitis supplicio decernimus plectendos, vt in. L. vnica. C. de raptu. virgi.

Qui furta aut spolia. &c. Vnde concordat ad hoc lex imperialis, cum dicit. Interdum furti tenetur ipse qui furtum non fecerit, qualis est cuius ope & cōsilio factum est furtum, vt insti. de obli. quę ex deli. ꝛnas. §. interdū q̄q; furti. Si quis Christianus. &c. concordat. L. nullus eū sequētib9. C. de malefi, et Mathe, et ceteris

Si quis iudiciū iniuriarum. &c. Vide pro cōcordantia. C. de pęna iudi. qui. ma. iudi. L. vlti. & Insti. de oblig. quę ex qua. delic. nas. §. i. & quod ibi notatur, & in. c. i. de re iudi. in. vi. quę sit pęna iudicis male iudicantis, etiam hic in glo, & infra li. iij. ar. lxxxvij. & in vsi. feudo. de pa. iura. fir. in. L. hac edictali. §. iudices. Nota quod valet statutum quod pro homicidio imponit certam pęnam pecuniariā, vt de delic. pue. c. ij. & hoc verum est de iure canonico. Secus de iure ciuili secundum doct. ibidem.

Glosa.

In articulo presenti autor priuilegij de pęnis malefactoribus infligendis tractat, iusticiaq; vt pro delictis ministretur suadet. Vnde etsi quidem multi misericordiam a iustitia discernere nesciētes legem hanc durā & nimis asperam immo religioni Christianę contrariam esse dicūt, miris etenim modis lex nostra Christiana misericordiam suadet vt ex multis sacre scripture locis colligi poterit, dicit enim saluator misericordes estote sicut pater vester misericors est, & item in alio loco misericordiam volo & non sacrificium. Preterea alibi habetur misericordię domini super omia opera eius. Et item dimittite & dimittetur vobis. Preterea in oratione dominicali, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. &c Si itaq; iustitiā vnus insequi vult malefactores puniendo a misericordia cadere videtur, nec filius misericordissimi patris nuncupabitur. Misericordia siquidem omnes excessus dimittit. Iustitia vero pro his pœnam infligit. Si itaq; non dimitto, nec pater dimittet mihi. Si iudico aliquem & deus ipse iudicaturus est me sicut scriptum est, nolite iudicare & nō iudicabimini, ad Roma. xiiij. &. i. ad Corin. iiij. &. quod etsiquidem lex Christiana misericordiam suadeat, iusticiam tamē non omittere facit, immo vtrunq; misericordiā iusticie iūgi debere docet. [r] Quinimmo si qs malefactori pęnam temporalem infligit misericordiam in eo facere dicitur. Per pęnam enim tēporalē liberat eum a pęna eterna ex morteq; corporis animam eternaliter viuere facit, qcquid enim iudex hic secularis pro excessu iudicauerit. Deus omnipotens amplius illud non iudicabit, vt. xxx. q. ij. c. quęsitum. Vnde si vnus misericordia ductus malefactorem viuere sinat, alijs similia patrandi animū dabit, & ita occasionē mali de se prebebit, vt. xxiij. q. iij. iustū est, &. xxiij. q. iij. c. est iniusta. Tucius ergo est malefactorem occidere ad deterendum alios a simili maleficio, & ad consolationem proborum qui conturbati a nequā hominibus fuerunt, vt eo securius deo inseruire possint. Vnde Iudex qui vt sic misericordia motus malefactorem dimittit, ne eum molestet. Pręcise ita est misericors sicut is qui puero ploranti ad mittigandum eum a fletu cul-

r. *Malefactorem ex iustitia puniens misericordiam in eo facere dicitur*

tellum sibi porrigit, quo tandē leditur & vulneret sese, vt. xxiij. q. v. c. qui vicijs. Ad rationes vero in contrarium adductas respondendum breuiter, ad illud vbi dicebatur dimitte & dimitterur vobis. Intelligesi quid cōtra te excesserit extunc ex persona tua dimittere debes. [f] Si quid vero contra deum & preceptа eius quis egerit, dimittere minime debemus. Ira enim dei mitigatur, cum malefactor punitur, vt. xxiij. q. iij. c. si quos. Illud vero quod dicebatur nolite iudicare. &c. Intellige si iudex non est & autoritate ad id prestita caret, alias in officio positus illa iure facere poterit. Vnde cum dicitur in textu fur est suspēdendus. Intellige non simpliciter, sed autoritate & ex statuto legis suspendi fur debet nec illum iudex dimittere audeat, q̄uis etiā cum lachrimis petatur, vt. xxiij. q. iij. c. est iniusta, &. ff. de offi. presi. L. obseruandum. Si etiā p alia quam demeruit morte petatur id facere minime debet, vt. ff. de penis. L. respicien dū.

¶ Accidat aūt villanis in die furtum. &c. hic ex ordine tria tangūtur. Primo de fure diurno, ex eoq; innuere vult, [t] quod furtū diurnum non est adeo detestabile sicut nocturnū, furetur itaq; vnus de die minus q̄ tres solides in cute & crinibus punitur [u] hoc est ad statuam virgis ceditur, & crines sibi supra in capite in cumulum coniuncti colligantur.

[x] Dicunt quidā quod tempore quo ius istud Saxonibus largitum est, longos deferebant crines Saxones, in maleficioq; detenti crines eorū simul colligabantur & abscidebātur seu tondebantur vt cognosci possint & euitari. [y] Nunc vero cum breues ceperunt deferre crines auricula eius absciditur, vt dignosci possit. De furto nocturno hic nihil meminit [z] ex eo, quia qui de nocte aliquē in domo sua occlusa preuenit in vitā sibi cedit immo & occidi ibidem poterit, vt. C. quan. li. vnicuiq; sine iudi. se vindi. L. liberam, & hoc ex eo fit, quia malum de quanto cōmunius de tanto grauius puniri debet, vt. ff. de furtis. L. i. Et propter id etiam fures suspenduntur nec suspensi sepeliuntur. [a] Vel admodum raro, vt reliqui terreantur, vt insti. de acci. §. plane.

Istud maius iudiciū. &c. Secundum quod tā gitur in textu, quod videlicet sculteti seu Gograuij istud quod textus habet & non aliud maius iudicium obtinent in penalibus. Obiciunt quidam, iudicium istud sculteti nō esse penale seu criminale ex quo iste tribus solidis liberatur. R. tamen quod iudici ū istud penale est, quia vt sic in facto deprehensus, si fustes sustinet, verba huiusmodi eius pena est. Si vero liberatur tribus solidis vt textus habet efficitur infamis & iuri alienus & ista est adhuc maior pena, concordat ad id supra. li. i. ar. xxxvij. &. C. ex qui. cau. ali. infa. irroga. L. non damnatos.

Hoc tamen facere non poterit si accio pernoctetur. &c. Tertium quod tangitur in textu, quod videlicet Gograuius pernoctata nō iudicat, quia iudex infeudatus illud facere debet. Ille etenim pro experciori reputatur, vt Insti. in prohe. §. vlti. & in auten. de iudi. §. i. coll. vi. Vbi habetur quod indignum videt habere nomen sed indignius gerere officium iudicis qui pericia iuris careat.

Sup nummis & alijs mobilibus. &c. Ex isto liquet quod largiorem ius ipsum tribuit facultatem Gograuio seu sculteto in causis ciuilibus q̄ in criminalibus, [b] res em̄ que maioris importantie sunt etiam maiori prouisione indigent, vt. ff. de reg. iur. L. nemo potest, & extra de elect. c. vbi maius periculū. li. vi. Quērere vnus posit ad quantam summam possit huiusmodi sculteti iudicium extendere suum. Aliqui dicūt pro quantacunq; summa vnus quērelam instituerit, mirum tamen id videretur quod is qui etiam pro vno mēbro iudicium exercere non potest vt super eius tota hereditate aut proprietate iudicare posset. Vnde iure quidem Cēsareo iudices huiusmodi qui & pedanei dicuntur iudicare nō possunt, [c] nisi ad decemocto libras, vt in auten. de iudi. §. audient, coll. vi. Quod autē iure nostro iudices huiusmodi pedanei seu sculteti maiorem summam iudicare possunt est d ex eo, quia hic non requiritur tanta iuris subtilitas sicut in legibus obseruatur.

Prędicta etiam pena seu iudicium. &c. hoc est quia vel ad statuā alligantur & scopis verberantur, vel redimunt sese & infames erunt, vt in auten. de colla. §. nullus, coll. ix.

Omnes siccarij. &c. Qui em̄ interficit aliquē homicida est, vt. xxiij. q. v. c. de occidendis. Pro intellectu tamen textus clariori. Nota [e] quod homicidium contingit trifariam. Primo interficit vnus alium ex mera voluntate, animo rapiendi bona illius & de his loquit paragraphus presens. Secūdo interficit vnus alium propter pacem, de quo infra in paragrapho qui aliquem interficit. &c. & is capite punitur. Primus vero rote apponitur. Tertio interficitur aliquis casualiter & is verigeldo absoluitur, vt infra eo. li. ar. xxxvij.

¶ Contingat vero aliquem cedere vbi nulla via eunti esset interimęq; casualiter interficiatur vnus quem Cęsor arboris illic gradere non putabat, manet sine damno. Ad hanc materiam, vide. ff. ad le. aquili. L. si putator, &. ff ad le. Corne. de sicarijs. L. i. §. diuus Adrianus, &. C. eo. ti. in plerisq; legibus, infra eo. li. ar. xxxvij.

Spoliat aut incendit. &c. de his vide. ff. ad le. iul. de vi. publi. L. in eadem.

Et virginem aut mulierem opprimit. &c. Per id etiam intelligunt, illi qui vxores suas alijs ad adulterandum exponunt, vel alias probas & honestas matronas aut virgines ad opprimendum ordinant lenocinijs exercēdo.

¶ Et q̄ in adulterio fuerit deprehensus. &c. & hi sunt q̄ maritatis vxoribus sese immiscent vel ipsimet vxorati alijs concubunt. ¶ De oppressoribus virginum vide. C. de raptu. virgi. L. i. ¶ De fornicarijs. ff. ad le. Iul. de adul. L. i. ¶ De lenonibus vide. ff. de iniur. L. attētari. & in auten. de lenonibus col. iij. ¶ De adulteris vbi eque femina sicut & vir punit, vide. C. ad le. Iul. de adulte. L. reos. Hi em̄ omnes capite plectuntur. C. de raptu. virgi. L. i. Qui furta aut spolia celauerint. &c. de his vide. ff. de fur. L. his qui. &. L. si quis & Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. interdum.

Si quis Christianus apostotauerit. &c. [f] Ex isto colligitur quod nullus vitam demeretur propter id quod fidem non tenet Christianā, nisi Christianus apostota, vt. C. de iudeis. L. iudei, & isti ab Ecclesia catholica reiciuntur, vt. xxiij. q. iij. c. quidam.

Aut incantauerit venenaq; ministrauerit. &c. g de his vide. C. de maleficiatis per totum, &. xxvi. q v. per totum.

In cruricula cōdemnetur. &c. de his vide. ff. de pēnis. L. capitolium.

Iudex si actionem iniuriarum non iudicauerit. &c. Precustodiendi itaq; iudices veniūt vt ea euitent. [h] Iudex etenim furem dimittens ipse solus pro fure reputabitur, vt ex textu eli ci potest, concordat etiā de pena iudi. qui male iudi. L. vlti.

Nemo tenetur ad iudicē accedere. &c. Id qd̄ prius dixerat de iudice si actionem iniuriarū non iudicauerit. &c. Intelligi debet in criminalibus, quod vero hic loquitur in ciuilibus actionibus intelligitur, vnde si in primo iusticiam denegauerit, vel solus ipse iniustitiā fecerit, in vitam actio cedit. In secūdo vt hic officium perdit & illi cui iniuriam fecit resarcire cogitur. vt hic, &. ff. de varijs & extra ordi. cogni. L. vlti. quinimo periurus efficitur, vt infra. li. iij. ar. liij. Insti. de obliga. q̄ ex delict. nascun. §. i.

Ex le. xij. tabu.

Lex etiam. xij. tabu. articulum confirmare videtur presentem cum ait, Furem qui manifesto furto prehensus erit, si furtum aut noctu faciat aut interdiu comprehēderetur & se telo defendat occidito, ex ceteris manifestis furibus, liberos verberato, & ei cui factum luci furtum erit si se telo non defendāt adicito. Seruos autem manifesto furto prehensos verberibus afficito, & e saxo precipitato. Pueros impuberes pretoris arbitratu verberato, noxamq; ab his factam sarciri facito. Furta quę per lancem licinniumq; concepta erunt, sicut manifesta vindicato. Hac lege Caius in lege Aquilia furem noctu aut interdiu deprehensum occidere permisisse dicit. Si id ipsum cī clamore significaretur & si interdiu se fur telo cum prehenderetur defenderet. Teli autē appellatione interpretatur & fustis & ferrum & lapis & denicq; omne quod nocendi causa manumittitur in hac lege significatur, licet vulgo quod ab arcu in longinquum mittitur telum appelletur. In hac lege. x. viri sententiā Draconis in aliquo sequi videntur, qui primus omnium Athenien sibus leges statuens, furem cuiuscunq; furti supplicio capitis esse puniēdum censuit. Postea vero vt Gellius ait ab illa lege decē virali discessum est, & p parte ad Solonis legem peruētum. Nam si quis sup manifesto furto iure & ordine experiri velit, actio in quadruplum datur. Pro furto aūt concepto & oblato pœna triplici constituta est, alijs deinde furtis omnibus quę nec manifesta appellātur penam dupli, sicut & Solon Legumlatores imposuerunt, rursus actiones concepti & oblati furti in desuetudinem secūdum Iustinianum abierunt. Tu tamē tene priuilegium in casu huiusmodi.

[a] Exceſſus cōtra nos factos quomodo pro pings noſtris ex præcepto diuino dimittere debemus & quomodo non, & an pœna pro malefacto & exceſſu expetu debet, vide Iur. Mu. ar. xvij. glo.

Fur

[t] Furtum diurnum non eſt adeo deteſtabile ſicut nocturnum

[u] Concordat Iure Mu. ar. xxxviij.

[x] Nota.

[y] Dura eſt iſta commutatio loco criniū auriculā perdere, tu tamen ſequaris id quod æquum eſt.

[z] Præuentus unus noctu in domo occluſa alicuius ſiue furetur ſiue non, occidi poterit, concordat ſupra li. i. ar. l. Iur. Mu. ar. xxxviij.

[a] Suſpenſi quare ut communiter nō ſepeliūtur rationem uide cōcordat Iure Mu. ar. xxxvj.

[b] Res maioris importantiæ etiam maiori prouiſione indigent.

[c] Accipiendo libram quæ contineat xx. ſolidos & quemlibet ſolidum per xij. denarios computando, concordat Iur. Mu. ar. xlvij.

[d] Iudex cauſarum dubilium poteſt ultra trecentos aureos iudicare ut hic ſecundū ſaxo.

[e] Homicidium contingit tripliciter concordat infra eo. li. ar. xxxviij. Iure mu. ar. xxxviij.

[f] Nullus punitur in uita quod fidem non tenet Chriſtianam niſi Chriſtianus apoſtata.

[g] Vel etiam futura prædixerit, uel alia ſimilia fecerit.

[h] Iudex furē dimittens pro fure reputatur, cōcordat Iur. mu. ar. xvij. glo.

Articulus XIIII

Interficietur si quis causa necessitatis [a] & perpetrans propter sui corporis periculū eū in iudicium adducere non audeat. [b] Si uenerit absq; mortuo & fateatur anteq̄ aliquis contra eum agat offerēs se de eo iustificari, corporale iudiciū sibi pro eo non inferatur. Iudici tamen maior nummorum sicut solet acquiritur mulcta [c] & parentele interfecti uerigeldus adiudicetur, ad quem acceptandum ad primum secundum tertium iudicij bannū agnati mortui cittentur, ut recompensam seu uerigeldū accipiant pro agnato, etsi non uenerint pax reo seruari sententiabitur & cum uerigeldo supersedere pronunctietur quousq; propinqui per actionem ab eo eundem extorquēt. Cum huiusmodiq; interfectо nullus eum uincere pōt postq̄ se anteq̄ accusaretur iudicio præsentauit. Si uero interfectus nondum sepulture traditus in iudicium aportetur & contra aduersarium proponatur reus stricto modo hoc est pro collo respondere aut mortuum ut supra dictum est [d] cō/

[a] Cōcordat Iur. mu. ar. lxxxviij.

[b] Textus uetuſtiores ita legūt, & nō audet ex metu arcā eum manere ut eum ad iudicem apportet & contra eum quæruletur.

[c] Hoc eſt mulctam maximam iudici demerebitur, de mulctis uero quomodo exolui debeant uide infra li. iij. ar. lxiij. et lxiij. & item li. i. ar. liij.

[d] Quomodo autem id fieri debeat uide ſupra li. i. ar. xlix. & l. & item lxiij.

uincere eundem oportebit.

Glosa.

Interficietur si quis causa necessitatis.&c. An autem quis dicitur homicidium fecisse in defensa, iudicis arbitrio committitur. Sicut an iustus sit metus. C. de trāsacti. L. interpositas in glos.

Corporale supplicium ei pro eo non inferatur. Hic ergo magis attenditur causa faciendi & modus ac animus q̄ factum. ff. de fur. L. verū. ff. man. L. si procuratorē in prin. lxxxvi. dis. non satis. xv. q. vi. c. i. de pe. dis. i. quamuis Nota quod non solum tenentur de maleficio illud perpetrantes [c] sed etiā tenētur alij tanq̄ socij & auxiliatores, nedum ex insultu & coadunatione prebentes fauorem; immo ex sola p̄sentia si per eam insultus reddatur timidior ad hoc quod no. Io. An. post Inn. in. c. continentia de cle. percus. Oportet autem vt dicantur socij auxiliatores quod omnes in rixa sint pariter principales, & ad maleficium illud perpetrandum principaliter coadunati .L. ij. §. homines. ff. vi. bo. rap. Vnde censendi sunt pariter principales & omnes tenentur & sunt puniendi, vt in. L. si in rixa. ff. ad le. Cornel. de sic. in glo. or. & idem sentit ibi Bar. Et hec vera quod potest cōcedi cōtra alios tanq̄ socios & auxiliatores quando eis constat de delicto principalis, alias nō, vt not. Bar. in. L. si is qui. §. si tu ticiū. ff. de furtis. Pro hoc etiā vide quod notatur de socio consiliario fauorem dante & de defensante in cle. i. de pœnis in glo.

c. De malefido nedū patratores sed & auxiliarij accusari possunt.

Glosa.

Interficitur si quis. &c. Articulus iste limitat prius dicta, vbi dicebatur, qd' omnes sicarij rota plecti debeant. Homicide vero gladio puniri. Excipiuntur etenim qui causa necessitatis & in defensa aliquem occidunt, vt. ff. de vi. & vi. arma. L. vim vi. Qui enim alium, vitam sibi adimere volētem interfecerit, manet sine damno, vt. C. ad le. Corne. de sicca. L. his qui, & L. si quis.

Et perpetrans non audet propter periculum corporis &c. Et hoc euenire potest quia vix forsan solus ab eo absolutus fuit. Vel quia ita potens in amicis est quod eum ad iudicium p̄sentare non audet amicorum violentiam timens, vt. C. de his qui vi. me. cau. ges. sunt. L. si donationis.

f. Aliquæ glosæ addunt etiā si pro tūc ꝓpter metū corpis solus p̄so iudiao nō compareat, nisi enim id adderetur, declaratio glosæ sequentis eū legibus inductis locum non haberet.

Offerens se de eo iustificari. &c. Istius oblationis testes eum habere oportet, necessitatemq̄ declarare defense & ita non demeretur pēnā colli, f & hoc ex eo fit, nulla enim sententia cōtra absentem lata ligat nisi sit absens ex cōtumacia, quod hic non fit cum vnus ex metu iudicio comparere non audet, vt. C. de ꝓcu. L. quia absente, &. ff. de pœnis. L. absentem &. iij. q. ix. c. caueāt. In cōtrariū licet istius esse videtur. C. de his qui per metum iudi. nō appel. L. i. vbi habetur si contra te iure pronūciatum fuerit, nec appellationis auxiliū imploratum est. Intelligis acquiescere te statutis oportere, In sacro em comitatu nostro timere nihil potuisti. Fx quo itaq̄ iudices omnes imperij autoritatem gerunt, quare nec timere eos vnus debet, sed nec in proposito metum allegare iste poterit, nisi illud probet sufficiēter, vt. C. de his quę vi. met. causa. L. cum te. &. L. metum. ℟. quod lex in oppositum adducta non contradicit prius dictis. Intelligi enim debet quod coram iudicio imperatoris nullus timere debeat. Presumptio enim timoris in curia principis cessat, nam vbi princeps ibi securitas, secus autem fit in alijs iudicijs, vnde etsiquidem iudicia omnia ex imperatore dependent, tucius tamen vnus prouiditur a violentia in curia imperatoris q̄ coram alio iudicio. Vel dic quod in proposito is qui ꝓpter metum corporis iudicio nō cōparet nō id facit vt iudicium formidet, sed violentiam timet ab amicis defuncti.

Iudici tamen maior nummorum acquiritur mulcta. &c. Quērere vnus possit quur id fiat. Si enim deliquit, pecunijs refundere iure non potest. Si nō deliquerit, quur pecuniam perdit. Quod aūt innoxius sit & nihil deliquerit, habet. C. ad le. corne. de siccarijs. L. his q. &. L. si quis, &. ff. eo. ti. L. i. §. diuus Adrianus & ita propinqui iniuste pecuniam ab eo accipere videntur quod fieri non debet. Nullus enim locupletari debet cum iactura aliena, vt. ff. de reg. iur. L. iure naturę. ℟. qd' iuste accipiunt pecuniam, quia iste optionem habet si venire vult & defendere sese pecuniam retinebit. g Si vero potius p̄stare pecuniā vult, iste iusto et sine peccato accipit, ex eo, quia cū bona voluntate offertur.

g. Hæc glosæ declaratio non est ad mentem textus articuli præsentis, innuere enim textus uult quod dato si cōpareat reus anteq̄ contra eum quæstum sit iudex mulctam ab eo acqrit ℟. itaq; qd' propinqui illius ocasi iusto pecuniam acapiunt ex eo quia ius istud sic statuit & id fieri admittit non omnium etenim quæ iure statuta sunt ratio aßignanda erit.

Quousq̄ propinqui per accionem ab eo eandem extorquent. &c. Queritur quo pacto ꝓ quęrelam id lucrari debeat, exquoquidē prius citati non comparuerant, Citatus vero nō comparens ruit in causa, vt. ff. de re. iudi. L. contumacia. ℟. quod id vbi dicebatur quod videlicet agnati mortui ad primum secundū & tertium citentur. &c. Citacio ibi accipi debet pro denunctiatione & non propriq̄ proicitatiōe, nullus enim alium citare potest nisi eū accuset, vel quod accusetur, quod non fit in proposito. Propinquos enim in eo casu nullus accusare intendit, sed nec ipsi aliquem accusant, & ita nulla citacio fuit. Quidsi questi fuissent an venire teneantur. ℟. quod non, qa iudex non susceptat quęrelam illorum ꝓpter illius qui prius venerat excusationē, quā & prius audiuerat, & ita quęrela illa pro non incepta habetur, vt. ff. de reg. iur. L. nō videt. Si vero interfectus nondum sepulture traditus iudicio apporteē ab amicis, vt textus habet. &c. Quęritur quid tandē interfector facere debeat in eo casu. ℟. quod occisorem alloqui tenetur duelliariter seu penaliter, acsi eū dem solus ad iudicium apportasset, vt supra li. i. ar. lxiiij. & hec est prima exceptio, [h] qd' non omnes siccarij seu homicide rote apponi aut capite plecti debent, istum enim excusat defensa legalis. Eximūt etiam leges a rote pęna illos qui parentes occidunt propter enormitatem facti aliam eis imponentes pēnam.

h. Non omnes homicide puniendi.

Vnde nota [i] quod qui patres, matres, filios, auum, auiam, consanguineum seu affinē occiderit, seu conscius criminis existat, neq; gladio neq; ignibus neq; vlli alie solenni pene subiciatur, sed insutus culeo cum cane & gallo galinaceo, vipera & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus serpentium contubernijs misceatur, & vt regionis qualitas tulerit vel in vicinum mare, vel in amnem proiciatur, vt omni elementorum vsu viuus careat incipiat, eiq; cēlū superstiti & terra mortuo auferatur. Si vero hec vicina non sunt, bestijs subiciatur, vt Insti. de publi. iudi. §. alia. C. de his qui paren. & libe. occi. L. si quis. ff. ad le. pompe. de parricidijs. L. vlti. Grauitas em̄ excessus pēnam adauget, vt. C. ad le Iul. de vi. publi. L. si crimīs. Quur aūt id fiat nota secūdum aliquos declarationē. Canis etenim designat quod iste nequam homo honorem parentum suorum quem eis debebat nō nouit, quemadmodum & canis qui cecus in nonum vsq; nasciē die, Gallus denotat elatum animū quem erga parentes gessit, quemadmodum & gallus elati animi est. Vipera designat parē tum infelicitatem. Masculus enim vipere cum commiscetur femelle, imponit caput in os ipsius & exinde cōcipit, propterq; libidinem in actu coitus conceptā, abrodit masculo caput & moritur, fetus iterum cum nasci debet abrodunt sese de ventre & femella moritur. Simia similitudinem representat facti. Simia etenim multa facit quę factis hominum similia videntur, non tamen sunt, sic & iste apparet quidem homo esse & non est secundū factum, ex eo, quia non humanum factū egit parentes occidendo suos.

i. Occidens patrē matrem fratrem auum filiū pœna grauißima.

sam dimittere oportebit cum recōpēsa sui dimidia, [c] aut carere manu dextra cum qua uarendam promittebat & Iudici mulctam, [d] Varenda si promittatur aut præstatur pro rebus hæreditarijs, expeditorijs, aut pro utensilibus seu mobilibus [e] & si in his uarendam ratam non tenuerit, quia scilicet sibi per sententiam infringatur, promissor iudici dare mulctam & res illas cum emenda dimittere cogitur.

c. Hæc pœna recessit iam ab usu moderno rum.

d. De uarenda & eius utilitate iude infra li. iij. ar. xuij. fur. Mu. ar. xli. glo.

e. Nota quod iure cōmuni etiam est causa similis huic ut cum plures petunt rem ab uno tunc victor tenetur victo præstare cautionem quod eum defendet indē nemq; conseruet, ut ff. de rei. uendi. L. is à quo, & ff. de petatone hæreditatis L. ulti. & qui hanc cautionem habet rem habere uidetur quantum ad hoc ut his qui ꝓ eo cauit, respondere pro eo teneatur. ff. ad le. falā. in pleriſq; legibus.

Glosa.

Quicunq; in iudicio. &c. alias autem secundū ius cūmune in causis in quibus locum habet euictio, re euicta veniūt sumptus ad interesse in euictione, vt in. L. si cōtrouersia. C. de euicti, vbi dicitur. Si controuersia tibi possessionis quā bona fide te emisse allegas ab aliquo mouetur, actori hęrediue eius denūcia. & si quidem obtinueris habebis quod emisti. Si aūt euictū erit ā venditore successoreue eius consequeris quanti tua interest in quo continetur etiam eorum perfectio quę in rē emptam a te vt melior fieret erogata sunt. Et vide etiam infra eo. li. ar. xxxvi.

Glosa.

Dictum & abunde declaratum est superioribus de iurijs tum & quę pene desuper sancite sunt. Precedenti etiam articulo expressit quomodo factum ex negligētia vel in defensa patratum emendari debeat. Articulus prę sens casum quendā ponit, si varenda cui ꝓmittatur prō impetitione aliqua, vtpote occasione homicidij vel vulnerationis quid sustinere ille primus impetitor teneatur, textus in se planus est.

Si varenda iam facta postmodum alter superueniens. &c. Quid si fuerit p̄sens & viderit negotium agi, verigeldumq; & pecuniā tolli. ℟. quod post modum querulari non potest ex articulo. vi. eiusdem li. ij.

Per sententiam amouere non poterit. &c. ex isto sequit qd' si quis iure propellit a quęrela, tanq̄ illā non incepisset reputa. ff. de reg. iur. L. nō videtur. Vbi habetur. Nō videur qs̄q̄ id capere quod ei necesse est alij restituere.

Aut carere manu dextra. &c. & hoc ex eo fit quia per id emendatur excessus eius qd' videlicet varendam manu promisit, quam perficere non potuit, quare manum vt textus habet ammittit, qua varendam promiserat.

Quęritur varendam manu promittens eāq;

Articulus XV.

[a] Alij textus habent digitto cautionē p̄stare pro eo ne unq̄ aliquis de cætero eundem impetat in dicta causa.

b. Concordat Iur. Mu. ar. xcix. glo. clarius uero ar. Cxvi. in textu

Qui coram iudicio [a] causam inchoauerit, ꝓ qua ipsum uarendam p̄stare oporteat. [b] Si uarenda iam facta postmodum alter superueniens causam apud iudicē proponat eandem, & qui prior egerit superuenientem iure per sententiam amouere nō poterit, eum cau-

perficere non valens mediaq; recompensa vt textus habet eliberet sese, f an fidefragus nũcupari vel incusari poterit necne. Quidam dicunt qd' sic ex articulo. xxxvij. &. xxxviij. li. i. supra. Promissum enim illud negare non poterit ex quo coram iudice factum sit ex arti. vij. li. i. in fine. ℟. quod ad ulteriora cogi non debet varende promissor, nisi in quantum Verigeldus suus se extẽdit, ille enim qui coram iudicio promittit quid, non aduersatio sed iudici promittere dicit, & in illo pars vtraq; ius suum cõfidere & respicere debent, vt supra eo. li. ar. ix. Nec iudex contra eũ maiora extendere poterit, sed nec alios permittere vt sibi maiora obiciãt, nisi id quod iure descriptum est & prout ius disponit, nisi forsan sibi vltra id promissum quid sit, vt Insti. de offi. iudi. §. i. Si ergo iste quod fidefragus sit accusaretur, maior pena contra illum extenderetur q̃ ius statuerat, quia vt sic in isto casu perderet honorem, g honor autem maior est q̃ manus ipsa quã iste demeruit. Pena autem seuerior extendi non debet. vt. ff. de pẽnis. L. absentem.

Cum recompensa sui dimidia. &c. Quæritur an iste infamis redditur necne, h quidam dicunt quod sic, opinionem sundantes suam super ar. xxxvij. &. xxxviij. li. i. & ar. xiij. supra, li. ij. Vbi dicitur qui crinem aut cutem redimerit, Iure priuatus manet, a forciori iste qui manum redimit Iure priuatus esse debeat. ℟. quod redimens vt sic manum nihil sibi in iure nocere potest. Omnia siquidem in iure cõplanari debẽt, quę per ius specialiter expressa non sunt. Sed quia ius cũ cutem vel crinẽ redimerit quis, infames esse nõ expressit, i. si fures & predones vt supra li. i. ar. xxxvij. et xxxviij. & C. qui ex cau. ali. infa. irroga. L. non damnatos. Quare in proposito iste infamis non erit sed magis contra eum procedit In contrarium licet istius videatur esse articulus. Ixvi. in fine, li. i. vbi habetur qui vitam aut manum ei condemnatam liberauerit infamis iudicetur Tu tamen responde quod ibi loquitur absolute & sine cõditione aliqua cui manus abiudicata sit, hic autem loquitur cõditionaliter qui suum medium verigeldum soluere noluerit carebit manu dextra, vide ad id. C. de trãsactiõib⁹. L. trãsigere &. L. causas Quæritur exoluens vt sic medium verigeldũ videtur iam vt textus habet absolui ab impetitione quacunq;. i Et quia ab illo quem imperebat plenum susceperat verigeldum, quare medietas videtur ei remanere, & ita collusio eius cum iuuabit ac ꝓmouebit, quod de iure fieri non debet, delictum enim & dolus nemini patrocinantur. ff. de reg. iur. L. nemo. ℟. quod medium verigeldum dare debet ille qui quem varendare promiserat & hec est sua pena, & cum hoc plenum verigeldũ, hoc est pecuniam quam ab eo acciperat eidem vicem uersa restituet, & ita dolus eius eum non promouebit. ¶ Per simile etiam soluitur mulcta

f. *Varendam manu promittens & eam perficere non ualens an fidefragus sit.*

g. *Priuatio honoris maior est pœna corporali.*

h. *Recompensa manũ redimens an infamis efficiatur.*

Nota dubium pulchrum & solutionẽ eiusdem.

& emenda, per illum qui iuramẽtum promisit pro debito quod tamen non perfecit vt supra eo. li. ar. xi. De huiusmodi recompensis habet etiã Insti. vi. bono. rapto. §. sed ne dum. Quæritur, quid facturus est tandem iste super ueniens, quem ille primus iure repellere non potuit. &, quod totum ius querulandi pro se habebit agereq; contra reũ poterit sed & reus similem defensam habebit. Vnde si prius accusatus pro homicidio vel furto liberatus fuerat & nunc liberabitur k in similibus eñ simile ius pronũciatur, vt Insti. qui. mo. ius. pa. potes. §. pari. &. ff. de verbo. obli. L. a ticio in fi.

Varenda si ꝓmittatur. &c. Paragraphus precedens dixerat de his qui varendã promissam explere non possunt in causis criminalibus. Paragraphus presens disponit in simili casu de varenda promissa in causis ciuilibus, quę & micior est, quare & pena desuper statuta tollerabilior, iuxta quantitatem etẽ excessus, etiam pene statuuntur vt Insti. de publi. iudi. §. item lex. &. C. ad le. Iul. de vi. publi. L. i.

k. *In similibus casibus simile ius pronunciatur.*

Articulus XVI

a. *Concordat Iur. Mu. ar. Cxvi.*

VArẽdam actor quilibet præstare debet [a] in causa mortis, homicidiñ, mutilatione, & uulnerũ pro domino suo & pro suis agnatis. [b] Qui alium mutilet uuln eraueritue conuictus manum ammittit. Quibus iniurijs [c] duello qs uincitur pœnam demerebit capitalem. [d] Quilibet emendam si eam suis non minuit uicijs secundum suam obtinet generationem. Quando præco iudici mulctam demeretur pro eo quod eũ super suo neglexerit iudicio, tunc mensuram regis ideſt maldratam [e] pro mulcta præstet quæ in triginta duobus uirge quercine uiridis duorum cubitorum longitudine uerberibus noscitur comprehensa. [f] Qui in ore, naribus, oculis auribus lingua manibus genitalibus pedibus mutiletur aut eorum usu priuatus, huiusmodi membra si sint persoluẽda quodlibet horum cũ dimidiñ ue-

b. *Alij textus legunt quamcumq; uiolentiã actor contra reum p duellũ probauerit pœnam demerebit capitalem, concordat Iur. Mu. ar. lxx.*

c. *Lex etiam xij. tabu. hoc idem sentire uidetur cum dixit si membrum rupit meum, ẽ pacto talio esto, propter os uero fractum nummariæ pœnæ constitute sunto.*

d. *Vide hoc idem infra li. iij. ar. xlv. glo.*

e. *Concordat infra li. iij. ar. lvi. glo.*

f. *Secus est de iure cõmuni ubi uulnerans liberum hominem condemnatur arbitrio iudicis, ut ff. si quadru. paupe. L. ex hac.*

66

E. *Alij textus addunt dens.*

rigeldi summa persoluetur. [g] Quilibet digitus & pedica emendatur secundum quod eius est in uerigeldo decima pars constituta. [h] Quociens quis in uno membro uulnerat tur aut mutiletur in uno actu [i] dũmodo tamen nõ occidatur dimidio uerigeldo contentatur, quando uero secũdario in alio membro mutiletur dimidñ uerigeldi donatio iteratur. Cui sola caro uulneratur [k] alñ textus habẽt qui absq; uulnere carnis percutitur aut mendax arguitur, eidem secũdum generationem suam [l] præstetur emenda Abscidatur membrum alicui quod ei antehac in iudicio ratione mutilationis fuit persolutũ nonnisi emendã pro eo consequetur.

h. *Concordat Iur. Mu. ar. xc.*

i. *Alij textus & uerius habent dummodo non moriatur quis, quotcũq; sustineat uulnera in uno impetu uulneratus unam recapit emende aut recõpensæ medietatem.*

k. *Concordat Iur. Mu. ar. lxxxix.*

l. *A contrario ergo sensu si uulnera fuerint carnalia uel duellaria liberari non poterit simplici emenda sed medio uerigeldo in aulli actione, In criminali uero in Cutí sibi cedit, ut hic in textu. §. ij. & infra li. iij. ar. xxxvij.*

Glosa.

Varendã quilibet pro [m] homicidio aut mutilatione. &c. An autem mortuus ex febre superueniente post vulnus dicatur mortuus ex vulnere. Dic quod hoc aut constat esse ex malicia vulneris, aut ex alia causa, aut dubitat, & tunc statur dicto medicorũ, etsi in loco nõ est nisi vnus medicus ei soli credet circa examinationem vulneris, si sit bonus homo & in multis locis talis est iuratus qa agitur de magno prejudicio. Mortuus autem infra triduũ presumitur mortuus ex vulnere. vt. L. i. C. de emen. propin. de hoc vide in spe. de homi. & ibi per Bald. in addi. [n] Sed an tutor pupilli vel ipse pupillus potest reddere pacem occisori patris. Dic quod solus tutor non potest sed pupillus si expediat cum autoritate tutoris & cum decreto iudicis, presumitur tamen quo pax & concordia cuilibet expediant secundum Bald. vbi supra. Scias etiam qd' sic deiussor in processu vulneris nõ tenetur morte secuta qa primus processus annullatur mutato titulo criminis, nec est in his eadẽ forma agendi, necidem exitus controuersie de hoc in spe. de fideiuss. §. i. ver. sed pone. Vide etiam in. c. ij. de cle. percus.

Et pro suis agnatis. &c. [o] Quia masculi tantum & non femine recipiunt compositionem patris, vel alterius consanguinei occisi, vt in Lombar. de homici. liberi homi. L. si quis.

Conuictus manum ammittit. &c. Sic etiã secũdum. L. Frederici, quę est in vsi. feud. tit. de pace tenenda, §. si quis alium p solo vulnere manus amputetur.

Quilibet digitus & pedica emendatur. &c. Pro hoc etiam vide in mercu. in. c. delictũ de reg. iu. in. vi.

Cui sola caro vulneratur. &c. Sed quid si statutum dicit quod percutiens aliquem punia tur in. x. An pluries percutiens, pluries punie tur. P Dic quod pro quolibet ictu debet fieri punitio, fallit in occiso, quia ex omibus resultat vnus titulus crimis & vnus finalis effectus, de hoc vide in spe. ti. de sen. §. i. ver. sed pone in statuto, & ibi in addici. dicit. Ioan. And. quod Ia. de Are. distinguit. An statutũ dicat q dederit alapam, an qui alapauerit in primo casu secũdum numerum palmarum, secundo semel tantum puniatur. Ipse tamẽ Ioan. And. ibidem sic distinguit cum quæritur. An ex multiplicitate delicti multiplicetur pena. q Aut enim ex actu cõtinuato pluries delinquo, aut ex actibus separatis & diuersis. Primo casu aut sunt eedem species delicti, aut diuerse. Si sunt eedem tunc vnum erit delictũ & vna sola pœna puniendum. Nisi in plures & contra plures personas delinqueretur quia tunc numeratione personarũ plura delicta cẽsentur. Secũdo casu quando sunt diuerse species delinquendi licet ex eodem facto continuato, tunc plura & diuersa sunt delicta, nisi ad eundem effectum omes species sequerent. In secundo autem membro principali scz qñ separati & diuersi sunt actus tũc si sepius iteratus sepius in alterius iniuriam vertitur tociens delinquẽs tenetur quociens iterat. Si autem nõ respicit alterius iniuriam vel damnñ, vt quia respicit delinquentis malos mores, tunc ter tantum puniatur in anno & nõ vltra ad quę allega. & plenius, vide in loco prealegato, vide etiam Bald. in addi. spe. ti. de consuma. [r] Et hoc scias quod si ꝓuocatus ad irã dixit verba iniuriosa non tenetur de verbis iniuriosis, quia talis magis repellit, q̃ impellit, de hoc per Bald. in addi. spe. tit. de accusa. & vide etiam notata in spe. ibidem vers. qd sit re. & titu. de aduocatis. §. iam nũc. ver. hoc tamen post prin. §. Non em debeo seruare honorem ei qui mihi vituperium facit. ff. de iniu. vo. L. sed si hac lege. §. prostituta. Adde infra. li. iij. ar. xlv, vbi vide in. L. vulgaris est quæstio. ff. de furtis p Ange. & per Ioã. de sñ, in. L. defuncto eo qui reus. ff. de publi. iudi. & in. L. q seruo. §. si duo serui. ff. de fur. p Ange.

Glosa.

Varendã quilibet pro homicidio. &c. Et hoc ex eo fit, quia sibi promittere debet quod eũ varẽdare vult & euincere ab impetitiõe quorumuis, vndein textu exprimuntur cause ꝓ quibus varenda expeti debet, vt est homicidiũ, mutilatio, vulneratio. &c. & hoc intellige si homicidiũ illud vel vulnus in defensa vel ex improuisione inflictum est. Vel si ad

m. *Ex febre post uulnus superueniente si moriatur quis an ex uulnere mortuus dicatur.*

n. *An tutor pupilli possit reddere pacem occisori patris pupilli*

o. *Masculi tantũmodo recapiunt compositionem pro mortuo & non fœmine.*

g. *Qui membrum amputatur.*

h. *Quilibet digitus & pedica emendatur. &c.*

i. *Cui sola caro uulneratur. &c.*

p. *Pluries percutiẽs an pluries puniatur uide Iur. mu. ar. xc.*

q. *An ex multiplicitate delicti etiã pœna multiplicetur.*

r. *Ad iram prouocatus si uerba iniuriosa dixerit non tenetur de uerbis iniuriosis.*

concordiam negocium cessit, vel de iure fieri admittatur, quia vt sic vt textus habet varenda prestari debet pro domino & suis agnatis. Vnde, p intellectu textus clariori notandum f quod domini duplices sunt. Primo in respectu liberorum famulorum, qui eis bona fide inseruiunt, vt Insti. per quas personas nobis .§. idem placet. Si famulis nostris vt sic quid contigerit non opus est quod ipsi varendam prestet pro dominis, Pro iniuria enim illorum non competit actio dominis ipsis sed nullus cogitur ad varende prestationem nisi cui actio & querela competit, suo itaq; nomine famulos agere oportet nisi forsan in contumeliam dominorum quietq; actum sit, vt infra ar. xxxiij. & Insti. de iniur. §. sed si. Nam vt sic etiam domino pro contumelia refarcire tenetur nisi iuramento sese absoluerit, vt. ff. eo. ti. L. Iex, cornel. §. hac lege. Secundo domini dicuntur in respectu suorum seruorum illiberorum, & seruis huiusmodi respondere non oportet siqs in eis deliquerit, sed dominis ipsis, vt insti. de iniu. §. seruis. Sed nec varendam promittere poterint, verum dominis actio totalis cedit. Vnde etiquidem huic contrariari videtur. §. siquis. Insti. de inuti stipula vbi innuere videtur hanc stipulationem esse inualidam. & tamen quod ibi loquitur de iniurijs seu contumelijs. Textus vero presens intelligi debet de homicidio vel mutilatione que violenter fit seruo, & ita varendam dominus promittere tenetur, alias nullus sibi verigeldus cederet. Vel dic & intellige textum, de vasallis q; sub vno domino infeudati sunt, q; vt sic actionē intentare volentes pro domino varendā prestare tenentur.

f. *Domini duplices.*

Et pro suis agnatis. &c. t Queritur an frater matris vlcisci possit meam iniuriam vel mortem sicut mei patris frater, vel mei patrui filius. R. quod vindicta est duplex u Quidā vlciscitur facto. Quidam vero iure, Ius ex parte gladij ius admittit querelam ex eo, quia pro suis agnatis duellum inire tenentur, hoc est quia tutores eos esse oportet in omnibus querelis, vt supra. li. i. ar. xliij. & lxiiij. Insti. de legi. agna. succes. §. penul.

t. *An frater matris posset ulcisci mortem alicuius.*

u. *Vindicta duplex.*

Quid si mulieri quis iniurietur actioneq; intentata an maritus varendam promittere debeat, vel proximior agnatus. R. quod maritus, qa ipse est tutor & defensor vxoris q̄diu vixerit, vt supra, li. i. ar. xlv. Insti. de iniur. §. patitur.

Qui alium mutiler. &c. hoc intelligi debet cū vnus ex proposito bono & violenter id faciat, conuictus enim manum amittit.

Quibus iniurijs duello quis conuincitur. &c. de his vide supra, li. i. ar. xliij. & xliiij.

Quilibet emendam si eam suis non minuit vicijs secundum sui generationē obtinebit. &c. hoc est iuxta clipeum sue dignitatis, vt supra li. i. ar. iij. & i. dis. c. ius militare, nisi vt textus habet ex delicto emendam diminuat suā ita quod iure priuatus declaretur, vt supra, li. i. ar. xxxviij. & infra li. iij. ar. xlv §. vlti.

Quando preco iudici mulctam demeretur. &c. & hoc ex eo fit, quia paucam pecuniā habent, cum ergo emendare pecunia excessum non possunt puniuntur corpore, vt in auten. de pa. tenen. §. i. coll. x. & infra li. iij. ar. lv.

Qui in oneribus oculis. &c. Id quod textus habet aliter alibi tenebatur, qui enim alij mutilauerat, etiā in eodem membro mutilabat, ex lege. xij. ta. que leges ab Atheniēsibus Romam allate fuerunt vt dis. vij. c. fuerunt. Istud tamen propter paupertatem magis statutum fuit, vt qui non haberet vnde pecunia emēda ret membrū perderet, vt Insti. de iniur. §. pena. Secundo leges autem posteriores dabat arbitrio iudicis, vt iuxta excessum pēnam statueret, vt Insti. eo. ti. §. eodem. x Saxones aūt quia determinatum & a lege statutū habent verigeldum & emendam secundum quas eos emendare oporteat, quare nec maior imponi debet, & estimatio eorum cessat.

x. *Estimatio excessuū p iudicē cessat iure Saxonico, vide supra li. i. ar. lxviij. glo.*

Genitalibus. &c. Istud intelligi debet si genitalia abscindantur ex improuisione vel negligentia, quia si studiose quis alteri, sibīpsi, vel etiam seruo, ex proposito genitalia absciderit vel castrandum procurauerit, medietatem bonorū perdit, vt. ff. ad le. Corne. de siccarijs. L is qui, vbi habetur is qui seruum castrandum tradiderit pro parte bonorum dimidia ex senatusconsulto mulctabitur &. L. eiusdem. §. qui hominem. vbi habetur si alicui libero, & ipse etiam liber sit id fecerit in exiliū mitti debet. Si vero vilis cōditionis esset belijs ad deuorandum datur.

y. *Lex etiam xij. tabul. in eā sententiā cedere uidetur cū dicat. Si pluerum quis castrauerit licet predosiorē fecerit eūdem, quadruplū præstato.*

Dūmodo tamen nō occidetur. &c. z Ex isto habetur quod pro multis mutilationibus in vna guerra factis nonnisi vnus exoluitur medius verigeldus. Itidem etiam fit in vulneribus duellaribus quia mutilationes & vulnera duellaria habent similem emendam similē pēnam & simile ius vt superioribus declaratum est, quod aūt id ita se habeat, ex his quae sequuntur liquet. Si enim vnumquodq; vulnus itidem etiam & mutilatio medio soluere tur verigeldo, extunc excessus in viuum patratus in maius extenderetur q̄ contra interfactū qui exoluitur vno integro verigeldo, hoc est decemocto libris. Mutilatio vero & duellaria vulnera nouem libris.

z. *Vide Iur. Muni. ar. xc. glo.*

a In textu cum dicitur, quando tamen secundario in alio membro mutiletur. &c. Id qd' hic dicitur quod ei videlicet omnem mutilationem emendare oporteat contrariari videt priori paragrapho vbi dicebatur quocies in vno membro quis vulneretur aut mutiletur in vno actu dum tamen non moritur dimidio verigeldo cōtentatur. R. quod vnum nō contrauenit alteri ibi enim in priori paragrapho loquitur, cū quis mutilatur in vno actu, hic vero de actu secundario, hancq; gratiam ius addidit mutilatis ne ex animo destruātur, nā

defendere sese minime possunt, ad hanc materiam vide etiam infra ar. xxi. in glo.

Cui sola caro vulneratur. &c. hoc est cū vulnera sunt non tamen duellaria, vt supra arti. lxvij. li. i.

Secundum sui generationem prestetur emēda vt Insti. de iniur. §. pena.

Abscidatur membrum alicu. &c. hoc ex eo fit quia iam antehac sibi exolutum est.

Nota quod vltra has in textu positas pœnas sunt & alię propter varios excessus in legibus pene statute a vtpote pena falsificantiū literas, vel sigilla falsa adaptantes & qui cōscij sint si liberi fuerint in exiliū dantur. Si serui capite plectuntur, vt insti. de publicis iudicijs. §. item.

a. *Sigillorum falsificatores.*

b Qui frumenta coemūt vt carissiam faciāt, vel qui seruant frumenta vt eo carius diuendant. xx. aureorū pena statuta est, vt. ff. ad le. Iul. de annona. L. ij.

b. *Annone coemptores in caristiam.*

c Thelonea noua si quis instituerit. Centū aureorū pena statuti sunt & cum hoc redditur infamis, vt. ff. ad le. Iul. de ambitu. L. vnica

c. *Thelonea instituētes.*

d Qui liberum hominem scienter loco sui seruui vendiderit qui & plagiarius nuncupatur in legibus, vel occultat eum in damnum domini, vel consilio adest quod fugiat vita punitur. ff. ad. L. fauj. de plagiarijs. L. i.

d. *Plagiarij.*

e Qui contra imperium fraudem commiserit. Ciuitates aut arces defraudauerit, perdit vitā & bona si duello cōuincitur. ff. ad le. Iul. maiest. L. cuiusq;.

e. *Crimen lesæ maiestatis.*

f Sepulchrorum violatoribus pena statuta est decem libre auri, vt. C. de sepulchro violato. L. qui.

f. *Sepulchrorum uiolatores.*

g Constitutiones nouas facientes capite plectuntur, vt. C. de seditiosis. L. i. pro seditioso enim censetur.

g. *Sediosi.*

h Famosos libellos scribens, vel inuentos publicans capite punitur. C. de famosis libellis. L. Si quis.

h. *Famosos edentes libellos.*

i Aggerum & piscinarum ruptores igne cremantur. Qui ad id consilium prestiterit perpetuo relegabitur, vt. C. de Nili aggeribus nō rūpen. L. Si quis. & infra eo. li. ar. lv. glo.

i. *Ruptores aggerum.*

bo in unius facti comprehēsi essent accusatione, extunc pater filium exci pere non potest nisi ipse prius se ab hac excuset causa.

Glosa.

Filius pro iniuria mortui patris &c. Concordat Insti. de perpe. & tempora. acti. §. non aūt vbi dicitur. Est enim certissima iuris regula ex maleficijs penales actiones in hęredem rei non competere. Que enim in facto cōsistunt, personales sunt, & ideo non transeunt de persona filij vel serui ad patrem, vel ad dominū, ff. de verbo. obli. L. si.

c. *Querela duplex temporalis & transitoria.*

Glosa.

Articulus presens fundatur super certis legibus in quibus de perpetuis & temporalibus tractatur actionibus. Vnde pro intellectu textus clariori notādum c quod querela duplex est, perpetua videlicet & temporalis seu transitoria. Querela transitoria dicitur illa que vna cum persona contra quam querulatur cessat. Perpetua seu perhennis actio que etiā ad hęredes deuoluitur, vt Insti. de perpe. & tēpo. acti. §. hoc loco.

d. *Filius pro iniuria patris an respondere cogatur uide pro & contra.*

d Filius non respondebit pro patre &c. Ad materiam articuli presentis pro & cōtra multę habentur leges, ex vna parte sentire videtur quod actio patris etiam in filium deuolui debeat, e diuerso vero id minime fieri debere concludunt. Quantum ad primum quod actio videlicet parentis hęredi pertineat, habetur Insti. de perpe. & tempo. actio. §. penales. &. ff. de reg. iur. L. totiens. Vbi innuitur totiens in hęredem damus actionē de eo quod ad eum peruenit quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex sua, & item de reg. iur. L. hęredem. vbi habetur hęredē eiusdem poteſtatis iuriſcę esse cuius fuit defūctus & itē. ff. eo. ti. L. hęreditas. vbi dicit qd' hęreditas nihil aliud est q̄ successio in vniuersum ius quod defunctus tēpore mortis habuit. Ex his itaq; colligitur quod si ius totum hęres sui patris accipit etiam pro excessu eius merito respōdere deberet. Ex aduerso vero & proboratione articuli presentis sunt alię plęreq; leges que precise dicunt filium non debere respondere pro patre defuncto, vt Insti. de perpe. & tempo. acti. §. non omnes autem. &. C. ne filius pro patre. L. patris nomine. & ff. de reg. iur. L. hęreditas. Vnde ad sopiendū hanc iurium & legum allegatarum controuersiam, nota e quod querela quatuor euenit modis. f Prima incipit tempore vitę patris, vergitq; in sanguinem, & vt sic filius non respōdebit pro patre, vt. C. ne filius pro patre.

e. *Querela quatuor euenit modis.*

f. *Nota iure feudali querela instituj potest tripliciter ciuiliter, criminaliter & occasione feudi, & secundum hoc tripli dā iudicia fiunt. Primo cū ciuiliter agitur et in eo casu agi etiam potest contra iudicem & per sententiā obtineri quod in locū suū subdeleget aliū, et ita iudex cogitur ius dare & recipere si actio est pœnalis dato quod statuat loco sui aliū actamē ille super eū iudicare nō pōt, sed causa & cognitione exaudita & cōscripto ad superiorē iudicem relegare, si occasione feudi remittere eū debet ad dominū uel iudicem feudalē. fco. c. lxi.*

t. *An frater matris posset ulcisci mortem alicuius.*

u. *Vindicta duplex.*

Articulus. XVII.

Filius non respondebit pro patre defuncto si quando fecerat iniuriā seu uiolentiam. a Pater filium super iniuria accusatum si iuramento suam probauerit innocentiam b excipere potest, si ab eo nōdum sit emancipatus. Si uero am/

a. *Concordat Iur. Muni. lxxvi.*

b. *Aliqui textus habēt semel excipere potest.*

L. vlti. Secunda fit post mortẽ patris que se etiam extendit in vitam vel sanitatẽ qua pater propter excessum demeruit, & vt sic filius etiam non respondebit, vt supra li. i. ar. vi. in glo. filius enim non portat iniquitatem patris nec econtra, nam cuius vita excesserit ille moriatur teste Ezechiele propheta, & Insti. de ppe. & tempo. acci. §. non autem omnes. Tertia querela fit pro iniurijs quas contumelias vocitamus & in eo casu illius etiam respondere non tenetur, quia nec ipsi illo respõderetur si post mortẽ patris sui agere veller, vt Insti. de iniur. & famo. libel. §. iniuria, & infra li. iij. ar. xxxi. g Quarta querela si mortuus pater tempore vite sue damnũ faciat, furto, latrocinijs, heres pro ipso respondebit in quantũ de illo ditatus est, vel hereditas exinde sit amplata, vel si pater tempore vitę pro his fuerat accusatus, vt supra li. i. ar. vi. Insti. de ppe. & tempo. actio. §. aliquado, & ff. de reg. iur. L. sicut. Idem etiam erit in causa damni vel cõtumelie, si tempore vitę patris iudicialiter pro his ceptum sit, heres respondere tenetur & hoc si ad pecuniariam recompensam cesserit negocium aliter non vt ff. de acc. & obli. L. omnes, & insti. de perpe. & tempo. actioni. §. penales. Ad legem vero in contrarium adductam ff. de reg. iur. L. rociens. &. quod intelligi debet cum querela sit pro dolo mortui, ita qđ ex illo dolo heres ditatus sit, quare iusto respondere debet pro commodo suscepto, nullus enim ditari debet cum iactura alterius, vt ff. de condictione indebiti. L. naturaliter, &. C. pro empto. L. eum qui.

Pater filium pro iniuria accusatum. &c. Paragraphus iste etiam super certis fundatur legibus signanter. ff. tit. de noxalibus actionibus & item. ff. si famil fur. fecit. dica. L. vtilissimũ, vbi habetur si seruus noxam fecerit, dominus duplicem habet optionem, vel eũ actori dare pro excessu, vel noxam redimere.

Pro intellectu paragraphi secundi vbi dicebatur quod pater filium super iniuria accusatum excipere potest. [1] Quomodo id sit verũ & quomodo non, quedam necessario notanda veniunt. Primo quod pater non plus nisi semel accusatum excipere filium potest, idq; fauetur sibi de iure Saxonico, nec enim deceret quod pater filium pro excessu exponeret, vel perire sinat, sicut dominus seruum exponere potest, vt insti. de noxalibus actionibus. §. vlti. Secũdo quod non sit emancipatus qa vt sic factum filij nocius est patri q̃ si emancipatus fuisset. vt. C. ne filius pro patre. L. i. Tertio quod pater pro filio iurare tenetur innocẽtiam declarãdo iuam, & hoc propter id vt filius iniurię que cõtumelia dicitur iuramento patris liberetur, vt supra li. i. ar. lxviij, & ff. de iniur. L. lex Cornelia. §. hac lege, & hoc intelligę si actio sit contra filium vbi ad iuramentum sibi cedat, alias solus ipse filius respõdere teneretur, vt insti. de noxalibus actionibus §. fi. Quarto quod pater illius facti & querele innocens sit. Nullus enim alium excusare potest nisi se prius excusauerit, vt. C. si fami. fur. feci. dica. L. i.

g. Nota si pater cõtumeliam fecerit uerbo aut facto negotium q; ceptum sit tempore patris & accusatus negauit uel recognoscat filius respondere tenetur & defundere pecunijs iuxta exigentiam facti seu. c. xliij.

Articulus XVIII

Sententiandum nõ est qualiter qs debeat puniri [a] anteq̃ appareat p sententiam uictus ad cõdemnandũ. [b] Nec debet per sententiam ostendi qualiter hæreditatem aut eius possessionem quis debeat probare, nisi prius fuerit probatio per sententiam adiudicata.

a. *Alij textus habent sententia inueniri non debet qua pœna reus puniri debeat nisi prius super crimine conuincatur.*

b. *Concordat Iur. Min. ar. Cxxxix.*

Glosa.

Ex articulo presenti doctrina datur quod nõ ad omnia ferenda iudicum quęsita seu interrogata iudex sententiam ferre debet, ordo enim in ferendis sententijs necesse est vt obseruetur vt textus habet. Vnde si procurator querelã former, domine iudex principalis meus. N. querulatur contra. B. quod sibi equum furto vel preda absstulisset petitq; sententiam decerni cõtra furem vel predonem statutam, in isto casu non statim sententia ad interrogata ferri debet, quia si sententia ad quęsita partis actoręs ferretur accusatus ad responsionem & defensam venire minime posset, primũ itaq; pbandum & conuincendum est quod fur vel predo sit, tandem quęratur quã pęnã iure demeruerit, vt. C. de edendo. L. qui accusare. [c] Nulla enim sententia in communi & generali ferenda est ad interrogata partis, vt. ff. de re. iudi. L. si se. §. condemnatum &. C. de accusa. & inscriptionibus. L. singuli &. L. accusatiõis. Quid si accusatus admittat actori probationem in causa que in mortem cedit, an iudex sequi debeat. d &. quod sic si & in quãtũ etiã factum accusatus recognoscat e quia qui coram iudicio recognoscit pro victo habetur, vt supra li. i. ar. vij. &. xviij. §. i. C. de erro. adnoca. L. ij. &. C. de accu. & inscrip. L. accusatio onis. §. nemo. Si vero accusatus admittat probationem sine recognitione illam iudex accepere nõ debet. Probatio etenim iudici sit & nulli alteri quia ipse est qui sententiam ferre debet, vt. C. quando dies legati, vel fidei. commi. L. i. Nec iudex alicui probatiõi credat nisi quę coram iudicio sit, vt. ij. q. i. c. deus ops. ¶ Nec debet per sententiã ostendi. &c. In primo paragrapho huius articuli in actione criminali intentio legis declaratur, in isto vero

c. *Sententia in communi & generali ferri non debet.*

d. *Cõcordat infra ar. xxij.*

e. *Exinde patet quod ex sola confessione potest quis damnari dũmodo sit ex proposito & sine tortura, cum tormentis non ualet nisi præcedant uerisimilia indicia & huiusmodi confessio non debet fieri coram scio notario, nec corã iudice in camera sed coram iudice ad bancũ causarum. C. de custo. reo. L. ij. secundũ Bald & ff. eo ti. & item titulo de confessis. Vide supra in anno. arcat ar. xiij. eo. lib. ubi in parte cõtrariatur huic declarationi.*

parãgrapho in ciuili actione propositum eluciditur. Si etenim bona alicuius impetantur, ille vero possessionem earundem alleget quã & probaturum se offerat, non statim possessionis probatio sibi adiudicanda est, nisi prius decernatur eidem probationem debere fieri, Vnde accusatus si possessionem alleget, possessionis causa prius dicenda est, & quomodo in possessionem venit res illa cui actor contradicat si poterit. Si vero posthac accusato possessionis priuatio decreta fuerit, interrogabit quomodo id probare debeat, alias si id non obseuaretur sententię inequaliter decernerent quod fieri non debet. Textus in se planus est, ex declaratione precedentis paragraphi facile intelligibilis. Curare enim maxime iudex debet vt in similibus casibus similes ferat sententias, vt Insti. de actio. §. curare. & Insti. de offi. iudi. §. ij. C. de senten. & interlocutiõibus omni. iudi. L. preses. &. ij. q. vi. c. & qui appellat. §. diffinitiua, &. ff. de re. iudi. L. a diuo. §. Si super rebus.

Articulus XIX

Pater coram iudicio filiũ emancipare idest separare a se poterit quantumcũq; parue res sint quibus emãcipetur, dummodo per eum fuerint acceptate. Domino seruum iam còdemnatum excipere licet [a] si iurare præsumat qđ ille seruus suus sit innatus, quodq; facti innocens sit, seruus tamen ille absq; iure erit & absq; honore.

a. *Concordat Iur. Min. ar. iij. glo.*

Glosa.

Pater coram iudicio &c. Sed quid si pater emancipauit filium, & donauit ei omnia bona sua, postea vero pater cõmittit maleficium quod exigit confiscationem bonorum. Dic quod si pater postea diu possedit presumitur donatio simulata & fit confiscatio. Secus si nõ possedit pater, sed filius. Quidam autem dicunt quod presumitur fraus ex generali donatione sicut ex generali venditione presumit etiam fraus ex vicinitate maleficij. Vnde donacio vel vendicio bonorum omnium delinquentis, maleficio subsequuto non valet propter fraudem ex quo bonorum perdicio imminebat alias bene valeret donatio presentiũ non autem presentium & futurorũ simul, de hoc in spe. ti. de dona. ibi per Bald. in addi, formam emãcipationis vide in spe. ti. de natis ex libero ventre ad finem & in. §. preterea per emancipationem Insti. qui mod. ius pa. potes. fol. Pater enim habet filios in sua potestate & non mater, vt Insti. de pa. potes. §. ius. &. C. de adoptionibus, L. mulierem, & ideo filius agnationem patris sequitur & non matris Insti. de legit. agna. tute. §. i. &. ff. ad munici. L. i. Et hoc etiã scias quod idem honor debetur parentibus etiam si non habeant filios in potestate, vt. ff. qui satisda. L. ij. §. prętor ait &. ff. de in ius vocan. L. parentes, &. ff. de obsequi. L. i.

Glosa.

In precedenti articulo habitum est de filio q̃ nondum emancipatus est, hic vero declarare vult secundum quem modum & in quo loco filius emãcipari debeat. Articulusq; presens super certis fundatur legibus & signanter sup. § preterea Insti. qui mo. ius patrię potes. solui. ibidẽ amplam inueries ad hunc passum materiam & antiquam in hoc negotio consuetudinem, tum & postmodum latam obseruationis legem, [b] vbi habetur quod emãcipatio antea quidẽ ex antiqua legis obseruatione p imaginarias procedebat ver ditiões, ita quod consensus Imperatoris aduertat, parentesq; quodam ficto modo filios vendebant, venditores tandẽ in continenti eos manumittebãt, idq; obseruabatur vsq; ad tempora Imperatoris Iustiniani, qui omnes Romanorum leges illuminauit, in luculentamq; redegit formam, vt Insti in prohe. §. omes. &. C. de vete. iur. enuclean. L. deo autore. §. cum itaq;. Iustinianus tandem statuit quod quicunq; filium suum a sua potestate dimitteret vel emancipare voluerit, vt id coram iudice faciat necesse est, [c] vt Insti. qui. mo. ius pa. potes. soluitur. §. sed emancipatio. &. §. nostra, vnde & articulus presens in eo concordat, cum dicit pater coram iudicio filium &c. & hoc ex eo fit, ne forsan posthac negare quisq̃ eorum id vellet. Id enim quod coram iudicio actum fuerit negari minime poterit, vt supra li. i. ar. vij. Ad hanc materiam vide etiam supra li. i. ar. xiij. in texru & in glo. abunde. Specialiter tamen sciendum est d quod etiam emancipatus patrem enutrire necessario cogitur si ad paupertatem deueniat, vt. ff. de liberis agno. vel alen. L. si quis a liberis in prin.

Dummodo per eum fuerint acceptate &c. Exisio sequitur si filius emãcipari recusset, pater eo inuito id facere minime poterit. [e] Emãcipatio etenim fieri debet cum cõmodo vtrius, nullus enim contra velle suum ad aliquid cogi debet, vt. C. de pactis. L. si quis in conscribendo, nisi forsan filius sit inobediens vel excessiuus, quia vt sic ex certis causis exhęreditari poterit, vt in auten. de trien. & semis. §. frequenter. coll. iij. & supra li. i. ar. xvij. glo.

b. *Emãcipatio quomodo fieri debet.*

c. *Concordat supra li. i. ar. xiij.*

d. *Emancipatus patrẽ necessario enutrire cogitur.*

e. *Emancipatio fieri non potest contra uoluntatẽ alterius.*

f. Ratione uide quur dominus seruum condemnatum iuramento liberat.

Domino seruum iam condemnatum excipere licet &c. f Queritur quare seruus condemnatus solo domini sui iuramento liberatur cū tamen si decem etiam pro homine libero iā condemnato iurare velint sententia iam lata nihil proderit, vt supra ar. vi. §. vlti. & C. sententia, rescin. nō pos. L. impetrata. R. quod hoc fit ex eo, quia quando homo liber condemnatur ad vitam est eius damnum proprium. Sed cum seruus sententiatur, est damnum domini sui, & ita absoluit iuramento innocentiam suam eundemq; liberat, in tantumq; iuramentum valet g ac si iuraret, quod iumentum suum vel equus nullum intulisset damnum, vt. ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. §. hac lege. Dominus enim in eo casu eundem defendere potest, vt. C. de accusationibus & inscriptionibus. L. si cuiusdam.

g. Absurda haec est glose declarato hominem iumento approprians, homo siquidem etiam seruilis conditionis si sit rationalis tamen creatura est, sed & uteri naturali contrariatur, ubi nulla differentia est inter hominē liberū et seruū.

Absq; lure erit & absq; honore. &c. Quærere vnus possit quur id fiat quod infamis reddatur, an est ex parte domini quod videlicet iniuste iurasset. R. quod non, sed ex eo infamis redditur seruus ille, quia fuit victus & condēnatus, vt supra li. i. ar. lxvi. &. C. ex qui. cau. infa. irroga. L. si furti.

Articulus XX

a. Hoc est qui ex utroq; parēte fratres sorores ue sunt.

FRatres sororesue [a] in distinctorum fratrū sororumue in successione hæreditaria fratribus, uel sororibus a patre aut a matre in generatiōe [b] præferuntur distinctis Textus uetustiores ultra id habent paragraphū sequentem, [c] Indistinctorum fratrum pueri æque similes sunt cum distictis fratribus in hæreditate percipienda.

b. A contrario ergo non succedunt cū patruis contra auten. cessāte. C. de legi. hæredi. & auten. ut fratrum filij. §. hoc. col. ix.

c. de successiōibus uide supra li. i. ar. iij. et xvij. et Insti. de legi. agna. successi. §. nos uero.

Glosa.

Fratres sororesue. &c. Ad hoc dicit lex communis. Cessante successione linee descendentis & eius quę sola sit ascendentis vocātur primo fratres, fratrisq; premortui filij in stirpes ¶ Dico autem de fratre eiusq; fratris filijs qui ex vtroq; parente contingunt eum de cuius hereditate agitur, quę persone veniunt etiam cum proximis gradu ascendentibus si supersint. Et quidē prędicti fratris filius prefertur fratribus defuncti, qui ex vno tantum parēte cognati erāt, post fratres aūt ex vtroq; parēte & eorum filios admittūtur ex vno latere fratres sororesue cum ipsorum defunctorum filijs in stirpem, vt in auten. cessante. C. de legi. hęredi. & Insti. de hęredi. quę ab intesta. §. cum filius &. §. fi. & in auten. de hęre. ab intesta. §. reliquum &. §. sequen. col. ix. cū. §. fi. d Nota secundum ius municipale Scabini Maydeburgeñ. pronunciāt, vbicunq; distinctus & indistinctus cōcurrunt scz prędefunctę medie sororis filius, & integri fratris filia, prefertur indistinctus. Si autem vicinior quis esset sit distinctus vel indistinctus ille semp prefertur, vt quia mortui medij fratris filius prior est q̄ integre sororis puer, puer, id tamē seruatur lure prouinciali nō municipali.

d. Regula ista qñ uidelicet medij fratres in aliud descendāt mē brum non intelligitur ulterius nisi inter integrum & mediū fratrem, quia q̄primum medij fratris filius cōcurrit cū integri fratris filij, filio, statim medij fratris filius prior erit ad hereditādum q̄ integri fratris filij filius, & hoc est qd' dicitur hic in glosa. Si aūt vicinior &c. posimodū uero subiūgit exemplum, ut quia mortui fratris filius &c.

Glosa.

Dixerat siquidem superius de diuisiōibus & seperationibus quę voluntarię eueniunt vt inter patrem & filium cum videlicet pater filiū emancipat. Is articulus determinat de seperationibus & diuisionibus, quę natura ipsa facit inter fratres vel sorores, cum dicit fratres, sororesue. &c. Concordat ad id supra articulus tertius, li. i. cum dicitur indistinctorum fratrū filij. &c. e Ratio autem istius est quia indistincti propinquiores sunt in gradu q̄ distincti vt etiam supra habitum est li. i. ar. xvij. & it sit. de legit. agna. succes. §. nos vero. Tum etiam qa indistinctus duplex ius habet ad succedendū, distinctus vero nō nisi vnum. Sed qui duplex ius habet ad aliquid maiori iure tollit illud q̄ ille qui simplex ius habuerit, vt Insti. de adoptionibus. §. si vero. C. de edicto diui Adriani tollendo. §. nos vero.

e. Ratione uide quare indistincti prefcrūntur distinctis.

Indistinctorum fratrum pueri. &c. In primo paragrapho dixerat de successione indistincti fratris quod videlicet propinquior est in succedēdo q̄ medius frater, de quo etiam habetur in auten. de consanguineis & vterinis. § quia igitur coll. vi. Is paragraphus determinat de pueris indistinctorum fratrum quod ęque propinqui sunt in tollēda hęreditate patruorum sicut medius frater, vt in exemplo me mortuo, mei indistincti seu integri fratris pueri & distinctus seu medius frater ęquales erunt in accipienda hęreditate mea, & hoc est qd' supra. li. i. ar. iij. dictum est, quod fratres distincti cum fratribus indistinctis non sunt in eodem membro sed transeunt in gradū remotiorem, vt etiā habetur in auten. de hęre. ab intestato venientibus. §. si aūt coll. ix

Pro intellectu textus articuli prędicti F nota qd' hereditatē p me derelictā, proximius & maiori iure hęreditat pater q̄ integer frater. Itē integer frater, ppior est q̄ medij frater ex pte patris mei, vel matris mee. Itē integri fratris pueri & medius frater ęquales sunt in hęreditando. Item patruelis meus, seu mei fratris indistincti filius proximior est q̄ medij fratris filius, vt in auten. de cōsangui. & vteri. fratribus. §. quia igitur. col. vi. & in auten de hęredi. ab intesta, venientibus. §. consequens. §. reliquū,

f. Successionis regulā uide.

&. §. si autem. coll. ix.

Articulus XXI.

a. Textus uetustiores ita legunt plenā recōpēsam & satisfactionem reapere debet qlibet homo, licet careat usu alicuius membri quod coram iudice non ostendit nec tutorem in duello acquisiuit, nec solutionem p membro leso cepit.

LEnum Verigeldū [a] & plenam emendā habet quilibet hō licet in aliquo mēbro defectū patiatur, dummodo illum defectū iudicialiter non publicauit, & exinde tutorem in iudicio idest protectorē in duello non acquisiuit, uel ei actus non sit sententiando persolutus. Cē situs quicunq; sit, sua relinquit in fundo censuali ædificia suis hæredibus, nisi forte militaris sit qui huiusmodi ædificia uxori in dotē dederit. (Textus uetustiores ultra id hoc quod sequitur addunt.) Si aūt absq; hærede uacauerint ædificia nec sunt in dotem collata, dominus feudi potest ea in usus conuertere suos una cum cēsu. [b] Mulier si habeat dotalicium idest uitæ prouisionē in feudo uel proprietate ædificia in ea ab ipsa derelicta cedere non eius hæredibus sed cui dotalicium cedit uidētur. [c] Et sicut proprietario aut infeudato sine domini sui uoluntate ædificia meliorari uel peiorari concedi tur, sic mulieri in suo dotalicio cōcessum est. [d] Pater si habeat filium seu hæredem in feudo qui non sit hæres in iure prouinciali illi pociori iure ædificia in feudo collata debētur q̄ hæredi iure prouinciali. Conferat si dominus alicui feudum (alij habent fundum) indistincte ædificia fundi eius erunt nisi a domino nominatim excipiātur in conferendo.

b. Alij textus ita legunt, si mulier uitæ prouisionē habeat in proprietate uel in feudo, & ibidem etiam ædificia sint post mortē eius derelicta, ipsa non poterit suis hæredibus ædificia delegare, sed post mortē eius cedunt fundo, seu illi cui bona huiusmōi uacant.

c. Nota quod usufructuarius tenetur ad resectionē domus & ad tributum. ut. ff. de usufructu & quemadmodum quis uta. L. usufructu legato, &. L. sequenti.

d. Vide ad hunc paßū iure muni. ar. xcv. glo.

Glosa.

Sensus paragraphi primi, articuli prędentis quod verigeldus ęque persoluitur mutilato. Itidem & emenda si forsan post mutilationem vulneretur vel alia affectus sit iniuria, acsi etiā sano existenti id contigisset cum condicionibus tamen vt textus habet. Ratio, verigeldus etenim soluitur propter dolorem & iniuriam quam quis ex negligentia & improuisiōe alteri infert, sed ęque dolor infertur mutilato ex vulnere vel iniuria, ergo iuste eīdem habet verigeldum, vbi enim est eadem ratio, ibi & eadē iuris dispositio, vt insti. qui. mo. pa. po. sol. §. pari. & ff. de verbo. obli. L. a Ticio, & insti. quod cū. eo. qui. in ali. pos. nego. gest. esse dicitur. §. istas. &. ff. de eden. L. quędam. §. nummularios &. ff. ad le. aquili. L. illud. Secūda ratio quia emenda prestatur ratione honoris & ad recognoscendum quod is qui emendam soluit iniuste egit contra illum cui soluitur. Ex quo itaq; mutilatus ęque grauitatē sustinet ex iniuria illata sicuti sanus ergo etiā per simile verigeldo & emenda honoratur & cōdonatur, vt. ff. de iniuri. L. illud, & insti. ad le. Aquili. §. his autem verbis, &. §. illud.

Et exinde tutorem in iudicio non acquisiuit. &c. In proposito tutor pro pugile accipitur, quem mutilatus acquirit in duello, vt supra, li. i. ar. xlviij.

Queritur si tutorem vt sic acquisiuerit an sine verigeldo erit nec ne. R. quod sic in mēbro illo propter cuius defectum se pugnare non potuisse declarauit, presumitur em illud sibi antehac persolutum fuisse & ratione istius pugnare solus recusauit. Si vero vulneretur in membro eodem, emendare illud oporter, vt supra eo. lib. ar. xvi. habitum est, & hoc est quod textus habet, & exinde tutorem in iudicio, hoc est defensorem in duello non acquisiuit, vel ei actus sententiando nō sit psolutus. In contrarium licet istius videntur esse quędā certe leges, vt insti. de iniurijs. §. pœna. Vbi dicitur quod iniuria ex vulnere alicui illata datur arbitrio iudicis taxandi vulnus illud. R. tamen id verum esse secundum leges nón autē iure nostro, vbi vniuscuiusq; rei verigeldus est determinatus.

Censitus quicunq; sit. &c. hic declarare incipit quomodo ędificia apud ciuitates vel villas permanere debent, & quia ędificia villarum hęreditates esse videntur, immo sunt quia hęreditant in hęredes quicunq; sint, siue pertineant ad bona censualia siue non.

e. Militares an censuales esse possint, cōcordat infra li. iij. ar. lxxxpi. & lxxix. glo.

Nisi forte militaris sit. [e] Quęritur an militaris homo censualis esse possit. Quidam dicunt quod sic, multi em militaris ordinis in bonis resident emphiteoticis seu censualibus. R. tamen quod de iure miles super bonis censualibus residere nō debet. Vnde pro intellectu istius. [f] Sciendū venit quod bona censualia sunt duplicia. Quędā bona habēt in se cēsum quędam eademq; possessor forsan habet in feudum, & vt sic milites bona censualia habere possunt, datoq; quod feudum sit, ędificia tñ

f. Bona censalia duplua.

g. Edificia cedunt fundo.

h Nota quod iure feudali potest hæreditari bonorum possessio in filium, Iure uero prouinciali hæreditatur æque in filiam sicut in filium, sed in mobilibus diuidendis etiam filiæ succedunt Iure feu. hoc idem habetur li.ij. ar. Iviij. Feudum tamen pater conferre uni filiorum potest ante omnem diuisionem feu. c. vi. Notandum præterea exquoquidem nullum feudum in filias cedit si contingat quod pueri habeant castrum quod ad ius feudale pertineat uel alia bona & pueri inuicem se obligent, quod sorores nec filiæ sortem in his habeant, in idq; sorores & filiæ consentiunt, filijq; seu pueri moriantur sine hærede feudali relinquẽtes patruos, an patruus maiori iure ad illa bona pertineat iuxta contractũ &c. ommissis in contrarium opinionibus si contractus fuit & probari potest per uasallos, quod filiæ uel sorores renunctiarunt bonis illis. Vasalli tamen esse debent domini illius qui bona huiusmodi confert tunc ad patruos maiori iure cedet, sed si probari non poterit extunc filiæ succedunt. Iur. feu. c.vi.

i. Iure prouinciali etiam filia hæres est. Iure uero feudali nõ nisi filius concordat. Iure Mu. ar. xvi. & .cxvi. glo.

hereditãt in eorum prouinciales hęredes, hoc prẽcustodito quod fundus feudum non sit g quia omnia ędificia cedunt fundo, vt Instit. de re. diuisi. §. cum in suo. Secundo bona censualia sunt ex quibus alteri census soluitur, & ista militares de iure tenere non debent. Vnde circa id nota si ędificta huiusmodi censualis vxori dare velit, dominus censualis illud prohibere poterit ne ędificia destruerentur & exportarentur, vt supra li.i.ar.xx. quia exinde census desolaretur censualis vero ditaretur cum iactura aliena quod fieri minime potest, vt. ff. de conditione indebiti, l. naturaliter, & L. vlti. ff. de reg. Iur. L. iure &. C. pro emp. L. eum qui. Quod autẽ milites bona huiusmodi habere nõ possunt habetur in auten. vt neq; miles neq; fede. §. cum domini dei coll. viij. vbi dicitur quod bona per milites possessa in feudata esse oportet, alias pderẽt clypeũ militarẽ Mulier si habeat dotalicium. &c. hoc dicitur propter id, si forsan hęredes mulieris dicere velint ędificia ista loco dotis mulieri esse data mulierq; ędificia huiusmodi apportata hic ea locauerat, & ita loco hereditatis eis iusto cedere, vt infra li. iij. ar. xxxviij. & ex eo fundamento destruere & auferre illa vellent quod fieri non debet. Verum ędificia illa in fundo manebunt dato quod per mulierem meliorata sint, quod & exemplo in textu probatur, sicut enim dominus fundi accipere ędificia derelicta cogitur, qualiacunq; sint etiam peiorata, ita a cõtrario si meliorata fuerint tollet, qa qui sentit damna sentiat & cõmoda, vt. ff. de reg. Iur. L. secundum & Instit. de legitti. patro. tute, & item, ff. de contrahen. empti. in pleriscq; legibus.

h Pater si habeat filium. &c. dixerat siquidẽ in prẽcedentibus paragraphis de obseruatione quę fit in ędificijs inter dominum & censualem, inter hęredes mulieris & illum cui post mortem cedit vitę prouisio, hic in paragrapho isto differentiam quandam tangit iuris prouincialis & feudalis. i Hęres enim iure prouinciali etiam filia esse potest. Iure vero feudali non nisi filius. Et quia iure cõmuni ędificia ad hereditatem pertinent, quare limitat & cõditionem ponit in textu si & inquantum in feudo ędificia sint. &c. conditio enim ius limitat omne, vt. ff. de reg. iur. L. in toto.
Conferat si dominus alicui feudum. &c. hoc fit propter id ne ville desolarentur, vt Instit. de re. diuisi. §. cum in suo, & §. appellatione.

Articulus XXII.

Vicquid contra iudicẽ quis est probaturus in ea probatione iudicis testimonio non indigebit si actio seu inculpatio non excedat mulctam seu pœnam simplicẽ, sed hoc cum duobus sententiam inuenire solitis probabit. [a] Si uero altius actio proposita extendatur præfectus seu sculcetus aut præco ad testificandum loco iudicis apponetur uel ipse iudex solus. Qui suam intẽtionem seu testimonium per sculcetum aut præconẽ aut cum scabinis impleuerit. Iudex propter ueritatẽ ipsorum testimoniũ facti [b] testis efficitur licet factum prius ignorabat. Neget autem iudex se esse testem fraudulenter hoc est si testificare noluerit temerarie & fraudulenter, nihilominus probans suam adimpleuit intentionem [c] Monachetur etiã quis adultus licet corã iudicio id factum non sit, hoc tamen contra ipsum probabitur sicut in primo libro ar. xxv. § clericus diuidet exaratũ est. Vbi cũ septem testibus debet quid probari, pro eo testimonio. xxi. sunt interrogandi. [d] Si idem aduersus quem testimoniũ producitur in testẽ nominatur, [e] ipse de iure sub sacramento suo debet sibi in his notis dicere ueritatem. [f] Impleatur autem proponentis probatio per eundem ulterius contra eum non indigebit probatione, Sed cõfessus iudici multam dabit, & proponenti emendam sicut emendare debuisset, si in probatione defecisset ex eo quia cõtra iustitiam & suam conscientiam eum compulit ad probandum.

a. Alij textus habent si uero debitum ulterius se extendat. &c.

b. Concordat infra li. ij. ar. xxv. Iur. mu. ar. xxxij. clarius uero ar. ij.

c. Vide supra li. i. ar. xxv.

d. Textus uetustiores habent obligatus ad probandum, si testimonium deferat soli actori, actor qui eum ad probationem cõpulit per sacramentũ testimonium perhibere oportet, cõcordat supra. lib. i. ar. vi. Iure mu. ar. xvij.

e. Ex isto. §. colligitur quod delato alicui iuramento is cui defertur referre illud idem uiceuersa eidẽ minime poterit p. L. Marcellus ff. de acci. rerũ amo. in fi. ubi dicitur. Si quis delatum sibi iuramentum referre uelit non uidetur prætor p̃ misisse, & itẽ duabus L. sequẽtibus, Vide etiam ad id. L. iij. ff. de iureurã. in prĩ. et supra circa. ar. vi. li. i. in annota. & itẽ infra li. iij ar. xi. glo. Is tamẽ qui huiusmodi defert iuramentũ si sibi nõ creditur tenebitur iurare quod non animo calũniandi huiusmodi iuramentũ sibi defert, ut in dicta. L. Marcellus clare habetur.

f. Alij textus habent ille autem si proprio conuictus fuerit testimonio ulterius contra eum non indiget probatione.

Glosa.

Vbi cum septem testibus. &c. Hic vult secundum glo. quod producens potest simul tot nominare & sic in vna productiõe vtitur qua si tribus dilationibus, si tamen pauciores vel solũ septẽ a principio nominet sibi prẽiudicat & ex post nõ põt plures inducere qa suspecti-

esset, de subordinatione si primi in testificando deficerent quia testes hoc modo iure deponunt publicę in prẽsentia partium. Secus autem secundum ius commune.
Sicut emẽdare debuisset. &c. Ex ista litera habent scabini Mayd. istud, qꝺ omnem actionẽ cum testibus propositã sequitur emenda & mulcta ex parte succumbentis prout sępe rescripserunt in iure.

Glosa.

Superius li. i. ar. vij. & ar. viij. declaratum est quod ad obiecta Saxo negatiua iuramento superappositio liberatur, excepto eo, quod coram iudicio actum sit, quia vt sic iudex cum cõuincet in aliquibus casibus septimus, in aliquibus mettertius, hoc idem etiã memi nit supra li. i. ar. xviij. Dicere qs posset qꝺ secundum ius istud Iudices omnes inconuincibiles esse viderentur, ipsi vero alios conuincere possent. Pro exolutiõe huius dubietatis g nota quod Iudices triplices sunt. Veri iudices qui vexillo feudi infeudantur qui & iurisditionem habent iudiciumq;, vt sunt Principes & liberi domini. Secundo sunt quos isti primi vlterius infeudant cum iure suo in prouincia vt sunt comites sculteti. Tercij sunt cõmissarij qui substituuntur a principibus. Ius etiã triplex est spirituale, seculare, & feudale. h Iudex vlterius infeudatus conuinci testimonio potest in duobus. Primo si ius ab eo expetitur ille vero recusat, & tunc in ciuilibus casus conuincitur mettertius vt hic in textu. In criminalibus vero septimus quia sibi pro vita cedit, vt eo. li. ar. xiij. Nequaquam enim iudex omittere debet vt malefactorem non iudicet misericordia forsan ductus. Ius etenim maiorem complectitur misericordiam q̃ iudex ipse, vt in autẽ. de iudi. §. oportet, coll. vi. ff. de recep. arbi. L. celsus. Secundo testari contra iudicem potest, id qꝺ coram iudicio actũ sit si negare vellet, vt in autẽ. vt nulli iud. licet habe. §. & hoc. coll. ix. &. ff. ad senatusc. cõsul. trebelli. L. iij. &. C. sentẽ. rescin. nõ pos. L. neq;, & id obseruat de iure seculari, Iudex commissarius testimonio etiam conuinci põt si magis ĩclinatus fuit vni parti quã alteri, vt subiectus respectu domini vt. xxij. q. v. c. de forma, & extra vt lite non contes. c. accedẽs. Vel si vnius dñi sint. iij. q. v. c. accusatores. Vel si vnius familia fuerit, vt. ff. de Iurisdici. om. iudi. L. qui. Vel si inimicus sit, vt. iij. q. v. c. vlti. & id seruat de iure spirituali. Pro tertio iudex feudalis contestari etiam & conuinci testimonio potest iure feudali cum uasallis domini, vt in vsibus feu. coll. x. & id iure feudali tenetur.
Si vero alcius actio proposita. &c. Quęre vnus possit quomodo iste sculcetũ aut prẽconem in testem acquiret exquoquidem quãdo iudicium Iudicum vlterius infeudatorũ vel magistrorum ville qui & Gograuij dicitur exercetur ibi raro sculcetus fit. Prẽco etiã dato quod prẽsens sit forsan propter metum testificari no audet aut circa factum non fuit sed suus prędecessor. R. tamen si huiusmodi querele fiunt actorę; prout iuris est probauerit extunc sculcetus vel prẽco testis illius necessario erit & creditꝰ sibi vt infra li. iij. ar. xxv. §. i. Sic etiam iudex in legibus credere cogitur illi qui super suis expensis iurauerit, vt in auten. de iudi. §. oportet col. vi. &. ff. de arbi. L. celsus.
Iudex propter veritatem ipsorum testis efficitur. &c. In contrarium istius sunt leges & Canones qui dicunt quod testis nullus esse põt nisi illud quod testificatur viderit vel audiuerit, vt extra de testi. c. prẽterea &. c. licet ex q̃dam. Ex quo itaq; is non aliud testificari põt nisi de auditu quod videlicet causam huiusmodi coram se recitari audiuit. R. quod in capitulis allegatis loquitur de rebus quę videri possunt, sicut si vnus interemptus sit vel huic simile, vel dic quod ibi loquitur quod nullũ testimonium fieri potest p̃out ex relatu didicit, sed quę solus certitudinaliter scit. [i] Vel dic quod ibi non vult intelligere quod visus & auditus vtrunq; necessarium sit ad testimoniũ sed disiunctiue vnum eorum sufficit. [k] hic vero textus intelligi debet quod videlicet Iudex testis erit horum quę coram ipso insinuabuntur, facilius enim infinuatio seu narratio testificatur q̃ negotium ipsum, quia iste qui narrat potest postmodum excusare se se, vt in auten, vt diferen. iudi. audi. §. si tamen, &. §. propterea coll. ix. Vnde iudex si protunc prẽsens non sit, vt supra li. i. ar. lxx. recognitionẽ dare tenebitur, quicquid scabini coram ipso testificañ recognouerint.
Neget autem iudex se esse testem. &c. ad hãc materiam vide. C. in constitutione grẽca de testi. L. vltima.
Monachetur etiam quis. &c. Autor priuilegij intentionem continuando suam paragraphum prẽsentem ponit, quod nonnulla etiã extra iudiciũ acta testimonio cõuinci possunt exemplificando de monacho. Ratio autẽ qꝺ monachus ad diuisionẽ nõ admittitur supra li. i. ar. xxv. expresse habetur, quia est mortuus mundo, vt in auten. de sanctis Epis. §. si vero, col. ix. &. xx. q. iij. c. i. Vnde notanter in textu dicitur adultus, qa si puer monasteriũ intraret non per id iuri nocebit suo, vt supra li. i. ar. xxv. &. xx. q. ij. c. si qualiber, testificariq; istum vt sic religionem suscepisse oportet, vt in ar. allegato expressum est cum septẽ viris in generatiõe equalibus quia tangit feudum quare sui equales in generatione ad testificandum esse tenentur, vt feu. c. ij. & item in vsi. feu. coll. x.
Vbi cum septem testibus probari debet, p eo testimonio. xxi. sunt interrogandi. &c. intellige q in iure illo sunt possessiõati, vnde ma-

g. IVdicet triplices sunt concordat supra li. i. ar. lv. Iur. Mu. ar xvi. xvij. & xlv. glo. feu. c. xi. & lxi. ubi habetur quod iudices triplices sunt ex electione, infeudatione, & cõmissione, ibidẽ plura uide.

h. Concordat Iur. Mu ar. xvij. glo.

i. Vide supra li. eodẽ ar. vi. glo.

k. Hæc respõsio non satisfacit Canonibus in contrarium addu ctis tu ampliorem huius solutionem uide infra li. uj. ar. xxv. & item Iur. Mu. ar. xxxij. & lij. ubi habetur quod iudex iusto testificabit narrata scabinorum uel sculcetti qui uiderunt uel audiuerunt idq; ex officio recognoscit, plura etenim ex officio admittuntur quæ alias priuato denegantur.

xima circa huiusmodi testes debet esse aduertentia si testes huiusmodi suspecti non sint. Iure priuati, proscripti, aut excommunicati, quia alias de facili reiciuntur, vt supra li. i. ar. xxxviij. & xl. & li. iij ar. xvi. Iure feu. c. xiij. Ibi dem super interrogatorijs testium plura vide, vnde & textus intelligi debet quod testibus aliquis probare quicq; volens, [1] testes huiusmodi nominare eum oportet quos iudex ipse cogere potest ad edisserendum veritatem ab eisdemq; vt textus habet ℭ vbi dicit sunt interrogandi) perquirere & interrogare de hora. loco tempore, si ex auditu vel visu negotium ei notum sit & alia plura quę longũ enumerare esset, nam & res sunt finite nomina vero infinita, vt. ff. de prescrip. ver. L. nam. Si idem aduersus quem testimonium producitur. &c. intelligeti aliquid patrasti recognoscereq; nolles propter rebellionem admitteresq; te testibus conuinci homines cogere volens ad iuramentum contra te, actor potest te sufficari teipso dicendo quod negotium istud melius tibi notum est vt sic recognoscere vel negare sub iuramento te oportebit. Si recognoscis, omne perit testimoniũ, vt textus habet, ex isto sequitur quod qui alterum cõuincere testibus vult ipse solus super eo interrogatus sub iuramento veritatem recognoscere tenetur & huiusmodi casus in legibus positiones nuncupantur, [m] vt extra de fide instrumentorum. c. cum Ioanes, & in eo casu is cõtra quem testimonium producitur & sibi ipsi defertur in instanti respondere potest, vel ad deliberandum accipere si vult. Secundum canones vero vt sic pro veritate publicanda interrogatus iurare cogitur, vt. C. de iure deliberan. L. si curatores &. ff. de iureiuran. L. iusiurandũ &. ff. de interdic. acti. L. interdictorũ Contra eum non indigebit probatiõe. &c. [u] qui enim confessus est pro victo habetur. C. de accusa. & inscrip. L. accusationis. §. nemo & C. de probationibus. L. frustra.

Sed confessus iudici mulctam. &c. Preceptũ enim iudicis & legem transgressus est exquo proximo nocere voluit, vt Insti. de iusti. & iur. §. iuris precepta.

Et proponenti emendam, vt Insti. de pœna temere litigantium. §. hęc autem, & in auten. de exhiben. & introdu. reis. §. plurimi, coll. v. & in auten. de iudi. §. oportet. coll. vi.

l. De testium interrogatorijs uide.

m. Item positio fatenda est per iuramẽtum credulitatis glo. in L. i. in fi. C. de confessis.

n. Confessus pro iudicato habetur. Concordat supra li. ij. ar. xviij.

Articulus XXIII.

QVamdiu uir uxore carere nõ poterit aut noluerit [a] legittimã ei accipere licitum est uxorem, licet ei tres uel plures morianꝫ, & econuerso mulier legittimos

a. Concordat Canon c. quod si dormierit xxxi. q. i. ubi dicitur quod dominus septima matrimonia non damnat.

successiue accipit plures uiros, & tã cũ ultimo q̃ cum primo liberos potest procreare [b] & eos in bonis parentum & in iure succedere nemini dubium existit. [c]

b. Textus uetustiores habent & ipsos heredes relinquere in ure uel hæreditate.

Glosa.

Articulus pręsens de statu matrimonij disponit, qui & primus est omnium ordinum mundi pręstatq; immortalitatem omnibus hominibus. Adam enim viuere in progenie sua dicitur, vt in auten. de nup. §. i. coll. iij. Vnde matrimonium ex tribus potissimum cõmendatur. [d] Primo quia est antiquius omnium ordinum. Exordium etenim a principe naturę habet & inter primos homines cõstitutũ, est item sanctum ratiõe autoritatis & statuti dei. A deo etenim ordo ille cõstitutus est. Illud autem quod a deo statutum est perfectum habetur, homines siquidem constitutionesq; hũanę immutari poterint, ordo vero iste immutabiliter manet. Est etiã sanctior propter intraneas virtutes in illo etenim occluse manẽt omnium ordinum effectus. Sed & tres Theologicales virtutes in se complectitur, in eo enim est fides quod si vnus ex eis fidem non seruat perfectio matrimonij destruitur, vt. xxvij. q. i. c. i. Inest etiam spes vera, qua etenim de causa hõ procrearet & educaret pueros nisi speraret ad honorem & obsequium dei id fieri, vt exinde eternam consequatur vitam, vt. xxvij. q. i. c. nuptiarũ. Est pręterea charitas in Christo quando statum matrimonij seruat pręcise propter Christum, & vxorem diligit sicut se ipsum in Christo, vt. xxvij. q. i. c. nuptiarum. Nec matrimoniũ dicit esse virginitatis amissio sed est consensus voluntatis, vt. xxvij. q. j. c. cõiũx. Ratiõe etiã ordinis istius spũalis gloriosissima virgo Maria mater dei facta non ratione copulationis matrimonij sed virtutis diuinę id ordinantis, de hoc vide, xxvij. q. j. c. omne. In isto ordine est etiam vera paupertas quia is nihil retinet qui seipsum alteri tribuit quomodo enim illi proprij aliqd habere possunt quorum corpora indiuisa manent vt exponitur per doctores sup illo passu Euangelij, ecce nos relinquimus omnia, & item & erũt duo in carne vna. Est etiam ibi vera obedientia pręcipit enim deus Euam esse sub potestate viri. Ordo pręterea iste est vtilior omnibus, quia si ordo matrimonij nõ esset alij ordines cessarent. Est enim constitutus ante omnes ordines, & est perfectus in seipso, alij vero ex ipso dependent, hoc expressit omnipotens deus in primi hominis plasmatione cum non alium ordinẽ religiosorum, sed dũtaxat matrimonij statuit vt habetur Gen. i. In hoc ordine includi debent omes homines ad deum pertinẽtes, vel corporaliter vel similitudinarie. Matrimonium etenim designat caritatem amorẽ quem deus pr̃ habet erga spõsam suam Ecclesiam Christianã, designat etiã filij dei vnitatẽ cum humanitate, denotat pręterea gratiã spiritussancti ad electas animas. ℭ Legittimã, et licitum est accipere vxorem. &c. [e] Notandum circa id quod quinq; genera hominum contrahere non possunt. Primi qui castitatem vouerunt & hoc dupliciter secũdum quod votum seu promissum duplex est. Simplex videlicet & solẽne. Primi vt qui propter votum benedictionem ab Episcopo accipiunt, & istud non dirimit matrimoniũ. Alij qui monasterium intrant & istud impedit matrimonium, vt. xxvij. dis. c. vlti. Secũdo quando vnus alteri fidem dat & hoc dupliciter vel per verba de futuro simpliciter, vt. xxvij. q. j. c. nõ est & istud nõ impedit matrimonium cõsumatum. Vel est arra desuper data & sic tenet, vt. xxvij. q. j. c. non. [f] Vel fit per verba de pręsenti & istud dirimit oẽ matrimonium, vt extra de sponsa per totũ. Tertio contrahere non potest cum illa quę tuo cõsanguineo desponsata fuit, & hoc si ipse vel illa septennium excedebant, vt extra de spõsa impube. c. literas &. c. accessit. Item insidelem superducere nõ potest, vt. xxij. q. v. c. cauete, &. c. si quis. Quarto compatrem tuũ vel commatrem vxoris qui post factum matrimonium compater fit superducere minime potes, vt. xxx. q. iij. c. i.

Item nec illam cum qua manifeste adulteratus es vt supra li. i. ar. xxxvij. & hoc si tempore prioris mariti sibi fidẽ dederas. Vel in mortem quis eorum machinatus est vel consensit vt. xxxi. q. i. c. relatũ, & extra de eo qui duxit in ma. c. significauit, & eo. ti. c. cum haberet. Quinto tue vxoris consanguineam superducere minime licet, vt. xxxv. q. i. c. cũ igitur, & ea. q. iij. c. coniunctiones, & extra de cõsangui. & affi. c. non debet.

Notandum circa id g quod actus matrimonij quolibet tempore sine peccato fieri potest, & hoc si est proposito prolis, vt. xxxiij. q. iiij. c. vir cũ propria. Vel proposito libidinis refrenande aut adulterij euitandi. Prima causa fuit in statu innocentię. Secunda in statu culpe cum Adam mandatũ dei transgressus est, vt. xxxij. q. j. c. Sicut non omnis. §. his ita respondetur & in alijs Canonũ locis inuenit.

c. Lex xij. tabularum matrimonium comendare etiam uidetur pter forte conseruationem humanæ speciei defensamq; reipublice oppositum etenim illius puta celibatũ uetat in hæc uerba. Celibes esse prohibento. Vnde Camillus & Posthumius censores extra pene nomine eos qui ad senectutem celibes peruenerant in errariũ deferre usserunt. Cumq; aliqui talem constitutionem incusarent à censoribus responsum est. Naturam sicut nascendi ita gignẽdi legem præscribere & parentes nutriendorũ nepotũ debito alligasse. Vnde Plato uxorem à trigesimo anno usq; ad quintum & trigesimum esse ducendam statuit quod si aliquis non faceret cum pecunia & probro mulctandum existimauit, secus tamen suadet lex nostra Christiana tu sequaris id quod melius est.

d. Matrimonij laudes uide quodq; ex tribus potissimũ comẽdatur.

e. Quinq; genera hominum contrahere nõ possunt.

f. Ad hanc materiam de matrimonio uide abunde li. i. ar. iij. xxi. xxxvij. xlij.

g. Cõiugati quomodo in actu matrimonij se se gerere debeant.

non compareat. Vnusquisq; potest sua iusta bona etiam iure ammittere seu alienare [c] si ab eo obligentur, uendantur, resignentur, uel si a feudi domino inuestitura per anni circulum non petatur, [d] aut si fuerint iure prouinciali aut feudali abiudicate uel qualitercunq; non coactus ea iure desinat possidere. Vnde ob hoc non licet aliquem a possessione eicere sua, nisi iuste ad iudicium citatus, & per sententiam a possessione eiectus sit.

c. Cõcordat Iur. Mu. ar. xx. glo.

d. Textus uetustiores addũt aut si censum aut seruitium domino debitum nõ persoluerit infra annũ.

Glosa.

Non debeat aliquis a sua eici possessiõe. &c. Vnde dicit lex recte possidenti ad defendendam possessionem. &c. vt in. L. i. C. vnde vi. Predo enim secundum rigorem iuris non est spoliandus & debet restitui, vt. L. i. §. qui a me ff. de vi. & vi. ar. & in. c. in literis, de restit. spo. Vel in suis legitimis citatus terminis. &c. Et sufficit quod iudex infeudatus vel eius nuntius iuratus hoc recognoscat. Et si non est iuratus satis est q̃ postea iuret se debite citasse iudicis mãdato secundum. In, quid autem si de iure communi denuntio vide in spe. de cita. § nunc de temporum, ver. sed nunq̃ credetur. Vnusquisq; potest sua iusta bona. &c. Nota p istos actus hic expressos hoc iure municipali ammittitur possessio, [e] & secundum leges communes ammittitur inundatione si res est immobilis & idem si mobilis & demergatur in mare, vel in flumine. ff. de bo. auct. iudi. possef. L. cum vnus. §. vltimo, &. L. qui vniuersas. §. item quod. ff. de acqui. pos. Item si mortuum intulero causa perpetue sepulture, quia locus efficitur religiosus, quem possidere non licet. Idem est si vicinus meus ex secundo decreto in possessionem domus meę fuerit positus me de dãno infecto nolente cauere. Itẽ si in alterius potestatẽ perueniam vt in dic. L. quę vniuersas. §. i. ij. &. iij. Item ammittitur lõgo tẽpore, vt. ff. de vsucapi. L. furtum. §. fundi. Et in ammissione possessionis rei mobilis & immobilis est differẽtia. Nam rei mobilis possessionem ammittimus si subrepta fuerit etiam ignoranter, vt. ff. de acquiren. vel ammitten. poss. L. rem. Sed immobilis si deiectus vel suspicatus fuero me posse repelli. ff. eo. L. si id quod. §. vlti. ferarum autem & bestiarum possessionem ammittimus q̃cito in naturalem libertatem se receperint. Si autem incluse erunta nobis possidẽtur. ff. eo. L. possideri. §. itẽ feras, fallit hoc quia Gallinę vbi

e. Iure cõmuni possessio multis ammittitur modis.

Articulus XXIIII

NEmo eici debet a sua possessione [a] licet male possideat, [b] nisi bonorum possessio in ipsius præsentia ex iusta actiõe auferatur, uel in suis legitimis terminis citatus

a. Alij textus addunt ex parte iudias uel iudicij.

b. Concordat supra li. i. ar. lxx. infra eo. li. ar. lxx. li. iij. ar. lxxxiij. Iur. Mu. ar. xxix. ar. Cxxxix. & Cxl. copiose in glo.

cunq; euolauerint & alia animalia mansueta, nostra remanent, & qui ea retinet furtum committit. Insti. de re. diuisi. §. pauonum, &. §. cerui. &. §. in his &. §. gallinarū. Item amittitur possessio corpore & animo vel etiam animo solo. Sed solo corpore non amittitur. ff. eo. l. i. &. l. si qs. &. l. possideri. §. in amittenda. Et sic si incipias ab animo sufficit, sed si a corpore vtrunq; exigitur simile. C. de iure. delibe. l. potuit. Insti. de iu. natu. §. penult. &. C. de inoffici. dona. l. si totas, vide etiā infra eo. li. circa ar. xliij.

Vendantur. &c. Nemo enim potest paciscī vt non liceat sibi vti rebus suis. C. de contrahē. emp. l. dudum.

Aut resignentur. &c. Vnde dicitur in lib. feu. poterit etenim vasallus sine domini voluntate feudum refutare, & post refutationem ad seruiendum non tenetur sed eum quidem tūc offendere non debet, vt de vasallo qui contra constitutionem Lotharij beneficiū alienauit. c. si vasallus in fine. Vide de alie. feu. paterni. in textu & per Bald. Potest autem quis renūciare iuri suo scripto temporali, corporali, & incorporali, vt nota in sum. hosti. de re. nunc. in. §. quę possunt, dummodo sit is ad quē pertinet, vt de regulari. c. ad apostolicā &. c. statuimus, & de cri. fal. c. vlt. & hoc intellige per se vel per alium habentem speciale mādatum, de offi. dele. cum olim ab. §. quia vero, &. ff. de iureiur. l. iusiurandum. §. si procura. Item si habeat generale mandatum ad liberam administrationē. ff. de procura. l. p̄curator. Et dummodo rerunctians non sit fraudulenter. vt habeat dilucida interualla. vij. q. i. q̄uis &. C. de cura. furi. l. pe. Et dūmodo non sit minor deficiente ętate vt notat. Hosti. in sum. de reg. §. & qualiter &. §. & vtrum. Et ita q̄ renuntians sit volūtarius, alias contra. vij. q. i. q̄uis, & de his quę vi vel metus causa. c. ad audientiam, taliter autem renunciari iure suo vt de cętero non habeat ad id regressum. ff. de edili. edic. l. quęritur. §. si venditor. Et satis absurdum esset quem redire ad id cui renunciandum putauit. C. de re. credi. & iureiuran. l. si quis. Et quod semel repudiatum est reintegrari minime conceditur. C. de cordi. incer. l. cum quidam ante finem sit ius quod cunq; vt promunt iura prędicta, &. ff. de succes. edic. l. i. §. qui simul, & in auten. de testi. §. quia vero coll. vij. &. vij. q. i. q̄ periculosum &. c. hoc nequaq̄. xvij. q. ij. Gonsaldus. xvij. q. vl. dudū. xxi. q. ij. si quis iam translatus. xxiij. q. iij. si illic. xcv. dis. Epūs de renunc. post translationem, & de causa pos. c. pastoralis cū similibus.

Glosa.

In articulo prędicti tum & prędecentibus ius statuit & prędicit diuersi generis hominibus ne aliquē a possessione eiciant sua. Primo prędicit huic cuius bona sunt siue sint mobilia, siue immobilia, sicut si ego tuum possidea qd auferre mihi non debes nisi iure id facias, vt Insti. vi. bono. rapto. §. quia tamen, &. §. sed nedum. Secundo inhibet iudicibus ipsis ne aliquem ex possessione eiciāt nisi iure victus sit, quinimmo nec sententiare audeant quomodo quis possessionem probare debeat suam anteqū ei probatio decernatur vt supra eo. li. ar. xviij. habitum est, &. C. de probationibus. L. siue. Vnde & Iudex superintendere debet, ne quis a sua propellatur possessione Ius enim id fieri suadet, vt. C. de eden. l. edita, &. L. vlti.

f Dato etiam quod iudex omnia ex amussim sciat iniuste possideri, actorem nihilominus ad probandum faciat quęrelam suam, & hoc ideo quia dato q̄ iste iniuste possessionē nactus sit. Actor vero sufficienti probatione eandem possessionem non destruat. Possessor accusatus obtinet bōa, & hoc est quod textus habet, licet male possideat, hoc idem etiā habetur insti. de interdic. §. commodū, &. C. de eden. l. qui accusare volunt.

Nisi bonorum possessio in ipsius prędicti. &c. g Sententia etenim contra absentem lata non ligat, nisi ille ex cōtumacia absens sit, vt hic, &. iij. q. ix. c. caueant. &. C. de procura. l. quia absente te.

Vel in suis legitimis terminis citatus non cōpareat. &c. hoc est quod tres terminī iudiciales sibi prędigantur, vt supra li. i. ar. lxx. &. C. quomo. & quan. iu. sen. profer. l. ij. &. l. tres & id est contra illos iudices qui pro primo, p̄ secundo, pro tertio non citatos iudicant.

Non compareat. &c. nisi legale impedimentum impertauerit, vt supra eo. li. ar. vij. &. C. quomo. & quan. iu. l. cum non, &. C. qui ex cau. ma. in integrum. l. i. ij. &. iij.

Vnusquisq; potest sua bona iure ammittere. &c. h Hic in textu ponūtur quinq; mōi quomodo vnus rem possidere desinit. Primo per venditionem, vt supra. li. i. ar. ix, &. ff. pro emptore. l. qui cum, &. l. qui fundū, & hoc tangitur in textu cum dicitur vendantur, & hoc est verum de venditiōe reali & sufficienti vbi & pecunia desuper tollitur. Si enim sub conditione vendicio fiat, vt in exemplo, vendo tibi rem prout Petrus taxauerit si id facit vendicio accipit effectum. Si vero non taxauerit vendicio perit & res mea manet, vt Insti. de empti. & vendi. §. prętium, &. ff. pro emptore l. i. Secundo desinit res esse per obligationē. Et hoc tangitur in textu ibi si ab eo obligentur. i Vnde vendere aliquid & obligare non alio differūt nisi quia istud exemi potest, illud vero non, vt. C. de pig. l. creditores. k Vnde circa id nota quędam specialia in pignore. l Primo quod pignora prędicti non possunt. Secundo q̄ ad pignus computatur id quod pro necessitate pignoris expositū est. Tertio si vadium vtilitatem afferēs oppignoratum est, illa vtilitas ad summam capitalem defalcari debet. Quarto si vadium vēdatur per eū qui inuadiauit, is cui vadium ptinet electionem habet vel contra venditorem querelari, vel super bonis debitum quęrere. Quinto quod nullus potest vadium lucrari m nisi is cui locatum fuerat. Sexto qui vadium accipit vel lucratur, debet fideliter illud conseruare si id facit absoluitur si forsan vadiū perderetur. Septimo quod aliquādo res erit ex seipso pignus q̄uis per directum non impignorata tur vt qui bona tenet sub censu & qui tutor est pupillorū illius res importate in bona censualia domini loco pignoris erunt. Istius vero pupillorum, vt. C. de. pig. per totum, & C. qui. mo. pig. taci. contra. per totum.

Sciendum prętera n quod sextuplicia bona sunt quę pignorari non possunt. Primo dotalicium mulierū o vt Insti. qui. mo. alie. li. vel non. §. i. Secundo bona minorennium nisi pecunia cedat in commodū eorum, vt. C. si alie res pigno. data. L. curator, & in auten. denō alie. aut permuta. rebus. Eccle. §. si autem creditor coll. ij. Tertio pueri & liberi homines. p Quarto res quę sunt in bonis meis censualibus, aut sub pacto & censu locatis, vt sunt boues aratra q̄diu census mihi non exoluitur. vt. C. qui res pigno. pos. vel non. L. qui filios & lege exequutores. q Quinto sunt res sacre nisi fiant in redemptionē captiuorum, vt Insti. de re. diuisi. §. sacre. & in auten. de non alienan. rebus Ecclesię. §. si vero creditor. coll. ij. Item pro tertio principali rem vnus desinit possidere ex resignatione iuridica, & hoc tangitur in textu cum dicitur resignētur. &c. hoc intellige iure prouinciali tum etiā feudali, nihil enim naturalius esse potest & magis cōueniens naturali ęquitati, q̄ voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi, vt insti. de re. diuisi. §. per traditionem, &. C. de vsuca. transforma. L. vnica. Pro quarto res vnius desinit esse ex negligentia, & hoc tangitur ibi vel si a feudi domino inuestitura per anni circulum non petatur & istud fieri etiam potest, iure prouinciali, vt supra, li. i. ar. xxvij. & xxix. Tum etiam iure feudali, quia qui feudum in anno & die a domino non petit, iste posthac in expetendo negligitur, vt feu. c. xxij. & in auten. de vsu. feu. cōsti. Imperiali. §. prętera, coll. x. Pro quinto rē possidere vnus desinit si eidem iure fuerit abiudicata, & hoc tangitur in textu aut si iure fuerint abiudicate. &c. hoc est si ille contra quē conqueritur tribus vicibus citatus non comparuerit, ratione cōtumacie bona illa sibi abiudicabuntur r vt supra li. i. ar. lxx. &. C. quomo. & quan. iudex senten. profer. L. cessante. Quid si iste se negligat & actor iniuste petat r an ex istius negligentia actor ius ad illa bona consequi possit. Aliqui dicūt quod nō propositum fundātes suum in certis legibus signanter insti. de iusti. & iur. §. iuris prędicta vbi habetur quod nemini nocere debemus, et item. L. quod ab inicio. ff. de reg. Iur. vbi habetur quod ab inicio iniustum est etiam si cetum annis steterit iniustum erit. Et item nullus ditari debet cum iactura aliena, vt ff. de reg. iur. L. nemo, & in c. non firmatur de reg. iur. li. vi. Non obstantibus tamen iuribus in contrarium adductis. Z. quod legibus imperatorum quę in communem omnium vtilitatem ex ordinatione diuina sancite sunt, vt dis. viij. c. quo iure, statutum est quod bona etiam illi qui ius ad ea habuit abiudicantur immo prius uatur bonis illis, vt ff. qui. mo. in possess. ea. L. iiij. & C. quomo. & quan iudex senten. profer. L. ij. & L. ab eo. & insti. de offi. iudi. §. i. istud q̄ contigit ex contumacia partis quod videlicet ius aufert bona vni & alteri eadē tribuit, vt in auten. de exhiben. & introducen. re. §. si vo coll. vi. & extra de eo. qui mitti. in possess. c. i. &. ij. & C. de iudicijs. L. properandū. §. si autem. s Sciendum tamen circa id quod & siquidem is cuius bona alloquuntur negligatq; se iure humano & ex constitutionibus perdit bona prętacta non autem iure diuino. Iudicium etenim humanum decipere homines potest. Iudicium tamen dei minime, deus enim nemini nocere verum ius suum vnicuiq; tribuere suadet, vt Insti. de iusti. & iur. §. i. Sed & bona sic ex contumacia perdita recuperari iure possunt per iustas quęrelas antēq occupator prescribat.

Ad iudicium citatus, &c. ex isto articulo clare habetur, t quod absens ad omnes actus citari debet & ad omnes quęrelas singulatim, & hoc si accusatus prędicti coram iudicio nō sit, vel illud non fateatur, quia alias iam victus esset, vt C. de confes. L. vna infra eo. li. ar. xlv li. iij. ar. xxxix. ff. de confessi. L. vna in fi. & xxi dis. c. nunc autem, alias sententia non ligat nisi absentes contumaces sint, vt ff. quę sen. sine appella. rescin. pos. L. i. & extra de cōsti. c. Ecclesia, & extra de senten. & re. iudi. c. cum etern. li. vi.

Articulus XXV.

Conqueratur si quis cōtra unū a quod aliqua uiolenter possideat, & ibidem manifestū spolium apparebit, si tunc iudex ad hoc cū uiolentiarum clamore citatus fuerit insequi tenetur in continenti, q̄diu illum prospicere poterit & actori super prædam b & similiter deprędantem & suos cōplices iudicare. c Postmodū debet ei suam in hac re restituere possessionem d si reus iu-

a. Ad hanc materiam uide. Iur. Mu. ar. cxxxix.

b. Alij textus habent & actori, plenam iustitiā exhibere de spoliatore & eius complicibus.

c. Concordat Iur. mu. ar. cxij.

d. Textus uetustiores ita legunt & protinus oportet actori restituere spoliata, nisi reus id fieri iure prohibeat.

f Iudex sciens aliquē iniuste possidere aliquid eundem eicere non debet nisi iure uincatur.

g. Sentētia contra absentem non ligat. Concordat supra li. i. ar. lxx. Iur. Mu. ar. lxiij. & Cxxxix. glo.

h Aduerte modos quo modo res unius desinit esse ad hanc materiam uide abunde Iur. Mu. ar. Cxxxix. & Cxl gl.

i. Venditio & obligatio quo differunt.

k. Specialia quædam in pignore uide, concordat Iur. Mu. ar. xx. & Cxl. glo.

l. Vnde & secūdūus feudale. c. lv. Pignus nunq̄ prescribit q̄uis probari potest quod res obligata sit, uide ad hanc materiam C. qui mo. pig. rei tac. contra per totum.

m. Casum istum uide Iure Mu. ar. cxl glo.

n. Bona quæ pignorari non possunt.

o. Vide circa id nota si cum consensu mulieris uir dotem impignoraret uel alienaret & mulier post mortē uiri acquirit bona uicuersa extunc contra mulierē agi potest de dolo exquo dolose consensserat.

p. Nota secundum ius feudale differentia est inter pignorationem, feudum, uenditionem, conductionē, pignus fieri potest in tribus, in hæreditate seu proprio. Secundo in mobilibus. Tertio in censibus exactiōibus &c In proprietatibus nō fit nisi coram iudicio scabinis & aliis ad iudicium pertinentibus. Item hæreditas impignorari potest uel se ulla quis euincere, cum pro aliquo fideiusserit sine consensu hæredum nec desuper q̄uis coram iudicio actum sit, aliqua erit præscriptio. Heredes enim post mortē illius qui obligauit hæreditatē illam exemere poterint. Feu. c. lv.

q. Impignorata ciuitas si fuerit non debent ultra solutū extorqueri ab hominibus exactiones uel datie nisi id quod tribuebant dominis proprijs quia non debet potorare bona sed præseruare nec nouas exactiones statuere in

r. Ex negligentia ius non attentans occasione bonorum citatus an perdit bona.

s. Concordat Iur. Mu. ar. cxl. glo. si.

re hoc prohibere non poterit. Vbi autem iudex actori non iudicat uel iudicare non ualebit. Rex cū in Saxonicam aduenerit nationē, & actio coram eo comprobetur illud iudicabit.

Glosa.

Et suos complices iudicare. &c. Vnde etiā dicit lex cōmunis vbi aut vis facta dicitur aut momētanea possessio postulāda est, ibi loci iudicem aduersus eum qui possessionem turbauit conuenit iudicare, vt. L. vnica. C. vbi de posses. agi oportet. c ¶ Postmodum debet ei suam in hac re restituere possessionē. &c. Ante omnia eñ ante restitutionem aduersario respōdere nō tenetur. vt in. c. cū dilectus, de ordi. cogni. & in. c. frequens de resti. spol. li. vi. Datur autem restitutio contra eum qui deiecit vel mandauit, vel ratum habuit deiectionem ab aliquo factam, vt. ff. de vi. & vi. ar. L. cum a te. Vbi dicitur quod contra primū deiectorem agi potest & non contra secundum, vt. ff. eo. ti. L. iij. §. cum procurator, vbi dicitur Si procurator vel familia armis deiecerit dominus sic deiecisse videtur, si mandauit vel ratum habuit. Item datur contra vniuersalē hēredē & successorē. ff. de vi. & vi. arma. L. i. in fi.. & L. iij. §. vlti. sic etiam datur successori. ff. eo. ti. L. i. §. hoc interdictum, vbi dicitur hoc interdictum hēredi & cēteris successoribus cōpetit, secundum leges autem nō competit cōtra successorem rei vel contra emptorem. vel donatarium. ff. eo. ti. L. cum a te, & notatur in c. cū ad sedem in glo. penul. de resti. spo. Hic enim peccata suos debent tenere actores, vt in L. sancimus. C. de pe. nec factum alterius debeat alteri obesse. C. de inoffi. testa. L. si quis in suo versus finem, & in regula non debet, cū cōcordan. ibi notatis de reg. iu. li. vi. Sed secundum Canones etiam datur contra illum qui scienter recipit rem a deiectore sic in vicīū succedendo, vt in. c. sepe de resti. spo. de iudi. c. quia. cū similibus. Sed quia omnium bonorum emptor loco hēredis est, ideo vbi hēres non vsucapit, nec ipse, vt notat glo. in. L. i. ff. de vsuca. & ff. pro emp. L. i. & poterit etiā talis vt hēres cōueniri, vt in. L. nō intelligit. §. cum ex causa. ff. de iure. fis.

Et nota quod de intellectu dicte legis cum a te dicit Guil., in spe. de resti. spo. §. vlti. ver. fi. vbi dicit quod locum habet in ignorante & c. sepe. eo. ti. in sciente. Vide etiam de ista lege de resti. spo. olim. ñ. in glo. magna, dicit etiā Bart. in dicta. L. quod ipsa lex etiam intelligitur quando primus deiciens est soluendo alias secus alleg. ff. de furtis. L. itaq. circa princi. Conditione tamen ex dicto decreto sepe bene potest agi contra tertium, sed non interdicto istius legis cum a te, secundū Barto. ibidē.

Glosa.

Superioribus dixerat de vtilitate possessiōis, articulus presens docet quid ille facere debeat qui ex sua eicitur possessione & quinq; ex ordine ponuntur documenta. f Primū quod nullus sui ipsius iudex sit, & hoc tangitur ibi cum dicitur conqueratur si quis contra vnū, qui enim sui ipsius iudex esse vult bonaq; violenter aggreditur iure nostro in vitam sibi cedit, nisi id faciat tempore & hora cum sibi res auferē vel in facti fuga, vt supra eo. li. ar. xiij. & infra. lxxij. & item li. iij. ar. viij. Secundum leges vero talis perdit omne ius quod in bonis illis habuit si bona huiusmodi sua fuerūt. Si vero aliena sibi violenter vsurpare conabatur restituere tenebitur illi cui pertinebant, & cum hoc tantundem satisdare eidem cogitur, g vt insti. vi. bono rapto. §. sed nedum. C. vnde vi. L. si quis in tantam. Secundum docetur hic quod iudex sententiam dare non debet. h nisi precedant primū probationes, hoc tangitur ibi cum dicitur, & ibidem manifestū spoliū appebit. Hoc idē etiā leges suadent, vt. C. de eden. L. qui accusare, & de accusa. & inscrip. L. singuli. Tertiū docetur quod iudex sententiā predonis ferre debet, cōtra illū apud quem spolium inuenitur, & hoc ibi cum dicitur, & similiter depredantem, hoc idem etiam cauetur legibus, vt. ff. ad le. Iul. de vi. publica L. in eadem, &. C. vnde vi. L. inuasor. Quartum docetur quod eandem sententiam ferre debet contra adiutores seu complices prout cōtra principalē tulit, & hoc ibi & suos cōplices iudicare i Dicunt vero cōplices qui iuuāt explere alterius voluntatem, vt insti. de oblig. quę ex delict. nascun. §. interdum, q̄uis etiam nihil plus fecerint, nisi quod cum scitu voluntate & hospicio consciī sint, vel furta aut spolia diuidant eque culpabiles iudicantur, k vt supra eo. li. ar. xiij. C. de his qui latro. vel aliis crimi. reos occul. L. eos qui &. L. si qui. Quintum docetur quod iudex actorē in suā debet restituere possessionem & hoc tangitur ibi cum dicitur, postmodum debet ei suam in hac re restituere possessionē. Et hoc est contra nōnullos fatuos qui dicunt si quid furto vel preda ablatum sit quod Iudex qui desuper iudicat tertiū denariū p fatiga exinde habere deberet. Istud eñ falsum est, nam Iudex exercere iudicium debet ratione officiī quia est in feudatus, vt supra li. i. ar. liij. glo. Et si obiciat quis, quid faciendum erit si iudex infeudatus non sit, respondebitur quod iudicium exercere non poterit. Si iterū instet quisq̄ quod Gograuius non pernoctata iudicat furta qui tamen infeudatus non est. ℟. quod iudiciū eius non extenditur vltra tres solidos, nec exinde tertius sibi cedit denarius, vt supra li. i. ar. lviij & supra eo. li. ar. xiij. Vnde etsiquidem non nulla iura oppositum sentiant dicūtq; quod iudex de rebus furtiuis vel preda ablatis aliquid accipere debeat, vt infra eo. li. ar. xxxi.

f. *Nullus sui ipsius iudex esse debet, concordat infra eo. li. ar. lxx. li. iij. ar. xiij. Iure muni ar. xxvij. & xlv. & iterū Cxij. glo.*

g. *Intellige si putauerit esse sua, alias ut predo iudicabitur.*

h. *Vide Iure. muni. ar. Cxij.*

i. *Complices qui dicantur.*

k. *Vnde furta restituī debent parti, ut infra li. iij. ar. xiij. in glo.*

73

&. xxxvij. Intellige tamē ad hūc sensum qd̄ cum fures & predones inuestigantur in aliā vsq; iurisdictionē resq; ille furto vel preda ablate recuperantur, extunc illis qui sic fures inuestigarunt, tertius cedit denarius. Quod si nullus venit ad recuperandas res illas iudex tertium accipit denarium, l ab illis tamē qui suę subsunt iurisditioni nihil accipere debet, vt infra eo. li. ar. xxxi. &. xxxvij. Secundū autem rei veritatem iudex ex huiusmodi rebus furto vel predą ablatis, nec quicq̄ accipere debet, & quod id sit verum probatur per paragraphum vltimum, ar. xxxi. infra eo. li. ij. Vbi dicitur quod licet possessor earum morte puniatur, res nihilominus reddūtur illi cui pertinent. Et item si iudices quicq̄ accipere deberi non debet, vt. C. quan. prouo. non est necē. L. venales, &. L. vlti. &. ñ. q. vi. c. ei qui. vers. diffinitiua, & ver. venales, extra de vi. & honest. cleri. c. cum ab omni. Nullum etiam sententia ledere debet nisi eum qui demeruit Is vero cui furto vel preda bona ablata sunt nil mali facit, vt in auten. de manda. princi. §. quod si, et. §. oportet coll. iij. & in auten. vt iudi. sine quoquo sufragio. §. volumus coll. ij. Si qs forte dicat qd̄ istud iudici cederet rōe mulcte nam ex aliunde eam repetere non poterit, quritur ab eo, quis demeruit mulctam huiusmodi, si responderit fur vel predo, replicabitur iterum sibi quod mulctam in huiusmodi bonis demereri nō potuit, nam nec sua fuerunt, vt infra eo. li. ar. xxxi. Et itē nequam ille demeruit vitam, quare bona aliena cum hoc mulctando perdere non potuit, vt supra li. i. ar. liij. & in autē. de manda. princi. §. oportet, coll. iij. Si etiam dicatur quod actor mulctandus venit. ℟. quod nulli pœna infligi debet absq; sua culpa. Is vero qui iustam instituit quęrelam sine culpa manet, vt supra li. i. ar. liij. &. C. de modo mulctarum. L. eos qui. Concluditur ergo cum textu quod spoliato possessio viceuersa restitui debet, resq; furto vel preda ablata, vt. C. vñ vi. L. vi pulsos.

l. *Concordat Iur. mu. ar. xxxvij.*

Furto ablata

Articulus. XXVI.

a. *Concordat Iur. mu. ar. viij. Alij textus habent moneta denariorum renouari debet quando nouus dominus curā suscepit.*

b. *Textus alij habent, reus est cutus uel capitis. uide ad id Iur. mu. ar. xcix. glo.*

MOneta denariorum in aduentu domini noui est renouanda. a Monetarius si unum falsum exposuerit denarium in emendo res aliquas morte condemnatur. Monete tres denarij cum medio si inueniantur apud eum qui iuri suo furando aut spoliando derogauit b perdit manū nisi ostendere poterit uarendatorem a quo denarios cœperit. Qui uero pleni iuris est si apud eū solidus nummorum falsorum inueniatur eosdem & nihil amplius amittit & si plures habuerit absq; uarendatore manum perdit, c falsificet autem monetarius suos nummos, uel non cudit eos prout iuris est, nemini potest crimen imponere falsi ut exinde ei satisfacere teneatur. Moneta nūmorū cudi debet æqui pōderis & ualoris. Nemini licet forū erigere uel monetā de nouo instituere sine consensu eius lociordinarij seu iudicis, etiā Rex in signum sui consensus suam ad hoc mittere debet cirothecam. Nemini etiam nūmos cudere licet qui alīs sint similes, sed habeant diferentias competentes d postq̄ nummi prohibētur licite cū eis posthoc per quindenā debita persoluantur & pignora redimentur. e Qui autem post tēpus deputatum cum eis emerit cudens eos licite frangit dūmodo es emenți reddat.

c. *Alij textus habent in cute punitur.*

d. *Cōcordat infra li. iij. ar. xl. glo.*

e. *Textus uetustiores habent. licebit monetario eosdem frāgere fractosq; restituere & non retinere.*

Glosa.

Qui vero pleni est iuris si apud eū. &c. Quid si pecunia fuerit approbata & postea appareat reprobata. Item si alius istam pecuniam expendit vt bonā, de his nota in specul. titu. de pigno. §. hęc rubrica post princi. in addici, p Ioan. And.

Hoc etiam scias quod de iure tria sunt necessaria in qualibet moneta f scz. pba materia, iustum pondus, & imago seu subscriptio principis, quorum altero deficiente non censetur proba sed falsa & roprobata moneta, vt probatur & notatur. ff. de contrahen. em. L. i. &. C. de vete. nūmis. po. L. i. li. xi. iuncta. L. quintus. §. penul. ff. de auro. & argento leg. & notatur per docto. in. c. quanto de iureiuran.

f. *Tria sunt de iure necessaria in qualibet moneta*

Glosa.

Lex presens est contra consuetudinem que in Marchia obseruatur vbi singulis annis semel

moneta renouatur. In Episcopatu vero Maydeburgē bis g Vnde & circa id dubiū exoriri possit an magis cōsuetudo inueterata seruari debet vel potius ius scriptum vt articulus habet. h Sciendum quod noua constitutio propellit antiquam legem, vt ff. de legi, & senatuscon. L. de quibus, & consuetudo vnius ciuitatis prepōnitur etiam legi ciuitatis illius si per desuetudinem eidem abrogatum est, vt ff. communi predi. L. venditor. §. si constat. Vnde inter cętera lex allegata. ff. de legi. & senatuscon. infrascriptum continet paragraphum quem & hic inserere placuit. In veterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipse leges nulla ex alia causa nos teneant, q̄ quod iudicio populi recepte sunt, merito & ea quę sine vllo scripto populus probauit tenebunt omnes. Nam quid interest suffragio (id est cōsensu in scripto redacto) populus voluntatem suā declaret, an rebus ipsis & factis. Quare rectissime illud etiam receptum est vt leges non solo legislatoris suffragio sed etiam tacito omnium consensu abrogentur. i Et exinde vt in glossa ibidem annotatum est sequitur, quod lex per duo corrigitur. Primo per aliam superuenientem legem & hoc planum est. Secūdo per consuetudinem vel potius desuetudinem legis alicuius, & hoc vel consuetudo est generalis & tunc generaliter vincit legē, vel specialis & sic specialiter vincit legē in illo loco vt ff. cōmunia prędiorum. L. venditor. §. si constat, & hoc est verum si consuetudo sequitē legē, nam si prēcedat vincitur a lege. Ad hāc materiam vide plura in loco allegato. ff. de legi. & senatuscon. Ad questionem vero motā vbi per modum dubij propositum est. Ibi. q̄d articulus iste consuetudini non derogat, dicit enim quod in aduentu domini nummi noui sunt renouandi, nō tamen vetat quod singulis annis non renouentur.

Qui iuri suo furando vel spoliādo derogāt. &c. Vel etiam qui occasione furti obiecti cōcordiam ineūt, de his vide supra li. i. ar. xxxvij. & xxxviij. & item. C. ex qui. cau. ali. infami. irroga. L. non damnatos.

Monete tres denarij cū medio si inueniantur. &c. hoc in signū istius sit, quia ipse furto vel spolio naturam suam ex quatuor elementis susceptam dehonestauit & non est iam perfectus homo quatuor elementorum sed quasi ex semiquatuor, [k] sic etiam parricide denegantur quatuor elemēta nec sibi aer viuo cōceditur nec terra mortuo ad sepeliendum, vt Insti. de publi. iudi. §. alia, & supra eo. li. arti. xiij. C. de his qui ītbe. vel paren. occi. L. si qs &. ff. ad le. pom. de paricidijs. L. i.

Qui vero est pleni iuris. &c. huic enim non adeo erit imputandum cum pecuniam malā quam credit esse bonam expendit, vt ff. de solu. L. qui.

Si monetarius vnum denariū. &c. Quia magis sibi obest denarius q̄ alteri solidus, ex eo quia maiorem illorum noticiam habet q̄ alter quod si plures inneriantur denarij manū ammittit, vbi enim excessus maior ibi & pœna adaugetur Insti. de pub. Iudi. §. alia.

Falsificet autē monetarius suos nummos nemini potest imponere crimen falsi. &c. Ratio quia vnusquisuis obicere sibi possit falsitatem Contra alium enim agere non potest qui illo crimine notatus est, vt. vi. q. i. c. qui crimen &. C. de testi. L. vlti.

Moneta debet esse equi ponderis. &c. [l] ita q̄d vna non sit grauior & ponderosior alia tum etiam in qualitate & valore equalis sit, secundum quod in aliqua prouintia statuitur.

Nemini licet forum erigere &c. & in eo prouiditur reipublice ne videlicet homines depauperentur in monetaq; factura fiat aliqua vt. C. de nundinis. L. qui.

Sine consensu iudicis. &c. Ex isto habetur q̄d omnes Principes iudices vocitantur, vt infra li. iij. ar. lij. Paragraphusq; articuli intelligi debet quod pro erigēda noua moneta subdi ti suo iudici hoc est principi seu presidi prouincię insinuare debent, vt infra li. iij. ar. xliij &. xlvij. & ille tandem negotium ad imperiū deducer, ita quod imperator ad id suū prębeat consensum vt textus habet &. C. noua vectigalia instituj non posse.

Nemini etiam nummos cudere licet. &c. Ad hanc materiam vide. C. de falsa moneta. L. i. .ij. &. iij. per totū, vbi imperator contra illos qui falsam cudere audeant monetam pœnas statuit condignas vnde & leges prenotatas hic inserere visum est. [m] Quoniam nonnulli monetarij adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant necessitatem sibi incūbere huiusmodi homines inquirendi vt inuestigati tradātur iudici, facti conscios per tormēta illico prodituri, ac si dignis suplicijs sint adjcicēdi. Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus cuius modus, quoniam dispar patrimonium est a nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personam suspectam de custodia exire fecerit capite puniatur, appellandi etiam priuato licentia denegetur. Si vero miles aut ꝓmotus in gradu huiusmodi crimen incurrerit super eius nomine & gradu ad competentes iudices referatur. Domus vero vel fundus in quo hęc perpetrata sunt si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia punienda est, & si ignoret fisco vendicetur, nisi dominus ante ignorans vt primum repererit scelus prodiderit perpetratum, tunc enim possessio vel domus ipsius proscriptiōis iniurię minime subiacebit. Sin vero longissime ab ea domo vel possessione abfuerit nullum sustineat detrimētum, actore videlicet fundi vel seruis, vel incolis, vel colonis q̄ ad hoc ministeriū prę-

g. *Ad hanc materiā uide supra li. i. in prologo. et ar. xiiij. li. iij. ar. lxxviij. Iur. mu. ar. i. glo.*

h. *Consuetudo inueterata an magis seruanda sit q̄ius scriptum.*

i. *Lex ex duobus corrigitur. ude supra li. i. ar. vj. Iur. mu. ar. i.*

k. *Parricidij pœna.*

l. *Moneta equi ponderis & ualoris esse debet.*

m. *Falsificantium monetam pœna secundū diuersi status hoīum.*

buet sit cū eo qui fecit, supplicio capitali plectendus. Viduas autē ac pupillos speciali dignos indulgentia credimus, vt viduę nec in proximo constitute domo sua vel possessione careant si nulla apud ipsas tam grauis cōscientie noxa resideat. Impuberes vero si etiā conscij fuerint nullum sustineant detrimentū quia ętas eorum quid videat ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo fuerint quoniam ignorare eos quid in re pupilli geritur non oportet, hęc pœna expectabit vt de rebus eorum si idonei fuerunt tantum fisco inferatur quantum a pupillo fuerat inferendū. Et itē alia lex disponit. Si quis nummos falsa effusione formauerit vniuersas eius facultates fisco nostro precipimus adjci. In monetis etenim tantum nostris cudende pecunię studium frequentari volumus cuius obnoxij manifestatis crimen committunt, & premio accusatoribus proposito quicunq; solidorū adulter poterit reperiri, vel a quocūq; fuerit publicatus illico omni dilatione semota flammarum exustionibus mancipetur. Et itē alia lex sequitur. Si quis super cudendo ere velre scripto aliquo vel etiam annotatione nostra sibi attripuerit facultatem non solum fructum proprię petitionis ammittat, verumetiam pęnam quam meretur excipiat.

Articulus XXVII

a. *Theloneum non soluēs quid demereatur.*

b. *Alij textus habent quilibet etiā eques in curru uel uehiculo liber est a theloneo, si naue non indigeat uel ponte.*

c. *Concordat Iur. mu. ar. viij. textus uetustiores ultra id addunt quod si non fecerit eū damna resarire oportebit.*

QVi ualuarum Pontiū siue aquarum Theloneum nō psoluerit [a] quadrupliciter refundet. Theloneum autem forense qui nō dederit triginta solidos pene dabit. Quatuor euntes pedestres unū denarium, & unus æquitum dimidiū præstet nummū. Currus oneratus quatuor denarios in eundo & redeundo soluet, & hoc dabitur in Theloneo aquarū, in poncium autem soluetur dimidia pars. Clerici & militares familiaq; eorum a theloneo sunt exēpti. [b] A thelonei etiam datione immunis est omnis qui poncium & nauium non indiget transfretatione. De iure etiam prætiū soluere nō tenetur a conducto cui placet corpus & res committere periculo seu fortunæ. [c] Qui alīs prebet conductum a damno precauere & præcustodire ipsis debet. Currus ua cuus dimidiū soluit thelonei respectu onerati, dimidius uero currus seu biga unum pro theloneo dabit nummum. [d] Si qūs transitum agro nouo imposuerit, per uetitaq; uias per agros ierit pro qualibet rota unum nummum soluet & æquitās nomine emende dimidium. Si uero ager fuerit seminatus damnum resarcire tenentur & id facieñ licite pignorantur, quod si resisterent pignorationi cum clamore uiolentiæ arrestētur quem clamorem cum tribus solidis eos emēdare oportet & desuper iura pignoris sustinere.

d. *Vide īfra ar. xlvij.*

Glosa.

e. *Itinerū & pontiū refectionem agnoscit Ecclesia.*

Qui ualuarum pontiū. &c. e Hic scias quod refectionem itinerum & pontium agnoscit ecclesia, quia respicit pietatem. Vnde dcit lex Imperialis. Ad instructiones itinerum pontiumq; etiam venerabiles ecclesias & diuinas domus tam laudabili titulo libenter ascribimus, quia nō est inter sordida munera numeratum, vt in. L. ad instructiones. C. de sacrosancto. ecle.

Quadrupliciē refun. &c. Posset tamen cōsuetudo vel statutum operari vt non soluentes theloneum vel gabellas ammittunt bona, vt ff. de publica. & vecti. L. commis. Et qui eam gabellam imponunt & pro qua causa, vide in repetitione regule possessor, de re. iur. li. vi Quomodo etiam regulariter quilibet ad vectigalia & huiusmodi soluēda teneatur, vide in. L. omnium. C. de vectig. & commis. Im moderetur quod fraudans gabellam rerum vectarum perdit illas ipso iure secundum dominici in. c. cum secundam de hęredi. li. vi. & ibi. concor. in glo. super. vers. omnittens. quę tamen intelligitur in specibus illicitis.

Clerici, milites &c. Vñ dicit cōsti. Frede. nulla communitas vel persona publica, vel priuata collectas seu exactiones angarias seu pangarias Ecclesijs aut alijs pijs locis, aut Ecclesiasticis personis imponant, aut inuadere presumāt, quod si fecerint & requisiti ab Ecclesia vel Economo reddere cōtempserint triplum refundant, & nihilominus banno imperiali subiaceant, quod absq; satisfactione debita nullatenus remittatur. Vide etiam in c. quanq; de censi. li. vi. & eo. ti. presenti in cle. Et in. L. ij. & L. presbyteros. C. de Episco. &

Vbi dicitur presbyteros, diaconos, subdiaconos, atq; exorcistas, lectores atq; hostiarios etiam personalium munerum expertes esse precipimus.

Et eorum familia. &c. familia & etiam mulieres. Nam secundum leges mulieribus quę cū maritis Reipublice causa absentibus peregrinate sunt ad exemplum militū subueniri solere non est ignoratum vt in. L. i. C. de vxo. mili f Mulier enim honorem viri obtinet, vt in. L. filij. §. ñ. ff. ad munici, & ad hoc qđ hic dicit de familia dicit lex communis. Omnibus quoq; clericis huiusmodi prerogatiua succurritur vt cōiuges clericorū ac liberi eorū quoq; ministeria, idest mares, pariter & femine, eorumq; etiam filij immunes semper ab huiusmodi mūeribus perseuerēt, vt in. L. ñ. de epis. & cle.

f. *Mulier honorē uiri obtinet.*

Qui alijs prebet conductum. &c. vide etiam ad id. xxiij. q. iij. si quis Romipetas. Et nō soluens iustum pedagiū peccat, recipiens vero pedagium debet tenere iter securum, & si dānum detur transeunti, debet sibi id resarcire de hoc etiam per hostien. in sum. de censi. §. ex qbus, & per Odo. C. ne filius pro patre auct. habita. Vide etiam per Bald. de hoc plene in. §. conuenticulas, de pace iuramē. firman, coll. x.

Glosa.

g. *Telonea an sine peccato exigi posſūt.*

Queritur circa id, an theloneum sine peccato exigi possit necne. g Quidam dicunt quod sine peccato exigi non potest, est enim origo auaricię, oppressioq; hominū, vnde & Christus saluator noster Matheum qui & publicanus erat hoc est exactionum publicarū quęstor, ad se inuitauit redargutusq; postmodum a iudeis quod cum publicanis comederet. Rz. tamen reiectis in contrarium opinionibus quod si iusto exigitur sine peccato fieri potest. Ex Imperatorum enim constitutionibus theloneum statutum est propter publicā vtilitatem illud autem quod Imperatores statuerunt pro iure habetur, & ita sine peccato accipit, vt Insti. de iur. gen. §. sed & qđ principi, &. ff. de origine iuris. L. ñ. §. deinde, &. x. dis. c de capitulis. c. vides. c. quis autem. Quod autem imperatores theloneū admittant est textus clarus & rotundus. C. vectigalia noua instituti. L. vectigalia, &. L. vlti. immo eodem titu. per totum, nō enim temere permittitur nouorum exactio vectigalium sed cōmuni vtilitate inspecta, & non propter aliquam auariciam cōceditur. Vnde Christus theloneū esse soluendum approbauit, cum prehenso per discipulum pisce, dragmaq; in eo inuēta vectigal exoluit. h Nec theloneator publicanus dicitur vt aliqui idiote putant quasi publicus pctōr, sed thelonatores publicani nuncupantur ex eo, quia fruuntur publico, vel quia cōducūt ab Imperatore aut Ciuitate exactionem aliquam publicam, & exinde prę-

h. *Publicanus unde dicatur.*

stant aliquod tributum. In generali q; omes q conducunt aliquid a fisco publicani dicunt, vt. ff. de publicanis. L. i. §. ñ. ff. de verbo signifi. L. eum qui.

Quadruplum refundet. Hoc fit ex eo quia illud reputatur pro violento & manifesto furto, vt Insti. de oblig. quę ex delict. nascun. §. pęna, & Insti. de acci. §. quadruplici. r Propter tamen huiusmodi theloneī nō solutionē vel transgressionem null⁹ suspendi debet, dato quod furtiue vsurpet id quod soluere tenetur, non enim furtiue illud accipit vt furto cōuinci possit, vt infra eo. li. ar. xxix. k Notandumq; circa id quod actio quęlibet criminalis ciuiliter semper instituī potest, ita quod querulari potest super pecuniis imperfis simplici querela, vt Insti. de iniur. §. in summa.

i. *Teloneum nō soluēt an furtum committat et an suſpendi debeat.*

Quatuor eūtes pedestres. &c. Istud intellige vt in se sonat, & hoc postquā theloneum pro necessitate Reipublicę instituitur, vt. C. vecti galia noua instituī non pos. L. non quidem. Clerici & militares. &c. l Hic excipiuntur in triplici genere homines qui theloneum soluere non tenentur. Primo clerici, & hoc propter publicum commodum & vtilitatem vt pote orationes quas fundunt & fundere debent pro incolumitate Imperij, & hoc nedū de prsbiteris intelligitur, verum de omnibus qui titulo clericali gaudēt, totus enim mundus eorū vtitur orationibus, vt in auten. quomo. opor. Epis. & cleri. §. i. coll. i. Secundo excipiuntur milites propter eorum obsequia in defendendo imperio & Republica & ita cōfertur etiam eis donū publicū, inmunitas videlicet vectigaliū, vt. C. de vectiga. cōmis. L. omnibus, & in auten. neq; miles, neq; federa. §. cum domini dei, coll. viij. Tertio excipiē eorum familia m eodem enim iure vtitur familia cum dominis suis, vt. C. de epis. & cleri. L. ij. Sed & vxoribus militum eadem immunitas seruatur, vt. C. de incolis. L. vlti. & xij. q. ñ. Ecclesiarum seruos, &. ff. de iurisditione omnium iudicum. L. cum quędā puella. Qui pontium & nauium nō indiget transfretatione. &c. per istum paragraphum excipiūtur a thelonei solutione qui pontium & nauium vsu non indigent. Et exinde sequitur id quod prius tactum est, quod videlicet theloneā, & vectigalia salui conductus nō propter auaritiam statuta sunt, sed ad necessitatē Rei publice, quare iusto exigi possunt, statuūtur enim thelonea propter viarū reformationē & securitatem, vt hic &. C. de vectigalibus commis. L. vectigalia. Excipiuntur insuper a thelonei solutione. n illi qui ad pontem pertinent, vel de propinquo residēt, ex eo, quia si non extendat se theloneum pro construendo ponte, vicini impensis suis extruere tenebūtur, vt. C. de vectigalibus. L. vniuersi. Clerici tamē & milites negociantes thelonea soluunt. C. vectigalia commu. L. ex prestatione. ¶ A dāno precauere & precustodire ipsis de-

l. *Homines tripliſis generis à Telonco exapiuntur.*

m *Familia eodem iure utitur cum dominis*

n. *Ad pontem pertinentes à Telonco eximuntur.*

25

bet. &c. Qui enim sentit commoda senciat & incommoda, vt. ff. de reg. Iur. L. secundū. Vñ & theloneum nouum imponens sine consensu principis violentiam committere dicitur, quare & capite pęnam soluit, vt. ff. ad le. Iul. de vi. publica. L. vlti. & ff. ad le. Iul. de ambitu. C. noua. vecti. insti. non pos. L. vlti.

Si quis transitum agro nouo imposuerit. &c Pro declaratiōe paragraphi istius o nota qđ rusticorum prediorum iura sunt hęc iter, actus, via, aquę ductus. Iter est ius eundi vel ambulādi hominis per se, hoc est vbi ire & equitare potest. Actus vbi curru eqtare vnus potest. Via vbi pecora pelli & vnus currus alteri cedere valeat. Aquę ductus est ius aquę ducende per fundum alienum, vt Insti. de serui. rusti. & vrba. predi. §. iter. §. actus et §. via. Hęc iam expressa signanē prima tria in textu quodam modo tangūtur. Per id cum dicitur eqtans iter includitur. Per id quod dicitur pro qualibet rota actus designatur. Cū vero dicitur si ager fuerit seminatus viam designat. P Vñ via esse debet octo pedum latitudinis in directum, in angulis vero sedecim nisi maiorem vel minorem placuerit facere constitūtibus quod non fit in actu. Insti. de serui. rusti. predi. §. i. in glo.

o. Rusticorum prediorum iura, uide infra arti.

p. Viæ latitudo qualis esſe debet. Vide infra arti. lix. Iur. mu. ar. C. xxxi. Vnde & lex xij. tabularum hoc idem sentire uidetur in hæc uerba. Vie latitudo in porrectum octo pedes, in anfractū idest ubi flexum est xvi. habeto.

Notandum insuper pro declaratiōe eiusdem paragraphi q quod quādo transgredit ager vno anno publice, non violenter sine prohibitione, vel absq; contractu admissione precaria, nulli posthac prohiberi potest, vt. ff. de iti. actuq; priua. L. i.

q. Ager uno anno publice transgreſſus ſine prohibitione poſthac prohiberi nō poterit.

Cum clamore violentię arestentur. &c. Et ex isto passu iudices quidā auaricia ducti a quolibet iudiciario clamore pęnam trium solidorum vsurpare sibi volunt sicut si vnus venit & querulari vult contra aliquem, procurator interrogat eius quomodo ipse necessitatem suam declarare debeat, decernitur quod cum clamore. Vlterius procurator expetit qđ Iudex decernat vt eum acclamare seu aduocare possit, quod cum factum sit ac ille aduocatus fuerit, iudex tandem iure sibi tres solidos cedere putat, in paragrapho isto opinionem fundando suam, & supra. li. i. ar. lxij. Ibi pro solo iudiciario clamore non iure prosequuto. &c. Id tamē fieri minime debet nec textum isti intelligūt immo contra ipsos militat locus allegatus, loquitur enim arti. lxij. de clamore iudiciario, cum non prosequitur, querelam, tunc enim tres solidi soluūtur, hic vero secus est, quia iste prosequitur actionem contra illum, quem arestauerat, immo & ibidem li. i. ar. allegato sequēti paragrapho hoc idem clare habetur, cum inquit si vero clamorem prosequitur nihil demeretur. Cōcludit ergo quod non pro omni iudiciario clamore tres solidi soluuntur iudici, nec obstat si quis dicat quod paragraphus ille arti. lxij. lib. i. damnum nullum sustinet si verba duellaria non interposuit. &c, intelligi debeat cū quis sine duello alloquitur alium, hic vero videtur duellariter alloqui, exquo cum clamore conqueritur. Rz. quod non duellariter alloquitur. Qui enim duellariter contra aliū agit preparatse contra illum si forsan negare velet quod eī conuincere nitatur, prout ius & iudicio pertinentes decreuerint. Iste vero non hoc facit quia necessitatem declarat suam, & petit cogi aduersariū ad respondendū, dato etiam quod duellariter exigeret ab illo respōsionem, extunc iudici mulcta soluitur non ratione iudicij vt isti putant, sed propter id, qđ actori emenda prestatur, vt supra. li. i. ar. lij. Preterea exquoquidem huic ex officio iudicis admissum est quod aduersarium aduocisset, quicquid vero iudex ex officio admittit illud firmiter tenere eum oportet, & nullam rationē istius exigere mulctam vt. C. contrario iudi. tute. L. si pater tuus, &. ff. de reg. iur. L. qui in ius.

Nota hic speciale ex textu presenti, r quod quandoq; pignorare potest vnus aliquem sine iudicis licentia sicut occasione damni in campo patrati, pro eo tamē crimina liter agere non poterit, & hoc ex eo fit, quia damna illa fiunt ab hominibus itinerantibus qui non facile per ius arestari possunt.

r. *Pignorare qñ.doq; unus potest ſine licentia iudiais.*

Articulus XXVIII.

QVi ligna incidit, uel gramina falcit aliena aut in alicuius riuis fluuiſq; piscauerit a tribus solidis liberatur, damnum nihilominus secundum formam persoluendo. In piscaturis uero foditis seu stagnis si qs piscauerit & arbores plātatas inciderit, aut insertas fructiferasue, uel fructum decerpserit seu arbores aut lapides limitum seu finiū effoderit triginta solidos exoluet p mulcta, & si repertus in facto fuerit licite b pignoretur. Nocturnali temporæ ligna cesa uel gramina iā falcata furatus qui fuerit suspendiſ tur. c Si diurno tempore hoc fecerit crinis & cutis tormentis subicietur. Aqua fluens nauigandi & piscandi communis est & esse debet, & piscatores ripa ac planicie licite uti pos-

a. *Alij textus addunt excepto mari et magnis fluminibus.*

b. *Textus uetuſtiores addunt ſine licentia & conſenſu iudias.*

c. *Cōcordat iur. Mit. ao. xxxviij. glo.*

sunt quantū uno passu ex naui attingere ualeant.

Glosa:

Aqua fluens.&c. Vnde dicit lex communis, flumina vero omnia & portus publica sunt, ideo ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusq; sicut & riparum usus, itaq; naues ad eas applicare funes arboribus innatis religare, onus aliquod in his reponere cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumē nauigare. Insti. de re. diuisi. §. flumina. Proprietas tamen illorum est quorū predijs adherēt vnde & arbores ibi nate eorū sūt. Insti. eo. ti. §. riparum.

Glosa.

Precedenti articulo declaratus est casus, vbi quis licite sine autoritate iudicis arestari & detineri possit. In articulo presenti dat etiā specialem doctrinam vbi sine consensu iudicis vnus aliū arrestare valeat. Vnde in generali pro quolibet, dāno abiter agentibus patrato vnī detineri qs pōt, vt supius declaratū est Qui ligna cedit. &c. per ligna in textu intelligi vult arbores non fructiferas, per riuos vero & fluuios denotat aquas quę nullū desuper habent per quę pisces egredi vel regredi libere possunt. Sed dūtaxat aqua illa vēto hincinde agitatur, vt insti. de re. diuisi. §. flumina eiusq; emenda sunt tres solidi. Vitā eī nō demeruit q in his piscauerit, vt infra eo. li. ar. lxi.

In piscaturis vero foditis seu stagnis. &c. & hoc ex eo fit quia impensa & labor hominis ad id accessit. Pisces q; ibidem tanquam in reseruaculo seruantur. Vnde si stagna aut aquæ huiusmodi rupte sint, prandens pisces exeuntes etsi vitam non demeretur iniuste tñ agit, quia contrectat rem alienā, vt. ff. de reg. iur. L culpa.

Et arbores insertas. &c. vt sunt Salices, Tilia. Vnde circa id interrogare vnus possit an qui sic arbores succiderit pati debeat ius furantiū arbores, hoc est quod suspendi debeat vel potius ius vt hic textus habet. [d] R. si extēdat se damnū quod patrauerat ad tres solidos suspēditur. Si vero non, extunc ad statuam virgis ceditur, quia ligna huiusmodi assimilantur succisis lignis, nam inserta ligna non dicuntur arbores plantate nisi radicate iam sint vt. ff. de arbo. fur. cesa. L. vitem.

Aut insertas fructiferas. &c. Per id intelligun tur etiā quercus, fagus, plante, vineę, & alie arbores fructifere, vt. ff. eo ti. L. vitem. Vnde circa id sciēdum in cuius fundo radix figitur eidem planta cedit, & idem ius possessionale ad plantā habebit ex parte fundi sui, qui arborem viuificat, & fructificare facit, vt Insti. de re. diuisi. §. si Titius & infra eo. li. ar. lij. e etsi plures eandē arborem furtim inciderint cum singulis in solidum agetur, vt. ff. eo. ti. L si plures.

Vel fructum decerpserint. &c. Dicere qs possit, ius istud nō esse equum, quod ille qui fructus decerpit in tantum mulctari debeat sicut ille qui arborem succidit. R. quod arbores ratione quorum vt textus habet mulcta soluit intelligi debent quę extra sepes circumdatas situate sunt, quia si quis exciderit arbores in aliquo loco pariete vel sepe circumducto & cum clamore contra eum proponitur pēna capitis punitur, vt. ff. eo. ti. L. ij. vbi habet quod incisores huiusmodi arborum pēna capitis puniuntur.

Seu arbores finium effoderit. &c. intellige si ignoranter id fecerit, vt sic eī punitur vt textus habet, secus si scienter & violenter id faciat pœnam enim capitis succumbet, vt ff. de termino. mo. L. vlti.

Et si repertus in facto fuerit &c. Quid si vnus pignoret alium allegando damnum sibi esse illatum, iste vero factum excuset & se fore de predatum quęruletur, quis eorum ad conuincendum propior sit. R. ille qui pignorauit propior erit eum conuincere cum probationibus damni illati & pignore accepto, vt. C. de probationibus, L. siue, & L. frustra.

Nocturnali tempore ligna cesa vel gramina falcata &c. Istud tractum est ex iure naturali. Vnde gramina huiusmodi nondum secta si quis ceperit pro eo vitam non demeretur. Natura etenim illa crescere facit non adhibita etiam hominum opera, quare nec interfici homo debet si quid de his ceperit, si vero qd operis postmodum subsequatur, vt quia falcata sunt furtumq; in eis committatur vitam demeretur vt textus habet, &. ff. de ar. fur. ces. L. facienda.

Si diuturno tēpore hoc fecerit &c. [f] Exinde venit quod furtum nocturnum grauius est diurno quia diurnus fur in cute & crine punitur. Nocturnus vero suspenditur, vt ff. de furi. balne. L. fures & supra eo. li. ar. xiij.

Aqua fluens &c. Intelligi debet de aquis & torrentibus vbi pisces libere egredi & intrare possunt, vt Insti. de re. diuisi. §. flumina. Et ille qui primus in illis piscauerit, alios per possessionem prohibere minime potest, vt ff. de vsuca. L. vsucapionem, nisi forsan prescriptione triginta annorum illa possideat, ita qd aquam & piscaturam per illud tempus pacifice teneat, vt C. de prescriptione xxx. annorum L. si quis.

Et piscatores ripa ac planicie &c. Locus eī ille piscatoribus eque communis est sicut & aqua, ita quod portū egredi possunt naues trahāt, rete siccent, gazas edificent, naues reforment & non aliud, dominium tamen riparum illis pertinet quorum predijs adherent. Qua de causa arbores quoq; in eisdem

c. *Ad hunc passum alludere etiam quodammodo uidetur lex xij. tabularum cum inqt. Tignum alienum furtiuum ædibus uel uineis suis iniunctum ne quis eximere cogitor, sed duplum pro eo pactionem de tigno iuncto præstare compellitor.*

Furtum

f. *Furtum nocturnum grauius diurno.*

d. *Ex ar. xiij. supra eo. li.*

nate dominorum sunt, vt Insti. de re. diuisi. §. ripparum. & §. littorum. & ff. de verbo signi. L. littus.

Articulus. XXIX.

CVm res alicuius per alluuionem applicentur ipse eas domino redde re tenetur suo, dummodo ut iuris est easdem postulet & si ei quæ ab eo sunt impensa & desuper exposita secundum hominū estimationem persoluet. Idem etiā inuentor res sic applicatas denunctiare debet, & per sex septimanarū tempus non consumere interrogatusq; ea se habere non neget, si contra factum fuerit ex occultatione res furtiue erunt & eas cum emenda & mulcta restituere tenetur, furtum tamen in hoc per quod in uita honore, membris, sanitateue condēnetur non cōmisit, quia prædictas res furando aut spoliando a domini possessione non noscitur abstulisse.

Furtum

Glosa.

Cui res alicuius. &c. Vnde ad hoc dicit lex Imperialis. Alia causa est earum rerū quę in tempestate maris leuande nauis causa ejciūtur, heę enim domino permanent, quia palā est non eas eo animo ejci quo quis eas habere non vult, sed quo magis cum eis periculum maris effugiat qua de causa si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus lucrandi animo abstulerit furtum committit, vt Insti. de re. diuisi. §. fi. [a] Et scias qd naufragium pacienti nihil est auferendū, sed totum restituendum & clericus contra facies deponitur laicus vero excōmunicatur, de accusa. cū dilecti, &. xxxiij. q. ij. c. siquis necessitate, & de treuga & pa. c. ij. & hoc nisi fuerit naufragium piraticum & predonum, vt in cōsti. frede. ad decus. §. nauigia, vbi etiam cō trafacientibus imponitur pēna & ibi vide p materia & in. c. excommunicationi de rap. in glo. vlti.

a. *Naufragium patiens nihil est auferendum.*

Glosa.

Pro intellectu textus articuli [b] nota qd' aluuio duplex ē. Prima qñ fluui⁹ est inter meū & tuū agrū, quicquid arene per impetū ex tuo agro importatur in meā partem hoc tibi auffertur & meum fit, vt infra eo. li. ar. lvi. & Insti. de re. diuisi. §. preterea. Id tamen verum est si illud facile dignosci non possit. Si enim flumen rapuerit quantitatem agri tui qui dinosci poterit in meamq; transportet partē aget huiusmodi illius cui abductus est per aquam manet, vt infra eo. li. ar. lvi. &. C. de alluuioni, & palu. L. i. & Insti. de re. diuisi. §. quod si vis. Secundo alluuio fit si aqua eliderit arborem tuum ex terra & transportet illum in partem meam, q̄diu non immittat radices in terram tua manebit. Si vero radificetur in rippa mea mihi pertinebit, vt Insti. eo. ti. §. plane, & ff. de dam. infec. L. hoc amplius.

Sciendum etiam circa id quod ager per alluuionem accrescens alicui, etiam census ex illo debet secundum quantitatem augeri illi vero cui ager decreuit census minuī, vt. C. de alluuionibus. L. ij. ¶ Insula etiam in medio fluminis [c] inter agros per equum sitta vtrorumq; iuxta latitudinem cōmunis erit. Insula vero quę est propior agri alicuius illius erit, vt Insti. de re. diuisi. §. insula &. ff. de acquirē. re. domi. L. inter eos & infra eo. li. ar. lvi. in fi. Alter sensus articuli presentis est cui res alicuius per alluuionem applicentur. &c. Quamdiu enim vnus libera voluntate non dimiserit aliquid, vel sibi iure abiudicatum nō sit, vel non effugiat illius manent res huiusmodi. Sed ille cui res per alluuionē alienate sunt non voluntate eius id factum est, vt. ff de pba. L. cum de in debito in prin. &. C. de instantibus. L. fi. ergo &c.

Circa id quęrere vn⁹ possit. Res vel merces tēpore fluctus in mare ejecte, an illius qui ejecit sint, necne. Quidam dicunt quod iam istius qui proiecerat res huiusmodi per amplius nō sunt, & hoc quia volūtarie merces huiusmodi ejecerat, allegantes simile in Coronatione apostolici Impatoris vel Regis, vbi pecunię proiciuntur, & qui illas apprehenderit illius manent. R. tamen quod merces tempore tempestatis in mare ejecte illius sunt qui proiecerat in necessitate enim vitę nauem exonerauit & non animo quod merces illas vlterius habere nollet, nec est simile de pecunia tempore coronationis sparsa illud enim fit ex leticia, istud vero ppter cōseruationē vitę, alias em libentius retinerent merces huiusmodi, vt insti. de re. diuisi. §. vlti. ff. pro derelicto. L. i. & ij. & item. L. si id quod, in auten. de consuli. § hęc itaq; coll. iiij. Ex occultatione res furtiue erunt. &c. [d] Ex isto textu habetur quod quędam res furtiue efficiuntur ex sola negatiōe eque tamen in vitam vel honorem nō vergūt sed cū emenda illa dimittere cogitur, vt sunt res per alluuionē applicate si occultate sint. Tum etiam res mobiles inuente, & si negaue

b. *Alluuio duplex.*

c. *Concordat infra eo. li. ar. lvi.*

d. *Cōcordat tur. Mitar. Cxxxvi. glo. Furtum*

e. *Res quædam furtiue efficiuntur ex sola negatione.*

rit inuentor, vt infra eo.li.ar.xxxvij.&.ff. de furtis.L.falsus,& Insti.de re.diuisi.§.alia in fi. Furtum tamen in hoc.&c.hoc intellige de rebus quę per alluuionem sibi aduenerunt. Vel cum electe merces ex naui propter fluctū eidem applicātur, vel res tempore incendij exportate in eiusq; domū a casu inducte. Si vero aliquis ex proposito tempore diluuij in loco alicuius proprio res ceperit, vel tempore fluctus quo nauis periclitatur merces occupauerit, vel etiam tempore incendij in domo igne flagrante quicquam abstulerit pœna capitis damnatur, vide ad hanc materiā.ff.de incendio ruina naufragio.L.quo naufragiū.L. pedius.L.ne qd, immo huiusmōi res ex naufragio perdit, sine consensu iudicis inquiri & colligi possunt, vt.ff.eo.ti.L.vlti.

Articulus XXX

a. *Textus uetustiores ita legunt, qui sibi uendicat hæreditatē non per cognationem sed per proemißionem hoc pro iniusticia reputatur nisi fuerit promißio coram iudice confirmata.*

HEreditatem seu successionem qui sibi uendicat, non iure cognationis sed ꝓmissionis seu donationis debere aut pertinere, hoc pro irregulari habetur, id est pro iniusticia reputatur, nisi promissio huiusmodi coram iudicio sit confirmata.

Glosa.

b. *Adopcio q. t. & alia de adoptionibus uide.*

Qui sibi dicit &c. In isto articulo tāgitur materia adoptionis. b Et est adoptio legalis actio ad solatiū eorum principaliter inuenta qui liberos non habent penę naturam imitans, ar. C. de adoptio L. cum eum & ff. eodem .L. adopcio. Potest autem adoptare maior natu minorem & non econuerso. Item is qui filios habet & qui non habet, Insti eo. §. fœminę. Necesse autem est quod adoptans sit paterfamideest sui iuris, & talis quod generare possit, immo & qui non potest adoptabit, dum tamen naturaliter non impediatur, minor vero sexagenario arrogare non potest nisi causa cognita, quia iugis debet dare operationē creationi propriorum filiorum, sed bene potest adoptare.ff. eo.L.ñ.§. illud. L. si pater.§. vlt &.L.sequēti. Mulier adoptare non potest sed masculus tantum nisi per rescriptum mulieri hoc concedatur, vt.ff.eo.L.nam & femine,& insti.eo.§.fęmine. Quilibet vero tā masculus q̄ fęmina dummodo sit minor natu adoptantis, potest adoptari.ff.eo.L. adoptio.ñ.

c. *Arrogatio q.t.*

c Et transit etiam adoptio in aliam speciē quę dicitur arrogatio. Nam & is qui arrogatur.i.rogatur. Interrogatur an velit arrogantem habere in patrem, sic & arrogans. An velit habere arrogandum in filium.ff.eo.L.i.in fi.& L.ij.

d. *Adoptionis & arrogationis differēcia.*

d Diferunt huiusmodi species quia filiisfa. adoptantur nec transeunt in potestatem adoptantis. Arrogantur aūt patressa.& transeunt in potestatem patris.ff.eo.L.i.in fi. Item adoptio fit cuiuslibet magistratus competentis autoritate dum habet merum & mixtum imperiū & iurisdictionem.ff.eo.L.ij.& de offi.procōsu.L.ij. Arrogatio fit autoritate principis & requiritur vtriusq; verbū expressum vnde infans nō potest arrogari sed bene adoptari.ff. de adoptionibus L.ij.&.L.in adoptionibus &.L. etiam infantem.

e. *Vide Iur.Mu.ar.lvij*

e Soluuntur autem per emancipationem quę est patrię potestatis relaxatio coram competenti iudice facta, ex eo quod extra manum & potestatē patris filius ponitur. Insti. qui.mo.ius.pa. potes. sol. §.ꝓterea. Et fit volūtate patris & filij cō currente. Nec cogitur pater emancipare filiū nisi in certis casibus.

f. *Emancipare pater filium cogitur in certis casibus.*

f Primo si male afficit filium suum verberibus contra pietatem. Secundo si compellat eum in corpus suū peccare. Tertio si filius est arrogatus impubes, & pubes factus, probat sibi expedire emancipatum esse. Quarto si pater agnouit legatum sibi hac conditione fieri vt emanciparet. ff. eo.L.nōnunq̄. C. de epis.au. L. si lenones &. ff. de condi.& demō. L. si cui. Soluitur etiā morte naturali.ff. de adopti. L. si pater. Item morte ciuili, Insti. qui. mo. ius. pa. po. sol. §. cū autem, &. §. pęne. Item soluitur dignitate. C. de decu. L. vlti. li. x. g Est autem in his effectus vt arrogatus ab intestato patri succedat, & habet contra testamentum querelam. C. de adoptionibus. L. cum in adoptiuis. §. vlt. &. ff. eo. ti. L. si arrogator. Et idem est in adoptione, scilicet cum fit ab auo paterno vel materno. Sed si ab extraneo fit, tunc remanet in potestate patris naturalis, & nihil prodest nisi quod ab intestato iura successionis habet, insti. de adopci. §. sed hodie, &. C. cum in adoptiuis. §. si quis. Et etiam effectus vt in his acqratur filiacio & patria potestas vt necessitate famis pater potest eum vendere. C. de patri, q fili. distra. L. vlt. Item vt impediat matrimonium, vt in. c. vno de cogna. le.

g. *Arrogationis effectus.*

An & quando valeat promissio siue pactū h de futura successione secundum leges sic distingue. Aut pactum sit de iure successionis conseruando, & valet. Insti. de legi. agna. suc. §. si. Aut de iure successiōis amittendo & adhuc valet si causa subest. ff. si a paren. qs manu. L. i. §. si parēs. Vbi excluditur pater ab hereditate filij, quia deliquit recipiendo premium emancipationis si autem non subest causa non valet. C. de col. L. pactum, nisi tunc fit merum iuramento, vt in. c. ñ. de. pactis. lib. vi. Aut fit de iure successionis acquirendo & nō valet sine cōsensu viuentis. C. de pact. L. vlt. Immo aufertur ei hereditas & fisco applicat. ff. de dona. L. quidam &. L. seq. Aut fit de iure successionis certo modo diuidendo, & tūc subdistingue. Aut fit respectu incerti homis

h. *An ualeat ꝓmissio de futura successione.*

nis vt quia duo paciscuntur diuidere omnem hereditatem communiter sibi obuenientem & valet. ff. prosocio L. ij. §. de illo. Aut fit respectu certi hominis & non valet sine eius cōsensu. C. de pac. L. vlti. De hoc vide per Bar. .ff. de verb. obli. L. stipulatio.

Sed promissionis &c. aut venditionis, & qui sic vendit vniuersitatem hereditatis, cum res singulas non vendit, de euictione nō tenetur rei singularis, vt C. de euic. L. i. vbi dicitur. Emptor hereditatis rem a possessoribus sumpti a periculo suo persequi debet. Euictio quoq; non prestatur in singulis rebus cum hereditatem iure euenisse constat nisi aliud nominatim inter contrahentes conuenit. Et scias quod hereditate vendita hęres nihilominus remanet creditoribus obligatus vt in L. racio C. de heredi. vel acti. vendi. Venditor vero ipsum compellet vel actionem accipiet, vel interesse sibi prestet vt ibi notatur. Et in venditione nominis debitoris consensus non est necessarius. C. eo. L. nominis. Nam talis contractus factus apud acta equiparatur confessioni in iudicio factę, & mandatur exequutioni tanq̄ confessio iudicialis, vt in L. tale pactū .§. qui prouocauit. ff. de pactis, & ad idem facit. C. de testa. L. omnium, vbi dicitur quod testamētū factum coram principe vel apud acta iudicis habet vim testamēti publici & insinuati. Et fit de actis siue fiat apud acta, siue ante factum redigatur in actibus, & sic vt ex liquido & notorio iudici fit per eum exequcio. Regulariter autem secundnm leges non valet pactum de futura successione, vt legitur & notatur in. c. ñ. de pact. li. vi. Et pactū factum cum quibusdam heredibus non tangit alios. C. de pac. L. si actionem. Et si etiam hęredes siue debitores inuicem paciscantur non prejudicat hoc creditoribus, vt in. L. debitorum. C. eo. titu.

Coram iudicio sit confirmata &c. Et hoc scias quod confirmatio in forma communi valet sic vt iuste possideas & similibus, nullum vel modicum ius tribuit sed verius tantum conseruat xij. dis. preceptis. & de priuil. c. quia intēcionis, & ius q̄d' precesserat declarat, arg. ff. si serui vend. L. sicuti. §. distant. Et per eam non impeditur peticio alterius partis vel iudicis cognicio de concef. preben. quia diuersitatem, ne sede va. c. ñ. de consti. ex parte &. ix. q. iij. conquestus. &c. nunc vero & ff. ne quid in loco pub. L. ñ. §. si quis. & C. de emancipa. L. nec auus. Confirmacio vero quę fit ex certa scientia cum causę cognicione tribuit ius, & nullus nisi confirmans de re sic confirmata cognoscit, vt de confir. c. i. & ñ. & de offi. dele quoniam abbas, & de testa. raiñnuncius &c. raiñnaldus. Et non solenne reddit solenne. C. de testa. L. omnium, & mutat naturam C. de rei vxo. acti. Et nudum pactum innuit ar. ff. de pac, L. legittima.

Glosa.

Articulus presens fundatur in certis legibus quę de adopcionibus tractant. Vnde iure ipso licito fuit semper sibi adoptare filium vel filiam qui in potestate illius erant, & bona illorum hereditabant, vt Insti. de adop. §. i. ff. eo. ti. L. i. & hoc in fauorem admissum fuit illis qui pueris carebant vel eos bello perdiderunt. Post modum in tantum extendebatur lex illa quod vnusquisuis pro libitu sibi heredes constituebat, vt in auten. de nup. §. disponat. coll. iiij. ff. ad le. fal. L. i. Vnde & in abusū postmodum constitucio prętacta venit. Qui dam enim omnia bona sua adoptiuis tribuebant, pueros proprios mendicos relinquen. vt in auten. de trien. & semis. §. frequēter. coll. iij. i Lege tandem Imperatoris statutum est ac prouisum, quod quilibet adoptare aliquem volens etiam bonorum partem propris relinquere debet pueris, vt in auten. de trien. & semis. §. hęc nos. coll. iij. Vnde & siquidem in aliquibus legum locis inuenitur quod minus relinquere possit, leges tamen ille abrogate sunt. k Saxones vt ex toto presenti libro intelligi datur adopciones non tenent, seruantq̄ priuilegium inconcusse in hoc casu. Nullus enim apud Saxones ex electione vel promissione hereditatem percipit, sed secundū gradus, & hoc tangitur hic in textu & supra li. i. ar. iij. & in auten. de hęre. ab intesta. veni. §. si vero coll' ix.

ł. *Adoptionis regula secundum posteriores leges.*

k. *Adoptiones apud Saxones inusitate.*

Nisi promissio coram iudicio sit confirmata &c. Quid si testificari possis quod tibi coram iudicio promiseram vt bona hereditares mea an percipere valeas necne. R. quod sic, quia ius presens ita disponit, quicqd vero iure cautum est eidem contradicere minime licet. Imperator enim id vult quod ius suader, vt in auten. vt in medio Iitis non fieri san. §. i. coll. viij. In contrarium licet istius sit ar. xxxiiij. li. i. vbi dicitur si quid donatur, necessario est qd' ille cui donatur possideat anno & die alias donacio non valebit. R. per distinctionem & nulla in eo erit contrarietas, nam si est donacio mobiliū illa donari possunt quando id facere potēs ē vt supra li. i. ar. lij. Si sit hereditas illa euacuatā tenere debet anno & die. Si uero fuerit proprium hereditariū, siue hereditas deuoluta, illam alienare non poterit sine heredū consensu, vt supra li. i. ar. lij. Hanc triplicem donationis differentiam tangit hic cum dicitur, nisi promissio huiusmodi corā iudicio cōfirmata sit, hoc est vt donatio sit ꝓ vt de iure fieri debeat, vt Insti. de re diuisi. §. per traditionem.

Articulus XXXI

QVi per sentētiam interficitur uel seipsum interficit eius succedit hæres

uel agnatus. Spolia uel furta sub eo uel quocunq; alio inuenta Iudex p annale tempus obseruabit etsi per hoc tempus nō postulentur [a] iudex eas in usus conuertet suos. Neq; alicuius res ꝓpter alterius uicia si sub eo sunt usurpari possunt. Vnde & licet possessor carum morte puniatur res nihilominus redduntur illi cui pertinent.

a. Alij textus addūt uel testimonio nō repetantur.

Glosa.

Qui per sententiam, &c. Vnde dicit lex communis bona damnatorum seu proscriptorū non fiunt in lucrum iudicibus, aut eorū officijs, neq; secundum veteres leges fisco applicantur, [b] sed ascendentibus & descendentibus, & ex latere vsq; ad tertium gradū si supersunt. Vxores vero eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant. Si vero sine dote sunt de substantia viri accipient partem a legibus diffinitam siue filios habeāt siue nō Sed si neminem prędictorum habeant qui ista deliquerunt eorum bona fisco sociantur. In maiestatis vero crimine cōdemnatis leges veteres precipimus obseruari, vt. C. de bon. proscrip. auct. bona. Item alibi dicitur eorū demum bona fisco vendicantur qui conscięntia delati admissiq; criminis metuq; futurę sententię manus sibi intulerunt. Ea propter fratrem vel patrem tuum si nullo delato crimine dolore aliquo corporis, aut tedio vitę, aut furore vel insania aut aliqua causa suspēdio vitam finiuisse constiterit, bona eorū tam ex testamento q̄ intestato ad successores pertinebunt, vt in. L. i. C. de bo. mor. sibi consci-

b. Bona damnatorū cui cedant.

tet in auten. de mānda. princi. §. oportet, coll. iij. vbi dicitur. Oportet autem te. & in hoc omnem ponere prouidētiam cum aliquis dignus apparuerit pœna, illum quidem punire, res autem eius non contingere, sed sinere eas generi & legi secundum illum ordinem. Non enim res sunt quę delinquūt sed qui res possident, at illi reciprocant ordine, eos quidem qui digni sunt pœna dimittunt, illorū autem auferunt res, alios pro illis punientes quos lex forte ad illorū vocauit successionem, hoc idem etiam habetur. C. de pęnis. L. sancimus, vnde licet in cōtrarium istius videtur esse articulus. xxxviij. supra li. i. & C. de bonis proscriptorum. L. deportati, vbi habetur quod proscriptorum bona confiscātur. R. tamen quod in iuribus allegatis loquitur de illis qui in proscriptione Regię Maiestatis sunt, bona enim illorum confiscantur. Articulus vero presens meminit de his qui excessum vita emendant sua, vnde ad hanc materiam vide supra eo. lib. ar. xxv. Secundum quod hic in textu tangitur, quis bona illorū qui seipsos interficiunt accipit, id sub distinctione intelligendum erit, quia vel ex egritudine aliqua vt sunt melancolici, frenetici, seipsos interficiunt, bona eorū propinquis cedunt. [c] Si vero occidant se metu penę mortis quam iudiciū eis inferre deberet propter delictum bona eorum fisco applicantur, de primis habetur. C. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt. L. i. De secundis vero habetur. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consci. L. qui rei, &. C. eo. ti. L. vlti. Nec huiusmodi homines mortem sibi conscięntes in sacris locis sepeliri debēt nec ꝓ eis exorandū est, vt. xxiij. q. v. c. tu dixisti, &. c. placuit.

c. Concordat Iur. Mu. ar. xxvi. glo.

Tertium in textu tāgitur de bonis derelictis pro quibus aliquis vita priuatur. Bona em huiusmodi anno & die per iudicē seruari debent, si quis iure ad illa se traxerit vt sibi restituantur, vt supra eo. li. ar. xxv. & in glo. Quarto docetur hic quo pacto vnus hic ad bona huiusmodi se trahere debeat Iudicē em eum adire oportet mettertiusq; iurare qd' bona illa eius sunt, vt infra eo. li. ar. xxxvi.

¶ Sed querere aliquis posset, quur annus & dies expectatur, posti q̄ enim iste vtpote maleficus conuinci deber, depredatus contra eum quęrulari necessario teneē etsi quęrulet quur anno & die expectare teneatur. R. quod sępe contigit multos in vna strata publica simul & semel depredari. Vnus vero duntaxat inuestigat predonem & agit, quare alij expectandi veniunt vt textus habet. Quinto quod neq; alicuius res propter alterius vicia vsurpari possunt, & hoc fit propter duo. Primo propter id quia iam predo vitam perdidit suam & ita bona alterius vltra id perdere nō potuit. Secundo quia si duo fratres, vel pater & filius coniuncta habeant bona, si vnus eo-

rum vitam deliquerit aut sua bona, alterius tamen bona perdere non potest. Si ego etiam alteri bona cōmodauero & ille vitam demeretur nō propter hoc ego bona perdo mea vt hic & C. de pęnis. L. sancimus

Articulus XXXII

Dominus pro famulo suo [a] non nisi quantū prætium eius se extendat actioni respōdebit nisi forte maiora pro eo fuerit stipulatus. [b] Expellat si dominus mercenarium ei plenam mercedem præstare tenetur. Relinquet autem mercenarius dominum importune, quātum eius summa præcij constat domino obligatur, [c] etsi aliqua pars præcij eidem sit persoluta in duplo reddere compellitur.

a. Vide infra li. iij. ar. vi.

b. Concordat Iur. Mu. ar. lxxx.

c. Hoc est quantum sibi mercedis promissū est tātum domino soluere tenebitur.

Glosa.

Dominus pro famulo suo. &c. dominus em non tenetur de facto familię suę, nisi mandauerit vel ratum habuerit. Sed pro seruo eius tenetur in quantum ad ipsum peruenit, & tūc nomine serui tantum tenetur noxialiter. ff. de vi. & vi. arma. L. i. §. si quis &. §. sequen. Et si familia aliquid fecerit non tamē nōmine domini, dominus potest illud non habere ratū. ff. de neg. gest L. si pupilli. §. sed si ego, & illud regulariter est verū, vt in regula ratū, de reg. iur. lib. vi. Pro materia istius etiā vide in. c. i. &. c. cum ad sedem, de resti. spo. per doc. Respondebit. &c. Et si vltra pro ipso soluit, ab eo recuperat, vide in addi. Spec. ti. de iniur. & in specu. in versi summa.

Expellat si dominus mercenarium. &c. Vnde dicit lex. Cōductor omnia secundum legem conductionis facere debet. Et si quid in lege cōductionis prętermissum fuerit, id ex ęquo & bono debet prestare, vt in. §. conductor in fitu. de loca. & conduct.

Glosa.

Articulus presens de excessibus famulorum disponit quos q̄nq; sine iussu & voluntate domini euenire cōtingit. [d] Vnde pro intellectu istius nota quod famuli duplices sunt. Quidam qui serui & mancipia proprie dicūtur qui & illiberi sunt, vt sunt bello capti vel

d. Famuli duplices.

precio empti, vt Insti. de iur. pso. §. serui. Alij sunt qui nobis famulantur, liberi tamen homines manent, vt insti. per quas perso, nobis acqui.. §. i. Vnde dominus pro seruo seu mancipio respōdere tenetur prout actor damnū suum iure contra eum proposuerit. Vel eundem actori pro excessu presentare [e] tanq̄ instrumentum aliquod excessum vel damnum faceret, vt infra eo. li. ar. xl. & insti. de noxa. accii. §. ex maleficijs.

e. Absurda & immanis est hec glosa declaratio ubi seruum comparat cum homo etiam seruitus conditionis creatura rationalis dei sit.

Notandum specialiter circa id de seruis ipsis Dominus si quidem seruum suum de crimine capitali accusatum defendere potest, & in iudicio sistere accusatoris intentionibus respōsurus, seruum enim domino defendere permissum est, vt pro eo competentes possit offerre allegationes post probationem autem criminis nō ipse dominus sed seruus pro suo dilecto sententiam sustineat, vt. C. de accusa. & inscrip. L. si cuiusdam.

[f] Prętera sciendū quod serui facere noxam possunt dupliciter. Primo de scitu & voluntate domini, & vt sic dominus respondere tenetur, qui enim aliquid facere procurat, ac si solus fecisset iudicatur. vt. ff. de noxa acci. L. ij. & L. in dilectis, &. C. eo. ti. L. ij. Secundo cum delinquunt sine scitu & voluntate domini, & vt sic liberantur domini ipsi vt rextus habet.

f. Serui noxam facere possunt dupliciter

[g] Quęritur si multitudo seruorū vel tota familia noxam fecerit, quid in eo casu faciendū. R. quod dominus optionem habet, aut totam familiam dandi illi cui noxa facta sit, vel damnum soluēdi ac si vnus noxam fecisset, hoc tamen verum est si eo inscio noxa huiusmodi facta sit. Si vero conscius erit poterit conueniri nomine suo, & nomine singulorū de familia, vt. ff. si fami. fur. fecis. dica. L. vti Iissimum. Alij vero famuli qui famulātur ex mercede ad tempus certum pro istis dominꝰ non respondebit, nisi in quantum prećiū eorum sit, vt textus habet, & hoc ex eo quia huiusmodi famulus non est proprię seruus aut mancipium sui dñi, & ita pro eo respondere nō oportet, vt insti. de iniurijs. §. sed si liberō. Dicere quis posset textum articuli in eo casu cōtrariari infra. ar. xxxiiij. eiusdē libri, vbi dicitur qui alterius famulū percusserit captiua uerit, tam domino q̄ famulo prestabit emendam. Si vero actio dño admittitur & emenda prestatur pro iniuria famuli, merito etiā pro excessu familię rndere deberet. R. qd' nō est similе, nec vnum contrariatur alteri, ibi enim in articulo allegato dominus non agit nisi ꝓ damno & iniuria sua. Articulus vero presens de noxa famuli disponit pro qua ipse famulus respondere solus cogitur. Si quis etiām cōtra dominum actionem intentare velet in casu presenti, quod scitu voluntate cōsilio eius factum sit respondere etiam cogitur dominus ipse, v. ff. si fami. fur. fecis. dica. L. i

g. Serui multi si noxam fecerint qui tenaeatur in eo casu.

Dicere iterum quis posset declarationē glosse

non per equum quadrate quia dominus in maius respondet pro seruo illibero q̄ pro famulo mercenario, cum tamen eque iste sicut & ille seruus eius est. Quamdiu enim rem conductam habet quis tēpore conductus res illa eius est, ac si mancipium eius sit proprium [h] Si ergo vnus sicut & alter per equum sibi ptinet quare respōssio equaliter pro vtroq; fieri deberet. R. quod dominus pro vtroq; respondere equaliter videtur, famulus enim liber famulatur pro pecunia & mercede, dominusq; illam tribuit pro noxa seu excessu, vt textus habet. Seruus vero seu mancipium seruit etiā pro mercede que est vita ipsius, hoc est vt in vita cōseruetur. Si ergo dominus dat vitam serui pro excessu illius dat mercedem ipsius, & ita equaliter respondere pro vtroq; videtur. Quod autem vita serui sit merces ipsius, habetur insti. de iur. perso. §. serui.

Quērere quis possit, an domino seruum occidere liceat suum. Ommissis in contrariū opinionibus. [i] R. quod dominus seruum occidere nō debet, nec de iure sibi id facere admittitur ex duobus. Primo qa vita serui est eius merces deseruita pro qua laborat. Secūdo qa legibus Romanis id prohibitum est, dato ēm quod seruus suus sit occidere tamē eum nō licet. [k] Nullus siquidem re sua male vti debet vt insti. de his qui sui vel alieni sunt iur. §. sed hoc. Vnde potius serui vendi debent propter seuitiam dominorum q̄ quod interficiantur vel eis abutatur, emendari tamen & castigari iure poterint, vt. C. de emendatione seruorum. L. i.

Expellat si dominus. &c. hoc ex eo fit ne dominꝰ defraudetur opera sua, & famulus mercede & pane suo, & ita vnus refundit alteri pro dāno vt textus habet. Alias si id per articulum presentem expressum non esset, extūc dominus seruo & econtra damnum refunderet teneretur id quod leges suadēt, vt insti. de. loca. & conduc. §. penul. &. C. eo ti. L. prses.

h. Cōcordat Iur. Mu. ar. lxxx. glo.

i. Domino seruum occidere leges uetant.

k. Nullus etiā re sua male uti debet.

Articulus XXXIII

MErcenarius si matrimonium contraxerit aut ei tutela incumbit pupilorum licite a domino recedet & per quantum tēpus famulabatur tantum a domino consequitur præcij, [a] quod si plus acceperat hoc tantūmō restituet sine emenda.

a. Vide ad hūc passū infra ar. lxxx.

Glosa.

Mercenarius si matrimoniū contraxerit, &c facit ad hunc arti. ff. loca. L. dñs, dicit ēm lex quod qui operas suas locauit totius temporis mercedem recipere debet, si per eum non steterit quo minus operis prestaret, vt in. L. qui operas. ff. loca.

Glosa.

In textu duę tanguntur causę propter quas famulus liber licite a domino recedere potest. [b] Prima est matrimoniū & hoc est propter sacramenti illius dignitatem quod & inicium est omnium bonorum, vt insti. de iur. na. §. i. Nullus itaq; sacramentum illud prohibere potest seu impedire. Secūdū est tutela & hoc fit ratiōe pupillorum, discessus enim famuli a domino non est ita nociuus dño sicut pupillis damnū esset, si sine pupillo maneret. [c] Vnde nota quicquid aliquis facit quod ius suadet recte facit & facere tenetur vt hic in textu de mercenario, qui q̄is ꝓmiserit seruicium domino, recedere tamen potest ex causis in textu positis, vt insti. de excusa. tuto. §. non esse [d] faciens ēm quod ius dictat omnia soluit promissa & iuramenta nedum in isto casu, sed & in omnibus, vt. C. de legi. & cor sti. L. non dubium, &. xxij. q. iiij. c. in malis.

b. Causa duplex quod famulus dominū dimittere licito potest.

c. Quicqd aliquis facit quod ius suadet recte facit.

d. Faciens id quod ius dictat omnia soluit ꝓ missa.

e Quęritur an operas seu labores quis perpetuo locare vel conducere possit. Quidam dicunt quod nō, quia alias libertas sua sibi inutilis esset, vt. ff. de condi. cau. da. l. dedi. §. si. liber homo. &. ff. de libe. homi. exhi. L. ij. R. tamen sub distinctione qui seipsum conduceret sequeretur quod esset illiber vt leges allegate senciunt. Cōducere vero labores suos bene poterit nec per hoc dero gatur libertati eius, alium enim in locum suum surrogare poterit, vt. C. de epis. & cleri. L. si quis &. L. ad similitudinē, vt sic enim non teneatur vnꝰ totum solus laborare, vt. C. de cadu. tollen. L. vrica. §. ne aūr, &. ff. de duobus reis stipu. L. nemo, & istud bene fieri potest, quia prcium illud alteri bene cōferre poterit, vt. ff. de re. iudi. L. si quis ab alio. §. fi.

e. Operas seu labores suos an quis perpetuo locare posset.

Quęritur an alique alię sint causę vt mercenarius dominū relinquere possit. R. quod nō nisi forte aliqua euidens causa vel damnū immineret maximum, vel de voluntate domini id fiat, vt insti. de loca & conduc. §. vlti. ff. de reg. iur. L. nihil, extra de reg. Iur. c. i. In fi. q mo. tolli. obli. §. itē si reus, & ibidē in prin.

Articulus. XXXIIII

EAmulum alienum [a] si quis percusserit captiuauerit spoliauerit propter domini odium & culpā tam dño q̄ famulo præstabit emendam [b] nisi suo confirmauerit iuramēto quod hoc in domini seu utriusq; contumeliam non sit factum siue in domini damnum, quo opera per famulum dommo facienda nō perielitetur, ut sic enim duntaxat famulo seu seruo emendabit. [c] Si uero affirmare uellet hoc in damnum domini non feciſſe ipse damnū huiusmodi debet quemadmodum seruus seu famulus debuisset si seruicium domini sui non iure deseruisset resarcire, & cum emēda ut supra dictum est nisi se excuset liberare. Qui hominē tenet captiuū respondere tenetur omnibus suis uxoriq; ipsius & cuilibet cognatorum agere uolentium q̄diu per eum uinculis est mancipatus.

a. Iur. Mu. ar. lxxx. glo

b. Iure Mu. ar. ij. glo.

c. Textus uetustiores ita legunt famulum alienum si quis percusserit ceperit spoliauerit tantummodo ꝓ domini culpa iuste satisfaciat utriq; nisi uret quod in damnum domini uel dedecus hoc non fecerit quia ut sic euadet una emenda, Dedecus dico si ipsum percutit propter culpam domini & non propter culpam serui, uel propter culpam utrorumq;. In damnum dico si ratione uerberorum dominus in obsequio notabiliter impediatur suo. Ille etenim qui sic lesit famulum domino supplere tenetur sicut seruus ille deberet si sine causa seruiendum dimisisset.

Glosa.

Famulum alienum si quis. &c. Vnde etiā dicit lex imperialis. Sed si libero qui tibi bona fide seruit iniuria facta sit, nulla tibi actio dabitur. Sed suo nomine is experiri poterit nisi in contumeliam tuam pulsatus sit, tunc enim competit & tibi iniuriarum actio quociens in tuam contumeliam & iniuriam facta sit, vt insti. de iniur. §. sed si libero. Vide etiā qd notat. Inno. & hosti. in. c. dilectis ad apel. & quod nota. in glo. que incipit dicebant in. c. autoritate de priuile. lib. vi.

d. Seruus à seruando dictus concordat supra li. i. ar. xvi. & infra li iij. ar. xlij. Iur. Mu. ar. ij.

e. Concordat Iur. Mu. ar. iij. & ar. iiij.

Glosa.

Pro intellectu textus clariori [d] nota qd seruus mancipij nomen est in latino seruus a seruando dictus, bello enim captus occidi potuit vita tamen donatur & loco mancipij seruatur, vt insti. de iur. perso. §. seruí autē, & istis non competit actio pro iniurijs si percussus vel captiuatus sit, nec emendā accipiunt verum pro iniuria eorū domini actionem intentabunt ipsiusq; emendabitur, vt insti. de iniur. §. seruis &. ff. eo. ti. L. apud labeonem. §. interdum. Vnde & textus articuli non debet intelligi de huiusmodi seruis & hoc ex eo liquet, cum dicitur quod vtriq; emenda exoluitur, si in contumeliam vtrorumq; iniuria illata sit, vt insti. ad le. aquili. §. illud. e Serui autem emendam non accipiunt sed domini loco ipsorum verū textus intelligitur de mercenarijs liberis qui pro pecunia nobis seruiūt qui & famuli dicūtur, vt supra eo. li. ar. xxxij & insti. per quas perso. nobis acqui. §. acquiritur, & isti diferunt plurimum ab illis prioribus nec aliqua dominis pro eorum iniurijs competit actio nisi in contumeliam domino rum factum [h] sit vt textus habet.

Notandum vlterius quod in textu pro tribꝰ excessibus emenda exprimitur. Percussiōe vi delicet captiuatione & spolio, cum tamen ꝓ nulla earum emenda competat, omnes enim sunt criminales nisi forsan dicere velis, quod pœna quam occasione istius patitur sua emēda esset, quod tamen fieri non potest quia textus habet quod vtriq; dare emendam cogitur hoc ipse cū pœna satisfacere minime potest. Pro intellectu istius responde quod percussio est duplex. [f] Vna est cum vis infertur & armata manu vnus aliū inuadit, exindeq; vulnera eueniunt duellaria, actioq; criminalis subsequitur. Alia est percussio que & verberatio simplex dicitur sicut in maxillam cesio. &c. & pro his datur emēda vt hic, distinctionem etiam huius vide supra li. i. ar. lxviij li. ij. ar. xiij. &. ff. de iniur. L. lex Cornelia. [g]

f. Percussio duplex.

g. Spolium duplex.

¶ Spolium etiam est duplex. Quidam enim spoliat id quod alienum est, & pro eo nō pertinet pecuniaria emenda quia actio criminalis est, vt supra eo. li. ar. xiij. §. iiij. ff. vi bono. rapto. L. vlti. Quidam spoliat id quod suū est, sicut qui se intromittit possessioni sine iudicis cōsensu rei quā alter prius possederit dato etiam quod res illa sua fuerit, emenda nihilominus propter id exoluitur, vt supra eo. li. ar. xxiiij. Insti. vi. bono. rapto. §. sed ne dū, &. C. vnde vi. L. si quis in tantam. [h]

h. Captiuitas duplex

¶ Captiuatio insuper est etiā duplex. Vna cum carceribus vel compedibus aliquis conficitur, & ista est penalis, vt infra eo. li. ar. vlti. Alia est cū vnus detinet per tunicam vel alio quoquismodo cum iniuria alterum quod vltra ire non possit, vt. ff. de vi, publi. L. & eum & insti. de iniurijs. §. ij. In tribus vltimis hartū subdiuisionum modis, emendare oportet famulo libero pro eius dolore, dño vero pro contumelia, vt insti. de iniur. §. sed si &. ff. eo. ti. L. item apud labeonem. §. interdum. Seruo vero si quid tale acciderit nihil sibi emendecedit, vt insti. eo. ti. §. seruis autem.

Nisi suo confirmauerit iuramēto alij vero textus habent, nisi suo audebit confirmare iuramento. i Vnde istud verbum audebit diligēter attendendum est illis qui iurare volūt. In omni enim iuramento necessario vt sit veritas, sinceritas, & iustitia, etsi quid horū desit periurus efficitur, iurat enim id quod nescit, vt extra de iureiuran. c. etsi. Christus. xxij. q. ij. c. animaduertendum vers. item qui falsum. Positq; vero vt sic iuramento confirmauerit immūis erit iure Saxonico, speciale etenim ius Saxones habēt quod ad obiecta iuramento se expurgare possunt [k] nec cōtra il-

i. Iuramentum præstare uolēs quid considerare debeat & quæ circa iuramentū necessario considerā tur.

k. Super periurio actio non datur, ut dē supra li. i. ar. xviij.

Ios datur actio super periurio, vt supra li.i.ar. xviij. Licet secundū leges actio super periurio instituī possit nisi forsan iuramentū sibi deferatur in defectu aliarū probationum, vt. C. de proba. L. actor, & L.fi.ff. de iniur. L. lex Cornelia. §. hac lege.

In textu & signanter in annotationibus vbi dicit dedecus vero. &c. Ex isto doctrina datur, quod quicquid vnus probare vult per distinctiones & differentias vt id faciat necesse est, vniuersale enim & generale recte limitatur per speciale, in toto enim iure generi derogatur per speciem & illud potissimum habetur quod ad speciem directum est. vt. ff. de reg. iur. L. in toto, & extra eo. ti. c. generi. lib. vi.

Emendare oportet. &c. Intellige de illis qui contumeliam fecerunt à quibus contumelia irrogatur vel irrogari potest [1] sunt enim alii qui quis contumeliam faciunt pro contumelia tamen non reputatur & hoc fit vel ex parte illius qui infert vt sūt pueri vel furiosi, isti enim nec inferre alteri nec eis inferri infamia potest, vt insti. de iniur in certis passibus. Vel ex parte illorum quibus inferri potest, vt domini respectu seruorū, parētes respectu puerorum, vir respectu vxoris, dominus respectu libertini quem manumisit & qui seruus suus antehac erat, ab istis enim nulla infamia irrogatur, vt insti. de iniur. §. ac si. C. de emēdaci propinquo. L. in corrigēdis. C. de emēda. seruo. L. si virgis. De viro respectu vxoris habetur in auten. vt lice. ma. & auie. §. siquis autem coll. viij. Vnde etsiquidem in contrariū istius videtur esse in auten. de nup. §. si igitur coll. iiij. Lex tamen ista correcta est p̄ prius allegatā, de domino respectu libertini habetur. C. de in ius vocando. L. venia.

Quemadmodū famulus debuisset. &c. hoc est tenebitur domino prestare tantum pecuniarum quantum precij famulo promissum fuit, etsi quid precij famulus ceperat duplum restituere, vt supra eo. li. ar. xxxij.

Qui hominem tenet captiuum. &c. Paragraphus iste contrariari prioribus videtur, vbi dictum est famulum alienū si quis captiuauerit iuramento excusare se poterit quod in cōtumeliam domini id factum nō sit, hic vero dicit quod omnibus occasione istius respondere tenetur. R. quod nulla in eo est contrarietas, intellecta distinctione captiuitatis de qua a principio huius glosse dictum est. Loquitur enim hic in isto paragrapho de captiuitate quę fit cum carceribus vel compedibus & ita penalis, & vt sic captiuans aliquē respondere cogitur quia vt predo reputatur, vt supra eo. li. ar. xiij. & ff. de capti. & postli. L. hostes, quod autem omnibus respondere teneatur habetur insti. vi. bono. rapto. §. vlti. Intellige etiam sane paragraphum primum quod videlicet captiuans aliquem innocentiam potest declarare suam in contumeliam domini nō fecisse. Si & inquantum corporaliter id ita fore probari non possit, alias non admittitur sibi iuramentum, vt supra li. i. ar. xv. & xviij. & hoc idem in textu targitur, cū dicitur q̄diu per eum vinculis est mācipatus vt. C. de edendo. L. ij.

[1] *Contumelia a quibus non infertur.*

Articulus XXXV

MAnuale factum fit cum faciens in facto aut in facti fuga repitur [a] uel ubi furtum aut spolium in suis clausuris quas persona liter occludere solet inuenitur [b] nisi sint res adeo parue quod per fenestram illic immitti possint.

[a] *De manuali facto uide.*

[b] *Concordat supra li. i. ar. lxvi. Iur. Mu. ar xxvij. & Cxv.*

Glosa.

Aut in facti fuga reperit. &c. [c] Hic est casus vbi fuga facit quē adeo suspectum quod possit contra eum ferri sententia de hoc in specu. de presumptio. §. hic per Ioannē Andree in additionibus, & habetur hic fugiens pro cōfesso. ff. de suspectis tutori. L. impuberibus & de custodia reorum. L. in eos, & in auctenti de exhib. re. §. si vero coll. v. & ibi p̄ laco. de bel. Nocet ergo fuga. ff. de eo quod met. cau. L. metum. §. i.

[c] *Fuga facit unum adeo suspectum quod contra eum sententia ferri possit.*

Glosa.

Quandoquidem superius dictum est actiones diuersificari secundum diuersitatem facti, aliamq; actionem instituī oportet cum factū sit manuale, aliam vero cum factum iam sit pernoctatū. [d] Vnde nota manualis facti triplex iudicium est & secundum quod factum manuale triplex est. Ita etiam in facto illo tria considerantur. Primo quod captus in manuali facto ad fideiussoriam dari non debet, nec eidem alter prefigi terminus sed in instanti iudicat, vt supra li. i. ar. lv. & lxvi. & C. de custo. reo. L. in qua cunq;. Secūdo quia sic deprehensi negare factum non possunt. Actor etenim eos metseptimus conuincit, vt supra li. i. ar. lxvi. & C. de accusa. & inscrip. L. singuli. Tertio quęcunq; sententia contra eū ferretur eam increpare non potest, vt supra eo. li. ar. xij. in fi. & C. quorum appellaci. nō reci. L. obseruare, & ff. de appel. nō recipi. L. vlti. Quod autem manuale factum in se triplex sit ex his quę sequuntur habetur. e Primo quia factum huiusmodi ius nō negatiuum habet ita quod negari factum non poterit, verum

[d] *In manuali facto tria considerāda. Cōcordat Iur Mu. ar. Cxv glo.*

[e] *De manuali facto uide. Concordat Iur. Mu. ar. Cxv. glo.*

ita euidens ac si ad manum affixum sit illi qui sic in facto comprehenditur, vt. ff. de furtis. L. fur. Secundo manuale factum fit si in facti fuga deprehenditur, vt. ff. eo. ti. L. siue igitur. Tertio manuale factum dicitur si furtum vel spolium in suis scriniis ad quas ipse solus claues portat inuenitur, nota interq; id additur ad quas ipse solus claues portat. Si enim clauem alibi seruare solitus est, vel alicui alteri tribuere, vel si res ita parue sint quod per fenestrā vel foramen ibidem proici possint non impingitur sibi factum huiusmodi. Alias si ista non interuenirent reputabitur quod illa furatus est vel furari subordinauit, quod vnum & idem est, vt supra eo. li. ar. xiij. & C. de his qui latro & aliis crimi. reos occultan. L. i. & ij.

[f] *Iudicium & actio pro manuali facto triplex. Concordat Iur. Mu. ar. cxv. glo.*

f. Notandum preterea quod iudicium & actio pro manuali facto triplex est. Primo cum expetitur duntaxat ab his contra quos querulatur pœna, sicut cū agitur contra proscriptos ibi enim actori nihil sequitur ex pœna rei. Secūdo actio fit tantūmodo pro bonis occupatis p reū, vt videlicet si mobilia sint quod agat contra eum pro eo quia ex possessione illa accepisset sua, expetens vt ablata restituātur, vt supra li. i. ar. lxx. in prin. & insti. de acci. §. omnium. Tertio cum expetitur vtrunq; tam pœna q̄ bona occupata seu ablata, vt cū quis p̄donem cum p̄da vel furem cū furto iudicio p̄sentat expetens vt ablata restituantur & malefactor puniatur, vt supra eo. li. ar. xxv. & xxxi. & infra arti. xxxvi. & insti. de acci. §. ex maleficijs. §. vi autem &. §. sed & legis aquilie.

Articulus XXXVI.

Furti in toto

QVi post alterum diem furtum aut spolium sibi illatū apud quenq̄ inuenerit et ille res huiusmodi aperte ac manifeste emit nec postea occulte seruauit qd' et testari poterit, per manuale factum nō est incusandus, [a] dato quod res ablata apud eū reperiatur nisi forte sui iuris passus sit detrimentū, sed actor cum licentia iudicis suas res potest uēdicare. Si autem ille resistere, nec huiusmodi res sibi dare uoluerit anteq̄ ad iudicium ueniat, actor petat ut ille secū ad iudicium diuertatur, hoc si negauerit clamorē uiolentiæ desuper excitet in comprehendendo eo tanquam furem proprium et ac si factum manuale sit, fugiendo etenim ille reum sese effecit. Si uero reus cum actore uoluntariæ ad iudicium properabit actor iure rem suā uendicet. Contradicatur autē a reo ueluti si pannus sit, per eum texuisse, aut si animal uel equus fuerit per ipsum educatum, possessor maiori iure sacramento proprio & duorū uicinorum res huiusmodi obtinebit q̄ quod actor illa occupare ualeat, Dicat uero possidens rem in cōmuni foro esse ab eo emptā sed se ignorare uenditorem innocens erit furti dummodo locus emptionis & emptio sub suo iuramento indicetur. Nummi autem ab eo pro ea re dati perduntur, si actor rem suam cum duobus uiris poterint comprobare qui fuerint pleni iuris quibus & illud notum sit quod sibi ea res sit furtiue uel per spolium sublata. [b] Si uero possessor dicat rem sibi esse datā uel ab aliquo emisse, extunc donato rem aut uenditorem & locum emptionis eum nominare oportebit. Iurare etiam tenebitur quod eum ad uerum uarendatorem, nō ad aliam partem fluuiorum nauigabiliū existentē perducat, quē & per quindenam sequi tenetur quocūq; ierit, excepto ut dictū est ultra flumina nauigabilia. Si uarendator id recognouerit eundem intercedere ac pro ipso respondere tenebitur. [c] Si autem in uarendatore defecerit, ipse rē cū mulcta & emenda relinquet, [d] & si pro furto uel spolio rei inculpatur, secundum iura se excusare tenetur. Defecerit etiā uendicator seu actor in uendicatione [e] mulctā atq; emendam retromittit. Multos uarendatores nominare admittitur & unus ali

[a] *Concordat Iur. Mu. ar. xxvij. & cxv.*

Regens practica

[b] *De arestatione equi & cæterorum animalium. Vide Iur. Mu. ar. cxxxij. & cxxxv.*

[c] *Vide Iur. Mu. ar. lvi. glo.*

d. *Sciendum ex lege xij. tabu. res furtiue usucapi non possunt, ubi dicitur, res furtiue ne usucapiuntor.*

[e] *Alij textus habent cum mulcta & emēda desistere cogitur.*

f. *Scias quod præscriptio sequens rei traditionem confirmat emptori dominium, et confirmato domino cessat actio de euictione, ut in .L. si obligata. C. de euicti. Etiam si post longum tempus res non præscripta euincatur de euictione agitur, nisi legitima enunciatio præcesit tollitur tamen spacio xxx. annorum, ut no. accur. in L. empti. C. de euicti. Quid autem sit de iure nostro Municipali uide infra ar. liij. & li. iij. ar. lxxxv. Re autem euicta ueniunt sumptus & interesse meliorationis. C. de euicti. L. fi. controuersia, & L. si cũ quæstio.*

um nominabit ac ad illum se trahet quouscq; ad eum qui illud educauit, si pecus est, aut qui texere fecit si pãnus est peruenietur. Mettertius uẽdicator si detentor deficit rem obtinebit. Sub quo res uendicantur eadem retinere debet quouscq; ab eo iure acquirantur.

Glosa.

Contradicatur autem a reo possidente. &c. Nota quod si reus negat se rem petitam possidere cum tamen ipse possideat facta de hoc fide cũ quis actor non probat rem suam esse trãsferenda tamen est in eum possessio, vt nota. de iur. calum. c. pen. & de testa. raynaldus.

Contradicatur autem. &c. facilius enim de nouo aliquid acquiritur q̃ recuperetur amissum, sic arguit glo. de pe. dist. i.

Nummi pro ea re dati perduntur. &c. Concordat etiam lex cõmunis cum dicit. Inciuilem rem desideratis, vt agnitas res furtiuas non prius reddatis q̃ precium vobis sit solutum a dominis. Curate ergo cautius negociari, ne non tantum in damna huiusmodi sed etiam in suspicionem criminis incidatis, vt. C. de furtis. L. Inciuilem &. L. ciuile est. Sic etiã & alibi dicit lex. Quod ego consequor rem meam a violento, vel ab eo qui habet sine pręcỹ restitutione. C. de rei ven. L. mancipium. Qui tamen possidet res alienas non succumbit nisi actor probet de iure suo. C. de rei. vẽ. L. res alienas.

Quem per quindenam sequi tenetur. &c. alibi dicitur guarendare vt in vsi. feud. de lege contradic. si inter. De iure vero cõmuni venditor debet defendere emptorem in foro emptoris. Vnde dicit lex. In rem actio non cõtra venditorem sed contra possidentem cõpetit, frustra itaq; desideras non tecum congredi sed cum actore tuo, idest venditore dominium vendicare cum te possidere contendas. Nam si denunciasti ei qui tibi vendidit, intelligis euictionis sibi periculum imminere, nec enim iurisdictionis forma in eadem prouincia constitutis tam petitore q̃ possessore ob actoris personam quem in alia prouincia dicis consistere debet immutari, vt in. L. i. C. vbi in rem ac exer. deber. g Hic tamen de iure municipali secus videtur. Et vẽditor tenetur emptori de. euictiõe & venditione venditam rem defendere expẽsis ipsius vẽditoris, nisi aliud esset dictũ in contractu, de hoc per Caspa. de cal. in remisso. de ven. in ver. vendere. h Et nota q̃d' dere vendita & tradita pręcio non soluto agẽdum est personali ad pręcium & non rei vendicatione ad rem. C. de acti. emp. & ven. L. ex arrali. Et in huiusmodi contractu veniũt vsure, idest interesse ex quasi mora. C. eo. ti. L. curabit. Et actio ex vendito datur ad pręcium & non ad rei restitutionẽ nisi hoc sit actum in. L. venditi. C. eo. Et solutio pręcỹ de pecunia venditoris emptorem non liberat. C. eo. L. si seruos. Et in huiusmodi contractu sine traditione dominium non transfertur. C. eo. L. si pater. &. L. si ancillam, & in hoc contractu pręcium non est interesse, vt probat lex sicut. C. eo. ti. de acti. emp. & vendi.

Glosa.

Determinauerat antehac articulo pręcedenti de facto manuali, & quid incommodi euenit cum quis in facto comprehenditur huiusmodi, per constitutionẽ articuli pręsentis datur cautela subueniturq; innocentię hominũ quibus quandoq; euenit rem emere furtiuam qui putant ex dominio venditorem pertinere, vt videlicet ille defendere se possit autoritate articuli pręsentis, subtilemq; autor priuilegij in eo casu seruat processum. Peruersis etenim & transgressoribus pro factis eorum pena non denegat, vt in auten. de man. prin. §. neq; autem, col. iij. &. ff. de mino. L. auxiliũ et in auten. de mona. §. si vero, coll. i. Innocentibus vero defensam proponit ac porrigit, qui enim ius suum non defendit vt iuris est eius negócium conculcatur, nam error cui non resistitur approbatur, & veritas cũ minime defensatur opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est q̃ fouere, neq; caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare, vt. lxxxiij. dis. c. error.

i Sciendum circa id quod non omnes manuali facto deprehendi possunt nec vt fures iudicantur apud quos furtum vel spolium reperitur. Vnde pro intellectu istius quod is apud quem res furtiua reperitur fur non iudicetur k vel pro fure non reputetur tria necessario cõcurrunt. Primo quod illa res sit pernoctata, vt hic a principio textus, &. ff. de fur. L. quo destinauerit. Secundo quod non occulterur, vt. C. de his qui latro. L. i. &. ij. & insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. oblatum. Tertio quod ille apud quem res huiusmodi reperit, sit pleni iuris, vt hic & supra li. i. ar. xxxix. & C. de exhiben. & transl. re. L. i. &. ff. de his qui notan. infa, L. ictus fustium.

Sed actor cum licentia iudicis. &c. l Hic tria ex ordine tanguntur huic qui rem vendicare vult plurimum necessaria. Primo quod cum licentia iudicis id faciat, vt hic & C. vt nemi. lice. sine iu. aucto. L. rebus. Secundo vt certo sciat rem illam suam fore quam vendicare ponit, dato enim quod iudex sibi admittat, res tamen sua non sit quam vendicat damnũ in eo patietur, vt hic in textu &. ff. quę sen. sine appell. rescin. pos. L. illud. §. item. Nullus itaq; iudice se excusare poterit, nam iudex non plus admittere potest nisi quod ius ipsum admittit. Si quid vero contra iuris ordinem admittit, illud non facit vt iudex quare admissio nulla, vt. C. quan. appel. non est necess. L. si cum &. ff. de reg. iur. L. factum, extra eo. ti. c, ea quę li. vi. Tertio quod ille qui vendicare vult, vt id faciat secundum quod ius suader, quia alias cadere a causa possit, vt in auten. de pa. tenen. in vsi feu. L. hac edictali. in fi. col. x. &. C. de ordi. cogni. L. si res. Id vero quod dictum est secundum quod ius suader idest vt procedat secundum cursum & ordinem iuris, vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufragio. §. eos autem. coll. ij. &. ff. de re. iudi. & effec. sen. L. qui pro tribunali.

k. Res furtiua apud aliquem inuenta ut eo uadat penam furti, quæ requruntur.

l. Vendicare rem uolens aliquam quæ requruntur.

i. Non omnes ut fures iudicantur apud quos furtum reperitur. Concordat Iur. Mu. ar. xcij. & ar. cxxxv.

m. *Possessor rei dupliater rem defendere potest. Concordat iur mu. ar. Cxxxv. glo.*

Si autem ille resistere voluerit. &c. m Nota quod ille qui rem possidet duplicem resistentiam & defensam contra vendicatorem habet. Primo extra iudicium & hoc dupliciter. Vnomodo cum defendit vnus rem suã si qs violenter sibi eam arripere vult, vt supra eo. li. ar. xiij. &. ff. de vi. & vi. arma. L. idem est. §. si quis autem. Secundo cum quis defendit & impedit rem alterius quod tamẽ ei facere nõ licet, & sic faciens pro prędone censetur, pro vno enim & eodem reputatur qui bona alterius rapit, & qui aliquem in vsufructu proprie rei impedit, vt insti. de vi. bono. rapto. §. qui res, & insti. de oblig. quę ex delict. nascũ. §. furtum. Secundus modus defense contra vendicatorem fit coram iudicio & istud rangitur in textu cum dicitur, si vero reus volũtarie ad iudiciũ properabit, defensaq; huiusmodi fit per contradictionem. Quẽadmodũ em miles defendit se in bello gladio, ita accusatus responsione contradictoria coram iudice, vt insti. de excep. §. cõparate, &. ff. de excep. seu. prescrip. L. exceptio.

n. *Practicã uide quo pacto unus in uendicatione rei procedere debet.*

Actor iure rem suam vẽdicet. &c. hoc est per sententiam & cum licentia iudicis, alias extra iudicium non requiritur consensus iudicis, n Vnde corã iudicio cum quis vendicare vult rem aliquam hunc modum seruare debet dicendo. Domine iudex peto mihi de iure admitti vt rem vendicare possem meam quod & admitti sibi debet. Circa id nonnulli dicũt cum quis vendicat & se intromittit rei alicui⁹ & signanter si pecus vendicare nititur o calcare debet in dextrum eius pedem & arripere per dextram auriculam, parum tamen de eo curandum est, attingere etenim & apprehendere vnusquisq; rem suam quam vendicare conatur potest quomodocũq; poterit, vt insti. de lega. §. sed olim, &. ff. eo. ti. L. si a pluribus.

o. *Iur. Mu. ar. Cxxxv. admittitur hæc consuetudo.*

Contradicatur autem. &c. dictum siquidem est quomodo actor rem vẽdicare debeat, in isto paragrapho datur modus quo pacto respondens contra vẽdicatorem sese defendere possit, quemadmodũ enim vt dictum est miles in bello defendit se gladio, ita accusatus iudicialiter per contradictionem & responsionem resistit aduersario, vt insti. de excep. §. cõparate, & complectitur breuiter omnes respondentis contradictiones in his tribus cautelis in textu positis, quod videlicet vel rem emit, vel eam educauit, vel solus opatus est. p Dicere quis possit autorẽ priuilegij insufficienter expressisse modos defense contra vendicatorem, nam pręter hos in textu positos alij q̃plures inueniuntur sicut forte quia rem quę vendicatur inueni. Vel ex deuolutiõe mihi cessit, vel accõmodatam habeo. &. quod auctor priuilegij Ecke de Repkaw, nec plura addere sed nec minuere potuit nisi secundum quod in priuilegio q quod ipse ex latino in Germanicum transtulit inuenerat, sua enim ampliare vel minuere nemini licet nisi Imperatori, vt Insti. de iur. gen. §. sed &. C. de vete. iur. enucle. L. ij. §. sed &. C. de legi. & consti. L. ij. Vel dicendum quod autor priuilegij nõ ea intentione hos tres contra vendicatorem defense modos in textu posuit quod videlicet pręter illos nullam aliam defensam possessor habere possit, sed quia vt communiter vna ex his tribus respondens rem quę apud eum vendicatur si probauerit obtinet, potest nihilomin⁹ & alia quę iusta videbit in eo defensam habere vt. C. de rei. vendi. L. si inferiorẽ. C. de eden. L. is apud, &. ff. vti possidetis. L. ait pretor.

p. Concordat Iur. Mu. ar. Cxxxij. & Cxxxv.

q. Speculum Saxonũ ex latino in germanicum translatum. Cõcordat supra li. i. in prolo. & infra li. iij. ar. xxxix. & xlv. & ut ẽ Iur. Mu. ar. x. glo.

Dicat vero possidens rem in communi foro emptã. &c. In paragrapho pręcedenti dictũ est quibus contradictorijs & responsiuis maiori iure respondens vendicatam rem obtinet. In paragrapho pręsenti tangitur respõsio duplex vbi respondens rem perdere potest vendicatam. Primo si dicit quod rem e⁹ misset venditorem tamen ignorat, nummos perdit, ille etenim qui tibi vẽdidit, ius vendẽdi non habuit, r illud vero quod non iure fit pro non facto reputatur, nec pecunia sibi restituitur quia rem non suam ille vendiderat, sed alterum pertinebat, illud vero quod alterius est sine voluntate veri domini alienari minime potest, vt. ff. de reg. iur. L. id qd' nostrum. Emptor si quidem non plus iuris habet nisi prout venditor habuit, vt. ff. de reg. iur. L. plerumq;. Secunda respõsio si dicit rẽ sibi esse donatam vel ex aliunde aduenisse ille quem sic nominauerit te euincere tenebitur vel multam iudici & actori emendam dare cogeris p̃opter id quod illum temere in sua re neglexisti vt insti. de pe. teme. liti. §. hęc autem &. C. de iudi. L. properandum. §. sin aũt Pro intellectu maiori articuli pręsentis videndũ sequitur q̃ res vẽdicari possũt & quo tpe & q̃diu rẽ possidere teneẽ vt veram in ea consequatur possessionem. s Sciẽdum itaq; quod vendicari seu alloqui res non possunt nisi differentias in sui natura habeant per quas dinosci possint, vt pecora vestimenta & his simile. Pecunię vero communiter in ciuitate illa vbi vendicatio fit currentes vendicari non possunt, nullam enim differentiam habent. Si enim ego nummum vel denarium amiserim & apud alium, similem cernens nume-

r. Concordat infrà li. iij. ar. xiij.

s. Res uendicari nõ possunt nisi differentias habeãt. Concordat supra li. i. ar. xv. Iur. Mu. ar. Cxxxij. glo.

g. Concordat Iur. Mu. ar. cxl. glo.

h. De uenditione uide per totum

mum eundem vendicare velim, id fieri minime admittit. Nummi enim huiusmodi nullam differentiam habent nam & vendicator difficile probare posset nummum illum suū fore, nec per testimonium probari poterit, testimonia enim debent esse clarissima, vt. ff. de interroga. actio. L. de ętate. §. nihil. &. C. de testi. L. solam &. L. eos. Sed nec ille impetitus pro nummo ad euictorem se trahere possit, nam cum difficultate ille cognoscere valebit, an nummum illum ab ipso habeat necne. Prēterea cum res furtiua commutatur pro alia re, illa res transmutata vendicari nō potest vt si equum furatum quis emit bona fide, putans venditorem esse verum dominū, illum tandem pro boue seu vacca commutatis cui equus furatus fuit non potest bouem apud te lucrare, dato quod recognoscas ga equum pro ipso dederas, vt. C. de rei. ven. L. si ex ea [t] Insuper is qui rem aliquam furat[a] sit vel scit furatam fore, nullo modo prescribit, vt. C. de rei. vendi. L. cum a matre.

Furtum

t. *Furtiua res nunq̄ præscribit.*

Pro secundo quo tempore vel q̄diu teneatur vnus rem possidere vt in ea veram consequatur possessionem. &c. R. sub distinctiōe qa vel iste rem emit ab illo qui furatus est vel scit rem furatam fore, & iste etiam nunquam prescribit quia est actio personalis. Vel emit rem aliquam quam venditor putat pro certo suam fore, sicut si hereditatē vēderet ex morte alicuius sibi deuolutam quam & putat fore iusto per illū priorē possessam eandēq; tandem vlterius vendit, iste prescribit mobilia in tribus annis. Noxa enim seu factum illud nō est personale sed in re ipsa, vt insti. de vsuca. & longi. tem. prescrip. §. & cum, &. §. furtiue, &. C. de acquiren. possess. L. vicia, &. ff. de doli. mali. excepci. L. apud. §. autoris.

u. *Saxones quo iure uti debent in casibus quos expressos in priuilegio non habent, cōcordat infra li. iij. ar. xliij. glo.*

u Querit cuiusnōi ius Saxones insequ debēt in causis quas expressas in priuilegio nō habent. R. quod obseruare debent eorum laudabiles consuetudines & iura ex antiquo statuta, vt supra li. i. ar. xviij. Vbi aūt ista deficiunt recurrendum est ad leges & Canones, ad illas enim vnusquisq; obligatur, vt. C. de legi. & cōstitu. L. leges, &. C. de iur. & fact. ignoran. L. constitutiones, & extra de cōsti. c. i.

a. *Ad hunc textum uide supra eo. li. ar. xxix. Vnde qui rem alienam inuenit ut euadat penam furti debet illam facere preconisare, ut in allegato araculo habetur & notatur simile per Ioan. And. in .c. dudum de electi*

Furtum

b. *Alij textus habēt quæ furibus aut raptoribus adimuntur corā uillanis, uel in ecclesia denunciari debent.*

fra sex septimanas iure mettertius repetierit post solutionem impensarum ut si sunt animalia uel pecora ei restituantur. Si uero alterius iurisditionis fuerit ille cui bona pertinent, extunc is qui prædonibus ea abegerit tertia parte retenta duæ partes reddantur. Quod si per tempus illud sex septimanarum nullus uenerit qui se dominum rerum illarum demonstret, iudex duas accipit partes, tertia ereptori datur.

Glosa.

Qui quid inuenerit. &c. Concordat ad hoc canon inquiens. Si quid inuenisti & nō reddidisti, rapuisti, quātum potuisti fecisti, quia plus non inuenisti, ideo plus nō rapuisti, qui alienum negat si posset & tolleret, deus cor interrogat non manum, vt. xiij. q. v. si quid inuenisti. Item eadem causa &. q. c. multi. habetur. Multi sine peccato putant esse si alienū quod inuenerint, tenent, & dicunt. Deus mihi dedit cui habeo reddere. q. d. nulli, discāt ergo peccatum simile esse rapine si quis inuēta non reddat.

Post solutionem impensarum. &c. Ob negocium enim alterius vtiliter gestum repetūtur impēse & vsura. Vnde dicit lex cōmunis. Ob negocium alienum gestum sumptuū factorum vsuras prestari bona fides suasit vt in. L. ob negotiū. C. de nego. gest. & sic gerens non prestet casum fortuitum sine pacto, vt. C. eo. ti. L. negotium, vbi dicitur negotium gerentes alienum non interueniente speciali pacto casum fortuitum prestare non compellūtur.

Glosa.

Superius dictum est de rebus quę apud quē vendicantur, quę etsi furtiue sunt furto tamē ille accusari non potest, ex eo, quia res huiusmodi nō occulte seruātur. In presenti articulo agitur de rebus quę q̄uis furtiue non sunt propter id tamen quia occultantur pro furtiuis reputari poterint.

Furtum

c. *Furtum comittitur dupliciter.*

Pro intellectu textus articuli nota, c qd' furtum cōmittitur quatuor modis. Primo furatur vnus rem aliquam, resq; huiusmodi furtiua fit, & exinde contra istum criminaliter intentari poterit, sicut cum quis in manuali facto deprehenditur, vt supra eo. lib. ar. xxxv. Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. manifestos, & Insti. vi. bono. rapto. §. i. &. ff. de fur. & item. C. eo. ti. per totum. Secundo furatur quis rem aliquam & exinde criminaliter accusari potest, res tamen illa ablata, furtiua nō

82

dicitur sicut si quis furetur pignus quod prius inuadiauerat, vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. vnde. Tertio furatur quis nō tamen furtum cōmittit, nec criminaliter accusari potest, sicut si quis accipit equum quem emit & proprijs exoluit pecunijs sed differtur & prolongatur eius extradicio, vt. ff. de furtis L. cum quē emit. Quarto furatur quis resq; illa furtiua fit, criminaliter tamē accusari nō potest, & hoc cōtigit bifariam. Quia vel iste cui res ablata fit, est tante autoritatis quod sine actione solus per se sup facto iudicare valeat, vt quia forsan sunt pueri sui qui id fecerunt, vel vxor sua, vel seruus seu mancipiū suū, vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascūt. §. hi qui in parentum potestate, &. ff. de furtis L. si quis vxori in prin. &. L. ne cum filio, & L. seruī. &. C. de patria potes. L. congruētius Secundo quia ille qui furtum commisit, in primis animo nō furtiuo illud fecit, ideo honesto modo illud acquisiuit, sed postea res illa furtiua efficitur. Sicut si quis aliquid inuenerit idq; negauerit, ex negatione res inuenta furtiue assimilatur vt hic & supra. eo. li. ar. xxix. d Furtum em̄ non est aliud nisi dolosa contrectatio rei alienę, vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascun §. furtum. De raptoribus vide in cōstitutione Frederici de pace tenenda. Et si aliquis eiusdem iurisditiōis, &c. e Vnde eiusdem iurisditionis in proposito dicuntur eiusdem ducatus incole. Quare si duo iudicio presideant alicubi, in aliquibus villis vterq; tamē subest iupiori iudici. Villani illi vrius iurisditionis dicentur vterq; enim iudex autoritate superioris iudicis iudiciū exercet. Quare in casu presenti non diuident res huiusmodi inuentas.

d. *Furtum. q. d. Concordat Iur. mu. artic. xcij. &. Cxx glo.*

e. *Eiusdem iurisditionis qui dicantur.*

Cum iudice diuidat. &c. ex isto trahunt quidam consuetudinem prauam & noxiā, allegantes quod iudices tertium denarium accipere debent rerum ablatarum & spoliatarū, quod tamen minime fieri debet, vt supra cita. ar. xxv. &. xxxi. declaratum est. Consuetudo siquidem mala reicienda est, vt. viij. dis. c. frustra, nec iudicari debet vt exinde commodum aliquod eueniat, vt. xi. q. iij. c. qui recte & in auten. vt iudi. sine quoquo. suffragio. §. Cogitatio, coll. ij.

Quicquid aliqs inuenerit. &c. f Circa id notandum quod vnus potest rem honesto modo acquirere quę tamen postmodum furtiua efficitur, sicut si quid ad seruandum mihi locas, vel si quid inuenero exordium istius honestum est. Si vero post hac locatum vel inuentum detinuero furtum erit, non tamen transit in vitam verum in multam & emendam vt hic, & Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. furtum, &. ff. eo. ti. L. si pignore.

f. *Res honesto modo acquisita, furtiua post modum effi. ur.*

g. *Furtum committi potest ille uero qui id facit fur non erit.*

Sciendum etiam g quod furtū committi potest, ille autē qui id facit fur non erit, nec res illa furtiua nuncupabitur, sicut si triticū ex campo ducis putans esse suum, quod tamen alterum pertiner, triticum illud proprię non dicitur furtiuum antequam resciueris quod tuum non est. Vbi enim voluntas furandi nō aduenit fur non dicitur, vt Insti. de re. diuisi. §. gallinarum, &. ff. de furtis. L. i. vbi clare habetur quod furē nō aliud facit, nisi volūtas. Opponi circa id potest. Exquoquidem furtum est contrectatio rei alienę cum proposito nocendi ita quod voluntas adsit illius q furare nititur, vt. ff. de fur. L. i. §. furtū. Et ga nullus propter voluntatem puniri debet cogitationis enim pœnam nemo patitur, vt. ff. de pēnis. L. cogitationis. Si ergo furtum sine voluntate & proposito fieri non potest propositumq; seu voluntas pēnam nō infert, vt lex allegata disponit ergo nec furi pēna inferri deberet. h R. quod hęc dictio volūtas aliquando accipitur pro cogitatione dum taxat simplici, vt quando quis proponit male facere nō tamen facit, & pro ista cogitatione pēna non infligitur, vt lex allegata dispo nit. Alio modo pro facto cum videlicet cogitationem illam in effectum deducit, & pro isto pēna irrogatur.

h. *Voluntas duplici ter accipitur.*

Inuenta autem & quę furibus. &c. Dicere qs posset, articulum istum contrarium esse precedenti, dictum enim ibidem est, ad hoc quod aliquis de furto non incusetur sufficit quod rem emptam non occultet, hic vero dicitur quod res huiusmodi debet denunciari. R. quod ibi loquitur de rebus emptis quę putat non esse furtiuas, hic vero loquitur de rebus inuentis & furibus ablatis.

Et si quis eiusdem iurisditionis. &c. istud iam declaratum superius est quia eiusdem iurisdicionis illi dicuntur qui vno domino subsunt vnde q̄uis duo iudices in duabus villis existant ab vno tamen & eodem domino iudicium habent commissum homines illi vnius iurisdicionis dicuntur. Quibus enim autoritas impartitur illi agunt nomine illius qui autoritatem dedit, vt extra de offi. delega. c. sane, &. c. pastoralis, &. C. de vete. iur. enuclean. §. his itaq;.

Tertia parte retenta. &c. hoc fit propter illius fatigam qui prędonibus & latronibus abstulerunt & id iustosit, quia alias negligentia esset in subueniendis spoliatis. i Notandum etiam circa id quod si quis inuenit quid in via publica vel ciuitate & nullus adsit, qui illud repetat, medietatem accipit inuentor, & aliam medietatem ciuitas, vt insti. de re. diuisi. §. at si quis in alieno loco.

i. *Inuentes in uia publica uel Ciuitate qd cui cedit inuentum.*

Si vero per tempus illud nullus venerit. &c. Vt sic enim iudex duas accipit partes declarationem istius vide supra eo. li. ar. xxxi.

Articulus XXXVIII

Homo damnum alīs a sua negligentia [a] illatū resarcire tenet. Si quis

a. *Textus uetustiores habent, qui alteri ex negligētia damnū fecerit per ignem aquā, putcū, usq; ad genua super terram non præmuniū, uel circumseptū, aut sagitās in auem pecus uel hominē interficiat si moriatur lesus reus in mēbris aut uita nō punitur hoc est nō adimitur sibi sanitas aut uita in mēbris sed soluit recōpensatiōis æstimationem.*

aliquem ignoranter iaciendo uel fa/gitando interfecerit in sui donatio/nem uerigeldi & non in mortem condemnetur.[b]

b. *Concordat Paulus de Castro. L.i.C. ubi senatores uel clarissimi, & ut̃ L.si fu gitiui.C.de seruo fugitiuo.*

Glosa.

Homo damnum &c. Sed quid si est statutum in ciuitate Bononien. q̃ is cuius occasione quis sentit damnum teneatur ad emendam. Et quidam A Bononien̄. debebat B. Florẽti/no centum qui recusabat soluere, ꝓpter q̃ ille B. quendam D. Bononien. transeuntem per florentinū districtum spoliauit, Quęritur an virtute statuti spoliatus possit agere contra A. & qua actione agat, dic quod iste A. debi/tor ipsi D. spoliato de iure non tenetur. Ratio quia spoliatus habet contra spoliatorem a/ctionem & repetitionem cum augmẽto qua/drupli. Vnde cum repetere possit ab illo con tra A. debitorem de iure non agat. Istud em̄ est negocium A. nec re, nec gestu, nec ratiha/bitione. Si autem ponderatur statutum, tũc dubium pendet ex verbo occasione. An in/telligatur de occasione remota aut proxima. De hac quęstione notatur in addi. Specul. titu. de iniur. & de dam. da. §. sequitur in ver. sed pone. In quo versu dicit Specu. Quod si inimicus tuus cuius forte patrem occidisti in/cendit domum tuam meę vicinam, ex quo mea etiam est combusta quod tu mihi in nul/lo deberis, ad quod alleg. iura & ibi vide. Vn de etiam dicit Ius canonicū, si culpa tua dā/num est datum, vel iniuria irrogata seu alijs irrogantibus opem forte tulisti, aut hęc im/peritia tua seu negligentia euenerunt iure sup/his satisfacere te oportet. Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel iacturam vt in. c. vlti. de iniur. §. i.

Iaciẽdo &c. nota quod secundū leges licet a/liquid facere ad ostendendas vires vt hastam vel pilum iaciendo, vel currendo, vel saliẽdo vel luctando, vel pugnando, & in his etiam casibus sponsionem facere licet, vt. ff. de alea. L. solent. & L. sequen. Et si quis alteri in pu/blico certamine damnum dederit non tene/tur cum causa virtutis & glorię non animo iniuriandi hoc factum sit. ff. ad le. aquil. qua actione. §. si quis. & vide tamen de hoc nota/tur contra Burgenses, Insti. de le. aquili. §. in/iuria. ver. si alius per Ioan. fab. & alios moder nos post glo. Nec tales infames sunt, vt ff. de his qui not. infa. L. athletas. Et hoc verum quando quis pugnet causa virtutis ostenden/de, secus si hoc facit causa auaricię scilicet o/peras suas locando, nam tunc efficitur infa/mis, vt ff. de postulan. L. i. §. bestias. Huiusmõi autem torneamẽta secundum Cañ. reproban tur, vt de torneamẽ. per totum, quia hominũ interit[a] & animarũ pericula exinde sępe ꝓue/niunt, vt in. c. i. de tornea. & debet quilibet di scretus sibi ꝓspicere in futurũ, quia debet co/gitare hoc euenire posse, de electio. c. licet, de ieruis non ordi. c. i. de obliga. ad ratioci. c. i. ff. loca. L. Si quis domum. & de homici. c. vlti. li. vi. Non quod causa ludi factum dicatur. Nam ludus noxius est in culpa. ff. ad. legem Aquil. Nã ludus. & de prę̃sumptio. c. i. Quis enim ludos appellet ex quibus crimina oriun tur, vt in prohe. ff. §. illud vero.

Vnde etiam dicit Seneca. Nihil interest quo animo facis quod vitiose factum est, de ludo quando sit licitus vel illicitus, & prę̃sertim de ludo taxillorum, vide plene per Hosti. in summa de excessibus prę̃lato. §. qualiter. ver. clericus vero & sequenti.

In sui donationem &c̃. Sic etiam dicit Ioan. And. post Hosti. de electi. dudũ. ij. super glo. simile quod qui rem alienam inuenit vt cua/dat penã furti debet illã facere preconisari.

Glosa.

Pro intellectu textus, nota quod damnũ con tingit tripliciter. Primo damnificat vnus aliũ voluntarie, & propter commodum suũ, sicut ille qui alteri rapit, vel furatur, & si pro eo ci uiliter accusetur, soluere debet cum mulcta & emenda, vt infra li. iij. ar. xlvij. Insti. de actio. §. tripli. vero. &. §. sed furti. &. ff. de furtis. in multis locis. Si vero quęruletur criminaliter, in vitam sibi transit, vt supra eo. li. ar. xiij. & Insti. de publicis iudicijs. §. iij. &. §. item lex Iulia. & ff. de penis. L. capitalium. Secundo damnificat vi usu alium voluntarie, non tamẽ propter suum commodum, sicut qui pecus interficit vicini sui, vel mutilat, illud soluere tenetur secundum verigeldum determinatũ, vt infra eo. li. ar. xl. & Insti. ad legem Aquil. in prin. & ff. de dam. infec. L. iij. Tertio dam/nũ infertur prę̃cise prę̃ter voluntatẽ & absq̃ commodo suo. & iste non demeretur vitam, sicut hic in textu. & Insti. ad leg. Aquil. §. in/iuria. &. §. at ne. &. ff. eo. ti. L. itẽ i. obstetrix.

C A sua negligentia i. latum &c̃. Hoc est quã/do quis negligit & non prouidit rem quam ꝓuidere tenet, estq̃ grauis excessus negligẽtia ipsa, qa est mater omis noxe. Si cm̃ ille debite ꝓuideret nullũ damnũ exinde sequeretur.

In textu articuli nõ de ista negligẽtia quã nũc expressimus intelligi debet, sed de illa cum aliquid fit ꝓter alicuius voluntatem, Estq̃ valde necessarius passus articuli prę̃sentis nec enim illa quę de verigeldo prius dicta sunt intelligi possent si non esset articulus prę̃sens

C Si aliqs iaciẽdo vel sagiẽtdo interfecerit &c Nota quod homicidium contigit quatuor modis. Primo interficit vnus alium voluntarię sine iusta causa, & vocatur siccarius vt supra eo. li. ar. xiij. &. ff. ad le. Corneliam de sic/carijs. L. i. Secundo interficit vnus alium vo/luntarię quidem sed causa necessitatis, defen/dendo sese ille manet sine damno si vt iuris est necessitatis defensam probauerit, dato etiã quod non venerit ad iudicium prę timore & angustia liberatur nihilominus interfecti ve/rigeldo, vt supra eo. li. ar. xiij. &. C. ad legẽ Corneliam de siccarijs. L. his qui. & ff de iusti & iur. L. vt vim. & extra de sen. excom. c. si vo & eo. ti. c. delicto. li. vi. [c] Tercio interficitur qs vbi solus ex improuisione sua causam mortis prębuerit vt si quis per locum gradiendi in consuetum transierit, alterq̃ ibidem arborem cederit, arbor cadens gradientem interficit, vel si in torneamentis vbi milites ludos exer cent damnũ ex casu acceperit ipse sibi culpa erit, vt Insti. ad le. aquili. §. at ne. &. §. item. & ff. eo. ti. L. item si obstetrix in fine. Quarto in terficit vnus alium ex sua propria in/considerationę ꝓter tamen eius voluntatem sicut fugitans in auem hominem interficiat ille de/meretur verigeldum interfecti & iste sunt cau/sę quę verigeldo absoluuntur. Vnde ludex ꝓuidus & cautus in eo esse debet diligenterq̃ exquirere si voluntariș homicidium patrati sit, quia si sic etiam vitã eidem adimere debet vt. ff. de pactis. L. iurisgentium. §. pactorum, &. C. de secundis nuptijs. L. cum apertissime &. ff. de pigno. L. Paulus, & Insti. ad legẽ agq̃/li. §. at ne. Secus si ꝓter volũtatem factũ fue rit quia tunc verigeldo absoluitur vt hic &. C. ad le. Corne. L. i. & in auten. vt hi qui obli/ga. §. si vero, coll. vi.

c. *Vide ad hanc materiam Iur. Mu. ar. xxxvij.*

d. *Homicidium contigit quadrifariam, vide de ad hãc materiam supra eo. li. ar. xiij. Iur Mu. ar. xxxviij.*

Articulus XXXIX

a. *Concordat Iur. Mu. ar. xxxviij.*

ANnonam qui noctis tẽ/pore furatus fuerit sus/pendetur,[a] si in die de/colletur.[b] Viator si a/grorum fructũ non asportãdo fru menta cõsumpserit, tenetur ad ip/sius estimationem.

b. *Textus uetustiores habent, uiator si depa sat ejꝰ uel alio uemẽ to frumenta agrorũ alienorum non asportando illa, damnũ solu at secundum annone ualorem.*

Glosa.

Annonam qui. &c̃. Scriptum est enim in le/ge. Trãsiens per messem alienam falcem im/mittere non debet sed manu spicas conterere & manducare vi. q. iij. scriptum.

Fur

c. *Furtum nocturnum cõmunius est diurno Concordat Iur. Mu. ar. xxxviij.*

Exquoquidem furtum communius est spo/lio, quare sępius in iure mentio fit de furto, q̃ de spolio. Iniuria enim quę cõmunius euenit etiam iure sępius admonetur, vt. ff. de legibus & senatusconsulto. L. nam ab ea, excessusq̃ huiusmõi qui cõmunior est grauius penat.[c] Exquo itaq̃ furtum nocturnum cõmunius est diurno, quare & grauius punitur vt hic in textu & supra eo. li. ar. xxviij. &. ff. de furibus balnearijs. L. fures nocturni, &. ff. de fur. L. furtum, &. ff. de pęnis. L. aut facta. Quare & textus habet annonã qui noctis tempore fu/ratus fuerit suspenditur quod & grauius est, si in die decollatur, de huiusmodi penis vide. ff. de pęnis. L. aut facta.

Viator si agrorum fructum. &c. In paragra/pho isto ponit quandam exceptionem & li/mitationem prę̃cedentis paragraphi de viato/re mentionem faciendo. In contrarium ta/men istius videtur esse infra ar. lxviij. vbi di/citur quod equitanti admissum est fata succi/dere & spicas equo apponere. & quod articu lus allegatus non contrariatur paragrapho prę̃senti, loquitur enim ibidẽ quod si alicui equus fessus sit, licebit equitãti succidere spi/cas vno pede a via &c. hic vero logitur de il/lo q̃ pecora in annonam immiserit, Iste dam/nũ resarcire tenetur.

d. *An pro minima re quęruli cui li ceat vel instituì quęrela possit. & quod sic, immo etiam pro vno denario quęrelam insti tui licebit, vt hic &. ff. de damno infecto. L. si proprietarius in fine, vbi dicitur sadẽ erunt & si minimum damnum detur, & Insti. de re. diuisi. §. gallinarum in glo. vbi dicitur, quod quelibet actio etiam pro vno nummo datur. Galline enim vnus medius nũmus verigeld⁹ est ex li. iij. ar. li. & tamen occasione illius ac/tio instituì potest.*

Articulus XL

a. *Vide infra ar. lxij. et Iur. Mu. ar. Cxxiij.*

CVius, canis, aper ue, Taurus, aut anial quod libet [a] hominẽ aut ani/mal mutilauerit, occide ritue, dominus tenetur damnũ sol/uere iuxta determinatum uerigeldũ uel iuxta eius ualorem recompen/sam facere, & hoc si animal illud postq̃ de noxa resciuerit postmodũ in suam recipit possessionem. Si ue ro noxiũ animal ab eo omnino ex/pellitur, nec seruat illud neq̃ pascit neq̃ potat, innocens est a damno, & damnificatus animal illud pro damno accipit si uult. Animal seu brutum ex facto suo [b] nullam mul/ctã seu pœnã iudici præstat. Equus

b. *Animal ex facto mulctã non præstat*

aut pecus in custodia famuli seu seruientis existens, si damnum fecerit ille famulus damnum resarciet cuius custodie pecora fuerant mancipata. c Si uero custos effugerit & currus animalue domini arestentur in manifesto facto & probari possit testibus dominus equorum seu pecorum resarciet damnū integre, si nō poterit per ius se eximere usq; ad ualorem equorum seu animalium & currus qui detenti sunt, uel his omnibus carebit lesusq; hæc omnia pro damno retinebit. Cōsumat quis fata uillanorū, cum porcis aut aucis qui quæue commode pignorari non possunt si a canibus mordeantur aut interficiantur eorum damnum sustinebit nec resarcire oportet.

c. *Nota quod dominus equorum, cuius seruus aliquem curru interemit non tenetur nisi defuncti amias unum uerigeldum, iudici autem nihil tribuitur & hæc est communis practica.*

Glosa.

Equus aut pecus in custodia famuli. &c. Scire debes quod pro omni damno datur Aquilia actio quando damnū culpa alicuius datum est, alias enim quis non tenetur de iniuria vel damno vt in. c. fi. de iniurijs, &. ff. leg. Aqui. L. sed etsi. §. iniuriam. Duo ergo d quiruntur d scilicet quod damnum datū sit, & quod culpa dantis precesserit, & est necesse quod facto hominis interueniente damnū detur culpā etiam necesse est interuenire, ideo neq; furiosus, neq; infans dolo carens tenetur secus si sit doli capax. ff. ad le. aquil. L. v. §. iuriam. Ideo etiam non tenetur qui se defendendo damnum dat, dummodo modum seruet alias contra. ff. ad leg. aquil. l. scientiam. § qui cum. Talis enim culpa caret cū facit hoc autoritate iuris, vt. ff. de iusti. & iur. L. vt vim. Et illud non excusat a culpa quod quis dicat se ignorasse si ei aliquid poterit imputari. ff. ad le. aquil. L. v. §. i. &. L. scientiā. §. pena. Vñ hic etiam leuissima culpa ei imputetur. ff. ad le. aquil. L. in lege. Est autem damnum dimi-
Damnum quid sit. nutio vel ademptio patrimonij, vt. ff. de dam. infec. L. iij. Actio autē de pauperie datur cōtra dominum quadrupedis, & in eum qui cō fessus est quadrupedem esse suam, etiam si sua non sit. ff. de interro. acti. L. si quis in iure. Datur etiam & in hęredes & ceteros successores, & in quasi hęredes & quasi quoslibet dominos. vt. ff. eo. L. i. §. fi. & datur ad extimationē
d. Ad damnum requisita. damni, dando autem illud quo nocuit quis liberatur, vt. ff. eo. L. i. in prin. Et tūc datur cū nullius hominis instinctu vel culpa interueniente. Vel cōtra sui naturam ideſt cōsuetudinē sui gñis damnū dedit. Alias autē agitur cōtra cum qui in culpa fuit. ff. ad le. aquil. L. si ex plagis. §. quidā & hic. Sed actio Aquilia datur contra eum qui damnum dedit aut operam vt deinsurijs ca. fi. &. i. Item & contra illū qui iussit damnum dari excusatur tamen is qui dedit si precipiens in eum habuit ius precipiendi, puta quia dominus vel pater erat cui parendum est, nisi in atrocibus. Sed si nō habuit ius precipiendi tunc vterq; tenetur ad. L aquil. L. liber hō. ff. de reg. iur. L. ad ea, & insuit. de noxalibus. §. omnis.

Glosa.

Nota quod damnum vt communiter dicenit ex triplici causa. e Vel euenit voluntarie. Vel sine voluntate. Vel etiam cum equus aut animal alicuius damnum infert sine tamen istius voluntate. De primo habetur Insti. ad le. aquili. §. at ne, de secūdo. C. ad le. corne, de sicarijs L. frater. De tertio habetur hic in textu cū dicitur cuius animal damnum fecerit. &c. Vnde etsi quidem hic de pecore textus habet p id tamen intelligi dantur alia animalia damnum facientia, vt. ff. si quadrupe. paupe. fecis. dica. L. i. in principio. Sciendum itaq; quod quędam animalia sunt fere nature vt quę sub custodibus pabulari non possunt. Quędā vero domestica & mansueta, vt Insti. de re. diuisi. §. ceruos quoq;. Notandum prętrea quod in textu triplicia animalia ponit, ex eo quia triplicem diferentiam in nocēdo habent animalia vt communiter omnia, per canem intelligi vult omne animal quod inter homines versatur ex natura tamē nociuum est, Boues & Verres ex natura quidem damna non inferunt, furore tamen cōcitati & inedia pulsi aliquādo nocent, f quomodocunq; tamē damnum per ea inferatur, si post factum dānum, dominus illa expulerit indemnis manet. In contrarium istius videtur esse, si quadru. paupe. fecis. dica. §. animalium, vbi dicit si animal illud quod nocuit tibi attulerit absoluitur. ℟. quod paragraphus allegatus nō debet intelligi, quod pecus illud noxam faciens deberet dari illi cui damnum factū est, miserabile em̄ esset & dolorē animi afferret, si pecus occidens puerum alicuius in maiorē molestiam in domū eius transmitteretur. Intelligi ergo debet quod pecus noxam faciēs dimittatur, ille vero cui damnum illatū est, acceptet tandem illud si vult.

c. *Damnum ex triplici euenit causa.*

f. *Vide infra. ar. lxij. & iur. mu. ar. Cxx iij. glo.*

Animaduertendum insuper quod tenens & fouens Leonem, Vrsum, Simeam, Leopardū quibus etiam annumerari potest canis rabiosus lupus & aliud aūal his simile in loco vbi homines preterire solent si faciant damnum resarcire tenetur, cum verigeldo & mulcta, nec eum iuuabit quod post factū illa expel-

g. *Verigeldus rusticorū decem libræ ut infra li. iij. ar. xlv.*

h. *Bestia iniuriam seu uiolentiā inferre non dicitur. Concordat Iur Mu. ar. liij.*

lere vellet, vt Insti. si quadrupe. paupe. fecis. dica. §. ceterum, &. ff. de edili. edic. L. hi enim &. L. item generali, & infra eo. li. ar. lxij. &. li. iij. ar. li. Si vero huiusmodi animalia seruātur in loco priuato extra viam publicā dānumq; illic aduenienti euenerit excusari forsan poterit, dicens quod nihil negocij tibi fuit locum intrandi huiusmodi. Vel dicere possit quod forsan Curiam meā animo malo intrare voluisti, vt Insti. eo. ti. §. ceterū, & Insti. ad le. Aquili. §. item. Exinde liquet qd quędam animalia mansueta quę circa homi nem versari solēt. Vel ex sui natura, vel furore incitata inediaq; pulsa nociua sūt. Alia vero quę circa homines non versantur, sicut animalia fera ex natura nociua sunt, quare seruari minime debent.

Iuxta determinatū verigeldum. &c. hoc dicit propter duo. Primo si animal mansuetū ex natura damnum fecerit ibi necessario requiritur verigeldus. Si vero illorū statutus verigeldus non habeatur vt sunt equi militum, & alia similia animalia, soluī debēt iuxta valorem. Secundo loquitur si animalia fera de quibus iam supra dictum est damnū fecerint.

Attendendum circa id quod multi passum istum a iure cōmuni discrepari putant, dicit enim hic quod damnum resarcitur cum verigeldo. Secundū leges vero vt Insti. si quadru. paupe. fecis. dica. §. ceterum in fine. vbi dicitur quod resarciri debet iuxta taxam iudicis. Alibi vero vt. ff. de edilicio edicto. L. quia vulgo, habetur qd' resarciri debet hominis damnum ducentis solidis quę faciūt decem libras. ℟. quod iura allegata non cōtradicūt articulo prętenti. Iudex enim nihil similius decernere debet nisi id qd' iure cautum est, nec enim penam augere, sed nec minuere eidem licet, vt ff. de penis. L. respiciendum. Decernere itaq; penam pro excessu debet secundum quod ius mediante quo iudicat disponit. Lex etiam allegata. ff. de edilicio. edicto. L. quia vulgo, non discrepat a iure hic nostro. g Communis enim verigeldus est liberorum hominum rusticorum decem libręq, vt infra li. iij. ar. xlv.

Animal ex facto suo nullam prestat mulctā &c. hoc ex eo fit. Iudex etenim in loco dei sedet, nec mulctam accipit nisi excessus committatur erga deum. Quia ergo irrationabilis bestia non peccat erga deum. Quare nec mulctam prestabit. h Sed nec violentiā facere dicitur bestia huiusmodi in facto suo, ex eo qa rōe caret, vt Insti. eo. ti. §. paupies. Aut equus in custodia famuli damnum faciens. &c. dixerat si quidem de animalibus extra custodiā si quid damni fecerint, paragraphus iste tangit de animalibus quę custodiri possunt damnumq; faciant, & dicit quod is cui in custodiam cōmissum fuit animal illud damnū resarciet. In defectu vero quo id non fecerit vel aufugerit vt textus habet do-
mīº illius animalis exoluere tenebitur vel carere animali huiusmodi. i Et hoc est contra quosdam stultos qui dicunt quod ille solus in culpa sit damni commissi, cuius currus equi aut pecora fuerint sępiusq; sacramēto confirmare vnum cogunt, quod pecora illa eius non fuerunt. k Precauere tamen ne id fiat iudex debet quodq; homines ad iuramentum etiam quandoq; iniustum non inducat, vt in auten. de iudi. §. quia vero, coll. vi. Nam in eo casu iudex ipse efficitur periurus, quia non seruat iuramentum quod deō & superiori dño prestitit, vt in auten. iusiurandum quod prestatur ab his. §. iuro ego, coll. ij. & infra li. iij. ar. liij. Prętera iudex efficitur etiam periurus quia iuramētum illud coactum equę iudicem sicut in iurantem vergitur. Est etiam peior homicida, homicida etenim corpus duntaxat interficit, iste vero animam occidit, vt. xxij. q. v. c. qui compulsus &. c. ille qui.

Consumat quis fata villanorum cum porcis. &c. l Quia qui damnum infert, eidem etiam damnum inferri potest, & qui ius spernit, ille etiam in subsidium ius accipere minime poterit, hoc iste facit. Quare agere iudicialiter non potest, vt. ff. de mino. L. auxilium, & in auten. de mona. §. si vero. coll. i.

i. *Ad hūc casum uide infra. ar. lxij. co. li. in glo.*

k. *Iudex nō facile ad iuramenta hominē inducat.*

l. *Damnum faciens eidem etiam inferri potest.*

Articulus XLI

Mlctam si iudex extrahere seu emonere non potest in proprio alicuius, in huiusmodi fundo preco debet super portam crucem apponere & per illam imposi-
tionem & bannitorum sententiam insignit illud proprium ad opus iudicis a etsi istud per dominum fundi intra annum & diem non reuocetur, omne ius quod habuit in ipso abiudicatur domino. Si postea infra annum & diem hæres illius ueniat in iudicium, & se ad suā trahat hæreditatem per sacramentū ut iuris est, debitumq; soluat iudici qd' iudex suo sacramento & duorū probare potest & quæ ipse in iudicio lucratus est, hæres proprium sic requirit. Nullum aliud maius debitū iudex in hoc casu probare poterit

a. *Concordat Iur. Mu. ar. liij.*

nisi tres mulctas & unũ uerigeldũ.

Glosa.

Superioribus dictum est de verigeldo & emenda & quia post hæc duo sequitur mulcta quæ deo ipso spectat, uel iudici in loco dei residenti. Vnde pro intellectu articuli presentis quędam ex ordine notanda veniunt quę ex textu articuli eliciunt. Primo qs mulctas iusto recipere debet, hoc tangitur in textu a principio cum dicitur mulctam si iudex. &c. Q.d. quod nulli alteri mulctam recipere licet nisi iudici.

Vnde quandoquidem iudex loco dei residet mulctamq; nomine ipsius accipit. b Quare & potissimum quatuor virtutes in se habere debet. Primo iurisperitiam, vt in auten. de iu.li.§.i.coll.vi. c Secundo institiam. Ius em̃ maiorem complectitur misericordiam quã etiam aliquis iudex, vt in auten. eo. titu. §. oportet, &.ff. de arbi. L. Celsus. Quare omia iudicia secundum ius scriptum vt exerceat necesse est. ff. ad exhiben. L.ij. &. C. de senten. & interlo. L. nemo. & in auten. Iusiurandum quod prestatur ab his. §.i.coll.ñ.

d Quæritur circa id, an iudex secundum ius scriptum d vel secundum suam noticiam & scientiam iudicare debeat, vt in exẽplo. Accusetur quis de homicidio, iudexq; sciat illum esse insontem, sed quia tacet ad querelam & nihil respondet, cumq; ei tribus denuntiatur vicibus vt respõdeat ille nihilominus respondere non vult, exindeq; de rigore iuris sententiari iam deberet. Qui enim tacet consentire videtur, vt. ff. de reg. iur. L. qui tacet, & extra eo. titu. qui tacet lib. vi. An ergo is in hoc casu iuxta iuris dispositionem condemnari debeat, vel de scientia iudicis liberdimitti. Quidã dicunt qd' liber dimitti debeat, vt in auten. de manda. princi. §. sit tibi q̃q; coll. iij. vbi per imperatorem iudicibus demãdat' quod lites cum omni equitate audire debent breuesq; lites ex non scripto cognoscere & iudicare, prouidereq; ne occasiõe iudicialium expensarum subditi damnificentur, & item. C. de iudi. L. placuit &. ff. finium regundorum. L. si irruptionem in fi. &. ff. de ferijs. L. ij. &. tamen quod iudex istum sententiare & iudicare debet secundum iuris dispositionem & non secundum eius notitiam vel scientiam, vt. ff. de offici. presi. L. illicitas. §. veritas &. C. de legi. & consti. L. inter. Nisi forsan sint pueri aut furiosi, vt infrã eo. li. ar. Ixv. & li. iij. ar. iij. Et quãuis mirari vnus possit id ita fieri tenendum tamen est non obstante in contrarium sanctione vel pragmatica per imperatorem vel principẽ lata, leges enim preferri debent sanctionibus quibuscunq;, vt in auten. de iudi. §. omnis autẽ iudex coll. vi. Ad legẽ vero allegatam, vbi dicebatur quod iudex cum omni equitate decernere debet & nõ ex scripto, intelligitur de rebus parui momenti vt ibidem habet, vel cum omni equitate iudicabit vbi ius scriptũ nõ habetur vel super casu aliquo dubitatur, in casibus enim dubijs tutius est fidem adhibere huic qui allegat & probat q̃ illi qui tacet vt hic in ,ppósito, quare & tutius iudicabit secundum propósita q̃ secundum sciẽtiam suã. e Tertio iudex in se habere debet vt videlicet se prestet equalem vtriq; parti ad audiendum propositionem & responsiõnem, vt supra li. i. ar. Ixi. &. Ixij. infra li. iij. ar. xxx. In auten. vt iudi. sine quoquo supra. §. eos autem coll. ij. Et in auten. vt differẽtes iudi. coll. ix. Quarto quod ira cõmoti sententias pronunctiare minime audeãt, vt. xi. q. iij c. ira &. c. cum apud. &. c. summopere &. ff. de offi. presi. L. obseruandum. Secundo docetur hic in textu an mulcta iusto recipi debeat ibi cũ dicitur, f Mulctam si iudex extrahere. &ẽ. concluditurq; mulctam iusto esse recipiendam iudicem enim proprię & de iure pertinet & dimittens eam male facit ex tribus. Primo quia mulcta est quasi recõpensa vel pena dei propter excessus hominũ statuta. Quare dimitti non debet, vt. xxiij. q. iij c. duo ista. Secundo quia si mulcta reciperet autoritas & honestas iudicij vilesceret, vt supra. li. i. ar. lix. &. C. de modo mulcta. L. mulctarum. Tertio mulcta recipitur vt populus a maiori damno precaueatur, vt in auten. de manda. princi. §. quod si, & in auten. de defenso. ciui. §. audient. coll. iij. Tertium docet in textu. g Vnde & ex quibus bonis mulcta exigenda sit, & hocibi in proprio alicuius. Sciendũq; circa id quod ratione mulcte aut verigeldi nullus bona immobilia accipe debet nisi eueniat vt hic textꝰ habet. Quod videlicet mulctã ex mobilibꝰ exigere nõ possit ꝓsimile etiã habetur in autẽ. vt nullꝰ mutuãs agrico. §. ,ppẽ auaríciã. col. iij. qd' vcz creditor credẽs agricole ,p debito eiꝰ terrã occupare non debet. Vñ in primis bona mobilia ad exoluẽdũ mulctam vl' verigeldũ pignorari debent, vt supra. li. i. ar. liij. &. C. de exequutione rei iudicate. L. si vt. Si non sint mobilia expetitur ex censu ex agro vel fundo proueniente. Vltimo vero expetitur ex hęreditate, vel proprio sicut hic &. C. eo. ti. L. ordo. Iudex prẽterea prouintialis mulctam expetere non debet in feudo alicuius, istud emptinet ad iudicẽ feudalem seu ius militare, vt dis. i. c. ius militare. Quarto docet hic quo pacto mulcta experi, & quomodo bona huiusmodi consignari debeant & hoc ibi, preco debet crucẽ apponere, exinde liquet qd' mulcta ad deum pertinet, insignio enim dei cõsignatur, vt. xi. q. iij. c. quicũq;, huic mulcte crucis appositio nedũ propter id fit qd' iudicium ad deum pertinet, sed vt notũ appareat hęredibus q ad bona huiusmodi spectant quia alias si ignorarent eis minime nocere posset vt. C. de iuris & facti ignorantia. L. error. Quinto docetur hic quomodo ille vel hęredes eius viceuersa ad illa bõa sese tra-

b. *Iudex quatuor in se habere debet. Cõcordat supra li. i. ar. iv. Iur. Mu. ar. xi.*

c. *Iur. Mu. ar. xvij. gl.*

d. *Iudex an secundũ ius scriptum uel secũdum suam notiam iudicare debeat.*

e. *Nota quod Iudex prœcogitare debet qa in sede residet dei quare recte & iuste iudicabit, alias deus omnipotens in extremo iudiao eundẽ iudicaturus est. Actor etiã premeditet quod iustam inchoet causam. proximũq; ad expensas & iuramentũ non inducat. Reus itidẽ cautodiat quod nõ aliud nisi uerũ recognoscat. feu. c. lxviij.*

f. *Mulcta recipi debet, & dimittens eam male facit. Concordat Iur Mu. ar. xvi. & luij.*

g. *Mulcta unde et ex quibus bonis exigi debet.*

here debent & dicit quod hęres iuramento ad bona illa sese trahet exsoluendo iudici ea quę sibi debentur, vt hic, &. C. de preto. pigno. L. si prętorium, &. C. de pigno. L. cum te. Sexto docetur hic de modo mulctarum ibi, nullum aliud maius delictum. &c. Hoc idem etiam habetur. C. de modo mulcta L. eos qui. Vbi dicit lex, quod iudex accipere potest pro excessu mulctas ternas in anno in vnius correctione persone, si continuatio peccati impulerit, exceptis tamen furibus, latronibus, qui puniuntur secundum excessus. Tres mulctas & vnum verigeldum. &c. h Dicere quis posset paragraphum istum contrariari prius dictis, dicit enim quod iudex tres mulctas & vnum verigeldum acquirere potest, cum tamen iudex nonnisi mulctam, actor vero verigeldum & emendam in iudicio consequitur. R. quod iudex quandoq; & in certis casibus verigeldum etiam consequitur & hoc tunc quando proscriptus se a proscriptione liberare vult, fideiussoriamq; iudici statuit ad parendum iuri, non tamen compareret, iudex lucratur verigeldum vt sic & non actor. Est enim querela in sanitatem ipsius, vt supra eo. li. ar. iiij. &. x. huiusmodi enim fideiussoriam seu cautionem iudex acceptare potest sine actoris voluntate, in aliis vero casibus pars respondens verigeldum accipit.

h. *Cõcordat Iur. Mu. ar. xlvij.*

Articulus XLII.

QVi agit contra alium quod ipse feudum eius occupet minus iuste, et alter ipsum feudum se ab alio domino habere contendat, uterq; eorum suum dominum adducere in iudicium ad recognoscẽdum tenetur, a et si quis suum non adduxerit alter qui suum representet feudum obtinebit, dummodo eorum alter in prædicto feudo possessionem non habeat magis efficacem, ut pote quia in ipso anno ambo sunt de eodem feudo infeudati. Si quis uero eorum feudum huiusmodi per annum & diem possedit propter uigorem sue possessionis feudum per absentiam domini sui non amittit, sed tamen alteri aut eius uarendatori tunc respõdere tenetur, legittimo cessante impedimẽto. Illustres uero seu principes infeudatos per suas patẽtes literas sigillatas uarẽdant per suum innatũ ministerialem eos trãsmittendo qui feudum illius nomine defendat & ad obiecta respondeat. Si autem ambo unum feudi nominauerint dominum, ad illũ infra sex hebdomadas a iudice transmittãtur. Iudexq; suos nunctios duos mittat ad audiendum quis eorum uicerit. Victus uero mulctam iudici & parti præstabit emendam.

a. *Textus antiqui ita habent, cuius dominus non apparuerit ille cadit in sua causa si non ipsum legale impedimentum excusset, quod ostendere posśit.*

b. *Textus uetustiores ita legunt literæq; huiusmodi præsentari debent illi contra quẽ agitur ideſt reo ad testificandum querelam si forsan his post hac indiguerit.*

Glosa.

Qui agit contra aliũ. &c. Nota quod ad partem istius articuli cõcordat lex feudorum, cũ dicit si inter pares duos de aliquo beneficio sit controuersia quorum vterq; suum proprium feudum esse dicat, & si asserant se diuersos inuestitores habere, coram iudice vel arbitro finiatur. Sed si vnum conducunt inuestitorem, & possidenti sine fraude guarendare voluerit ipse obtinebit, nisi aduersarius aliquid contra induxerit, vt in lib. feudo de lege Conradi. §. si inter. Item alibi dicitur, si tres vel plures contendunt de eodem beneficio producentes vtrinq; diuersos inuestitores, iudex in cuius prẽsentia causa ventilatur a duobus requirat boni testimonij hominibus in prouincia eorundem litigatorum commorantibus per sacramentum quod iurent qs illorum absq; rapina eius beneficij possessor extitit, & cognita ex ipsorum testimonio rei veritate possessor beneficium suum quiete obtineat, nisi iudicio & iusticia dictante de manu sua iudex illud eripiat, vt in consti. feud. de pa. tenen. §. si tres.

Literas. &c. Et nota quod vbi litera seu instrumentum cause perditur creditori casum probanti reficitur c & qui casum allegat eum ,probet. C. de fide instrumen. L. sicut. Sed qualiter casus amissionis probetur, vide in specu. de pignori. §.i. ver. sed qualiter & sequenti. Et amissio instrumenti non mutat substantiam veritatis. C. eo. ti. L. statum. Et tenor literę seu instrumenti non potest probari per eos qui rem gestam ignorant. C. eo. ti. L. apud. et cũ ab vna parte producuntur diuerse scripture & sibi repugnantes, eis non creditur. C. eo. ti. L. scripturę, & soluto debito remanet litera seu instrumentum inefficax penes creditorẽ reddendum debitori ꝓ cõditionẽ sine causa. C. de condi. ex lege sine cau. L. dissolute.

c. *Qui casum allegat eundem probet.*

Sigillatas.&c. Sic potest dominus feudi causam delegare feu.c.lxvi.[d] Nota quod statur sigillo domini contra dominum & preiudicat sibi vt confesso. de fi.instru. si cautio. Et idem est si dominus alteri tradidisset suum sigillum confidit enim quis de illo cui sigillum tradidit, & totam voluntatem illi committit cum imprimetur imago domini, vel saltem caracteres nominis eius de fi. instru. c. inter dilectos. Et sigillū cuius non potest legi scriptura non probat, nec meretur dici sigillum, nota. in dicto. c. inter dilectos & sigilli appensio facit consensum no. Bar. in. c. i. §. preterea, quimo. feud. amitt.

Vnde etiam dicit lex imperialis, si quis asserat cū mandatis nostris se venisse secretis, omnes sciant nemini quicq̄ nisi id scriptis probauerit esse credendum vt. L. vnica. C. de man. princi. & vide etiā infra li. iij. ar. xxxiiij. Et loquitur qui videtur qui nunctium mittit vel literas, vt. ff. de consti. pecu. L. & licet. Omnia enim nostra facimus quibus autoritatem impartimur, vt. C. de vete. iur. enucle. L. i vltra meditm. An autem credatur sigillo ignoto vel obscure sculpto, vide per docto. de fide instru. c. quod super his, & ibi etiam quomodo neganti verum sigillum incumbit probatio. Sigillare potest quis cedulam licet non legit eam, extra de his que fi. a maio. par. c. quāto. Contrarium autem notatur de fide instrumentorū. c. ij. quia non videtur sigillasse ille qui non vidit, sicut nec dicitur subscripsisse qui errauit adde infra. &c.

Ministerialem. &c. Et qui eum & ipsius verba recipit, dominum recipit, qui autem spernit eum istum a quo missus est, & cuius fungitur legatione spernit, vt xxi. dist. in nouo.

[d] De sigillis literarū vide.

Glosa.

Satis abunde antehac declarauerat de querelis coram iudice prouinciali preponendis. Articulus presens disponit de querelis incidentaliter prouenientibus, vbi & querela principalis terminari non potest nisi illud incidens taleprius finiatur. Et ex isto colligitur quod inceptio querelę quandocq̄ competit vni iudici decidenda, cum vero incidentaliter quid cueniat, ad alium iudicem negocium remitti oportet, vt hic in proposito. Iudici prouinciali competit iudicium, cum quis alterius bona violenter occupat, vt. ff. quorum bonorum. L. ait prętor. & ff. vti. possi. L. i. [e] Si vero accusatus dicat bona huiusmodi a domino habere, & ita feudum fore. Iudex prouincialis querelam primum propositam determinare non potest nisi illud incidentale occasione feudi primum finiatur & ita remitti debent ad dominum feudalem, vt textus habet. Quia istud iudici prouinciali iudicare non licet, vt in auten. de consti. Frederi. §. preterea. coll. x. Vterq̄ eorum suum dominum in iudicium adducere tenetur. &c. Istud mirabile quibusdam esse videtur. Exquoquidem iudex prouincialis super vasallo aut bonis feudalibus quę vasallus a domino habet iudicium exercere minime potest. Is vero paragraphus dísponit quod dominus solus iudicio comparere debeat. ℟. tamen quod dominus non ex eo cōstituitur coram iudice prouinciali quod occasione feudi aliquid agatur, sed duntaxat ad recognoscendum feudum vasalli sui, & ita liberat eum a violentia & impeticiōe. ¶ Habentur etiā in aliquibus glosis hic circa articulum presentem certe quędam occasione occupationis & vendicationis feudi instantie & quęstiones de quibus parū ad propositū, magis enim ad ius spectant feudale.

Si quis vero prędictum feudum. &c. hoc est si quis in possessiōe feudi prescribat nō opus est ei guarendatore iam enim tutus est ab omni impetitione, vt insti. de vsuca. & Ion. tempo. prescrip. §. & cum.

Et si quis suū nō adduxerit. &c. Ex isto colligitur quod venditor varendare emptorem debet cum facto opus sit, vt. C. vbi in rem actio. L. i.

Quritur vlterius vbi venditor emptorem varendare debeat. ℟. sub distinctione si sit occasione feudi varendare eum dominus tenetur coram suis vasallis, vt in auten. de pace, tenen. hac edictali. coll. x. & feu. c. xxxvij. & xl. Quid si varendator venire negligat emptorq̄ ex possessione eiciatur an ius perdit suum necne. ℟. quod omne retinet ius quādiu ille intromissus non prescribat, hoc est quamdiu non possideat anno & die, vt C. eo. ti. L. vlti. nisi legale importet impedimentū, vt supra eo. lib. arti. vij. F Illustres suos infeudatos per suas patentes literas varendant &c. Ratio istius est quia si forsan principes solet per se & in personis suis ad iudicium venirent, homines pauperes quibus in iudicio actio est pertimescerent presentiam eorum. & item in actione quam coram iudicio habe rent stare eos oporteret quod esset cum dedignitate illorum, si etiam sederent contra autoritatem & consuetudinem iudicij forer, vt in auten. vt ab. illust. & qui super eam sunt digni. §. quęcunq̄ coll. v. &. C. de postulan. L. quisquis, &. C. vbi sena. & clarissimi. L. fina. §. sedendi.

Per litteras sigillatas. &c. Intellige si ibidem nihil falsi appareat, de huiusmodi litteris vide extra de confir. vti vel inuti. c. cū dilecta, &. C. de iure Emphiteo. L. vlti. Vnde literę post ad iudicium importanť diligenter inspici et legi debēt g si nō sit aliquid abrasum inter linias vel scriptū, & si aliqua litera in loconociuo innouata nō sit quia alias reicietur, vt extra de crimi. fal. c. licet, et extra de fide instrumē. c. inter dilectos. Inspiciendū etiā diligenť est an sigillū principis sit qa alias nō valebit, vt. C. de fide instrumentorū in certis legibus. Per suū ministeriale innatū. &c. hoc ex eo fit, Iurare enim eū oportebit pro domino

[e] Nota quod feudum hæreditarium hæreditat de uno in alium iuxta natiuitatē Clypei militaris. Vnde feudum hæreditarium est huiusmodi feudum quod ab eo alienare non potest nisi demereatur ex causis supra expressis in li. feu. et confertur ex proprietate domini militibus propter eorum dignitatem, exindeq̄ seruicium præstare tenētur conduciq̄ huiusmodi feudū potest acsi proprietas esset, feu. c. xxxvij.

[f] Vnde nota quod feudum perditur ex sex causis. Primo cum proscriptus sit ab imperio. Secūdo si bona publicātur propter fraudem commissam. Tertio si in mortē domini machinatus sit. Quarto si dominum uerbis uel alio diffamauerit, alij dicunt si cum uxore domini concubuerit. Quinto si ex bello fugerit dominum relinquens. Sexto si ex delicto membrum crines, cutim, perdiderit. Septimo si bona in feudum accepta alienauit. Octauo si religionem susceperit tempore quo annos habuerit, & omnia ista contra uasallū dominus probare debet metseptimus qa est actio Criminalis, ut feu. c. lv.

[g] Literæ iudicio præsentate diligenter conspici debent.

[h] Iuramentum per vasallos principes exequi possunt.

suo si negocium ad iuramētum venerit, & hoc intelligitur in isto quod textus habet, q feudū nomine ipsius defendat, &c. [h] Vñ notandum circa id. Quando principes iuramētum facere obligāť, cōtra suos inequales. Iuramentum illud facere possunt per suos vasallos, vt in auten. vt ab illustrib⁹. §. i. coll. v. Iuramentumq̄ huiusmodi extendit se & derivatur ad vtrosq̄, si vterq̄ eorum de iniustícia nouerit. Si vero vasallis incognitū erit iniustum esse negotium, iuramētum illud in animā domini cedit, acsi per se solus iurasset, vt. C. de iureiuran. propter calumniam. L. cum. §. sin autem, &. C. eo. ti. L. cum & iudices. Contrarium etsi quidem istius videtur esse supra li. i. ar. xlvi. vbi habetur. Iuramentum adiudicatum plenipotēti principalis illud explere tenetur. ℟. quod ibi loquitur de hominibus simplicibus siue de his qui procuratores habere possunt si volunt. Principes vero procuratores necessario habere coguntur siue volunt siue nolunt. C. de procuratoribus. L. quicunq̄ & vi. q. iiij. c. si quis. Episcopus, extra de iureiuran. c. i. &. ij. li. vi. & in auten. vt ab illustribus & qui super eam sunt digni §. i. coll. v.

Articulus XLIII

[a] Vide Iur. Mu. ar. lxix. sub alio tamen sensu.

Si quis bona aliqua suā esse dicat ꝓprietatē [a] et alter ea suū esse feudū affirmet, facilius ea proprietarius cum duorum bannitorū testimonio obtinebit, [b] & hoc si equaliter ea possideāt. [c] Proprietas etiam hæreditaria citius obtinetur q̄ empta uel donata.

[b] Textus antiqui ita legunt, si eorum probationes fuerint equipolentes, fauorabilior est pars proprietarij ad obtinendum bona illa cum duorum testimonio scabinorum.

Glosa.

Si quis bona aliqua suam esse dicat proprietatem. &c. vide qd de hoc sentitur in vti. feud. tit. de controuersia inter masculum & fęminam de beneficio in. c. item sciendum.

[c] Notanter in textu dicitur si æqualiter ea possideant, quia alias nō esset uerum, ut feu. c. v. in fi. glo. Secus etiam si uasallus illa dixerit contra dominū ut feu. c. xiij. & xli.

Glosa.

In precedenti & in isto articulo tria tanguntť. Primo si duo occasione feudi decertauerint, & hoc in precedenti articulo habitum est. Secundo si duo vendicent sibi bona, vnusq̄ dicat suam esse proprietatem alter vero suū feudum esse affirmet equali tamen possessione, vt textus habet. [d] Vnde & circa id sciendū quod possessio feudi prescribitur in anno & sex septimanis, vt supra. li. ij. ar. xxiiij. & infra ar. proximo. Item supra. lib. i. ar. lxx.

[d] Possessio feudi prescribitur anno & sex septimanis.

Proprium vero contra illū qui presens sit, e donationēq̄ vidit & ei non contradicit prescribitur in instanti, vt supra eo. li. ar. vi. Contra illum vero qui absens est in. xxx. annis & in anno & die prescribitur, vt supra. li. i. arti. xxix. contra id instare quis posset stante huiusmodi feudi & proprij prescriptiōe sequeretur quod feudum melius esset, q̄ proprietas, quia quod facilius est ad possidendum etiam melius & facilius est ad conseruandū, si ergo feudum in anno prescribitur proprietas vero in triginta annis & anno & die, qua re illud facilius obtinetur q̄ istud ergo. &c. ℟. quod hic non loquitur quod eorum facilius prescribatur, sed quod ex his facilioꝰ obtinetur. Si vterq̄ eorum nullam habeat prescriptionem, vt si vnus moriatur sine herede feudali, dominusq̄ dicere velit quod fundus iste per mortuum relictus ad eum iure cedere debeat, ex eo quia feudum sit, heres propior est bona illa loco proprij possidere q̄ dominus loco feudi, & hoc ex eo, quia dominus confert in feudum bona absq̄ bannito iudicio. Proprietas vero non nisi in determinato iudicij loco, & sub banno Regio, vt supra li. i. ar. lij. Quare & cicius testimonio probari potest, & ita obtineri, vt. ff. de interdic. L. interdictorum. §. iuris, &. ff. quorū bonorum. L. ait prętor &. C. vti possidetis. L. i. Proprietas etiam hereditaria. &c. hic tangit tertium videlicet quando duo dicant, quilibet suam esse hæreditatem seu proprium allegando, vnus tamen dicit esse emptam. Alter vero hereditatam. Iste secundus cicius obtinebit hereditatem illam quia ad nullum euictorē se trahere cogitur, verum illud totum ius in bonis habet, quod mortuus habuerat, vt. ff. de reg. Iur. L. heredem &. C. vn de legittimi. L. i. &. C. vnde liberi. L. si auus. Emptor vero non plus in bonis habet, nisi quod se ad euictorem trahit, vbi multe interuenire possunt difficultates, quare & difficulter illa obtinere poterit, vt supra eo. lib. ar. xxxvi. &. C. de empci. L. iij. &. iiij.. C. vbi in rem actio. L. in rē. &. L. si quis & infra li. iij. ar. iiij.

[e] Vide supra li. i. ar. vi.

Articulus XLIIII.

[a] Nota ex isto textu rem mobilem annō prescribi. Vide infra li. iij. ar. lxxxiij. Iur. Mu. ar. xxx.

Vicunq̄ bona aliqua per annū & diē absq̄ iusta cōtradictiōe possederit [a] eorundē uerus efficitur possessor. Quamdiu autem contra retentorem bonorū agitur licet diucius ea retineat [b] iu-

[b] Textus antiqui ita legūt, licet ea diuaus uiolenter possideat.

stam tamen per hoc non acquirit possessionem nec ea præscribit, q̄/ diu uera actio poterit comprobari. Qui uero bona hæreditaria aut do/nata sibi uel concessa retinet nō ui/oleter (ideſt quæ nulli abstulit) fru/ctus in his medio tempore per eū perceptos non restituet si postmo/dum possessio ab eo euincatur, & hoc si pro ipsis bonis iura debita nulli denegauit. Qui etiam in suo feudo aut dotalitio matris aut suæ cognate sibi proprietatem uoluerit usurpare, [c] nisi hāc testimonio sex bannitorum comprobauerit suc/cumbet.

c. Nota in hoc speciali & difficili casu possessionem septem testibus probari secus in alia simplici possessione, pro qua duo testes quemadmodū pro dominio suffiaunt de communi obseruanda.

Glosa.

Quamdiu autem. &c. Nam cum dolo malo quis fuerit possessor inuentus non debet sibi talis possessio patrocinari, vt. C. de libe. cau. in multis legibus.

d. Nota quod bona impetere dicuntur, uel impetratio bonorū fit quando unus ad iudicium citatur qui bona in possessione habet, & contra eū conquæritur. Vnde si quis bona haberet & dominus uiolenter eum de his pellat uel spoliet, uel comburat, ex eo q̄d sibi bona ablata sunt, nō ꝓpter hoc fit impetratio bonorum, ut C. de edendo. L. edita. ui de feu. c. xiij.

e. Possessio. q t.

d Qui vero bona hereditaria. &c. concordat ad hoc lex cōmunis, cum dicit. Si quis autē a non domino quem dominum esse credidit bona fide fundū emerit, vel ex donatione aliquaue qualibet iusta causa eque bona fide acceperit, naturali ratione placuit fructꝰ quos percepit eius esse pro cultura & cura, & ideo si dominus postea superuenerit & fundū vendicet, de fructibus ab eo cōsumptis agere non potest, vt institit de rer. diuisi. §. si quis autem, hic patet de commodo possessionis, & supra. eo. lib. ar. xxxvi. & infra. li. iij. arti. iiij. iure. feu. ar. xxxvij.

Si postmodū. &c. hic videt approbari quorundam legistarum opinio quę habet, quod si aliquis detineat rem alterius per annū, ille perdit possessionem per. L. si finita. §. nō autem. &. §. eum tamen. ff. de dam. infec. [e] Scire autem debes quod possessio est corporalis rei detentio corpis & animi iuris adminiculo concurrente. Ideo enim dicitur corporalis rei, quia incorporalia possideri non possunt, sed quasi possidētur, vt de electi. c. quę relā, & de cau. pos. & proprie cum. c. cū ecclesia. Detentio ideo dicitur quia naturaliter tenetur ab eo qui insistit ei. Nam appellata est quasi pedum positio. ff. de acqui. possessio. L. i. in prin. Ideo autem dicitur corporis & animi iuris adminiculo concurrente quia nō acquiritur aliter nisi corpore & animo interueniente, licet solo animo ammittatur. ff. eo. possideri. i. &. L. quemadmodum, &. C. eo. L. licet, hęc autē possessio quam quis animo & corpore suo adipiscit naturalis est. ff. eo. L. i. ideſt de iure naturali gentium inducta vel approbata, hęc etiam eadem possessio potest dici ciuilis scz approbatione. ff. de verb. signi. L. lege, &. ff. de origine iuris. L. ij

f. De possessionibus hic uide abunde per totum.

f Nec sunt duę possessiones sed vna. Illa tamen naturalis quam retineo animo, potest dici ciuilis, quia iuris ciuilis autoritate tenetur. Iuris adminiculo ideo dicitur, quia possessio quandoq; habet plurimū iuris vt ea quę per seruum in rebus peculiaribus habeo. ff. de acqui. posses. L. i. §. item acquirimus, &. L. possessio, &. L. si me. §. seruus, sic est & alia quę habet plurimum facti, vide de consess. preben. c. cum nostris in glos. g Acquiritur autem possessio per apprehensionem in rebus quę in nullius bōis sunt. ff. de acquiren. pos. L. i. in princi. &. L. possideri. §. item feras &. ff. de acqui. re. domi. L. i. Item quęritur p quemcunq; qui alterius nomine sit in possessione. ff. de acqui. vel amitten. posses. L. possideri. §. genera. Item & per furem quęritur non enim ad possessionem refert an iuste vel iniuste quis possideat, vt supra eo. li. ar. xxiiij. & infra eo. li. ar. lxx. & li. iij. ar. lxxij &. ff. eo. L. possideri. §. ex cōtrario, &. L. rem

g. Possessio quomodo acquiratur.

Item acquiritur ex secudo decreto ex causa damni infecti, vel alias vbi res adiudicatur pro debito, sed in actione reali, lapsus anni verū facit possessorem. ff. de bo. auct. iud. pos. L. q̄is, de offi. ordi. c. pastoralis & de dolo. & contu. c. contingit. Item acquiritur per pactiōem, nam si scienter quid mihi dedisti vel vendidisti, & pacienter possessionē intrauī & omnia vt dominus gessi possessionem acquiro. C. de acquiren. vel amitten. possessi. L. minus &. ff. si serui. vēdi. L. si ta te, & per binum actum acquiritur possessio, vel fortius per trinum, extra de causa pos. cum Ecclesia. Acquiritur etiam per traditionē pignoris ciuilis & naturalis. ff. de acquiren. vel ammitten. possessi. L. i. §. per seruum, &. L. qui pignoris. Et acquiritur nobis possessio nō solum per nos, sed per hos quos habemus in nostra potestate vt per filium. ff. eo. L. quicquid. Item per seruum proprium nisi ab alio possideatur. ff. eo. L. i. §. sed & per eū. Item per seruum fugitiuū qui diu, ideſt decennio fuit in possessione libertatis bona fide & paratus sit subire iudicium liberale. ff eo. L. possideri. §. si seruus, &. L. per eum. §. vltimo. Item acquiritur per procuratorem, tutorem, & curatorem, rectorem ciuitatis, & prelatū Ecclesię possessio. ff. eo. L. i. §. p procuratorē &. §. vlt. ff. de condi. & demon. L. municipibus, &. ff. quod cuiusq; vni. L. vlti. extra de pecu. cleri. per totum. Item etiam acquiritur possessio corpore & animo, vt supra in descriptione pos. Item acquiritur quandoq; & sine apprehensiōe, vt patet in his versib⁹. Visu, siue rei mutuate vēditione, Clauibus & chartis mea si conduco scienter. Quamuis non aliter detur possessio transit, Visu vnde

si rem tuam mihi vendideris quę cum in aspectu sit me possidere iusseris, vel procuratori meo precipio tradendam quamuis aliter corpore non apprehēdam possessionē quęro. ff. de acqui. vel ammiten. possess. L. i. §. penul. &. L. quorundā. Quidam tamen disputant, vt in vacua possessione, sufficit aspect⁹, & in non vacua exigitur pedum impositio. ff. eo. L. i. &. ff. de' acti. empci. & vendi. L. ij. §. vacua. Sequitur in vers. siue rei mutuate venditione, quia si cōmodasti mihi rem tuā, vel pignori obligasti, vel apud me deposuisti, & ipsam mihi vēdideris, eo ipso quod pateris meam esse videtur tradita. Insti. de re. diuisi. §. interdum. Preterea clauibus, nam si claues celle vinarie vel horreorum mihi tradideris coram cella vel horreo vendendo mihi vinum vel merces, quę ibi sunt tradita, videtur possessio per claues. ff. de acquiren. vel ammitten. possessi. L. i. §. penulti, &. ff de cōtrahen. empci. L. clauibus. Sequitur in vers. & chartis, puta si vēdis mihi mancipia vide or acquisiuisse possessionem, si tradas mihi instrumenta mancipiorum in quibus continetur qualiter mancipia emisti. C. de donatio. L. i. Sequitur mea si cōduco scienter, scz constituendo me possidere nomine tuo cui vendo. Nec enim causam possessionis mihi muto, se desino possidere & alium ministerio meo possessorem cōstituo. Is namq; possidet cuius nomine possidetur. Sic loquitur. ff. de rei. ven. L. quędam mulier, &. ff. de acquiren. vel ammitten. possess. L. qd' meo. Et dicitur scienter quia tunc donare videor, etiam si non vendam, alias si ignorans conduco rem propriam non paro mihi preiudiciū. C. de rei. vendi. L. re tua, & de loca. & cōduc. L. qui rem. Idem si retineo vsufructū rei quā tibi dono videtur enim tradita possessio. C. de dona. L. quisquis. Vsufructuarius tamen naturaliter possidet, & sic ciuilis tantum in hoc casu traditur. Item & cōsuetudo transfert possessionem ipso iure sine apprehensione secundum Inno. & Hostien. in. c. ij. de cōsuetu.

Glosa.

Dixerat si quidem superius de his qui bona occupāt nondum sufficienti possessione nacta. Articulus presens loquitur de bonorum possessionibus. Vnde pro intellectu articuli quędam ex ordine notanda veniunt. Primo quādo in omnibus & singulis bonis possessio acquiritur. Secundo quo pacto acquiratur. Tertio ad quid vtilis possessio sit. Quantum ad primum quando & quo pacto possessio acquiratur. [h] Sciendū quod bona tripliciter vni adueniūt. Primo quia ex amicis hereditarie deuoluuntur, sicut quando heredes in bona succedunt demortuorum propinquorū, [i] & in his acquiritur possessio ex admortuo, vt. ff. de reg. iur. L. heredem &. ff de vsucapi. L. possessio. Secundo adueniunt

h. Bona adueniūt uni tripliciter.

i. Vide supra li. i. ar. xcix.

vni bona ab extraneo, etsi fide bōa illa possederint in anno & die prescribūt, de iure nostro sicut hic, &. li. iij. ar. lxxiij. Secundum leges vero res mobilis prescribit in tribus annis. Immobilia vero contra presentem in decem, contra absentem in. xx. annis, vt Insti. de re. diuisi. §. illud, &. § quicqd, & Insti. de vsuca. §. iij. ff. de vsuca. L. pōt. [k] Res vero empta a fisco, Imperio, Rege, Regina, prescribitur in instanti, & hoc propter eorū dignitatē, vt Insti. de vsuca. §. edicto, &. C. de quadri. prescri. L. bene, cōtra Ecclesiā vero prescribitur in. xl. annis. Ecclesia vero contra te in tribus annis prescribit, vt in auten. hęc cōsti. §. i. coll. viij. Vnde etsiquidem in contrarium istius videtur esse in auten. vt Ecclesi. Roma. §. i. coll. ij. vbi habetur de prescriptione centum annorum. R. tamen quod constitutio sequens & quę prius allegata est corrigit istam quę vltimate introducta est Tertio adueniunt hominibus bona quando ipsi rio li ea lucrant, sicut feras, bestias, aues, agros desertos qui ante hac nullius erant occupantis fiunt, vt Insti. de re. diuisi. §. fere &. §. insula. Exinde sequitur, quod cum feram aut bestiam insequeris fugientem vel eandem possides tua est. Si vero post hac in alterius venerit manus illius erit. [m] Si etiam feram vulneras & eam insequeris tua est si eam prehēdere possis, si effugerit illius erit qui ocupare eam poterit, vt Insti. de re. diuisi. §. & illud &. §. quicqd. ff. de acquiren. & retinen. possess. L. naturalem.

k. Vide ad hāc materiam supra li. i. ar. xxix. glo. aliam huius passus declaracionem & Iur. mu. ar. xxi. glo.

l. De prescripcionibus uide.

m. Notandum eāt area id, quod bona aduenire uni possunt ex infeudatione, conducto, & oppignoratione, ut in anno, infra eo. li. circa. ar. lvij. unde etā ad hāc materiam infra li. iij ar. lxxiij seu. c. v. & c. vij. in glo.

Pro declaratiōe preterea textus articuli. Notandum quod possessio est duplex. n Corporalis, videlicet & mentalis. Possessio corporalis dicitur quādo rem possessam teneo manu vel in ea pedem figo, vt. ff. de acquirē. vel ammitten possess. L. possessio, & li. ii. de re. corpo. §. ij. Mentalis possessio dicitur eū rem meam menti teneo licet a manibus desinat esse meis, & ita non cedit ex possessione mētali, sicut q tēpore [o] nauffragij ejicit merces in mare, nihilominus menti tenet res illas eius esse non enim voluntarie possidere desinit, hoc modo etiam intelligere possumus de possessione aliorum bonorum quę mente possidemus, non enim omnia corporaliter possideri possunt, vt Insti. eo. ti §. vlti. &. ff. de acquiren. vel ammitten. possess. L. possideri.

n. Possessio duplex corporalis & mentalis.

Quęritur. Exquoquidem sine mea voluntate prescribi possessio nō potest, voluntatēq; meam declinare nō possum nisi prius de illa re sciam, an ergo bona possideri possunt de quibus ignoro. Quidā dicunt quod nō, qa si tesaur⁹ in agro iaceat meo de quo ignoratur tesaurum non videor menti possidere, dato quod agrum possideam, vt. ff. de acquiren. & ammitten. possess. L. possideri. §. in certam. Alij respondent sub distinctione si quis ius habuerit ad rem aliquam eandēq; sine possessione se non sequi posse scit obtu

nebit eandem, dato quod de illa nesciat. Sed si nullum ius extra possessionem acquirere se posse putet, nec illud sciat, extūc nec possidet bona huiusmodi. Preterea acquiri etiā possessio rei alicuius poterit, si quis nomine tuo illam possideat, sicut si tuus vasallus vel censualis, vel seruus tuus, bona pro persona tua possideat, vt insti. p quas perso. nobis acquiritur. §. non solum proprietas, &. ff. de acquiren. & ammitten. posse. L. i. §. item acquirimus Leges allegate disponūt quod filius, seruus, & is cui vxor cōmissa est, possessionē acquirere nobis possunt, etiam inscijs nobis & hoc esset contra prius dicta, vbi dicebatur absq; sciētia nostra possessionem acquiri non posse. Vel. R. pro ex solutione quęstionis o quod noticia seu scientia alicuius rei & voluntas differunt, fieri enim potest quod rē in possessione habeā de qua nescio, & hoc qñ includitur res aliqua mihi ignota in illa de qua mihi notum est. Vnde quando possideo rem quę mea propria est, voluntarie illam possidere dicor. Illud vero qđ nolo vt meum sit, nullo modo possidere possum, sufficiet ergo voluntatem accedere q̄uis per expresse de re illa nesciat vt. ff. eo. ti. L. possideri Quamdiu vero contra retentorē. &c. P Circa id notandum venit quod quędā res sunt, quę possideri seu prescribi non possunt. Primo res violenter occupate vbi desup cū violentia quęruletur vt iuris est, vt hic & supra li. i. ar. xxix. & li. ñ. ar. xxv. &. C. vñ vi. L. si quis, & Insti. vi. bono. rapto. §. quod tamē Secundo res furtiue, vt supra. eo. li. ar. xxxvi & Insti. de vsuca. §. furtiue, &. §. quod autem Res vero sacre nunq̄ prescribunt, vt Insti. de re. diuisi. §. nullius, &. §. sacre.

Qui autem bona hereditaria. &c. hoc intelligi debet quicunq; bona possederit, nec alicui super his ius denegauit, fructus pceptos percipiet, quicunq; fructus huiusmodi sint, dummodo fide bona possederit, & cū hoc omnia exposita eidem refundi debent, vt Insti. de interdic. §. commodū &. ff. de condici. indebi. L. si in area. &. ff. de doli. excepci. L. Paulus.

Testimonio sex bannitorum. &c. hoc intelligē si sit in comitatu, quia si in marchionatu fuerit extunc obtinet cum eo qui sententiam inuenit, vide etiam ad hanc materiam supra eo. li. ar. viij. C. de assessoribus. L. studiorum &. L. liceat omnibus, & Insti. de interdic. §. commodum. C. de rei. vendi. L. iij. &. L. si in area &. L. certum, & istud perdit ille qui iniuste possederit, vt. C. de fructu, & liti. impen. L. ij.

Qui etiam in suo feudo. &c. hoc ex eo fit qa feudum ex gratia datur. q gratia autem si qs abutitur perdit eam, sicut in proposito fit, cū quis feudū in proprietatē sibi vsurpare nititur, vt extra de priuile. c. vt priuilegia, & c. tuarum, & in vsi. feu. qui. mo. feud. amitti. §. vlti. col. x. C. vbi. sena. conueni. L. ij. &. C. de reuocan. dona. L. ij.

o. Notida alicuius rei & uoluntas differunt.

p. Res quædam sunt quæ nullomodo prescribi poterint. Vide ad hanc materiam supra li. i. ar. xxx. gl.

q. Abutens gradu perdit eam.

Articulus XLV

Contra quem in iudicio a in sua presentia actū fuerit, si effugerit actori res actionis adiudicetur (ideſt conuictus est in causa) & si actio fuerit iniuriarum in continenti reus proscribitur.

a. Concordat Iur. Mu. ar. Cxij.

Glosa.

Contra quem in iudicio in suā presentia. &c. potest enim sententia ferri ex peremptorio vel quasi peremptorio & expressa cōrumacia vt in. L. tres denunciationes. C. quomo. & quā. iudex, & ex monitione facta presenti, vt eo. ti. L. ij. & ex recessu sine licentia iudicis, vt notatur. ff. de re. iudi. L. contumatia, secundum Bald. Et presertim per statuta locorum accusati vel inquisiti qui sunt contumaces, habēbitur pro confessis, vt in specu. de accusa. §. sequitur circa prin. Pro quo etiā vide glossam supra eo. li. in arti. ix. super verbo, quasi victus condemnetur. Vide etiam infra li. iij. ar. xxxix. §. vlti. Et est ratio presentis articuli qa fugiēs iudiciū videtur de sua iustitia diffidere. xi. q. i. Christianis &. lxxiiij. dis. honorat⁹.

Hoc etiam scias b quod possum debitorem meum fugientem capere & detinere donec ipsum ad iudicem perducā, vt. ff quę in fraudem credi. L. ait prętor. §. si debitorem. Non tamen possum ab eo rem per violentiam auferre, vt satis dicitur. C. de decurio. L. generaliter. li. x. & not. ff. de eo quod met. cau. in. L. extat decretum.

b. Debitorem fugientem detinere licet. Concordat Iur. Mu. ar. xxvij.

In sua presentia. &c. Intellige de presente & audiente, alias enim non dicitur fieri eo presente, vt notatur. ij. q. i. in primis &. iij. q. ix. testes, &. xi. q. iij. eorum, & de electio, vt circa lib. vi. super verbo coram.

Glosa.

In articulo presenti declaratur de eo cū quis reus efficitur cum tamen innocens esse possit, & hoc ille qui in eius presentia accusatur a iudicioq; aufugit, vt. C. de assessoribus. L. consiliarios.

Vnde pro intellectu textus clariori nota, c quod innocens quandoq; reus efficitur quinq; modis. Primo vt tactū est in textu, & hic in glossa habetur. Secundo quando res furtiua apud quem inuenitur & vendicatur, per iudicemq; restitutio decernitur, ille vero restituere non vult aut facere recusat, vt supra. eo. li. ar. xxxvi. Insti de obliga. quę ex delict. nascun. §. est etiam. Tertio qui nō admittunt quęrere res furtiuas aut spoliatas apud se, vt infra. ar. lxxij. & supra eo. li. ar. xiij. Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. est etiā. Quarto si vnus alium verbis male tractauerit, vel eidem iniuriatus sit, decernaturq; vt illud emē dare debeat, ille vo id facere recusat, actoq; post modū criminaliter instauretur reus efficitur, vt supra li. i. arti. lxviij. &. C. quomo. & quan. iudex senten. profer. L. cessante. §. i. Quinto cum respondere non vult qñ accusatur, vt infra. li. iij. ar. xxxix. ff. de. reg. iur. L. qui tacet, &. C. de iureiuran. L. ij. §. ij. & extra de testi. c. cum clamor.

c. Innocens reus quādoq; efficitur. Cōcordat Iur. Mu. ar. Cxij.

Articulus XLVI.

r. Textus alij ita legūt: Qui arat agros ipsius alienos, uel quos sibi alter commisit deprehensus a contradictore laborē perdit. & ille qui sibi contulit recompensabit laborem, qui seminat est ibi sub interdicto semina perdit & laborem, quicquid seminat ante querelam semina retinet & censum soluit terram obtinenti.

Qui alienum arat agrū uel forte alter eundē sibi locauerit nesciēter. Interimq; quod adhuc arat actio contra ipsum moueatur laborem & semina amittit. Qui autem agrum sibi locauerit damnum ei refundet. Qui uero nondum actione mora seminauerit ipsi competere sata uidebuntur, & ei qui agrū obtiebit cēsum præstabit. Qui sata seu seminatos agros alterius arauerit emendā ei dare tenetur, & damnum iure refundet, hoc est quantū crescere potuisset in agris, & cum hoc iudici mulctam & parti emendam soluere cogitur.

Glosa

Qui alterius arat agrum. &c. vide etiam infra. li. iij. ar. xx. cum concordan.

Concordat cum principio istius articuli ius commune, vt insti. de re. diuisi. §. si quis, & vide supra eo. li. circa. ar. xliij. Pro alia autem parte articuli vide infra li. iij. circa ar. xx.

Laborem & semina ammittit. &c. fructū em magis debentur iure soli q̄ seminis. ff. de vsuris. L. qui scit, &. ff. de rei vendi. L. itē Pom. scribit. §. si frumentum. §. idem scribit.

Glosa.

In articulo presenti duo tanguntur. Primū si agrum alienum quis arat scienter, idq; sibi antehac interdictū sit, vel per eū cuius ager est, vel per alium quemcunq; nomine ipsius accusatus super eo perdit laborem, est enim male fidei possessor, vt. C. de rei. vendi. L. domum. Si vero interdictum sibi non sit obtinet laborem & impensas contra illum cuius ager est, vt Insti. de re. diuisi. §. certe. Secundū quod hic tangitur est qđ ille qui pro eo, actus non sit, vel actione nondum mota seminauerit, iste retinet sata soluendo censum. Dicere quis posset huius glosse declarationem sibi esse cōtrariam, dictum est enim prius quod iste qui sic nescienter, & qui actiōe nondum mota seminat, tam impēsas q̄ laborem retinet, hic vero dicitur qđ censum exinde soluere tenetur. Si ergo censum prestat sata loco census retinere videtur & non pro suo labore. R. quod ibi loqtur de agro qui liber est, hic vero loquit de bonis seu de agro censuali, sicut si ego meo censito agrum tuū tanq̄ meum conferem. Quod si forsan leges in contrarium allegarentur & signanter Insti. dere. diuisi. §. si Titius &. ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. §. si alienam, vbi dicitur si plantam in fundum meum inseris cum creuerit mea erit. Ita in proposito, sata in alienū agrum iniecta illius esse deberē cuius ager est. R. tamen quod leges allegate & similes quę adduci adhuc possent intelligi debent de illo qui dolo malo id agit. Textus vero articuli loquitur de eo qui ignoranter id faceret vt Insti. de re. diuisi. §. certe, &. ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. §. appellatione.

Qui seminatos agros. &c. Textus iste est contra illos qui dicunt, quod quotiensc̄unq; arando agrum alienum aratrum subleuat & ecōtra dimittit, totiēs mulctam & emendā succumbet, falsum enim est ex paragrapho presenti. Debet enim damnum resarcire, hoc est tantum dare debet quantum crescere potuisset in agris, dominoq; emendam & iudici mulctam prestabit, sicut hic & infra li. iij. ar. xx. &. C. de fructi. & lit. expen. L. ñ.

Epilogando itaq; articulum istum scire debemus. Qui agrum ignoranter arat laborē retinet suum. Qui scienter id facit laborē perdit. Qui seminatos agros arāt emēda & mulcta absoluitur. Qui vero arat terram quę p. sententiam sibi abiudicata est & posit quę relā alteri desuper pax indicta, vitā demeretur, sicut leges allegate disponūt & articulus pñs.

Articulus. XLVII

Qui sua pecora in alterius sata uel gramina immiserit damnum resarciet, et tres solidos possessori dabit pro emenda. Si autem

dominus pecorum immissioni præ
sens nō fuerit, & pignorantur, dā/
num si ostensum fuerit soluat do/
minus, put a paganis arbitretur, [a]
& sex nummi eius emenda erit a
quolibet cuius pecora erant. Si ue/
ro animalia sunt quæ pignorari nō
possunt, sicut equi feroces, apri, [b]
extunc damnificatus assumat du/
os uiros eis damnum demonstran
do, pecoraq; in ædem dñi sequa/
tur eum inculpādo ipse tandem in
soluendo eidem tenebitur acsi pe/
cora fuissent pignorata. Qui peco/
ra sua in communia alterius præ/
dñ seu uille pascua immittit, in sex
nummis delinquit pignoratus. In/
cultum agrum si quis pertransierit,
nisi forte pratum fuerit insignitū,
non punitur.

a. *Alij textus addūt, et si plures sint quilibet sex denarios pro pecore emēdā dabit damno soluto.*

b. *Alij addunt ursi, anseres.*

Glosa.

Qui sua pecora in alterius. &c. Cōcordat ca
non cum dicit si leserit quisquam agrū vel
vineam & dimiserit iumentum suum vt de/
pascat aliena, pro damno extimationem re/
stituet, vt in. c. si leserit de iniurijs.
Et sex nummi. &c. licet enim possim pigno/
rare aut includere pecudem tuam mihi dan
tem damnum illud tamē celare non debeo.
Vide Bald. in addi. spe. titu. de actore.
Qui pecora sua. &c. c Nota quod si cōmuni
tas consueuit infra limites alterius a tem/
pore quo non extat memoria hominum ani
malia sua pascere, aut ligna in nemore scin/
dere aut gramina, seruāda est huiusmodi cō
suetudo, sic de deci. in. c. cum sint &. c. sugge
stum de deci. de verb. signifi. quid per noua
le. C. deseruitu. L. preses, p Ioan. And. in no/
uella, & in. c. dilecti. de arbi.
Incultum agrum. &c. Et hoc licet secundum
Ius diuinū, vt. i. dist. c. i. Secus autem est de
iure hūano. Vnde dicit Imperator per agrū
quidem alienum qui seruitutem non debet,
ire vel agere vicino non licet, vti autem via
publica nemo recte prohibetur, vt in. L. per
agrum. C. de seruitu. & aqua.

c. *De pastoribus vide*

Glosa.

In articulo præcedēti dictū est de eo qui agrū
arat alienum, articulus presens disponit de
damno per immissionē pecorum illato, & is
qui sic damnum facit peior est q̄ ille qui agrū
arat. Qui enim alienum arat agrum domin⁹
agri potest quandoq; ex eo commodum ac
cipere, vtpote quādo scienter agrum ille ara
uerit, iste vero nullum cōmodum facit. Qua
re & punitur propter iniuriam in vicinū illa
tam vt textus habet. Qui enim contra ius fa
cit iniuriam facere dicitur, vt Insti. de iniur.
§. generaliter, &. ff. eo. ti. L. i.
Si autem presens dominus non fuerit. &c. d
Ex isto liquet quod ius facilius absoluit ab
sentem q̄ si presens solus esset, & hoc ex eo qa
opinatur quod doleat de damno facto, qua
re minoratur sibi emenda. Damnum nihilo
minus resarcire tenetur. Is etenim cui dam
num illatum est, eque incommodū patitur,
siue iste doleat siue nō, sed contumelia ratio
ne cuius emenda soluitur, est iuxta affectum
hominum, vt Insti. ad le. Aquili. §. item &. L.
dist. c. hi qui. &. c. sepe. &. c. si duo.
Sex nummos dabit, hic dicitur quod vnus
dare sex nummos debet. Quid si pastor com
munis fuerit omniumq; rusticorum pecora
pascat, an etiam emendare debeat cum sex
nummis, videtur enim quod non quia alias
contrariaretur huic paragrapho. &. qd' nul
la est contrarietas quia dato quod multorū
sint pecora, illa tamen pastor ē pertinent, eius
enim periculo subsunt, posīq̄ eius custodie
cōmittūtur, vt infra. ar. lviij. In cuius vero cu
stodia vel prouisione quid factum sit, ille re
spondere tenetur, sed & sibi respondetur, vt
Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. item
si fullo. Quare pastor emendā soluit acsi vn⁹
homo. Sed si dicas emendat vt vnus homo
ex eo qa eius sunt pecora & est presens, ex
tūc emendare deberet tribus solidis sicut pri
us dictū est. &. qd' pecora huiusmodi sua sūt
quoad custodiam & non quoad dominiū &
ibi presens est vt custos, non tamen sequitur
vt pecora illa sua sint, quodq; maiorem
emendam pro alterius pecoribus solue
re deberet q̄ ille cuius proprium pecus est
vtpote sex nummos. c Quod autem pastor
ad emendam cogatur est ex eo, quia non sa
tisfacit officio sibi cōmisso, vt in auten. de iu
di. §. i. coll. vi.
Si vero animalia sint. &c. Ex isto textu habe
tur quod Saxo testimonio cōuinci potest &
hoc, ppter id, ne pecora per illū q ea in satis
vel gramīnibus preuenit occidantur ledan
tur. vel mutilentur, & ita admittitur testimo
nium ac si pignoratum pecus esset. Alij in
terpretātur textū istū, quod in eo casu Saxo
non conuincitur sed pecus, vt supra eo. li. ar.
xxxix. f Aliter enim pro re parui momenti
iudicatur q̄ pro re magne estimationis, vt in
auten. de manda. princi. §. sit tibi. col. iij &. C
de sentē. ex pericu. recitan. L. nisi breues, vbi
innuitur quod cerimonię iudiciales occasio
ne vilium rerum seruari non debent sed sim
pliciter iudicentur.
Qui pecora sua in cōmunem alterius predij

d. *Ius facilius absoluit absentem q̄ si præsens sit.*

c. *Concluditur ergo iuxta glo. antiquorum Codicum quod sex nūmis pastor in eo casu absoluitur.*

f. *Alter obseruatur modus in iudicando res parui momenti, q̄ in rebus magne importance.*

89

&c. Queritur an rustici possunt maiorem
inter se statuere pœnam pro excessu hu
iusmodi occasione pastorum q̄ quę iure de
scripta sit. g R. qd' sic, illud tamen minime
nocere poterit circumuicinis villis. h Plebi
scitum enim dicitur ideo quia ligat illos qui
in illud consenciunt. Si ergo plebiscitum il/
lud per rusticos vnius villę conclusum noce
re deberet alijs circūuicinis, non esset plebi
scitum sed ius. i Priuate autem persone ius
cōdere minime possunt, vt. C. de Iurisditio
ne omnium iudicum. L. priuatorum.
Incultum agrum si quis pertransierit. &c. In
tellige si via per huiusmodi agrū prout de
cet facta sit ad aliam villam, [k] quelibet enim
villa viam liberam prestare debet alteri vil
lę, vt Insti. de serui. rusti. & vrba. predi. §. ru
sticorum. Sed si vnus nouam faciat viam p
agrum pignorari potest, vt supra. eo. li. arti.
xxvij. Si vero quis dicat articulum presentē
contrarium sentire, tu tamen respōde quod
ibi loquitur de agro, qui quandoq; incolit,
hic vero de agro deserto nisi forte pratū sit,
vt Insti. de iti. actuq; priua. L. i. §. is cuius.

h. *Plebiscitum unde dicatur.*

i. *Priuatæ personæ ius cōdere minime possūt*

k. *Villa quælibet uilā liberam præstare debet ad aliam villam.*

Articulus. XLVIII

Quicquid pastor in sua
custodia amiserit ad
eius tenetur solutionē.
Si quis dimittit fruges
in campo aliorū fructibus uicinorū
introductis, si conculcentur aut cō
sumentur, postmodū a nemine si/
bi persoluantur. [a] Per simile est de
decima, si decimator eam non sus/
ceperit, & a decimante dimissa ac p
uillanos demonstrata fuerit. Quod
libet animal quod fetum parturit,
ubi de uesperi ad hospicium uenit
illic debet suo tēpore decimari. An/
nona decimatur in campis, anima/
lia in uillis in qualibet domo ubi
nascuntur. Decime dantur ab om/
nibus animalibus reptilibus [b] exce
ptis gallinis [c] Quælibet curia uel so
lum aut singularum domus cum
uno pullo seu gallina decimatur, p
festo sancti Martini. Vbi decima
soluitur in cāpo, decima sexagene
dabitur eque bōa, uel decimus ma/
nipulus. Introducere uolens anno
nā hoc intimet decimatori, si in uil/
la sit seu in agro, quod si decima/
tor non curat, ipse solus personali/
ter deputet decimā, ita quod si post
modū impetitus fit, suo possit sal/
uari sacramento, & duobus eam ui
ris demonstret ac eam stare per/
mittat, quod si postmodum annihi
lata & consumpta fuerit, sine dam/
no manebit. In multis locis deputa
ta & certa annona in sexagenis sub
certo numero, nomine decimæ &
agnus de ouili unius curie pro de/
cima datur. [d] Vbi decima soluitur
ut dictum est in sexagenis, funicu
lus duarū debet esse ulnarū a polli/
ce incipientium per quem manipu
li ligabūtur, & hoc in frugibus hie
malibus obseruetur. Qui secundū
consuetudinem decimam soluit be
ne soluit. [e] De appibus autē & cū/
ctis animalibus, decimator suā ac/
cipit decimam si expectare uolue/
rit de anno in annum, quousq; sibi
de illa domo cedere possit. Si aute
expectare noluerit detur ei qd' ad
eum annuatim pertinet. De pole/
dro idest pullo equi & muli unum
nummū, de oue, asino, uitulo, edo,
porcello, dimidium nummi si sint
in nūero quinario aut infra. Si ue/
ro in senario consistant nūero, uel
ultra, decimator sextum cū duobus
nummis. [f] Septimum cū altero di/
midio. Octauum uno denario. No
num medio nummo seu obulo li/
berabit. Dominus autem animaliū
duo capita excipit ex sex, & tria de
nouē, postmodū eligat decimator
unū, consimiliter decimantur pulli
anserum, secundumq; aliquos &
caprarū uno denario.

a. *De decima uide per totum.*

b. *A gallis non decimatur.*

c. *Alij textus habent curia sine horto, & item domus in horto præterea domus spe. aliter inhabitate decimantur uno pullo.*

d. *Textus uetustiores ita legūt, Si soluitur decima ut dictū est in capetibus seu sexagenis, ibi debet ligamen inter duos nodos cubitum obtinere in annona hyemali.*

e. *Alij textus habēt de appibus & cunctis animalibus decimam acapit decimator, de anno in annū si uoluerit expectare donec sibi de iure cōtingat de domo solutis, quod si noluerit decimam acapiet in compensatione.*

f. *Nummus in proposito duos cōstituat uobulos.*

Glosa.

Quicquid pastor, &c. Tenetur em̄ pastor de custodia, vt. ff. locā. L. qui mercedē &. xxiij. q. iij. tres personas & vide vltra quę notantur in glos. q̄is de regulis iuris.

Vbi de vespere receptum fuerit decimatur. &c. Et secundum legem Moysi, leui. c. vlti. videtur deberi decimum in ordine nascendi qualecunq; optimum vel minimum, hoc verum si ab alijs cognoscatur, alias cessabit iste rigor, facit. c. sacris de sepul. & quod ibi notatur, & tūc debet prestari mediocriter, & dabitur agnus vel hedus lactatus & congruus ad vsum facit. ff. de soluti. L. si seruꝰ & in fi. & de verbo. obli. L. stipulatio ista. §. inter certā. Si eam tunc nō expetant. &c. Iste etiam cui decima debetur potest de iure cōmuni petere interdici domino fundi ne fructus colligat vel exportet, nisi eo vel eius nuntio presente Arg. C. li. x. quando & quibus quarta pars de ex vo. decu. lo. li. ij. &. ff. de rei. vendi. L. non solū. Si enim habet partem in fructibus ratione decime, ergo & in fundo, qa fructus sunt pars fundi. ff. de rei. vendi. L. fructus, & iure cōmuni pocior est causa prohibentis. ff. commu. diuidū. L. sabinus, immo quod ipse aut eius nuntius debeant interesse probatur. ff. de procura. L. Paulus. ff. de inoffi. testamen. L. si suspecta. §. i. &. ff. de adoptionibus. L. nam ita. ff. de appellati. L. si ludorio, cum multis similibus, de quo plene vide in speculo de decimis ver. vlti.

Glosa.

Quicquid pastor in sua custodia amiserit. &c. in omni enim conductione damnū prouideri debet, dato quod expressum non sit alias respōdere super damno tenetur, vt Insti. de loca. & conduc. §. penul.

Ad eius tenetur solutionē. &c. Contrarium istius videtur esse eo. ti. §. vlti. Vbi dicitur qui cunq; rem diligenter custodit, si damnū interim euenerit resarcire non tenetur. &. quod seipsum soluit argumentū istud. Si enim tantam diligentiam facit in custodia, quantam facere potuit, non tenebitur de damno. Textus vero articuli disponit, de illo qui ex negligentia id facere omittit, v. ff. eo. ti. in multis legibus.

Si quis dimittit fruges. &c. dictum siquidem superius est, quod damnum resarciri oportet, si quis ex negligentia illud fecerit, vt hic in primo paragrapho, & supra eo. li. ar. xxxviij. infra eo. li. ar. xlix. ff. de damno infecto. L. iij. Is paragraphus loqtur de illo qui sibi ipsi causa est damni, sicut est ille qui fruges in campo dimittit. Negligentia enim vnicuiq; nociua est g vt supra. ar. xl. & infra. xlix. ff. de reg. Iur. L. quod quisq; &. ff. de verbo. obligatione. L. moram &. L. cum filiꝰ. Sed nec qꝫrulari occasione damni illius poterit ga iure a qꝫrela alienatur, vt. ff. de reg. Iur. L non videtur. Quicquid enim ipse solus facit eidem imputabitur, v. ff. de arbi. L. diem. §. fi. tari, &. C. de iure deliberan. L. scimus. §. qa. Persimile est de decima. &c. Pro intellectu istius paragraphi aliqua ex ordine notanda veniunt videlicet decima quid sit. Item qui eam dare teneantur. Item cui offerri debeat. Item quę pena statuta sit contra illos qui de cimam non soluunt. Item de iure occasione decimarum. Quārum ad primum sciendū h qd' decima est oblatio dei decime partis rerum a domino deo per laborem tuum largitarum, quę & iuste soluuntur, vt. xvi. q. i. c. decime. Quantum ad secundum. Decima ab omnibus hominibus dari debet, vt extra de deci. primi. & obla. c. decimam partem.

Quantum ad tertium decima prestatur Ecclesijs locorum & villarum earumq; prębiteris, vt. xvi. q. vij. c. decimas. i Soluiq; decime debēt ex omnibus fructibus terrę & animalibus de anno in annum nascentibus mercede deseruita, & de omni honesto lucro ac negociatione. xvi. q. i. c. decime. Quartū pro quarto pęna eorum qui decimas nō soluūt priuantur enim bonis terrenis & cœlestib⁹. Deusq; omnipotens aufert benignitatē suā ab ipsis minusq; crescere faciet, vt. xvi. q. i. c. decime. Quoad vltimū quo iure occasione decimarum agi debeat. k Sciendū quod negotium occasione decimarum ad forū pertinet spirituale, vt in clemen. c. dispēdiosam de iudi. & extra de arbi. c. cōtigit, & de iudi. c. decernimus. l Vnde & decimam non soluens excōmunicari potest, quod si protenus in eo se prestiterit, potestas secularis eundem coercebit transgressorq; incurrit pœnam sexaginta solidos, vt infra li. iij. ar. xvi. &. lxiij c. i. c. statuimus, & in canoni. & in. c. in sacris ibidem decimis plura vide.

Queritur an laicus decimas accipere possit. m Quidam dicūt quod nō. Iure enim id prohibetur, vt. xvi. q. i. c. i. & extra de decimis. c. quoniā, & de rescrip. c. vlti. vbi expresse habetur quod laici decimas accipientes peccant. Alij vero dicunt quod Episcopus decimam pro libitu conferre potest, eandem oppignorare, vendere, vt extra de empci. & vēdici. c. i. & de loca. & cōduc. c. vestra. Alij vero contrarium sentiunt, quod videlicet laicis illud conferre minime potest, vt extra de deci. c. ad hęc, &. x. q. i. c. hanc consuetudinē. Quidam vero istud limitantes dicunt, Episcopum conferre decimas posse reseruato sibi dominio, quia alias sine volūtate Episcopi id fieri minime potest, vt. xvi. q. i. c. in canonibus. In contrarium licet istius sit. xvi. q. vij. c. i. vbi expresse habetur, dato quod cōsensus Episcopi adueniat id fieri minime pōt. Vnde & aliqui, Canones pro & cōtra allegatos concordando dicunt, quoad vnā partē, quod videlicet decimas laici habere possunt, intelligendū est de decimis quę ad aliquam Ecclesiam applicate sunt. Vbi vero dicebatur quod laicis decime prohibētur nec

h. *Decima. q. s.*

i. *Decima a quibus rebus prastatur.*

k. *Actio occasione decimarum ad forū spirituale pertinet.*

l. *Decimam non soluens quæ pœna.*

m. *An laicus decimas acipere possit, Vide ad hanc materiam infra eo. libro. ar. lvij.*

g. *Negligentia cuilibet est nociua.*

eis vti possunt, vt. x. q. i. c. hanc consuetudinē. Intelligi debet de decimis vel oblationibus quę in Ecclesia offeruntur. Omissis tamen pro & contra allegatis canonibus. &. quod laici ex antiqua consuetudine decimas in feudū habere possunt & illas in suos successores hereditare, vt extra de his quę fiunt a prela. sine consensu. c. cū apostolica, & de priuilegijs. c. cum & plantare. Intelligendū tamen si ante constitutionē quę facta est. Anno, Millesimo centesimo septuagesimo nono concessę in feudū huiusmodi decime fuerunt, quia alias post constitutionem possideri non poterint nec acquiri, vt extra de decimis. c. ad hęc &. c. cū quis, &. c. prohibemus, & de rescrip. c. causam, & qui aliter facit periculum animę sustinet. Immo contrarium faciens Christiana debet priuari sepultura vt in dic. c. prohibemus.

Animal vbi de vespere ad hospitiū venerit. &c. Intellige dato quod in campum alienū animal ad pascua pellatur, decima tamē soluitur vbi iumētum noctu hospicio declinatur, idq; de cōsuetudine fit. n Cōsuetudo etenim est optima iuris interpres, vicit em̄ legem si post legem introducta sit, vt Insti. de iur. natu. §. ex non scripto. Quicquid em̄ de decimis habemus magis ex consuetudine sit, quę & legem vt dictū est opprimit, vt. ff. de legi. & consti. L. de quibus &. iij. dist. c. statuimus.

n. *Vide supra eo. lib. ar. xxvi. glo.*

Articulus. XLIX

a. *Concordat Iur. Mu ar. Cxxvi. Intellige si non sic consensus uiani secus est si consentiat, ut Insti. de seruit. rusti. predi. §. item Vel die nisi per annū quiete sic possedisset quia tunc prescribit ut supra li. i. ar. xxviij.*

b. *Concordat Iur. Mu ar. Cxxvi.*

c. *Testamēto seruitus et libertas institui potest.*

Vllí licet stilicidiū seu tectum a suorum ædificiorū in aream seu fundum alienū extendere. Vnusquisq; etiam tenetur partem curiæ suæ sepire, alioquin damna p hoc uicino suo illata resarciet, sua uero damna sibijpsi imputabit.

Glosa.

Nulli licet stillicidium. &c. Vnde etiam dicit lex communis. Si quis velit vicino aliquod ius constituere, pactionibus atq; stipulationibus id efficere debet. c Potest etiam in testamento quis heredem suum damnare, ne alicui us tollat ędes suas, ne luminibus ędium vicini officiat, vel vt paciatur eum tygnū in parietem immittere vel stillicidium habere, vel vt paciatur eum per fundū iter agere aquāue eo ducere, vt in. §. si quis. Insti. de seruit. rusti. & vrba. prędio, vide ad hoc. ff. de damno infec. L. dies & per totum. Pro hac materia vide etiam aliquid notatum in lib. iij. circa arti. xxxi. & infra eo. lib. articulo. li.

Vnusquisq; etiam tenetur partem suę curię sepire. &c. Quidam dicūt, ad altitudinē vnius hominis facit infra li. iij. ar. lxvi. circa mediū. Alij vsq; ad genua hominis facit supra eo. lib. ar. xxxviij. Alij dicunt esse arbitrariū & arbitrio iudicis ordinarij relinquendū cū hic non decidatur, facit de offi. delega. c. de causis. Hoc verū est si istud nō est speciali cōsuetudine vel statuto loci determinatum. Primum tamē vidi multociens obseruari, vide etiam Iur. mu. arti. xxxi. Alij vero dicūt qd' taliter debet fieri munitio ne vicino damnū inde contingat alias veniret damnum resarciendum, vt hic dicitur.

Vide in materia seruitutū in diuersorio vulgari. d Et nota, Si area non potest habere ventum nisi ab vna parte ipso iure in illa parte constituta est seruitus. Adeo quod nullus non potest ibi ędificium altius extollere neq; arbores plantare, neq; aliquid aliud facere q̄ exinde vetus impediatur, rex. est nota. in. L. cum talis. C. deseruit. adde notata in Insti. de. seruitu. rusti. & vrba prędi. & Insti. de acci. in. §. eque si agat in reperto.

d. *Area si uētum nō habet nisi ab una parte potest prohiberi ne uianus faciat ex illa parte.*

Glosa.

Articulus presens cauet de futuro dāno, vt pote quando vicinus ędificia struit in ea forma quod stillicidium in vicinum suū immittere velit, e huiusmodi damnum nondū est factum tendit tamen ad effectum, in huiusmodicę casibus vicinus illud iudici denūciare debet, & huic qui ędificat. Si vero vicinus post denunciationem ei factā super his respondeat vlterius ędificet, demolire ędificia cōgitur, dato quod probare vellet illud iure facere posse, vt ff. de operi. noui. nūciat. L. operis noui nunciatio, & sequentibus, &. ff. de damno infecto. L. prętor ait. Nec est cōtra paragraphum, item vrbanorum. Insti. de seruit. rusti. predi. vbi dicitur qd' vicinus stillicidium alterius vicini ferre cogitur. Textus enim articuli presentis loqtur de illo, vbi cōsensus non aduenit vicini.

Vnusquisq; etiam tenetur partem curię sepire. &c. virgultis vel roboribus, & per id prę cauetur de futuro damno. f Similiter vicinus quęrulari potest contra alium, si vnacū ipso domus contiguas in vno pariete fundatas habeant, timeturq; de ruina vicinę domus, propter vetustatē vnde iudex eū amonere debet, vt super damno puideat & assecuret, vel alias iste mittetur in possessionē, vt. ff. qui ex cau. in. possessionē. L. i. &. ij. &. ff. de dam. infec. L. dies. Si vero non quęrularis nec petis caueri de damno, interimq; ędificium corruat supet domū tuam, damnum nihilominus resarcire tenetur, vel ligna seu robora quę in curiam vicini ceciderunt vicinus seruabit, vt. ff. de damno infecto. L. euenit. Si vero damnum sibimet illatum est, sibijpsi

e. *Cōcordat Iur. Mu. ar. Cxxvi. glo.*

f. *Quomodo unus possit uidere sibi debeat si domus uiana sit ruinosa.*

imputabit, vt. ff. de reg. iur. L. quod quisq; & C. de iure. deli. L. scimus. g

g. Edificia struere uicinus potest in altum quantumcunq; uoluerit, ut de infra ar. li,

Nota qd' vicin⁹ edificia sua struere in fundo suo potest in altum quantum sibi placuerit, etiam ad aera, dato quod luminibus vicini officiat, vt. ff. quod vi. aut clam. L. fi. §. penul. et hoc est verum si domus est sitta prēter seruitutem ideſt quod seruitus contra eū probari non possit. Vnde si seruitus nulla fuerit faciens feneſtram ad alienam curiam cogitur propriis sumptibus rem in pristinum restituere statum, vt. C. de serui. L. altius quidem. Nullus tamen potest stillicidium vel defluxū tignum & similia in vicini curiam vel edificia ponere, vel infigere nisi sit consensus illorum vel ex venditione, donatione & hiſsimile, vt l nſti. de seruit. rusti. prędi. §. si quis.

b. Domus uicini tempore incendij impune destrui potest.

h Nota quod domus vicini pōt impune destrui in tempore incendij timore futuri damni exinde, vt si ignis vsq; illic peruenerit non tenetur de damno ille qui destruxit. Si vero non peruenerit illuc tenetur destruens restaurationem, vt. ff. quod vi. aut clam. L. si alius. §. est & alia.

Articulus. L

a. Concordat Iur. mu. ar. Cxxvij.

QVi lapides aut arbores a finium regundorū id est distinguendorū limitum ponere uelit, uicinos qui ex altera parte fundum habent ad id uocare debet. Qui curiam sepit uirgis, uersus fundum suū arbusta debet uertere uirgarū b

b. Ratio est ut dignoscatur quod sepes eum pertineāt, sicut a simili quando dignosci uolumus cuius paries sit & ad quem pertinet perscrutatur, unde & ex qua pte figitur clauis et in qua parte capita clauiū sint illius parietis est

Glosa.

Qui lapides finium regundorū. &c. vide. C fi. regun. L. i. ñ. & per totum. Pro materia istius articuli secundum ius commune de pena ammouētis terminum notatur. lxxxvi. dist. tanta nequitia. Et nota quod si damnū datur & nescitur per quem, presumitur contra vicinum arg. ff. loca. L. dñs, & de fun. instruc. L. si ita. Et ratione vicinitatis consequitur quis damnum & cōmodum Arg. ff. de serui. ru. prędi. L. qui duo & quod ibi notatur &. ff. de contrahen. empci. L. quod sępe. §. fi. De isto iudicio, videlicet finium regundorum, vide hic in glo. & in. c. ex literis de ꝓba. & inspecu. de iudi. §. sequitur, & infra ar. lxx.

Glosa.

c. In causa finium regundorum quædam specialia uide.

Circa articulum ptesentem quinq; notanda ex ordine veniunt, c Primo quod circa fines limitandos dominus potest fundū vel agrū suum in quantum suus est limitare, terminare & adaptare, prout sibi placet, vt. C. finiū regundorū. L. i. &. ñ. d Secundo quod nulli admittitur actio super diuidundo vel occasione finium regundorum nisi actor ostēdat bonorum illorum possessionem occasione quorum limitatio fieri debet, vt. C. eo. ti. L. si quis. Tertio cum possessio probetur extūc diuisio subsequi debet non obstante contumacia partis aduerse, vt. C. eo. ti. L. iñ. §. qd' si altera pars. Quarto quod qui conatur alterius fundi partē occupare, victusq; si sit tantū ammittit de suo, quantū ipse vicini occupare voluit, vt. C. eo. ti. L. si constiterit. Quinto quod actio finium regundorum non longi temporis, sed triginta tantum annorum prescriptione locum habet, vt. C. eo. ti. L. vlti. In contrarium licet sit. Ir sti. de vsucapi. §. iñ. vbi dicitur quod res mobiles per triennium. Immobiles vero inter presentes decennio. Inter absentes vero viginti annis vsucapiūtur. R. quod ibi loquitur de prescriptione bonorum, hic vero de prescriptione limitum.

d. Cōcordat Iur. mu. ar. Cxxij.

Qui curiam sepit virgis. &c. Concordat. ff. finium regun. L. sciendum. §. si quis, lexq; illa Solonis est Athenien data, & inter leges xij. ta. apud Romanos habita. Si quis sepem vel maceriem iuxta alterius regionem effoderit, terminum non excedūto. Si autē murū, vnum pedem derelinquat. Si domū, duos pedes. Si sepulchrum aut soueam effoderit quantum profundum ideſt quantum extenditur souea interius tantundem derelinquat, si puteum, passum vnum. Oliuam autē aut ficū, nouem pedes ab extrarea regione plante, in cęteris autem arboribus quinq; pedes seruanto, forte oliuam & ficū hęc lex ab aliis arboribus distinxit quia huiusmodi arborum radices longius proserpunt damnumq; ob id finitimis afferunt, an hoc tamē sit verum agricolas consule, ibidem ex glosa. Notandum ibi cum dicitur in prętacta lege duos pedes, immo videtur quod in edificatione qualibet quę fit a priuato iuxta priuatum debet spacium decem pedum liberi aeris relinqui. Si autem iuxta horrea publica quindecim pedum alias domus destruitur & solum fisco applicatur, vt. C. de edi. priua. L. Meniana, & ita videtur esse cōtra legē presentem, dicunt tamen quidam hanc corrigi per illam. Alii dicūt quod illa loquitur in Menianis. i. solariis, hęc autem in cęteris edificationib⁹ vel structuris qd' est verius, nō em adeo defecili lex vna debet corrigere aliā, correctionē em iuriū vitare debem⁹.

Articulus LI.

z. Concordat Iur. mu. ar. Cxxiij. & Cxxvi. & Cxxviij.

FOrnaces, cloace, & stabuli porcorū a sæpe trium pedū spacio a sunt ponē-

de. Quilibet fornacem suam & caminum protegere debet, ne a scintilarum incursibus fundus uicini periclitetur. b Cloace etiam uersus curiam uicini uerse c usq; ad terram muniātur.

b. Concordat Iur. Mu ar. Cxxiiij.

c. Iur. Mu. ar. Cxxvi.

Glosa

d. De seruitutibus rusticorum prædiorum uide supra eo. li. ar. xxvij. & hic in glo. per totum.

Fornaces, cloace. &c. vide etiam pro materia prętentis articuli in. L. prętor & per totū ff. de cloa. &. ff. de dam. infec. p totū. d Sed quid, an pactum quod nō possim facere se nestrā in meo pariete vel simile liget emptorem vel successorem. Dic quod non, nisi tūc appareat pactum appositum contemplatione tui prędii vel tuę domus, de hoc p Drn. in. L. finali. ff. de oper. no. nunci. & facit. ff. de alie. iudi. L. iñ. §. opus &. ff. de serui. in. L. antepenul. & penul facit etiam. ff. ad vellei. L. si mulier secundum Bald. Adde notata in specu. titu. de empci. & vendi. in. §. sciendū vers. sed pone, vbi de feneſtra. Sed cum lex dicit quod ille qui vadit per fundum alienū, vel facit alios actus per quos poteſt queri aliqd' ius seruitutis talis per hoc nō querit possessorem seruitutis nisi eo animo facit vt intendat vti iure suo. ff. quemadmodū serui. amit. L. fi. &. ff. de aqua. quotti. & esti. L. i. §. aristo. &. ff. de itī. actuq; priua. L. i. §. Iulianus &. L. fi. Vñ dicit Inno. in. c. bone. ñ. de postu. Quid de hoc constare debet per verba expressa, vt dicat se vti illo actu seruitutis tanq̄ iure suo non ex gratia, sed ex debito, & etiam secundum eum ad hoc necessaria est scientia illius in cuius prędiditium cedit, & ꝙ non contradicat verbo vel facto, sed potius paciatur. Si enim nescit non fit ei prędiditiū. ff. de acqui. possess. L. clam possidere. §. fi. Nam in vtente seruitute vt illius possessionem acquirat, est necessaria paciētia possidentis rem, vt. C. de serui. L. ñ. &. ff. de serui. L. quotiens, &. ff. de serui. vr. pre. L. iñ. Pacientia autem non potest dici adesse nisi sciat ille cuius res est qd' vtens intendit acquirere seruitutem. ff. si serui. ven. L. & si forte. §. i. & hoc placet. Non obstante C. de prescript. longis. tempo. L. fi. vbi prescribitur etiam contra ignorantem, quia loquitur de corporalibus, vt nota in. L. iñ. C. de secui.

e. De prescriptione seruitutis attende.

e Nec etiā obstat quod notat Inno. in. c. de quarta. de prescrip. ꝙ etiam domino alicuius nisi ignorante possit quis in illa re incipere possidere & prescribere ius seruitutis, & ꝙ prescriptio iurium currit inter presentes & absentes. Nam intelligitur absentes sup. & scientes vere & presumptiue. Et dicit ipse Inno. quod si ista scientia negetur debet ꝓbari per asserentem, & probet eam si docet se antiquo possessori hoc dixisse scz quod intendebat vti iure suo, vel quod ipse eum prohibuit & nihilominus ipse eo prohibente vsus est possessione seruitutis, tunc enim querit sibi ius, nisi alius sibi prouiderit de retinenda sua possessione, vt notat Inno. in. c. iñ. de rest. in integ. Item probat eum scire qd' ipse intendebat vti iure suo, eo ipso ꝙ talis scivit ipsum vti his actibus vel iuribus qui non conueniunt nisi possessoribus. Constat igitur de huiusmodi intentione ex qualitate actus quem quis exercet, & alius pacienter sustinet. Item ex multiplicitate actuum & ex qualitate personarū ex modo perēdi, ex modo faciendi & ex aliis similibus, ex ybus hoc bonus iudex arbitretur, & secundū hoc refundet onus probationis in alterum secundum Inno. & eorum quę leguntur in. c. prę terea &. c. in nostra de testi. Et quando prima facie est presumptio cōtra vtentem ꝙ nō vtitur iure suo, debet ille de hoc coram domino rei protestari, non clam coram aliis. Nam per id apparet quod malam fidem haberet, & sic nec posset nec prescriberet, vt in. c. vlti. de prescripti. Et non est necesse ꝙ vtens credat sibi seruitutem de iure competere, cū etiam predo exceptis bene facientibus eam acquirat secūdum Inno. in. c. in literis, de restī. spo. Et si dominus non possidet fundum, dicit Inno. quod tunc prēter eius scientiā seruitus acquiritur quia nullum prejudiciū patitur ei fieri in possessione ex quo non possidet, & si plures sunt in possessione rei in parte seruitus acquiritur, si ex ista acquisitione omnibus fit prejudicium tunc omnium scientia est necessaria, vt. ff. de serui. rusti. predi. L. per fundum. Alioquin si iura possidentium sunt seperabilia tunc requiritur scientia illorum tantum quibus fit ex hoc prejudicium secundum Inno. Incipit igitur tempus acqrendi currere ex quo quis cepit vti illo iure non vi. aut clam. non precario & illo cui fit prejudicium sciente & non cōtradicente, sed tacente & ipsum probare debet & sic intelligitur. ff. quemadmodum serui. amit. L. fina. &. ff. de itī. actuq; priua. L. i. §. Iulian⁹. Quot tuplex autem est seruitus & qualiter in ea prescribatur, vide plenissime p Inno. & alios modernos post eum in. c. de quarta de prescriptione.

f Nota quod contra seruitutem domū eleuare nō possum sed prēter seruitutē mihi licebit vsq; ad cœlū, vt in. L. alcius. C. de serui. & aqua. Et omne predium est liberum nisi appareat de seruitute imposita, vt. C. eo. ti. L. i. per agrum.

f. Si domus extra seruitutem posita est edifiia extelli usq; ad aera licet.

g An habens molendinum in flumine pōt prohibere ne aliud edificetur, notatur in. L. si manifeste. C. de seruitut. Et an flumen quod nauigio transfretatur recipit seruitutem, nota per Bald. in addi. specu. ti. de. restī. spo. in ver. iuxta. Et scias quod vim facit qui cōtra inhibitionem facit. ff. quod vi. aut clam. L. i. &. L. iñ. Et aduersus violentiam parū ꝓdest custodia. C. qd' met. cau. L. iñ. &. ff. loca. L. Sed & de damno.

g. Ad hanc materiā uide infra eo. li. ar. lxx.

Glosa.

Fornaces trium pedum &c. Hoc ex eo fit ne paries ardeat.
Cloace & stabuli porcorū &c. Hoc fit propē fetorē. ff. de cloacis. L. prētor ait. §. quēq;
¶Quilibet fornacem suam protegere debet &c. Hęc constitutio statuta est ꝓpter cōmodum vicinorum, vnusquisuis cm prouidere debet ne damnum ex sua negligētia eueniat. Quare si ad instantiam vicinorum prouidere non vult, cautionem de damno statuere cogitur, vt. ff. de dam. infec. L. dies. Vnde dato quod vicinus non queruletur antehac, nihilominus tamen si postmodū damnū illatum eueniat, resarcire tenetur, ex eo quia iure interdictum & prohibitū est, vt. ff. de interdic. seu extraordi. L. videamus. & Insti. de interdic. §. prohibitoria.

h. *Mandata seu prę cepta quæ p iudicem statuuntur tripliàa ueneiuntur.*

Vnde pro intellectu istius, notādum h quod mandata seu prēcepta quę per iudicem statuuntur triplicia sunt. Prima sunt prohibitoria, hoc est prēcisto ditiua damni, vt cū prētor vetat aliquid fieri vt hic, & Insti. eo. ti. §. prohibitoria. Secundo sunt restitutoria quib⁹ iudex restitui aliqd iuber, veluti bonorū possessori possessionē eorū, vt Insti. eo. ti. §. restitutoria, &. ff. eo. ti. L. iterdictorū. §. hęc aūt Tertio exhibitoria hoc est repetēdi ea quę in iudicio ꝓmissa sunt, sicut si iudex expetit illum a fideiussore quem ad cautionem dederat, vt supra li. i. ar. lxv. &. li. iij. ar. iiij. infra. li. iij. ar. ix. Insti. eo. ti. §. exhibitoria. ff. de interdic. L. iterdictorū. §. iuris, &. §. q̄dā iterdicta.
¶Cloace etiā versus curiam vicini, &c. idq; propter cōmunem vtilitatem statutum est vt ff. de cloacis. L. prętor ait. §. hoc autem interdictum, vbi habetur, quod mundatio cloacarum prohiberi minime debet dato etiam quod p curiam vicini id fieri contingat, ad salubritatem enim ciuitatū id ptinere dicit.
¶Dicere qs posset hanc glosse declarationē contrariam esse primo paragrapho huius articuli vbi dicitur quod cloace trium pedum spacio sunt ponende. &. quod nulla in eo est contrarietas. In paragrapho ēm vltimo cloaca accipi debet pro loco secreto gratia exonerandi ventris constructa. In paragrapho vero primo accipitur cloaca pro omni loco seu pureo vbi aqua desluit, vt. ff. de cloacis. L. prętor ait.

Articulus. LII

a. *Cōcordat Iur. Mu ar. Cxxviij.*

b. *Ad id sentire uideo tur lex xij. tabu. cum inquit glādem in alienū fundum prodi dentem colligere fas esto.*

Transcrescat siquidē humulus sepem, a q radices habet infra sepē uel cuius fundo radices figerit b quantum de humulo atrahere tre potest per sepem humulum tollet, & quod extra manet uicinū pertinet. c Rami arborū sepē nō transcendāt si hoc uicino sit dānosum.

c. *Concordat ad hoc lex xij. tabu. cum inqt si in agrum alterius arbor impendeat usq; ad quindecim pedes à terra alaus coerato & ne umbra arboris uiano prædio noceat quindecim pedes alaeus ramū arboris circumadito in proposito; nomine arboris & uites intelligi debent.*

Glosa.

Qui radices habet. &c. Concordat Insti. de re. diuisi. §. si Ticius, vbi sic dicitur. Si Ticius alienam Plantam in suo solo posuerit ipsius erit & sic exaduerso, si Ticius suam plantam in Mevij solo posuerit Mevij planta erit, si modo vtroq; casu radices egerit, antequam autem radices fixerit, eius permanet cuius & fuerat, d adeo aūt ex eo ꝙ radices egerit plāta proprietas eius cōmutatur, vt si vicini arbor ita terram ticij pressérit vt in eius fundū radices egerit ticij effici arborem dicamus. Ratio etenim non permittit vt alterius arbor esse intelligatur q̄ eius in cuius fundum radices egisset, & ideo prope confiniū arbor posita si etiam in vicini fundum radices egerit, cōmunis fit, qua ratione autem plante quę terrę coalescunt solo cedunt, eadem ratione frumenta quę sata sunt solo cedere intelligūtur. Item alibi dicitur, si quis sciens in alienū agrum plantas posuerit posiq̄ hęc radicibus terram fuerint amplexate solo cedere rationis est, vt in. L. si quis. C. de rei. ven.

d. *Concordat Iur. Mu ar. Cxxviij.*

Glosa.

Sensus articuli prętentis duplex est. Primus quod qui radicem arboris vel aliarū herbarum in fundo suo habet eundem iure naturali pertinet. Arbor etenim seu planta vitā suā ex illius fundo retinet. Vñ textus dicit transcrescat siquidem humulus sepem. &c. q. d. si arborē vel herbam aut vitem in fundo habeas tuo, ita quod radices in terrā egerit tuam, rami ex ea procedentes tibi pertinent ratione insequentes vt Insti. de re. diuisi. §. si ticius, &. ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. §. si alienā. e Alter sensus articuli prętentis. Quāuis radices arbores tui sint in colligendis tamen fructibus vicino damnum ferre nō debes sepem eius destruendo vel demoliendo, aut agrum laboratum conculcando, & hoc tangitur ibi in textu, quantum de humulo atrahere potest. &c. dato etiam qd plus accipere ex illo possis cū damno tamen alteri⁹ id facere minime admittit, vt. ff. de reg. iur. L. iure, &. ff. de vsucapi. L. cū qui &. ff. de cōdici. in debi. L. naturaliter &. L. nam hoc, &. ff. de peti. hęre. L. plane
Rami arborum &c. Paragraphi istius sensus etiā est duplex. Vnde in priori paragrapho dictum est de ramis plantarum seu arborū quę facilit flexibiles sunt, hic vero tangit de ramis magnarum arborum quę non faciliter

e. *Ad hunc articulum concordat Iur. seu. c. lxxi. glo. cum dicit fructus cadens ex arbore uicini in fundum meū mei sunt, fructum tamen ex arbore ipsius decerpere mihi non licet, nisi postq̄ ipse fructus huiusmodi ex arbore decerpserit arboremq; mouēdo quod in meum fundū ceciderit meum manet poteroq; ei introitū negare in fundum meum ne fructus illos in meum fundum cadentes colligat, si uero colligere posit fructus sine damno meo, egoq; sibi prohibeo uiolentiam facere uideor, quod si in damnum arbor illa plantata sit meum tollerare q̄, illud nolo iudicaliterq; contra eū ago arborem exadere cogitur. Itidem & de aqua habetur. Erūpat si aqua in agrū alterius, & ille tollerare uult potest ea utt sicut ille ex cuius agro oritur. Notādum etiā si aqua originem in meo fundo habet do-*

minus agri. riuum et defluxum aque continere in agro suo pōt si uult, prouidere tamen ne damnum uicino inferatur. Si uero aqua naturalem meatum consequitur pro hiberi nō debet. Qui autem nouum meatū fecerit, penam de stagni raptoribus latā pati oportet, ut. C. de Nili aggeribus nō rumpen. L. i.

Sciendū præterea est q̄ diu aqua in meo permaneat agro, unumquēq; quo pisces prēdat prohibere possū, ut Insti. de re. diuisi. Cum aūt metas agri mei excesserit, prohibere minime possum ex quo & fluuius ille meus peramplius non est, sed tantūmodo riuus et origo illius apud me manet, hanc etā glossam cō firmare uidetur lex. xij. ta. in hęc uerba, si aqua pluuiaue noceet arcesto.

flecti possunt. Vnde si huiusmodi frondes seu rami crescāt, quominus vicinꝰ tuus ędificia struere possit, abscidi debent, vt. ff. de arbo. ce. L. ait prętor. Si vero non noceāt crescere permittantur, vt. ff. eo. ti. L. i.
Notandum etiam quod in colligendis fructibus, si fructus arboris tui cadunt in vicini fundum, illius sunt. Et licet in contrarium istius videtur esse. ff. de glande legen. L. ait prętor. Vbi prohibetur ne vicinus impediat vicinum in colligenda glande in fundo suo, etiam in diem tertiam. Lexq; xij. ta. hoc idem suadet cum inquit, glandem in alienum fundum procidentem colligere fas esto, vbi nomine glandis fructus quilibet intelligitur, vt. ff. de verbo. signi. L. qui venenū. Rē. quod non est in contrarium, quia lex disponit qd nullā sibi violentiā faciat, sed iste qui iure aliquem facere quicquam vetat iuste facit, nec violentiam aliquam in eo committit. Intelligi etiam debet quod fructus vicini sine damno colligātur & ita lex allegata non militat in contrarium.

Articulus LIII

Vicquid homo censualis in terra ædificat aliena hoc est in fundo cē suali, ea tollere potest, & hæres eius cum recedit prætet anteriorem & posteriorem sepem, domum & fimum, id etenim dominus redimere potest secundum arbitrium & æstimationem paganorum, quod si non fecerit tam ea q̄ prius dicta q̄ uoluerit exportabit.

Glosa.

a. *Res aliena iure naturali effiatur tua sex tupliter*

Articuli precedentes duo & iste prętens declarāt quomodo res aliena iure naturali tua effici potest, a istudq; contigit sextupliciter. Primo illud quod crescentiā habet, crescitq; ex tuo fundo, dato quod antehac alterius sit tuum tamen efficitur, vt Insti. de re. diuisi. §. si Titius. Vnde & siquidem contrariū istius videtur esse supra. ar. xlvi. in fi. Rē. tamē quod ibi loquitur de satis seminatis in agro alicuius censuali, quare soluto censu sata istius manebunt, hic vero secus est. Secundo cum quis ędificat in suo solo roboribus meis. Tertio si quis tabulę meę picturā imposuerit. Quarto si mei fructus in fundum tuum ceciderint. Quinto si ex mea materia imagnem facis, quę in pristinam materiam prout fuit redigi non potest, de his abunde vide. Insti. de re. diuisi. §. cum ex aliena. §. cum in suo solo, & alijs. &. ff. de acquirē. re. domi. L. adeo. Sexto si domus ędificetur in fundo meo, mea erit, quia ędificium cedit fundo, vt Insti. de re. diuisi. §. ex diuerso.
Quod si non fecerit tam ea q̄ prius dicta exportabit &c. Huic paragrapho contrariari videtur declaratio glosse nunc dicte, vbi tactum est quod res aliena quandoq; efficitur tua iure naturali. Rē. Quod nulla in eo est cōtrarietas, omnia etenim hic expressa, vtpote quod robora permaneant circa ędificia, & tabula circa pictorem, & metallum circa fusorem. Intelligi debēt si ille qui ex alieno fabricauit vel pinxit, putauerat materiā suā fore, & ita manet apud illos materia illa, ne laborem perdant suum, quę maioris ęstimationis est, q̄ materia huiusmodi, exoluere ni hilominus materiam tenebuntur, & in eo dominus materię contentus esse debet. Si vero sciuerat materiā huiusmodi non suam fuisse sed alium pertinere, potest contra eū pro furto agi, vt Insti. eo. ti. §. certe. &. §. si quis. &. ff. de fur. L. furtum. In contrarium etiam istius videtur esse supra ar. xxxvi. eo. li. vbi dicitur quod quiuis rem furto sibi ablatā vendicare & alloqui potest, hic vero secus sentit. Rē. qd non est simile, qui enim ędificia locat aut aliquid plantat in fundo meo, non furatur mihi fundum, sed duntaxat plantat vel ędificat desuper. Articulus vero pretactus xxxvi. dē cise de re furtiua loquitur. Vnde pro intellectu istius nota b quod vendicatio seu repetitio rei fit dupliciter. Primo quando illa eadē res cōsequitur. Secundo quando valor rei persoluit, vnde res ipsa potest expeti, q̄ diu a bone fidei possessore in aliam formam nō immutatur, & de isto liber prętens, & articulus signanter iste loquitur, legibus vero habetur, si res transformata fuerit per laborem alterius. Et vt sic iste cōsequitur valorē rei & ille operam & laborem non perdit, qui ēm bona fide aliquid possidet impensas & laborem desuper obtinet, vt supra eo. li. ar. xliij. & Insti. de re. diuisi. §. si quis a non domino, nisi sint res furto ablate, vt Insti. de vsuca. §. quod autem.

b. *Vendicatio rei cō tingit dupliciter.*

Articulus. LIIII.

Decora quæ pastorem seq possunt nullus domini seruare debet excę ptis suibus lactātibus quæ etiam custodiri debent ne dānum inferāt alicui. a Nemini licet

a. *Textus uetustiores ita legūt, nisi tres turias aut plures habeat, aut scudū in illa uilla.*

segregatim pecora pascere ut per id communi pastori prætium minuatur nisi tres mansos habeat sub titulo proprietatis uel feudalis, illi ouile & pastorē ouium seperatim cōceditur habere. Vbi prætium pastori soluitur de māsis seu curtis & nō de pecoribus appreciat, illud nō licet denegare ne uilla maneat absq; pastore. Quicquid pastori præsentatur & ex uilla ad eū pellitur istud uice uersa impellere debet, & quod perdidit soluere tenetur. Si lupus quid ceperit aut spoliator & ipse si detentus non fuerit nisi factū peruiolentiæ clamorem ita ut hoc possit comprobare notificet ad solutionem earundem teneatur. Mutilatur etiam pecus coram pastore ab alio pecore uel cōculcetur aut mordetur, si pastor pro his incusabitur nominare tenetur pecus, & si opus fuerit [b] ad hoc iurare quod pauperiē perpetrauit, & ille cuius pecus pauperiem intulit, debiliratum seu lesum in suam capiet tutelam quousq; pastorem sæqui possit, & si moriatur pecus, deputatus a iure uicrigeldus pro eo est persoluēdus. Accusetur pastor quod aliquod pecus non reportauit suo iuramento absolutur. Si autem ille qui pecus suum non inuenit statim sub testimonio duorum pastorem accusando accedit pro eo pastor iurare nō poterit sed ad eius tenetur solutionē. Dixerit autem si pastor pecus sibi non esse præsentatum ad pascendum hoc nunctians cum duorum testimonio uirorum qui uiderunt quod pecus sibi commendatum & præsentatū sit facilius obtinebit q̄ pastor denegare possit.

b. *Hic locus est, qd testimonio unius creditur.*

Glosa.

c. *Boues ad custodiā cōmissi pastori si lupus rapit eis damnū cedit.*

Si lupus quid ceperit aut spoliator. &c. c Quid autē iuris sit. Si locaui tibi boues meos custodiēdos certa mercede tibi data, & ni dimisisti eos in pascuis in qbus animalia cō muniter dimitti solebāt, & lupus vel fur eos abstulit vel occidit, nun quid teneris, videtur quod sic. Nam pastor de custodia tenetur, & quia mercedem habueris de periculo teneris. ff. loca. L. qui mercedem. Item quia non debuisti eos sine custode dimittere, vt. ff. cōmo. L. si vt certo. §. si de me. Et hoc ipso in culpa es quia in ruciorem locū trāsferre potuisti. ff. de dam. infec. L. vtiq;. Nec obstat q̄d homines ibi consueuerunt dimittere boues sine custode, quia quod alij in suis faciūt culpandum est, quod autem tu in alienis neglexisti puniendum est. Argu. ff. solu. matri. L. si constante. §. si maritus. De ista quæstione vide in Specula. titu. de loca. §. posti q̄ vers. quid si locaui. Vbi arguit pro & contra, & videt tenere quod excusatur & plenius pro soluci. Vide ibidem Ioan. And. in addi.

d. *Publica utilitas præfertur priuatæ.*

Nemini licet segregatim pecora pascere. &c. Iste articulus fundatur super publica vtilitate d quę regulariter priuate prefertur, vt. ff. pro so. L. actione. §. labeo, &. C. de cadu. tollen. L. vna. §. penul. & in aucten. de restit. & ea quę parit. c. ll. iij. & in. c. bone. i. de postula. prela Et hęc vera cum in cōmuni seu publica vtilitate priuata includitur vt hic. Alias enim quilibet potest preferre propriam vtilitatem cōmuni. Arg. xvij. q. ij. duę sunt &. xxiij. q. v. si non licet &. C. de seruitu. L. preses, &. ff. de arbi. L. licet.

Glosa.

Articulus iste fundatur super publica vtilitate quę regulariter priuate prefertur, vt Insti. de re. diuisi. §. singulorum. Vnde nō sine causa articulus presens de publica vtilitate disponēs de pecore & pastore meminit, damnū enim per pecora illatum nocet & illi cui pertinet, & etiam pastori. Vnde & in textu super eo poriuntur nōnulle conditiones. Primum quod nullus pecora domi fouere debet quę pastorem insequi possunt, ne damnū exinde vicinis eueniat pastorq; in sua mercede minuatur. Et ex isto liquet quod constitutio statui potest occasiōe futuri damni vt hic & supra eo. li. arti. xlix. ff. de dam. infec. L. i. &. L. damnum. Secundum quod priuatim pastor seruari non debet, & hoc ex eo, ne expense augeantur, tota enim villa facilius pastorem fouere potest, q̄ vnusquis priuatim. Et exinde liquet, quod Iudex nedum iudicat excessus aliorum sed etiam statuere & demandare poterit, quod vnusquisq; bonis non abutat suis, e nec illa inutiliter effundat vt Insti. de his qui sui aut alieni sunt iuris. §. expedit etiā.

e. *Iudex prohibere potest ne quis re male utatur sua.*

Articulus. LV



Quicquid scultetus a cū maioris partis consensu paganorum ordinauerit utilitatis, huic a minori parte contradici non poterit.

a. *Textus uetustiores ita legunt, quicqd scultetus pro utilitate ullæ cū cōsensu plurium statuerit istud a minori parte īmutari non potest.*

Glosa.

Quicquid Scultetus &c. b Sed quid si recipiunt mutuum an quilibet de vniuersitate teneatur ad soluendum debitum vniuersitatis. Dic quod sic & fiet collecta, vt notatur. ff. quod cuiusq; vniuer. L. i. §. quibus. Sed an ista collecta fiet per capita, an per libram, & solidum. Dic quod aut est debitum principale, & tunc per libram & in solidū collecta imponetur, vt in. L. incola. ff. ad munici. in glo. Aut est debitum accessorium capitum, puta quia erat impositum onus villę in capita, quod onus pecunia redimeretur, tunc illa pecunia debet distribui in capita. c Sed vtrū ad istud debitum teneantur forenses. Dic q̄d sic, si sunt habitantes perpetui tenentur ad onus personale. Si vero sunt eliberati, tenentur ad onus libertino, vt notatur in dicta. L. incola, etiam si non habitent vt banniti. ff. de pollici. L. de pollicitationibus. Si autem non sunt incolę, nec liberti, non tenentur ad collectas, vt. ff. de mune, & hono. L. rescripto. §. fi. Sed ad munera patrimonialia tenentur cū res est immediata causa debiti non persona, & si vnus de villa est exemptus pars oneris non accrescit alijs. Et quicunq; cedit bonis, non tenetur ad collectas. d Nec vniuersitas potest priuilegiare rusticum re soluat collectas. Nouus etiam habitator ville nō tenetur ad vetera eius debita reqq; repressaliis veteribus pōt capi. Q̄d si villa debet emēdare cū num alicui de corpore villę, illemet contribuet, de his in spe. ti. de censi. in. §. nunc dicēdum. Et ibi per Bald. in addi. Et non obligatur Ciuitas ad mutuum nisi appareat versum in eius vtilitatem, e alias enim soli contrahere obligantur. ff. de re. credi. L. ciuitas. Ordinauerit scilicet statuendo. Statutū enim est lex municipalis, vt. i. diſi. Ius ciuile, extra de consti. c. quę in ecclesiarū, &. ff. de iusti. & iure. L. omnes, & Insti. de iure. natu. §. i. Vide. ff. quod cuiusq; vniuer. L. ñ, &. L. item eorum, & Insti. de iure. natu. §. i. &. ñ. in quibus iuribus innuitur quod vniuersitas potest facere statutum. Quod igitur maior pars facit alij seruare tenētur vt notatur in. c. ex parte, de cens. & de postu. prela. c. bone. ñ Et q̄d placuerit maiori parti vniuersitatis seu populi factum est, vt. ff. ad munici. L. quod maior, Qualiter autem contrahendum sit cum

d. *Vniuersitas āuiū nō potest rusticū priuilegiare, ne collectas soluat.*

e. *Ad hanc materiā uide Iur. munia. ar. xlviij. glo.*

f. *Multa statuuntur pro cōmuni utilitate in Repub. etiam cum dāno hōmis priuati.*

g. *Testimoniū unius quomodo ualet & quomodo nō uide hic*

h. *Testes quales esse debent in isto casu.*

e. *Ad hoc qđ actus alicuius cõmunitatis valeat necessario due ptes psentes esse debent.*

vniuersitate vel ciuitate, vide in specu. de obli. & solu. §.i. vers. ceterum scz cõmunitas alicuius ciuitatis. f Et in vniuersitate debẽt esse psentes due partes ad hoc vt actus valeat. ff. quod cuiusq; vniuersi. L. plane, & de no. ope. nunci. c.ij. Et requiritur quod conueniãt in corpore. C. de decu. L.ij. lib. x. & de elect. c. in Genesi. & quodlibet collegium artificiorum potest habere superiorem ordinarium qui recusari non potest, vt in. L. perinde quum. C. de iurisdict. om. iudi. Vide etiam in lib. feud. tit. de forma fid. in. c. in epistola per Bald.

Glosa.

Superioribus abunde dictum est de communi omnium vtilitate, quam quilibet legislator maxime curare debet, vt Imperator Iustinianus testatur, in auten. de here. & falcidi. §.i. coll.i. Et quia non omnes iuri intendere possunt, signãter rustici laboribus dediti, quare eis admissum est quod quicquid pro cõmodo & vtilitate de cõsensu maioris partis inter eos statutum sit, hoc minor pars cõtradicere non potest, g Iustuq; iudices potissimum animaduertere debẽt, vt in auten. de manda. princi. §. sed & coll.iij. & in auten. vt iudi. sine quoquo subra. §. omnes. & §. cogitatio. coll.ij. & ff. de offi. procu. Cæsar. L. curatores, & C. de senten. & interlo. om. iudi. L. nemo.

g. *Ad hanc materiã vide supra li. ar. xxxiij. & infra li. ij. ar. xxxix. & lxxx. glo.*

Articulus LVI.

QVecunq; uillæ seu predia iuxta flumina aut aquas instagnatas sita sunt uel aggeres habent qui ea ab impetu aquæ protegat [a] quodlibet prædium in eo partem stagni suã debet tenere ab undis inconuulsam. Si autem undarũ impetus aggerem diluit, & per uiolentiæ clamorem ad id aduocentur hij qui sub eo commorantur [b] quicunq; eorum ad reparandum aggerem non uenerit ipse talia quæ sub eo habet bona se nosca perditurũ. Quicquid aqua euellit de terra hoc perdit cuius erat & tuo fundo applicatum tuũ erit. Si uero nouum fecerit alueum seu meatũ partem fundi tui diruptam non amittas. [c] Si qua insula in flumine ex arena nata fuerit cuius fundo uicinior sit ipsi est acquisita. Si autem mediũ omnino tenuerit possidentium ab utroq; ex equo erit. Quod etiã de alueo seu palude siccato est intelligendum.

a. *Alij textus habẽt quilibet partem stagni suam illesam seruare debet, ne per negligentiam uiam submergatur.*

b. *Textus uetustiores ita leguntˢ si per uiolentiæ clamorem uocati ad claudendũ rupturam stagni nõ uenerint, quicquid hæreditatis infra stagnũ possederint perdunt.*

c. *Concordat supra eo. li. ar. xxix.*

Glosa.

Quę per alluuionem. &c. Idem dicit Imperator Iusti. de rerum diuisi. §. preterea, quod p alluuionem in agro tuo flumen adiecit iure gentium tibi acquiritur. d Est autem alluuio incrementum latens per alluuionẽ, aut id videtur adiici quod ita paulatim adiicitur vt intelligere non possis, quantum quoquo momento temporis adiciatur.

Si vero. &c. Item facit ad hoc in dicto. §. insula vbi etiam inter alia dicitur, quod si alia qua parte diuisum flumen sit deinde infra vnitũ agrum alicuius in formam insule redegerit eiusdem permanet is ager cuius fuerat, hoc tamen scias quod etsi totus agger inundatus fuerit ipsa inundatio non cõmutat speciem fundi. Vnde si recesserit aqua palam est eius fundum manere cuius & fuit, vt iusti. de re. diuisi. §. alia. Ex premissis igitur nota, quod flumina vicem iudicis obtinent, & delent & auferunt dominia facit etiam. ff. de acquiren. re. do. L. ergo. §. alluuio.

Non ammittas. &c. Concordat Iusti. de re. diuisi. §. quod si, vbi dicitur quod si vis fluminis partem aliquam de tuo prædio detraxerit, & vicini prædio appulerit, palam est, eam tuam permanere.

Si qua insula. &c. Concordat, iusti. de re. diuisi. §. insula, vbi dicitur Insula quę in mari nata est, quod raro accidit, occupantis fit, nullius enim esse credit. At in flumine qđ frequenter accidit siquidem mediam partẽ fluminis teneat communis est eorum qui ab vtraq; parte fluminis prope ripam prędia possident pro modo latitudinis cuiusq; fundi quę latitudo prope ripã sit. Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantũ q ab ea parte prope ripam prędia possident, & si naturali alueo in vniuersum derelicto, alia parte fluere cœpit, prior quidem alueus eorum est qui prope ripam eius prędia possident pro modo scilicet latitudinis cuiusq; agri quę latitudo prope ripam sit.

d. *Alluuio q. l.*

Glosa.

Continuans est quę ad communem vtilitatẽ sunt posita in articulo presenti hocidem facit dicens, quod illi qui circa stagna cõmorant ad reformationẽ aggerũ cogi possunt, idq; ad precauẽdũ de futuro dãno statutũ e

e. *Ad rippã stagni uel fluminũ commoran. pactum inter se facere possunt super reformatione rippe.*

f. *Vide iur. mu. ar. i. gl.*

Si autem undarum impetus &c. Circa id tria notanda veniunt. e Primo quod illi qui sub stagno commorantur vel resident, possunt inter se concludere pecuniam certam quantam cunq; voluerint ad reparandũ aggerem, huiusmodicq; conclusio est iusta & honesta quę si longo tempore seruata fuerit pro iure habetur, vt. C. quę sit longa consuetudo. L. prses. f Consuetudo enim precedens & ratio quæ consuetudinem suasit, custodienda est, & ne quid contrà longam consuetudinem fiat ad sollicitudinem suam reuocabit prses prouincię. Secundo qui ad reparandum aggerem prestare auxilium noluerit hereditatẽ amittit. Quid si proprium sit. R. quod vnũ & idem est, nam & proprium hereditas appellatur, vt supra li. i. ar. v. in fi. Sed si feudum sit illud non perdit, feudum enim est stipendium militare vt dis. i. c. ius militare, &. ff. de testamen. mili. L. ex eo. Hoc tamen quod dictum est de perditione hereditatis. Intelligeni si eum legale impedimentum excuset quod ad reparationẽ aggerum venire non potuit, vt supra eo. li. ar. vij. & C. qui ex cau. maio. in integ. resti. L.ij. & L. in contractibus &. L. vlti. g Tertium qui stagnum voluntarie dirupit igne cremandus venit. Qui vero ad id consilium prsuitit perpetuo proscribitur, vt C. de agger. nili. non rumpen. L. si quis.

g. *Aggeres dirumpens crematur, cõcordat supra eo. ti. ar. xvi*

Quicquid aqua euellit de terra. &c. de hoc vide Insti. de re diuisi. §. preterea.

Si vero nouum fecerit alueum. &c. Ad hanc materiam vide abundantius. Insti. eo. ti. §. si quis, & ff. de acqren. re. domi. L. adeo, &. C. de alluui. L. ea quę, & per totum. h Sciendũ tamen quod nullus alueum nouum ex industria facere debet ad id quod aqua aliunde nouo fluat alueo in damnum alterius qui id facit pœnam subibit quę contra ruptores aggerum statuta est, vt. C. de alluuionibus. L. i. & C. de Nili. aggeribus non rum. L. i. Sciendũ etiam si flumen partem fundi tui adimat vicinoq; applicet tuo, istudq; corporaliter id ita fore cernatur tuus erit, vt Insti. de re diuisi. §. suis fluminis.

h. *Alueum nouum nullus facere audeat.*

Si qua insula. &c. de hac materia vide. ff. de acquiren. re. domi. L. insula, & Insti. de re. diuisi. §. insula.

In flumine ex arena nata fuerit. &c. Notanter istud additur in flumine, si enim contingat q̃ lacus vel stagnum aut fluuius, intantum exsiccetur, extunc terra sic exsiccati stagni non erit illorum qui circũ incolũt sed illius cuius stagnum antehac erat, nascatur etiam insula in mari occupantis fit, Insti. de re. diuisi. §. insula.

Quod etiam de alueo est intelligendum. &c. Ad hanc materiam vide Insti. de re. diuisi. §. quod si, & ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. §. quod si toto.

Articulus LVII.

LIcet feudũ propter inuestituram sit plurimorum [a] id tamẽ quod in eo delinquitur libero possessori emendatur.

Glosa.

Licet feudum propter inuestiturã. &c. [b] Nota quod iste articulus in parte qua dicit de decimis, intelligitur de illis quę laicis fuerant cõcesse, de hoc de priuile. c. cum & plantare, & de decimis prohibemus. Vnde concilium vt legitur in Chronica Martiniana fuit celebratum. Anno domini Milesimo centesimo septuagesimo nono, & fuit in eodem concilio prohibitum, ne clerici decimas cum aris marum suarum periculo detinentes in alios quoquomodo transferrent, contrarium autem facientes deberent Christiana sepultura priuari, vt in dicto. c. prohibemus, hinc etiã est quod laici decimas prescribere nõ possunt vt in c. causam quę, de prescrip. Pertinẽt eñ decime ad Ecclesiam vt in. c. cum apostolica, de his quę fiunt a prela. &. c. ij. de resti. spo. lib. vi. & de deci. quasi per totum, est enim cibus leuitarũ, vt. xvi. q.i. reuertimini &. c. vlt. Vnde etiam Ecclesia decimas de nouo nõ potest dare in feudum nisi in casibus, vt in. c. vlti. de feud. Sed pone quod non apparent instrumenta infeudationis, & est dubium an laicus eas post vel ante dictum concilii habuerit. Sed tamen habuit eas tanto tẽpore cuius initij non est memoria, quid iuris. Dicunt quidam quod nisi appareat habuisse eas ante concilium quantocunq; tempore possedit semper possunt reuocari ab Ecclesia, quod ius cõmune dictat pro Ecclesia, & possessiones decimarum a laicis sunt odiose, ideo restringẽde. Sed dicit cõtra per. c.i. de prescrip. li. vi. Per quod respondetur ad primam rationem. Ad secundam vero rationem dic, quod verum est si laicus non possideret decimas vt vasallus, & si non recognosceret Ecclesiam vt dominam.

a. *Textus uetustiores hunc textum ita legũt licet multis dominis una pertineat hereditas seu feudum, ita qđ unus ab alio ex infeudatione eandem teneat, quicquid aliquis in illa deliquerit satisfaciet [illegible] & nulli alii.*

b. *Glosa ista nihil ad propositum articuli disponit sed magis pertinet ad articulũ. xlviij. supra eo. li.*

Glosa.

Precedentibus declarauerat de alluuionibus accrescentijsq; agrorum quę per alluuionem vni aduenium. vt ff. de re. diuisi. §. preterea. &. ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. §. preterea &. C. de alluuionibus. L. si quos. Articulus presens disponit de dãno in bonis quę vnus ab alio per iufeudationẽ habet illato cui damnum illud resarciri debeat. c Pro intellectu articuli presentis nota quod bona ab altero habere contigit tripliciter, ex feudo, Conducto, & oppignoratiõe. Si ex feudo bona illa habuerit, extunc illi quęrela incumbit qui

c. *Bona ab altero habere contingit trifariam.*

c. *Vnde & iure feu. c. ij. Bona unus ab alio acquirit tripliciter. Primo ex feudo, sicut Rex bona cõcedit prĩcipi. Princeps tandem uasallo aliquã ex eis tribuit, & ille tandẽ alteri, & ita unus ab alio habet bona infeudata qui itaq; in usufructu & utilitate tenet bona illa, eidem respondere oportet si qd in bonis euenerit. Secũdo bona ueniunt nobis ex oppignoratione et conducto. Tertio ex pacto qd dicitur Emphiteosis ideſt melioratio, ut do certũ locũ ut ille eradicet & exinde seruiat uel cẽsum det.*

est possessor bonorum feudalium vt insti. de vsufructu. L. cętere. [c] Si ex conducto bona quis habeat, hoc intellige sub distinctione ga euenit damnum & nihilominus res conducta in se ipso illesa manet, & tunc emendatur cõductori, quia sibi damnum cedit, vt C. de loca, & conduc. L. damnum. Si vero destruitur res conducta, extunc actio pertinet dominum illius rei, vt C. de iure Emphite. L. i. Quod si ex oppignoratiõe vnus rem ab alio habeat, extunc emendatur illi cuius pignus est. Vnde breuiter epilogando, cuius est damnum eidem cedit quęrela, vt Insti. vi. bono. rapto. §. vlti. eidemq; etiam soluitur emenda. Creditori enim magis expedit incumbere pignori q̃ in personam agere, quare & eidem emendatur, vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. furti. ff. vi bono. rapto. L. ĩi. §. & generaliter, & ff. de reg. iur. L. plus. & L. minus.

Articulus LVIII.

HEredem feudalem si qs post mortem non habeat, hæres puintialis quicunq; sit tollit mortui bona in feudo deseruita. Nunc considerandum sequitur quando redditus feudi deseruiuntur uel exsoluuntur. In festo sancti Martini, [a] est omnis cẽsus & pactus deseruitus quare ibidem soluitur, [b] Die sancte Valpurgis decima agnorũ. Assumptionis Mariæ Anserũ, Die sancti Ioannis Baptistæ, decima carnium, ubi decima denarijs redimitur annuatim. Vbi autem non redimitur ibi quando nascitur est deseruita. Die sanctæ Margaretæ omnis decima frugũ uel si prius manipulatur soluitur. Die beati Vrbani decima uinearum & pomeriorum. Sata proprio aratro operata & rastrata deseruiuntur quãdo semina agro deteguntur, quod & de hortis intelligitur cum scz rostratus & semina tus fuerit. Pensio molendinorum Teloneorum, monetarum, uinearũ soluenda est cum terminus aduenerit huiusmodi solutionibus assignatus. Si puer annos suos compleuerit ante dies census qui in bonis deseruitur, puero persoluitur. Si uero post dies census ueros annos expleuerit tunc in percipiendo censu illius anni carebit, hoc ideo dico, [c] quia si dominus hortos pueri aut uineas aut pomeria coluerit aut tradiderit ad colendum usq; ad festum sancti Vrbani, & puer ad annos peruenerit post terminũ dominus accipit fructũ. Si etiã dominus agros pueri seminauerit infra annos, dominus sata recipit & non stipulas, neq; baculos palmitibus seu uitibus adligatos. Nõ licet domino pueri ad annos peruenientis ligna cedere aut gramina defalcare. Si autem prius puer annos attigerit aut terminum, dominus suum amittet laborem. Puer enim sibi nihil restituere tenet, sic nec dominus puero nec eius hæredi quicq̃ dabit [d] quãdo post mortem eius feudum expectabit.

[c]. *Vide ad hũc passũ. Iur. mu. ar. xxvi. glo.*

[d]. *Alij textus habent quando tale feudum ad eum fuerit deuolutum.*

[a]. *Alij textus habent p festo sancti Bartholomei.*

[b]. *Textus uetustiores legunt sanctorũ Philippi & Iacobi.*

Glosa.

Si vir hęredem. &c. Scias quod pro hac materia vsus feudorum aliter disponit, vt in li. feu. tit. hic finitur lex. §. his consequenter, vbi sic dicitur quod si vasallus decedat & contigerit feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur, vt si ante Martiũ omnes fructus eius anni ex feudo prouenientes ad dominũ pertineant. Si vero post Calendas Marcij vsq; ad Augustum fructus qui inde percipiuntur ad hęredes vasalli cedunt. Si vero post augustum omnes fructus anni percipiet dominus. Quidã tamen dicunt quocunq; tempore anni vasallus decesserit, omnes pendentes fructus ad dominũ ptinere. Et nota quod vasallus per successionem non cogitur de debito hęreditario aliquid soluere nomine feudi sed de fructibus sicut ibi in lib. feu. titu. an agnatus vel filius defuncti. c. si contigerit. Et verũ est de agnato vel alio vasallo, non autem de filio qui non poterit retinere feudũ repudiata hęreditate patris, ad hoc vt non teneatur soluere debitum paternum. Sed aut totũ debet repudiare aut retinere, nisi dominus eum tanq̃ de nouo beneficio inuestierit agnatis cõsentientibus vt ibi. Hoc etiam est notandum quod si vasallus sine descendentibus masculis decesserit, & aliquod edificium fecit in feudo, aut sua pecunia ipsum meliorauit, dominus debet pati edificiũ ab hęrede auferri vel debet prędium melioratonis soluere, & idem si sua pecunia seruitutem feudo acquisiuit, licet quidam dixerunt quod prędicta ad dominũ pertineant, vt in li. feud. hic finitur lex §. si. vasallus, & vide supra eo. li. ar. xxi. §. habeat si quis. Quando autem incrementũ feudi transit ad dominũ vel vasallũ, vide plene per la. de bel. titu. de contro. inuesti. in. §. si quis de manso.

An quis potest repudiare hęreditatẽ & feudũ retinere & cum perditur feudum cui apertatur, vide notata in specu. de feud. §. quoniam vers. xxxvij. & ibi in addi. per Ioan. And.

Iure autẽ prouinciali eque filia hęreditat sicut & filius, vnde bona huiusmodi in feudo deseruita si filius non superstit filia tollit ad tẽpora, vt in textu expressa habetur. Vnde & articulus presens magis ad ius feudale spectat q̃ ad prouinciale. Feudũ enim est stipendium militare quod promereri eos oportet, vt in auten. demanda. princi. §. publicorum, coll. iij. &. i. dist. c. ius militare.

Si puer annos suos compleuerit. &c. Dominus siquidem tutor est in bonis vasallorum anteq̃ annos attingãt, domini vero vt textus habet prouentus illos tollunt. Iure enim id admittitur, [k] quicquid vero iure fit iuste fit, vt ff. de. reg. Iur. L. nullus & C. de emenda. propin. L. i.

[k]. *Quicquid iure fit iuste fit.*

Articulus LIX.

SI dominus fundi censualem bonis non innatum alienare aut illicueuersa recedere uelit, hoc ei dominus & econuerso cẽsitus domino in die Purificationis denunciare debet. Moriatur si censitus, eius hæres succedit in fundo, & soluit ex bonis sicut ille solutus esset. Si uero dominus moriatur extunc ei ad quẽ bona pertinebunt hoc est legittimo successori cẽsum persoluet promissum, & nõ nisi suo aratro indigebit uarẽdatore. [a] Strata seu uia Regia tante latitudinis esse debet quod currus alteri cedere possit. [b] Currus uacuus onerato cedat, & minus oneratus magis onerato. Pedester cedat æquiti & æquitans currui. Si aũt in uia arcta consistunt, ut supra pontem, aut si æquitans uel transiens persecutionẽ patiatur ab inimico, currus tãdiu stet donec pertransierint incõmoda fugientes. Currus prius pontem ascendens primus transeat, siue sit uacuus siue plenus. Qui prius annonã molendino præsentauerit prius molere debet. [c]

[a]. *Vide supra ar. xxvij. Iur. mu. ar. Cxxxi.*

[b]. *Vide glo. L. præterait. ff. ne quid in uia publica.*

[c]. *Alij textus ad.iunt excepto domino molendini.*

[e]. *Feudi primi inuentores Romani.*

Articulus iste a Romanis ortum habet Romani etenim totum subiugantes mundum. [e] Principes prouincijs prefecerunt eisdem milites adiungentes ques & expensis prouidebant. In recompensamq; prouisionis militũ. principes prenotati agros & possessiones deuictarum prouinciarum occupabant, & qcquid ad locandum seu conducendum videbatur sub determinato cõmodo vtilitate & censu faciebant & exinde milites fouebant, quicquid superfuerat Romanis tribuentes, [f] Cũ tandem alię prouincię vlterius subiciebantur & istis propinquioribus pax fuit, displicebat principibus milites continuis fouere expensis, quare tribuebant & largiebantur militibus prouentus prouinciarum, & illi sese in expensis prouidebant, exindecq; obsequium imperio prestabãt. Sicsus itaq; articuli presentis est quando miles quicq̃ de bonis obsequio suo obtinuit si moritur homo ille in feudatus, bona huiusmodi domino cedunt nisi sit vnus cui de iure bona illa pertineant, & q illa obsequijs promereri possit suis, hoc est vt sit talis hęres qui sufficiens sit ad ferendum onera ad vasallum feudalem pertinentia. [g] Vnde nota quod hęres feudalis est filius, pater, auus, qui ex stirpe procedunt militari, vt Iur. feu. c. ij. & in autẽ. de vsu. feu. in prin. col. .x. Debẽtq; sani esse & ad vsum armorum apti, [h] vt supra li. i. ar. iiij. Vnde defectuosi ad succedendum in feudo non admittuntur, feudum enim confertur vt manu armata inimicis sese defendere possit, quia ergo defectuosi & signanter qui vt supra li. i. ar. iiij. enumerantur ad defensam non valent, quate nec ad feudum admittuntur, sublata enim causa tollitur & effectus, vt C. de Epis. & cleri. c. generaliter, & extra de iureiur. c. etsi Christus, & extra de appella. c. cum cessante.

Hęres prouincialis quicunq; sit tollit. &c. [i]

[f]. *Concordat supra li. i. ar. liij. Iur. mu. ar. vij. glo.*

[g]. *Hęres feudalis quis dicatur et q ad bona admittũtur feudalia.*

[h]. *Vide supra eo li. ar. xxi. Iur. mu. ar. xvi.*

[i]. *Iure prouinciali etiã filia hęres esse potest Concordat Iur mu. ar. vi. glo. ubi dicitur qd prouincialis pater possessionem hæreditatęque in filiã sicut in filium.*

Glosa.

Et soluit ex bonis sicut ille solutur⁹ esset. &c. Nam res transit ad quemlibet cū onere suo, extra de deci. cum non sit, sicut & vitium rei sequitur omnem possessorem. C. de acquiren. pos. L. vicia. ff. de acqui. pos. L. Pōponius refert. §. i. &. ff. de cōtrahē. empci. L. alienatio.

Glosa.

Articulus presens de locato & conducto tractat, [d] locatum autem & conductū venditioni fere correspondent, excepto quod venditio in perpetuum fit. Conductio vero in tempus determinatum, vt. ff. de loca. & conduc. L. i. & quia locatio & conductio communis omnibus est, necessario itaq; sequitur vt ius ipsius debite sciatur.

Vnde pro intellectu articuli sciendum, [e] qd' bona triplicia sunt videlicet proprium, feudalia, & bona conducticia seu locata. [f] Bona quę proprium dicitur, sunt quę quis primum acquisiuit, prima siquidem rerum origine bona omnibus cōmunia fuerunt & quęquis primum aggressus est eius erant, sicut & hodie fit quando acquiruntur res quę antehac nullius erant quare occupantis fiunt, vt Insti. de re. diuisi. §. Insula & ff. de acquiren. re. domi. L. adeo. §. insula. Ex huiusmodiq; bonis quę proprium dicuntur, nec soluitur quicq; nec obsequiū aliquod prestatur. [g] Feudalia bona sunt quę ab imperio vel dominorū proprio veniunt, & conceduntur militibus propter eorum merita exindeq; imperio obsequia prestare tenentur, est enim stipendium eorum nisi ex gratia eis dimittatur, vt in auten. de māda. princi. §. oportet. coll. iij. & in auten. de pace tenen. §. hac edictali, coll. x. [h] Bona conducticia vel locata sunt quando bona mea siue sit proprium seu feudum alteri loco seu conduco secundum condictamen mutuum sub certo pacto, condictamenq; illud pro iure seruari inter eos oportet, vt Insti. de loca, & conduc. §. conductor.

Notandum preterea quod locationis materia inuenitur septuplex. Primo qui in bonis conducticijs sedet, militaris ordinis esse non poterit, perdit enim ius militare, nam accipit illū pro domino qui sibi bona locat, & istud tangitur in articulo presenti cum dicitur. Si dominus censualem alienare velit. &c. q. d. ille qui bona censualia susceptat censualis efficitur. Ille vero cuius bona sunt suus dominus erit, & vilior est censualis q̄ si vasallus suus sit, quia vasallus defert scutum bellicū & manet miles. Censualis vero perdit ius militare & efficitur rusticus, vt C. de loca. & conduc. L. licet, & L. milites. Secundo quia vnus alterū non alienat, nisi determinato tempore sibi indixerit vt sic enim locatio recte cedit. Et id tangitur in textu cum dicitur hoc ei denuntiare debet, vt C. de loca. & conduc. L. legem quidem, & in auten. de depos. & de nūc. §. i. coll. vi. Tertio quod quędā locatio fit hereditaria, vnde in textu non immerito additur censualem non innatum, hoc est qui natus non sit ad bona illa, & in isto discrepat ius Saxonicum a Marchionali. Saxonico enim iure is qui ad bona censualia innatus est, originarius dicitur, & non possunt bonis renunciare sine volūtate dominorū. [i] Vnde originarij dicuntur quos predecessores Saxonum in agris consedere permiserunt sub certa conditione, rēpore quo prouintias subiugabant, vt infra li. iij. ar. xliij. In Marchia vero rustici possident bona sub quibusdam pactis, vt infra li. iij. ar. lxxix. & diuendere bona huiusmodi possunt iuxta eorum placitū, idq; ex eo fit quia Marchia incolis oppleta est, agriq; antehac rusticis sub censu dati & concelli eorum industria meliorati sunt, quare & diuendere agros huiusmodi poterint. Idq; quod ipsi in agris huiusmodi meliorarunt vltra illud q̄ bona censualia valebant, hereditas rusticorū vocatur, vt. C. de iur. emphi. L. i. ij. & iij. [k] Quarto quicquid damni euenerit in conductione damnum illud est conductoris, id est coloni non domini, ita tamen quod bona illa in sui natura permaneant, non enim decet quod minus prestetur propter infortunium vel damnum superueniens cum nec plus datur, si fortuna vel vtilitas subsequatur, vt. ff. de reg. iur. L. secundū. C. de loca. & conduc. L. damnum. Quinto si conduco mobilia & custodio illa cum diligentia qua maiori possum, [l] moriturq; interim vel deperditur soluere illud non teneor, preciū tamen cōducti me dare oportet, vt Insti. de loca. & conduc. §. qui pro vsu, & ff. eo. ti. L. si merces. §. qui columnam. &. ff. eo. ti. L. sed & de damno. [m] Sexto quia bona sic locata recuperare possum tripliciter. Primo si locatio est hereditaria seu perpetua, conductorq; censum ad tres annos non soluerit, bona illa domino vacabunt, vt in auten. de alie, & Emphi. §. si vero, coll. ix. & C. de iur. emphi. L. ius emphiteoticarium. Secundo si bonis illis solus pro mansione indigeo, vt C. de loca. & conduc. L. edem quam, sequitur textus legis. Edem quam te conductam habere dicis si pensionem domino non soluisti inuitum te expelli non oportet, [n] nisi propriis vsibus dominus eam esse necessariam probauerit aut corrigere domum voluerit, aut tu in re locata male versatus es. Tertio si locator bona deteriorauit vel inhoneste ibidem vixerit, alienari poterit, vt C. eo. ti. L. ea, & in auten. de aliena. §. si quis vero, coll. ix. Septima locationis materia, si conducis bona sine aliqua determinatione census extunc soluitur tibi exinde iuxta consuetudines prouincię aut patrię, vt C. eo. ti. L. licet. §. penultimo.

Moriatur si censitus. &c. de hoc vide. Insti. de loca. & cōduc. §. vlti. et. C. eo. ti. L. vīa. Vitatio

[d] Venditio & conductio quo differunt.

[e] Bona triplicia inueniuntur.

[f] Proprium q.t.

[g] Feudalia bona.

[h] Conducticia bona.

Locationis materia septuplex.

[i] Originarij qui dicā tur concordat supra li. i. ar. ij. & ar. vi. li. iij. ar. xliij. iur. mu. ar. L.

[k] Damnum in re locata uel conducta euenies conductoris est et non domini.

[l] Res conducta si moritur uel deperditur, damnum domino redit.

[m] Bona locata recuperari possunt tripliciter.

[n] Vide supra li. i. ar. liij.

Si vero dominus moriatur. &c. textus vt in se est intelligi debet, & censitus non nisi suo aratro indigebit varendatore, ita vt ostēdere possit, quod ille agrum laborauit. Cōtrarium istius videtur esse infra, li. iij. ar. lxxvij. vbi dicitur quod si quis agrum redituū percipiendi gratia locauerit seminatū. &c. & ille interim moritur, ager seminatus est heredibus restituendus, quia ipse diucius agrū huiusmodi in varendatione habere non potuit nisi quamdiu viuebat, hic vero in textu articuli dicitur quod non alio varendatore indiget nisi aratro. ℟. sub distinctiōe quod si moriatur dominus censito, vel sibi bona dimittat non indigebit alia varendatione ad hoc quod semina in vtilitatem reducat suam nisi aratrum suum, hoc est vt declaret quod ipse semina huiusmodi labore adaptauit suo vt textus habet. Si vero bona huiusmodi lōgius tenere deberet, ille qui iam mortuus est eum varendare iam non poterit.

[o] Cōcordat iur. mu. ar. Cxl.

[o] Sciendum etiam quicquid inuenitur bonorum censiti in curia tua est pignus tuū loco census. Quicunq; etiam bona cōducta loco proprij vsurpare vult, tantū ammittit de suo, quantum occupare de alieno voluit, si victus sit, vt. C. de loca & conduc. L. certi iuris, &. L. vlti.

Strata seu via Regia. &c. de hoc vide Insti. de serui. rusti. predi. §. via, &. ff. eo. ti. L. via, &. ff. de via publi. refti. L. prętor ait. §. viam aperire. Et id ex eo statutum est, vt vnus cedat alteri siue eques sit siue cum curru, vnusq; ex malicia non impediat alium.

Anno ex li. feu.

Molendino prius allata frumenta prius adaptari & moliri debent. Vnde molendinator sub pacto seu censu tenens molendinum, debet illud tenere sine damno vicinorum alias damnū refundere cogitur. ¶ Quęritur circa id molendinator habens molendinum in cōmuni fluuio, faciatq; obstaculū propter abūdātiorem aquam, exindeq; damnū vicino fit vicinus vero denunciet molēdinatori vt obstaculum resarciat qui nec facere curat, vicinus illud tādem disrumpat, accusatusq; per molendinatorem coram iudice super disruptione obstaculi cui primo cedit querela. ℟. si obstaculum illud fuit cōstructum in agro vicini, potuit destruere vicinus & damnum molendinator resarcire tenetur. Sed si in suo agro molendinator construxerit non potuit vicinus disrumpere obstaculū illud & ita decreuit si id fecit. Ibidem practicam istius laciorem vide.

[p] Ad hāc materiā uide supra ar. lij.

Secūdo quęritur P Tholandus habuit molendinum sine omni impetione possessum triginta annis, & cum hoc liberum defluxum aque. Gaius tandē construxit aliud molendinum in damnū istius auferendo vel impediēdo aquam, negotioq; in iudiciū verso Gaius respondet molendinum construictum esse in proprio solo & in cōmuni fluuio, nec per id aquā ampliauit vel minorauit & quęrat in iure, an in proprio solo ędificare non posset quicquid voluerit. ℟. quod iste in dā num illius ędificare non debet qui per tempus longum sine impetitione illud tenebat, nec obstat quod dicit aquam illius non accepisse. Est tamen causa quod aqua a molendino illius impeditur, sicut in simili. Si qs pecus alterius detinet & moritur pre inedia seu famę q̄is non interficit est tamen causa mortis eius feu. c. xi.

Norandum etiam quod bona sunt alicuius propria ea tamen habet in feudum, quędā sunt feudalia precise que donata sunt, ppter seruitium suum. Si vendidit homo bona primo modo accepta, quę sunt propria seu feudalia, mortuo illo pueri forum adimplere tenentur & dominus, phibere non poterit qd' illum non infeuder, huiusmodiq; bona hęreditat vnus in heredes tam prouinciales q̄ feudales. Sed feudalia bona precise non potest vendere, quia feudū domini est. Quod si dominus admittere vult extunc vendere potest ille non quidem feudum sed bona feudalia feu. c. xvi.

Nota etiam differētiam inter feudum & ꝑpriū. Feudum enim illud est quod datur ex proprio Imperij, & tribuitur militibus propter eorum seruitia vide hoc idem in prologo feu. Proprium vero est illud quando vnus emit quid pecunijs propriis vel quod lucratur aut obtinet ex desertis radicibus qd' antehac nullius fuit feu. c. liij.

Articulus LX

QVi equum uestimēta seu aliquod aliud mobile concedit aut impignorat seu quouismodo res ab eius potestate cum cōsensu suo desinunt possideri, si perciens seu nouus possessor eam rē uendiderit, obligauerit, detestauerit, hoc est ludo amiserit, uel furto aut spolio perdiderit, is qui res huiusmodi primo concessit aut pignorauit, a nullo poterit eas repetere aut euincere, nisi ab eo cui sponte concessit aut impignorauit. Si uero is qui rem huiusmodi concesserit aut in suam recepit obligationem

morte directa uel indirecta moriatur, tunc is suā rem ab hærede eius prout iuris fuerit postulet [a] uel a iudice si ad eum perunebit.

[a] Alij textus legunt uel a iudice si ad eū quouis modo peruenit.

Glosa.

Vel aliquod mobile concesserit. &c. Lex aūt cōmuris videtur contrarium innuere, cum dicit, quod rei commodate sicut & depposite proprietatem & possessionem retinemus, vt ff. depo. L. licet. §. rei.
Nisi aduersus eum. &c. Et iste merito etiam pro his rebus respondebit, quia & pro eis agere potest & defendere. Dicitur enim illud ex bonis meis quod mihi cōmodatum vel pignori datum est, & quod apud me depositū est & ea res in qua ius habeo, vt plene dicitur. ff. vi. bono, rapto, L. ij. §. in hac.

Glosa.

In articulo presenti tractatur cū quis accōmodat aliquid alteri, & si ille tandem oppignoratū alienauerit, iste a nullo alio rem vendicare potest nisi ab illo cui cōcredidit & alia quę textus habet. Contrarium istius videtur esse supra ar. xxxvi. eo. li. vbi dictum est qd' vnusquisq; rem suam vendicare potest vbi eam preuenerit. R. tamen quod ibi loquitur de rebus furto ablatis. Textus vero articuli presentis disponit de rebus libere per accommodationem vel oppignorationē alienatis. Si vero is qui rem concesserit moriatur. &c.
[b] Quęritur, an iste qui rē accōmodauit vel oppignorauit occasione huiusmodi accommodati hęredibus actionem intentare valeat. R. Si circa huiusmodi vadiū maxima qua potuit habebat diligētia, interim q; perit vel alienatur respondere non tenebitur, vt insti. de loca, & conduc. §. vlti. Sed si quis instare velit quod hęc solutio & paragraphi allegatio locum habet de rebus concreditis & custoditis vbi sub custodia ammittuntur, quid si ludo ammittantur an recuperare easdem apud hęredes valeat. R. quod & in isto casu hęredes minime impeti poterint, vt supra li. i. ar vi. & C. de alee lusu. L. vlti. Vnde textus articuli vbi dicitur ab hęrede eius prout iuris fuerit postulet, intelligi debet nō quod pro omni indifferenter accōmodato vel oppignorato hęres respōdere teneatur quia alias esset contra primum paragraphum articuli presentis, vbi dictū est quod a nullo poterit repeti, nisi cui voluntarie concredidit. Verum si quid rerum concessarum, oppignoratarum, concreditarum, accommoditarum ue inter bona mortui relictum sit, hęres q; sibi illa vsurpare voluerit, extūc iste vendicare illa poterit cum duorum virorum testimonio quod sua sint, vt supra li. i. ar. xv vel contra hęredem agat si res huiusmodi in vsus conuerteret suos, vt supra li. i. ar. vi. ff. de reg. iur. L. quociens.
Vel a iudice si ad eum pertinebit. &c. Quomodo istud euenit quod bona illa iudici pertineant. R. quia forsan ad paraphernam vel ad arma bellica connumerantur, & post processum iudici presentantur, vel quia forsan hęredibus ablata & spoliata sunt, & fur seu predo cum his iudici presentetur, vt supra li. i. ar. xxviij. & li. ij. ar. xxxi.
Quæritur si pannum dedero ad parandum tunicam, vel aliquid aliud simile, [c] & interim furatus sit pannus ille, resq; furtiua vna cum fure intercipitur & iudici presentatur, cui competat actio furti, an huic qui pannū dederat, vel illi cui pannus datus sit, vel cōtra quē actio instituī debet, an contra illum cui pannum ad parandum tunicam dederat vt esset fartor, vel cōtra furem, R. quod iste qui pannum dedit optionem habet repetendi damnum suum, vel in illo cui pannum concrediderat, vel contra furem agere super furto, vt ff. de furtis. L. itaq; fullo. Insti. de obli. quę ex delict. nascun. §. item fullo. Limitatur tamen ibidem, si fullo seu sartor est in soluendo qd' soluere possit domino, tunc ei incumbit actio, secus si non sit, extunc domino incumbit actio contra furem.

[b] Rem accommodans oppignorās, an hęredibus illius cui accōmodauit actionē instituere possit.

[c] Pannus si sartorē detur ad parandū tunicam, interimq; pannus furetur, contra quē actio instituenda sit inde.

Articulus LXI

QVando deus hominē formauerat [a] ei uolatilium piscium ac bestiarum dedit potestatē, ex eo istis iniuriam inferenti uita aut sanitas nō auferatur. [b] Tribus attamen in Saxonia nemoribus, & in eis bestijs existentibus, exceptis lupis, ursis, & uulpibus, pax p bannum imperij nunciatur. Primū est nemus Koyniſch. Secundū Mageteyde atq; hartus tertia. Qui feras in istis locis occidit soluet bannum Regium. lx. solidos mulcte. Qui autem per dicta nemora æquitauerit [c] arcus & eius balista relaxentur faretra eius sit munita, nec non & omnes eius canes colligātur. Si feram extra prædicta nemora persequi ceperis & in nemora effugerit licite eā insequeris dū

[a] Concordat. Iur. mu. ar. cxx.

[b] Textus uetustiores ita legūt, ibi sunt loca in Saxonia in quibus sub banno Regio feris securitas est cōcessa, ursis, lupis, & uulpibus exceptis, & hec loca uocātur mericæ seu syluæ banno Regio interdicte. Pri Choyna. secūda merica uirginum. tertia Iubarth.

[c] Cōcordat Iure. mu. ar. cxxiij. glo.

[d] Textus antiqui habent, postq̄ se erexerint, & in nodulos se preparent ad culmū.

modo cornu nō sufles & canes nō instiges ad insequendum, & si eam ceperis non delinquisti canesq; tuos absq; culpa licite reuocabis. [d] Nemini etiam licet fata pertransire uenando & conculcare postq̄ folium crescendo acceperint.

Glosa.

Quando deus hominē formauerat. &c. Vnde dicit lex imperialis, fere, bestię, volucres, & pisces ac omnia animalia quę in terra, & in mari, cœloq; nascūtur, postq̄ ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiūt. Quod enim antehac nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, vt insti. de re. diuisi. §. fere. Vbi etiam dicitur. §. in pecudum, quod omnes fructus rerum natura ideſt deus hominū gratia comparauit. Vnde etiam dicit psalmista, omia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insup & pecora campi, volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Glosa.

Verba in principio articuli posita non sunt ex priuilegio sed sunt ipsius Ecke de Repkau ex Genesi extracta. Ponunturq; ad declarandum & magis elucidandum ius ipsum.
Dicere quis possit. Autorem priuilegij per verba hęc in articulo introducta intentionē suam minime declarare posse. Voluntatis etenim & intentionis sue est declarare velle, qp homo iniuriā bestijs siluestribus inferens eas occidendo vitam aut sanitatem non demeretur, & hoc ex eo, quia deus omnipotens dominium & potestatem dedit homini sup omnes bestias vt habetur in Genesi. Vnde si sic hoc est si ratione doni & dominij quod deus homini cōcessit super bestias iniuriam eis inferēdo nihil demereatur, equa ratione animalibus mansuetis iniuriam inferendo nihil demereri deberet, non enim deus omipotens speciale concessit dominium hominibus super bestias siluestres sed in gñali sup cia animalia q̄ in cœlo quę in terra & in mari nascūtur. Ex quo itaq; dorum est cōmune, quare ad omia animalia deriuari debet, secus tamē videmus, iniuriam enim inferēs pecori alicuius illud occidens emendam & verigeldum soluere cogitur, immo & vitam perdet si illud furto abstulerit. Sequitur ergo, quod nō ratione dominij a deo omniporenti homini bus in bestias concessi hęc prerogatiua habetur quod iniuriam eis inferenti vitam aut sanitatem non demeretur. Omissa tamen in cōtrarium adducta instantia. R. secundū rei veritatem quod exquoquidem deus omnipotens hominibus potestatem dedit & imperiū super omnia animalia in generali tam fera q̄ domestica homo non demeretur in animalibus si ea occiderit vulnerauerit ue, prout in precedenti instantia superinductum est. Demereri tamen quis potest vitam aut collum seu aliam penam in illis si ea furatus vel depredatus sit. Vel etiam demeretur quandoq; emendam & verigeldum si animal alicuius vulnerauerit occideritue. Nec erit contra articulum presentem intentionēq; autoris priuilegij quia vt sic in eo casu non demerebit contra pecus sed cōtra hominē cuius est animal illud.
Exquoquidem vt dictum est, nullus incurrit penam mortis occidēdo vel vulnerando animal excepto furto. [e] Quęritur an pro feris siluestribus furto quis accusari possit. R. quod non, furtū enim est dolosa contrectatio rei aliene inuito domino, vt. ff. de furtis. L. furtum &. ff. de penis. L. cogitationis. Sed quia fere siluestres nullius sunt, vt Insti. de re. diuisi. §. fere. quare in eo casu non contrectat dolose res aliena, & ita nec furtum cōmittit. Pro declaratiōe horum quę dicta sunt, [f] Notandū quod rem nullius esse contigit sex modis. Primo ex natura vt hic de bestijs siluestribus dictum est, & Insti. de re. diuisi. §. fere. Secundo contigit rem nullius esse ex negligētia vel ira, vt cum vnus rem a se proiecit, vt Insti. eo. ti. §. vlti. Tertio euenit rem nulli esse propter honestatem vt sunt res sacre, vt Insti. eo ti. §. nullius. [g] Quarto quę venerunt in obliuionem, vt sunt absconditi thesauri quorū nō est memoria, vt. ff. de acqrē. re. do. L. nunq̄. §. thesaurus. Thesaurus enim est vetus quędam depositio pecunię cuius nō extat memoria, vt iam dominū non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit quod nō alterius sit. Alioquin si quis aliquid vel lucri causa vel metus, vel custodie condiderit sub terra non est thesaurus, immo & furtum in eo cōmittitur. Quinto venit ex parte proprij seu hęreditatis sicut ex lucro quod seruus hęredis lucratur tēpore illo cum verus hęres hęreditatem nōdum nactus est, vel eam acceptare non vult, lucrum illud per seruum acquisitum tempore illo nullius est, hęreditati tamen applicatur, vt Insti. de stipulatione seruorum. §. i. Sexto contigit istud propter excessum alicuius, sicut si seruū ęgrotum quis expulerit eundem in eius infirmitate prouidere nolens, ille seruus nullius erit, vt. C. de liber. lati. tollen. L. vnica. §. sancimus.
Tribus attamen in Saxonia nemoribus. &c. Textus vt in se est intelligi debet. Secus vero faciēs sexaginta solidos demerebitur, & hęc pena bannus regius dicitur, vt supra li. i. ar. lix. & infra li. iij. ar. lxiij. &. xvi. q. i. c. statuimus, & extra de penis. c. licet.
Nemini fata pertransire licet &c. Vnde qui transgredit, damnum resarciet & penā sol-

[e] An pro feris siluestribus quis furto accusari pōt uide. Iur. mu. ar. Cxx. glo.

[f] Rem nullius esse contingit sex modis.

[g] Vide supra lib. i. ar. xxxv. glo.

uit tres solidos, vt supra eo. li. ar. xl vij. & Insti. de seruitu. rusti. predi. §. iter, &. ff. de iti. actuq; priua. L. prætor ait. §. is cuius.
Postq; solium crescendo acceperint seu in nodulos se erexerint, &c. [h] Verba enim coequari rebus debent, vt Insti. de dona. §. sed nos, C. de Episco. & cleri. L. decernim⁹, &. C. de offi. prefect. L. i. & in autē. de iudi. §. i. col. vi.

h. *Verba coequari rebus debent.*

Articulus. LXII

[a] Qui uerrem tenuerit, canem, lupum, ursum, ceruum, simeam aut taliū quid, & si postq; dānum dederint ea animalia excludēdo, [b] aut eis uictualia denegando se excusare uoluerit, hoc facere non potest si comprobare possit metter tius is qui damnū acceperit, quod prædictus ea usq; in diem dati dāni tenebat. [c] Interficiat quis canem uel simile quid, ipse nullā sustinet pœnam si suum addet iuramentū se causa necessitatis hoc fecisse. [d] Qui bestias quarum natura est fera tenere uoluerit eas intra sua septa aut munitas debet habere possessiones.

a. *Textus uetustiores addūt taxte mordentem.*

b. *Vide supra eo. li. ar. xl. ubi contrarū istius uidetur sentire sed dic quod ibi loquitur de animalibus mansuetis et usui necessarijs, hic uero de feris & bestijs uide ad hanc materiā Iur. mu. ar. cxxij.*

c. *Concordat Iur. mu. ar. cxxij.*

d. *Textus antiqui addunt extra siluam bannitam.*

Glosa.

Qui verrem tenuerit &c. vide supra eo. li. ar. xl. & dicitur verres potius cum testiculis domesticus, sed aper siluestris.
Et si eam ceperis. &c. cum vero prohibitus fuerit aucupandi gratia, ne per agrum vadat alienum nō facit ipsas suas, vt Insti. de Re. diuisi. §. plane, & quod ibi nota.

Glosa.

Dicere quis posset textum articuli presentis esse superuacaneum. Exquoquidem superius articulo. xl. de hac materia sufficiens habita est declaratio. Rn. tamen quod nihil superfluitatis in eo est, vbi enim sunt casus diuersi ibi & iura vt specialia sint necesse est, vt. C. de legi. & consti. L. quę exrelationibus, vnde articulus. xl. supra logtur de animalibus quę ex natura nociua non sunt, vt vacce, equi. &c. vt Insti. si quadru. paupe. fecis. dica. §. hęc autem. Articulus vero presens disponit de illis bestias seruant, quę ex natura nociue sunt, vel naturaliter damnum inferre solent, & qa pretacta differentiam habent inter se, quare & iura occasione illorum distincta, & pene p excessibus diuerse habentur. Iudex enim maxime curare debet, vt secundū excessum pena sequatur, vt Insti. de actī. §. curare, &. ff. de penis. L. respiciendum. Quare iuxta articulum. xl. si animal mansuetum damnum fecerit, dominusq; illud non susceptat, liberatur, vt Insti. de noxa. acti. §. ex maleficijs, hic vero iuxta articulum presentem quamuis bestiam illam expellat per id non liberatur, sciuit enim quod animal illud ex natura nociuum est, tum etiam qa iure bestie huiusmodi fouere prohibenē, sicut hic & Insti. si quadru. paupe. fecis. dica. §. ceterum.

[c] Ex *isto colligitur quod exemplum non restringit regulam.*

Lupum, vrsum. &c. [c] In istis verbis intelligere vult omnia animalia nociua, vt sunt vulpes, Leones. Leopardi, Simee, Cati marini, Pantheri. &c. siue sint occlusa. siue alligata, vt. ff. de edili. edic. L. hi enim &. L. & generaliter &. L. vlti.
Damnum soluere tenetur. &c. vt Insti. si quadru. paupe. fecis. dica. §. penul, Intelligendum iuxta determinatum verigeldū, si libero homini id fecerit, vt supra eo li. ar. xl. In alijs vero quanti datum sit dupli, vt si seruum meū momorderit qui artificium tale nouit quo se enutrire possit, duplū soluere cogitur, vt ff. si quadru. paupe. fecis. dica. L. ex hac, & Insti. eo. ti. §. ceterum. Alię vero res soluunt iuxta earum valorem, vt supra. eo. li. ar. xl.
Si comprobare possit mettertius. &c. Ex isto textu clare liquet, qd Saxo. testimonio vinci potest mettertius, hoc idem etiam habetur extra de testibus. c. licet vniuersis &. c. in omni. Cōtrariū licet istius esse videtur supra li. i. ar. vij. &. xviij. vbi dicitur quod Saxo cōtra quemlibet iuramento se absoluere potest, quę coram iudicio acta non sunt. Rn. tamē vt ibidem declaratum est, nec est contra nūc dicta. Nō enim loquitur hic quod Saxo iuramento se absoluere pręcise non possit, nam & id facere licitum ei erit, si bestia illa renunctiare vellet, iurauerit; quod ignorabat canem tacite mordacem esse, vel quod canem aut aliam bestiam quę damnum fecit nō fouerit, vt sic enim iuramento absoluitur, vt. ff de iniurijs. L. lex Cornelia. §. hac lege.
Interficiat si quis canem. &c. hoc intellige vt in se sonat, quiuis enim violentiam propulsa repōt, vt. C. ad le. corne. de sicarijs. L. ij. et. iij. Vnde ex isto paragrapho, vbi dictū est, qd ille qui fouet feram ne dum per amissionem bestie liberatur, sed iurare cogitur, quod p tunc temporis cum illatum sit damnum bestia sua non fuit. Quidam trahunt opinionē stultam tamen dicētes, si animal alicuius mā suetum vel auriga curru damnum faciat, tādemq; aufugiat, [f] quod dominus occasiōe illius iurare cogatur, quod videlicet equi sui non essent et his similia, Erroneum enim id

[f] *Ad hanc materiā uide supra eo. li. ar. xl. in glo.*

est vt supra circa ar. xl. eo. li. declaratum fuit quare iudex prouidere huic debet, vt in auten. de mādā. princi. §. sed necq;. coll. iij.
Si suum addet iuramentum. &c. Quod autē vnus iuramento absoluī possit habetur hic, & Insti. de acti. §. itē, &. C. de iureiur. L. in bone, &. ff. eo. ti. L. iusiurandum.
Qui bestias tenere voluerit. &c. Is paragraphus de venationibus quodammodo tangit, de feris; & bestijs quę per venationem capte seruantur. § Vnde notandum circa id quod prohibitio venationis cum iniuria fit, nisi bestię ille intra septa vel alias munitiōes seruentur, omes enim bestię siluestres sunt naturali iure, & ita occupantis primo fiunt, exceptis tamen in tribus nemoribus vt in precedēti articulo habitum est, & Insti. de re. diuisi. §. fere, &. ff. de acquiren. re. domi. L. i. §. omnia. Nisi forsan aliter ex consensu hominum statutum sit ex consuetudine; illud teneat, vt. C. quę sit lōga cōsuetudo. L. preses.
Obicere quis posset consuetudinē huiusmodi nullo modo contrariari posse iuri scripto, sed quia legibus cautum habemus feras cōmunes esse omnibus, vt Insti. de re. diuisi. §. fere. Vbi autem ius scriptum habetur, illud consuetudo vel consensus hominū infringere non potest vt. C. quę sit longa consuetudo. L. ij. Vbi dicit Cōsuetudinis vsusq; longeui non vilis autoritas est. Verum non vsq; adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat aut legem. Ex huiusmodi etiā hominum consensu nullum ius subsequi potest, Priuatorum enim voluntas ius non statuit, vt extra de foro. compe. c. significasti, supra eo. li. ar. vij. in glo. Iur. mu. ar. xlv. in glo. C. de iurisditione omnium iudicum. L. priuatorum. Rn. quod constitutio in eo casu hominum, consuetudo; subsequēs nō repugnat iuri & legibus allegatis, quia etsiquidem bestię aut fere ex sui natura nulli⁹ sunt, primoq; occupantis fiunt, & ita iure naturali venatio non prohibetur, potest tamen vnus prohibere alium quod fundum suum sata vel siluas non ingrediatur [h] vt Insti. de re. diuisi. §. plane, &. C. de rei vēdicatione. L. si fundū, &. l. certum. Et ita si venator fundum intrare prohibetur etiam venationem exercere non poterit, quare & iure venatio quodammodo prohibetur q̄is indirecte. Exindeq; statutū seu consuetudo si quę est occasione prohibē de venationis non contrariatur iuri, immo pro iure vt sic habebitur. Ad illud vero vbi dicebatur, quod priuatorum consuetudo & statutum nullum ius facit. Rn. quod etsiquidem legem communem ita quod ab omnibus teneri debeat constituere non potest priuatorum consensus, statutum tamen priuatū locum habet & seruari debet inter illos q̄ illud statuunt, vt infra li. iij. ar. lxxix.

[g] *Venatio an iuste p̄ hibeatur.*

[h] *Concordat Iur. Mu. ar. Cxxiij. glo.*

Articulus LXIII

[a] Mvlieribus procurare non licet, [a] neq; sine tutore agere hæc omnia perdidit eis Calfurnia quæ sexus uerecundiam coram Rege exira ostendit, dum suam in procurādo obtinere non potuit uoluntatē. Vnicuiq; [b] testificari agere & se defendere licet, nisi forte in Regis uel ipsius iudicij sit proscriptione. In foro autem ecclesiastico [c] hoc ei non admittitur si est excommunicatus.

a. *De procuratoribus seu ferendarijs uide infra li. iij. ar. xxx. ad hanc materiam repete etiam articulū xlvi. li. i. supra.*

b. *Intellige uiro secundum quod textus uetustiores addunt.*

c. *Vide ad hanc māteriam Iur. Mu. ar. y.*

Glosa.

Mulieribus procurare non licet. &c. Vñ dicit lex cōmunis. Secundo loco edictum proponitur in eos, qui pro alijs ne postulent, p̄hibentur. In quo edicto prętor excipit sexū & casum. Sexū dum fœminas prohibet pro alijs postulare, & ratio prohibēdi, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, nec virorum officijs fungātur mulieres. Origo autē introducta a Calfurnia improbissima fœmina quę inuerecū de postulās, & magistratū inquietās causam dedit huic edicto, Casum dū cecū a postulādo repellit, vt. ff. de postu. L. i. §. secūdo loco.
In foro autē Ecclesiastico. &c. Nec etiā hodie in foro seculari vt in. c. decernimus de sententia excōmunica. li. vi. vbi sic dicitur, Decernimus vt iudices seculares per censurā Ecclesiasticam ab Ecclesiasticis iudicibus canonica monitione prēmissa repellere excōmunicatos ab agendo, patrocinando, ac testificando in suis curijs & iudicijs compellantur.
Si est excōmunicatus. &c. Et excōmunicat⁹ in vna Ecclesia est excōmunicatus quantum ad alias. xi. q. iij. c. ij. &. iij. &. iiij. q. v. quisqs. Et notatur de appella. in. c. pastoralis in glo. vlt. excōmunicatus. [d] Nullus autem debet excōmunicari nisi pro mortali. Vnde dicit canon. Nemo Episcoporū quemlibet sine certa & manifesta peccati causa cōmunione priuet Ecclesiastica, quia anathema ęterna mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter nō potuerunt corrigi. xi. q. iij. nemo, & vide quod ibi notatur in. c. sacro, & de sen. excom. & eo. ti. c. i. lib. vi.

d. *Excommunicari nullus debet nisi pro mortali.*

Glosa.

Mulieribus procurare non licet. &c. Ad hāc materiam vide. ff. de reg. iur. L. fœmine, &. iiij q. vij. c. infamis. §. tria sunt.
[e] Notandum tamen circa id quod mulieres

e. *Mulieres in sex casibus fungi officio procuratoris possunt.*

in sex casibus officio ꝓcuratoris fungi possunt. Primo ratione officij vt abbatissa rē potest defendere monasterij, extra de confir. vti. c. cum dilecta, circa finem. Secundo in causis eorum propriis vel ad vtilitatem eorum, vt. C. de procura. L. quia absente. Tertio si ei ceditur causa vel querela, vt. C. de ꝓcuratoribus. L. qui. Quarto pro parentibus egrotis, vt. ff. eo. ti. L. feminas. Quinto quādo tutrix est, vt. C. quādo mulier officio tutoris fungi potest. L. vlti. Sexto mater pro libertate filij agere potest, vt. ff. de liberali causa. L. amplius, idq; totum sit secūdum leges & Canones.

Nec sine tutore agere, &c. hoc ex eo fit, quia testibus iure nostro cōuinci non potest, vt supra li. i. ar. xlvi.

Hec omnia perdidit eis Calfurnia, &c. vt Insti. de suspectis tutoribus. §. consequens, &. ff de postula. L. i. §. secūdo loco. Vñ circa id dicere quis posset hunc paragraphum vbi dicitur hec omnia perdidit eis Calfurnia cōtrariari videtur ar. xlvi. supra li. i. tum & glose iam declarate, vbi habetur & exprimit causa quare mulieres procurare non possunt, ex eo, quia vinci testimonio non poterant. R. quod vnum non cōtradicit alteri. Articulus enim allegatus. xlvi. dicit quod mulieres necessario tutores habere debent in actionibus earum propter id, quia iudiciaria potestas testimonio eas vincere nō potest. Articulus vero p̄sens dicit, quod nullius verba iudicialiter loqui possunt, nec procurari propter demeritū Calfurnię, vnde & ꝓcurator in proposito etiam pro tutore accipi debet.

Vnicuiq; agere, testificari, & se defendere licet, &c. [f] Exceptis tamen infidelibus & hereticis vt. C. de postulan. L. nemo, & extra de hęre. c. excōmunicamus. §. credentes. Exceptis etiam monachis, vt. xvi. q. i. placuit. Exclusis etiā clericis, vt extra ne cleri vel mona. c. sacerdotibus. Tum etiam exceptis illis de quibus habetur supra li. i. ar. lx. in glo.

Agere & se defendere. &c. Exceptis is nunc proximę expressis &. C. qui accu. pos. L. qui crimen.

Testificare. &c. exceptis illis qui infames sunt vt. ff. de his qui notantur infamia. L. i. nisi forte in certis casibus qui expressi habentur li. i. ar. viij. in glo. Vnde ex isto verbo quod in textu ponitur, vnicuiq; agere licet. &c. liquet qđ nullus a ferendario natu reici pōt, vt Insti. de excepti. §. vlti. nisi forte iuris sui paciat detrimentum.

Si est excōmunicatus. &c. vt extra de hęreticis. c. excōmunicamus. §. credentes, & extra de excessibus prelatorum. c. inter dilectos & de iudi. c. intelleximus, & de excep. c. pia. lib. vi. hoc idem seruari etiam debet in iure secularī propter salutem animę, vt extra de sententia excōmuni. c. decernimus li. vi.

Articulus LXIIII

[a] Concordat Iur. Mu. ar. xxxvij.

MVlieres & uirgines uio lenter oppresse [a] cū uiolentiarum clamore coram iudicio agere debēt propter manuale factū & uim seu necessitatem quam declarare eas oportet. Qui etiam in furto aut spolio comprehensos iudicio præsentēt cum clamore uiolentiarum eos agere oportet propter manuale factum quod producitur cum hominibus præsentatis. [b] Præterea qui occisos iudicio præsentant uel iniuriam eis illatam prosequi intendūt cum clamore uiolentiarum id agere debent propter manuale factū quod manifestum & clarum appareret. Spoliatus si scit ubi res eius ablate peruenerint, & si iudicē ad prosequendum eas aduocare uoluerit, cum clamore uiolentiarum hoc facere debet & conqueri propter manuale factum quod ibidem ostendere uelit. Vbi manuale factum nō est sine clamore uiolentiarum agēdū est, alias actio agēti est dānosa. [c]

[b] Vide supra li. i. ar. lxx. & Iur. Mu. ar. xxxvi.

[c] Concordat Iur. Mu. ar. xxxviij.

Glosa.

Mulieres & virgines. &c. Vnde etiā dicit lex imperialis. Sciant cuncti accusatores eam rē se deferre debere in publicam notionē, quę munita sit testibus idoneis, vel instructa apertissimis documētis vel iudicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita, vt in. L. vlti. C. de probatio.

Qui etiam occisos iudicio p̄sentant. &c. Et omnis particeps homicidij debet pro homicidio condemnari, siue sit particeps delicti ex consensu, consilio, facto, seu opere, vt ff. de minori. L. auxiliū. §. in delictis, & de homi. c. sicut dignum.

Glosa.

In textu quatuor ponuntur quę iudicialiter cum clamore violentiarum conqueri oportet. Primum est raptus virginū quod & grauissimum est, vt. C. de raptu. virgi. vel vidu. L. raptores. Vnde grauitas huius delicti in iure ex tribus consideratur. [d] Primo quia no-

[d] Raptus virginum grave delictū ex tribus cōcor. Iur. mu. ar. xxxviij. glo.

xa huiusmodi necessario querulatur a patribus, quod si parentes querulari omiserint, vel factum occultauerint, in exiliū transmittuntur, vt. C. eo. ti. L. i. Secūdo quia mulierē per vim rapiens vitā demeretur & bona, nec eam posthac in matrimoniū superducere poterit, vt supra li. i. ar. xxxvij. & in auten. de rapti. mulie. quę rap. nubet. §. i. coll. ix. Vnde & siquidem in contrarium alique militant leges tamen interpretationē huius vide supra li. i. ar. xxxvij. in glo. Tertio quod iudices raptores huiusmodi inuestigare tenentur & iudicare sine querela omnesq; complices similiter puniuntur, vt. C. eo. ti. L. i. & in auten. de mandā. princi. coll. iij. & infra li. iij. ar. i.

Propter manuale factum quod declarare eos oportet. &c. Declaratio autē huiusmodi fieri debet cum testibus & cum clamore, vt. C. de Eden. L. q accusare, &. C. de rap. virgi. L. i. quis aliqui in eo casu aliter senciant.

Qui etiam in furto aut spolio deprehensos. &c. Istud est secundū quod cum clamore violentiarum querulari oportet, & hoc ex eo ga etiam est actio criminalis. Vnde vt sic furto accusatus damnum seu incommodū sustinet in tribus. [e] Primo quia accusatus si desuper cōcordiam inierit efficitur infamis, vt supra li. i. arti. xxxvij. & xxxviij. &. C. ex qui. cau. ali. infa. irro. L. non damnatos. Secundo ga tales si secundario accusantur ad iura legalitū hominum venire non possunt, nec sententias eis reprobare admittitur, vt supra li. i. ar. xxxix. &. li. ij. ar. xij. in fi. &. C. quorū appella. non recipi. L. obseruare. Tertio quod bona vt sic ex furto vel spolio lucrata possideri vel prescribi nullo modo possunt, vt supra, eo. li. ar. xxxvi. & Insti. de vsucapio. §. furtiue &. §. quod autem.

[e] Furto accusatus dānum sustinet in tribus Concordat Iur. Mu. ar. xxxvi. glo.

Furti

Preterea qui occisos. &c. hic tertium tāgitur quod cum clamore agere oportet. Vnde ex homicidio etiam tria incōmoda veniunt. [f] Primum quia is qui interficit verigeldū solue re tenetur etiam si sine culpa id eueniat, vt supra li. b. i. ar. xiij. & Insti. ad le. Aquili. §. illud. Secundo qui homicidam fouet domicilium siue sibi prestat eandem pēnam sufferre tenetur, vt supra eo. li. ar. xiij. & C. de his qui latro. & alijs crimi. reos ocul. L. i. &. ij. [g] Tertio si occidere proponunt aliquem, & vulnerant duntaxat, dato quod non interficiant si detinentur tanq; homicide iudicantur, vt. ff. ad le. Corne. de sicarijs. L. i. &. C. eo. ti. L. his qui, & supra li. i. ar. xliij.

[f] Ex homicidio tria incommoda eueniunt

Spoliatus si scit vbi res eius ablate. &c. Et id est quartum quod cum clamore etiā querulare vnus tenetur. [h] Vnde cōtra raptores etiam pena statuitur triplex. Primo quia ex debito & necessitate insequi debent vt hic & supra li. i. ar. liij. & infra li. ij. ar. penul. & vlt. In auten. de manda. princi. §. quod si, coll. iij. Secūdo quod sub illo iudice vbi excesserint respondere tenentur & sententiā tollerare cuiusq; iurisditiōis fuerint, vt. C. vbi de crimi. agi. opor. L. i. & in auten. vt om. obedi. iudi. §. arripiat. col. v. & infra eo. li. ar. lxxi. & supra li. i. ar. lix. Tertio quod in facto vel fuga interfici possunt, vt infra eo. li. ar. lxix. &. C. quan. li. vni. sine iudi. se vindi. L. vlti.

[g] Occidere proponēs aliquem & interim non nisi vulneret eundem ut homicida iudicatur.

[h] Raptorum pœna triplex. Cōcordat Iur. Mu. ar. xxxviij. glo.

Vbi manuale factum non est. &c. [i] vnde manuale factum est vel dicitur factum quod ita est cuidens ac si manu attigi vel palpari possit, vt. C. de proba. L. sciāt, & supra eo. li. ar. xxxv. [k] Vnde circa id sciendum vbi clamor excitatur iudiciarius, factum debet esse cuidens & ad huiusmodi querelam sufficiens. Subsequi etiam oportet membri amissio vel mortis pena.

Vnde dato si vnus baculatus sit cum clamore quę querulet factumq; cuidens sit, pena nō subsequitur corporis, emendam tamē de iure soluere tenetur, vt supra li. i. ar. lxviij. & infra li. iij. ar. xxxvij.

Alias actio agenti est damnosa. &c. Queritur quod damnum sufferre cogitur hisce. Quādoquidem supra li. i. ar. lxij. dictū est, quod ille qui alicui actionē intentat & si ab ea propellatur damnum pro eo nullum sentit, hoc idem etiam habetur li. ij. ar. viij. & ita vnum contrariari videtur altero. R. quod vnū non contradicit alteri. In locis enim allegatis loquitur, quod sine damno manet nisi duellaria verba interposita sint, hoc est nisi cū clamore & criminaliter eū accuser, vt. C. de calumnia. L. mater &. L. qui non, &. L. calumnię, &. ff. de penis. L. absentem.

Actio agenti est damnosa, per damnum in ꝓposito intelligi debet [l] quod ipse solus penam illam tollerare cogitur si illum nō conuincer, vt supra li. i. ar. lxix.

[i] Manuale factū q. d. Ad hanc materiam vide supra li. i. ar. lxvi. li. ij. ar. xxxv. Iur. Mu. ar. Cxv.

[k] Clamor iudiciarius cū exatari debet quę requirantur.

[l] Hic est locus pene talionis.

Articulus. LXV

[a] Iur. Mu. ar. xxxviij. glo.

QVer infra annos discretionis [a] non potest in tantū delinquere qđ in uita puniatur. Occidatur uero aut mutiletur quis a puero, [b] tutor illud ex substantia pueri secundum uerigeldi modum resarcire tenetur, quod & de dānis alijs a pueris illatis est intelligendum si iure comprobata fuerint. Interficiat autē quis puerum, plenum pro eo dare debet uerigeldum. [c] Corrigat uero quis puerum dummodo hoc pro delicto eius se feciſſe suo iuramento affirmauerit nihil pro eo sustinebit.

[b] Vide infra li. iij. ar. iij. Iur. Mu. ar. xxxviij.

[c] Textus antiqui ita legunt, qui puerū per crimes traxerit iurgis castigauerit dum modo propter. delictum & excessum eius id feciſſe iuramento confirmauerit nihil pro eo sustinebit.

Glosa.

Nullus puer infra annos.&c.vt in.L.i.C.de falsa moneta,& in.c.referente de deli.pue.& in concor.ibi allega. Paret autem hic quod puer pro delicto tēporaliter punitur, quod quidam etiam procedere dicunt secundū le. si sit proximius pubertati. Si autem esset proximius infantie in nullo tenereť.ff.ad le. Aqli.L.sed & si.§.iniuriam,&.ff.ne vis fi.ei. qui in possť.mis.est.L.i.§.hoc ędicto,& de doli. excepci. L.apud Celsum,& de reg.iur.L. pupillus.Et dicunt quidā quod si delinquat minor ex culpa seu negligentia,non ex proposito mero iure obligatur,sed restitutionē petere potest,siue ciuiliter,siue criminaliter cōueniatur,C.si aduer.delictť.L.i. Si vero ex certa scientia delinquit & ciuiliter cōueniatur, tenetur quatenus interest illius contra quem delinquit.Et si vltra tenetur petere potest in in hoc restitutionē.ff.de minori.L.si ex causa.§.si in cōmissum. Si vero conueniatur criminaliter,tunc pręcipitur ei,vt hic &.C.de fal.mone.L.i.ad finem quoad penam mortis,sed tamen alias temporaliter punitur vt hic vides,& si nō habet in bonis vnde satisfaciat,tunc potest cum loris & virgis castigari.ff.ad vellei.se.con.L.ij.& ꝓparētes leuiter.Per iudicem vero seuere secundū atrocitatem feriri.C.de emen.propin.L.vna.

Glosa.

Puer infra annos.&c.dixerat siquidem superius de querelis cum clamore instituendis & quę pęne eadem sequantur. Articulus prę-sens excipit nōnullos qui ex facto suo pęnā mortis non demerentur vt sunt pueri & furiosi de quo etiā vide infra li.iij.ar.iij. d Vnde& exinde liquet differentia inter violentiā & damnum. Violentiam etenim nullus cōmittere potest sine volūtate.Exquo itaq; pueri de quibus articulus prędens,sed & furiosi de quibus infra li.iij.ar.iij.arbitrium voluntarium non habent,vt.ff.de reg.iur.L.furiosi,quare violentiam facere non possunt,vt.ff de iurijs. L.illud,& ita nec vitam demeretur,vt.ff.de reg.iur.L.fere &.C.si aduersus delictum.L.i.. Damnum vero fieri potest sine voluntate quare damna per pueros vel furiosos illata refarciri oportet iuxta determinatum verigeldū siue sit nobilis siue plebeius,siue spurius is cui damnū huiusmodi illatū sit,vt infra li.iij.ar.xlv. Ad hanc materiam etiam vide infra li.iij.ar.iij.&.C.si aduersus delictum.L.in criminibus.

d. *Differentia inter violentiam & damnū*

Illud ex substantia pueri.&c. Tutor enim de suo respondere non tenetur super excessu pupilli exquo absq; eius culpa factum sit,vt supra li.i.ar.xi.&.xxiij.C. de administratione tutorum.L.frustra,&.C.de pericu.tuto,L.tutoribus.

Occidatur vero quis a puero.&c. Intellige de pueris minorennibus,secus si sint doli capaces,quia illi vitam demerentur,vt.ff. de reg.iur.L.pupillū. Sicut si tredecim vel quatuordecim annorum sint,vt.ff.de fur.L.impuberem,&.ff.ad le. Aquili.L.itaq;, &.L. sed & si.

Corrigat vero quis puerum.&c.de his vide C.de emēdatione propinquorum.L.in corrigendis,&.ff.de iniurijs.L.item apud Labeonem.§.addicitur.

Suo iuramento affirmauerit.&c.vt.ff.de iurijs,L.lex cornelia.§.hac lege.

Articulus LXVI.

NVnc considerate antiquam pacem quam in terra Saxoniæ Imperialis Maiestas ex cōsensu religiosorum nobilium,procerum,uasallorum,proborumq; hominū in ea cōmorantiū cōfirmauit. Omnibus in perpetuū tēporibus. Clerici & religiosi,mulieres,uirgines & Iudæi in corpore & rebus. Necnon Ecclesiæ cimiteria,& quælibet uilla intra sepes suas aut foueas. Aratra cū molendinis & Regia uia tam in aquis q̄ in campestribus & omnes in his existētes secura pace fruent. Omnes etiā dies feriales seu celebres ac ligati ad pacem omnibus hominibus sunt constituti & cum hoc in qualibet hebdomada quatuor dies uidelicet quita & sexta feria.Sabbatum & dies dominicus.Quinta feria ꝓpter olei & crismatis consecrationem cū quo Christiani in baptismo consignantur. Ipso etiam die cenauit dominus cū discipulis ubi corpus suū nobis in cibum tradidit a quo & lex incepit nostra. Etiam propter uenerabilē in hac die domini Ascensionem in qua serrata uia nobis fuit reserata

100

merito tranquillam teneamus. Sexta feria deus hominem formauit & moriēdo eum redemit. Sabbato dominus requieuit,post cœli terræq; formationem & in sepulchro post amare suæ mortis passionem,& tunc etiam clerici ordinantur qui Magistri Ecclesiæ sanctæ deputantur. Dominica die homines deo reconciliabantur & sicut iste dies omnium dierum fuit primus domiusq; in eo a mortuis surrexit,sic & omnium erit ultimus,qa in eo erit resurrectio omnium,ac in eo unusquisq; accipiet præmiū meritorū,& ideo prædicti dies a Christianis custodiuntur & cū uere pacis consignatione honorantur. Exceptis tamē his qui in manuali uiolentiæ facto deprehenduntur, uel qui pro eorum reatu a Rege uel ab alio iudice proscribuntur eodemq; iudicio fuerint depræhensi.

a. *Alij textus legunt reconciliati deo sunt.*

Glosa.

Omnibus.&c. vide in.c.i.&.ij.de treuga.& pa.quæ iura cū isto articulo in multis cōcordant,& plenius per Host.in sum.de treu.& pa.per to.ibi vide.

Et quelibet villa.&c.vnde etiam dicit lex imperialis. Agricultores & circa rem rusticam occupati,dum villis insident,dum agros colunt,securi sint quacunq; parte terrarum,ita vt nullus inueniatur tam audax qui personas bona & agrorum instrumenta,aut si qd aliud sit quod ad operam rusticalem pertinet inuadere,capere,aut violēter auferre presumat. Si quis autem statutū huiusmodi ausu temerario violare presumpserit,in quadruplum ablata restituat,& infamię notam ipso iure incurrat,imperiali animaduersiōe nihilominus puniēdus,vt in constitu. Frederici de statutis & consuetudinibus cōtra libertatem Ecclesię ędictis in fine.

Glosa.

Articulum presentem pauci admodū intelligūt. Pro intellectu itaq; illius sciendū quod hic in textu de multiplici tractat pace. Et in primis pacem antiquam nominat,fuitq; pax illa quę in terra Saxonię initium habuit,cū ex paganismo ad fidē Christianam conuersi sunt,& eorum prauis cōsuetudinibus renūciarunt,& hęc pax spiritualis fuit inter deū & Saxones ipsos. In hacq; fidei pace cepit cōsuetudo bonorum operum,cuius initiū fuit Imperialis Maiestas,consuetudines huiusmodi confirmando & hoc bifariā. Saluberrimis videlicet documentis cum introductione cōsuetudinis bonę, reiectioneq; consuetudinis praue,vt supra in prologo lib.i.& ar. xvij. Alia confirmatio fuit per pene superappositionem contra illos qui fidem Christianā seruare nollent,vel secundum eam viuere recusarent, vt supra li.i.ar.ij.li.ij.ar.xiij. infra li.iij.ar.lv C.de apostō.per totum,& in autē. de priuile.dotis.§.i.coll.viij. Idq; statutū fuit pro consolatione bonorū qui in acceptanda fide superbiam in humilitatem transmutarunt Saxones siquidem antehaç dominī erant superbię,facti tandem sunt serui humilitatis in Christo Secundo tangitur hic pax quę statuta est certis personis propter eorum dignitatem,eandemq; habere debēt,Clerici & spirituales propter eorum cationes quibus totus mundus fruitur,vt in auten. quomo.opor.Episco.§.i.coll.i. Vel pacem habere debent de bona consuetudine qui antehac pace carebant ex cōsuetudine praua,hunc eis am prestitum honorem & pacem habere debent omnes mulieres & virgines ne eis qꝫ quam inferatur iniurię vt Insti.de iniurijs.L. sed est,&.L.attentari,&.L.si quis.

Ecludęi.&c. Quia exquoquidem omnipotens deus pacienter nostram prestolatur conuersionem,ita & nos pacifice tollerare vt alī quādo cōuertantur eos debem⁹. Ad obseqūm enim & fidē Christi nullus cogi debet, vt.xlv.dis.c.q sincera &.C.de Iudeis p totū. Hanc prerogatiuam etiā habere debent. Ecclesię & Cimiteria ita quod null⁹ ex illis violēter accipiat,nisi in certis casib⁹ quos annotatos vide supra eo.li.ar.x.&.xij.&.C.de his q ad Eccle.cōfu.L.fideli,&.L. demūciam⁹.

¶Et quelibet villa intra sepes & foueas.&c. Quidam dicunt quod existo passu sequi debeat cōmunis cuiuslibet domus pax,quam vnusquisq; in domo,curia,intra suos parietes seu quatuor angulos domus vel curie habere debet. Alij vero dicūt quod pax huiusmodi non nisi in iudicio quando pax vni decernitur intelligi debeat,vt infra li.iij.ar.xx. R. tamen secundum veriorem intellectū,qđ exquoquidem pax ista ortum habet ab illa antiqua pace prout text⁹ habet,quare & deriuari pōt qđ vnusquisq; in domo sua pace ista frui debeat,quinimmo & conductor domus vtitur isto priuilegio pacis infra parietes domus conducte. Sed & quilibet necessariam defensam in domo facere potest vt infra li. iij.ar.lxxviij.

Omnes etiam dies feriales.&c.Et hęc omnia habentur ex cōstitutionibus Imperatorum. Intelligeq; eum paragraphū,non quod dū

taxat in his diebus pax esse debeat, nam omni tempore & omni die seruanda est. Sed qa maxime & potissimū in his diebus pax obseruatur, & signanter quia abstinetur tempore illo a querela nullumq; iudicium exerceꝫ, vt supra eo. lib. ar. x. & ar. xij. C. de ferijs. L. omnes. L. quadraginta, &. L. vlti.

b. *Istud uenit ex cōsuetudine, apud nos enim ut communiter ferijs sextis iudiaum bannitū celebratur.*

Et cū hoc in qualibet hebdomada [b] quatuor dies. &c. & hoc intellige quia in illis diebus nullum legittimū iudicium exerceri debet. Feria quinta propter id, quia lex nostra eo die vt textus habet cepit, vt extra de treu. & pa. c. i. & de conse. dis. ij. c. nec Moises. Eodem etiam die instituit sacramentū corporis sui nobis hic in terris cœlosq; ascendit, Feria sexta saluator noster morti iudicatus est. Sabbato quia dñs die illa requieuit. Domini ca vero die homines deo reconciliabant. Instare tamen contra id vnus possit, textū paragraphi istius esse malepositum, homines em reconciliati sunt feria sexta per mortē Christi mors enim Christi, salus est eterna. &. iuxta aliquorum sententiā, in die nouissimo per filium dei qui est salus hominū, primo deus reconciliabitur totaliter. Cum vero dicitur in textu reconciliabantur, hic verbum preteritū pro futuro ponitur, quod & in sacra scriptura sepius euenit, vt apud Esaiam. Puer natus est nobis, cum tamen adhuc nasci debuit

c. *Declaratio textus articuli, tū & glose istius super solennisatione diei dominice intrincata est. Tamen uide ad hanc materiam legem nobilissimā supra arca. ar. x. co. li. annotatā*

Sensus ergo articuli erit quod reconciliabimur deo dñico die, [c] hoc est in extremo iudicio qui die dominico euenier, ita quod posthac domin⁹ deus nobis non indignabitur, quare diem illum celebrem habere debemus vt hic &. C. de ferijs. L. omnes, & de consecra. dis. iij. c. pronunciandum.

Exceptis qui in manuali facto deprehendūtur. &c. vt supra li. ij. ar. x. & in auten. de mā da. princi. coll. iij. C. de ferijs. L. prouintiarū.

Articulus. LXVII

PRo uiolentia seu pace fracta ad præsentandū se iuri citatus. Ipse non plures nisi triginta secum ad iudiciū ducere potest, & hi nulla arma secū deferant præter gladios.

Glosa

Pro violentia seu pace fracta. &c. vel qui alium accusat cū equa debet esse actoris & rei conditio vt in. c. i. de mutu. peti. Et nō debet actori licere quod reo non permittitur, vt. ff de reg. iuris. L. non debet, & eo. ti. c. non licet, lib. vi.

Pro violētia seu pace fracta citat⁹. &c. [a] Abū danter superioribus declarauerat de damno & incōmoditatibus quas sustinere coguntur qui iudicio contumaces sunt, presens constitutio datur de his qui q̄is iudicio compare ant, cōtumaces tamen seipsos reddūt. [b] Vnde pro intellectu istius nota quod reus quādoq; cōparendo fit contumax. Primo vt cū quis presens sit & comparet respondere tamē non vult, vel causam nō allegat quur respō dere non debeat, iste sentētiatur victus ex cōtumatia. Qui enim tacet consentire videtur, vt infra li. iij. ar. xxxix. ff. de reg. Iur. L. qui tacet, extra de presumci. c. non ne, & dereſti. c. cum clamor. Secundo qui licet iudicio sunt presentes proterue tamen a iudicio recedunt vel aufugiunt, isti propter fugam sententiātur, vt supra eo. li. ar. xxxv. &. xlv. C. de iudi. L. properandū. §. cum autem, &. ff. de prę/to. stipula. L. i. &. ij. Tertio qui manu armata ad iudicium veniūt eo animo quod ius pro voto habere vellent si secundū voluntatem eorū non succedat vt cum manu armata exinde eis abire liceret, & de istis textus presens habet, & qui sic armatus ad iudicium venit, mulctam prestabit, & actor querulari nō tenetur, nec iudex istum audire debet. Quod si incipit guerram vt pacis violator iudicat, vt. ff. de vi. publi. L. in eadē, &. L. qui dolo. &. ff. de vi. priua. L. legis Iulie, & istud etiam intelligi debet de his qui extra iudiciū populum pro seditione congregant, vt. C. de sedici. L. ij. &. iij. &. ff. ad le. Iul. Maiest. L. proximum, & Instī. de publi. iudi. §. item lex.

a. *Nota quod pax in iudiao fracta corpore punitur, uerbo pecunia exsoluitur seu. c. lxix.*

b. *Reus quandoq; cōparēdo fit contumax*

Articulus. LXVIII.

SI æquitantis seu uiatoris equus fuerit fessus eidē liceat sata seu annonam iuxta uiam positam seu situatam succidere, & spicas ad pabulandum equo ponere, dummodo ea scindendo unum pedem in uia cōtineat & ea post equi aut equorum pastum nullibi ferat ad sui profectum.

Glosa.

Si equitantis equus. &c. De iure enim in necessitate bene licet agros alienos ingredi, & spicas manducare, & conterere, vt in. c. discipulos de conse. dis. v. Alias enim de iure humano trnsire per agrum alienum nō licet

101

vt in. c. omnes. i. dis. vbi in casibus ibi nota, in vlti glo.

Et ad istum articulum dicit etiam lex. Quicunq; per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quantum propinquius secū dum viam stans in loco amplecti poterit ad refectionem & reparationem equi sui, impune ipsi equo porrigat, licitū etiam sit vt herba & viridi silua sine vastatione quilibet vtatur pro suo cōmodo & vsu necessario vt in vlt. feu. titu. de pa. terien. §. quicunq;.

Glosa.

a. *Non omnis qui rē contrectat alienam furto accusari potest*

b. *Ad id quod furtū dicatur tria concurrunt.* Furtū vt sit

Ex textu articuli presentis habetur [a] quod non omnes illi fures nuncupantur, qui cōtrectant res alienas propter cōmodum suū. [b] Ad id enim quod furtum dicatur tria concurrunt. Contrectatio, vtilitas exinde proueniens, & propositum furādi. In viatore itaq; prout textus habet licet duo sint, tertiū tamen deficit quia non animo furandi id facit, & ita nullum furtum exinde cōmittitur, vt. ff. de fur. L. i. & Instī. de obliga. quę ex delicto nascun. §. ij. &. Instī. dere. diuisi. §. gallinarū.

Articulus LXIX

RCcidens aut uulnerās pacis suæ uiolatorem pro eo nihil demeretur, si metseptimus hoc in fuga, aut in actu uiolentiæ accidisse ualeat comprobare.

Glosa.

a. *Concordat Iur. Mu ar. Cxij.*

Non demeretur. &c, vt in. L. i. C. quando licet vni. sine iudi, se vindi. [a] Quod igitur legittime factum est, penam nō meretur, vt. C de adulter. L. Gracchus. Nulli enim licet interficere quenquā, nisi habeat gladij potestatem vt est iudex. Nam iste interficiens malos in hoc minister dei est, de sen. excom. perpendimus in glo. vlti. Nisi tūc sint notorij depopulatores agrorum vel latrones in publicis stratis quos quilibet occidere potest, vel vbi defendendo quis aliquem occidat, vt notatur. xxiij. q. v. in summa. Iste enim qui aggressorem vel aliū in duello discriminis constitutum occiderit, nullam calumniam ob id factum metuere debet vt. C. ad leg. Corne. de sicca. L. ij. Et quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, iure feciſſe existimatur, vt. ff. de iusti. & iur. L. vt vim. Et licite quis occiditur cum ex parte resistentis bellum est licitū. C. de his qui ad Eccle confu. L. iij. & bonus est dolus quem quis machinatur in hostes. ff. de dolo. L. i.. §. non fuit autē. Ex parte vero inferentis, bellum regulariter est iniustum, cum nefas sit hominē homini insidiari. ff. de iusti. & iur. L. vt vim.

Aut vulnerat. &c. vt in. L. i. C. quando licet vni. sine iudi. se vindi. ibi enim dicitur quod melius est occurrere in tempore, q̄ post exitum vindicare.

Glosa.

Articulus presens concordat cum precedenti, ibi enim posuit exceptionē quod non omnis qui contrectat rem alienā furtum facit [b] sic non omnis qui aliū interficit, reus homicidij efficitur, & hoc si in defensa id faciat, vt supra eo. li. ar. xiij. & infra li. iij. ar. lxxxiij. in fi. C. quando li. vni. sine iudi. de fen. L. i. &. ij. & Instī. ad le. Aqui. §. iniuria, &. ff. de vi. pub L. vlti.

b. *Non omnis qui interfiat aliquem reus homicidij efficitur.*

Si metseptim⁹. &c. Intellige si occisum nullus defendere duellariter velit, alias secus succederet si agnatus illum defendere proponat, vt supra li. i. ar. lxiij. &. C. de proba. L. vlti.

Articulus LXX

POssessio a nullo alienetur, uel ex bonis quæ possidet nullus expellat [a] nisi possessio forte iure ab eo acqsita. Pacis uiolator debet puniri secundum quod supra dictum est.

a. *Concedat supra li. i. ar. lxx. & li. ij. ar. xxxij. & li. iij. ar. lxxxiij. Iur. Mu. ar. xxix. ar. Cxxxix. & cxl.*

Glosa.

Possessio a nullo alienetur. &c. Concordat supra eo. li. ar. xxiij. & infra li. iij. ar. lxxxiij. Immo quilibet est tuendus in sua possessiōe, extra de instī. c. cum venissent, & in li. frud. c. i. & per totum. ff. ne vis. fi. ei. qui in possessi. mit. L. i. §. i.

Glosa.

Articulus presens facit tertiamexceptionem de illis qui bona aliorum occupant & dicit, quod qui rem vel bona in possessiōe habeat violenter expelli ex possessione nō debet nisi prius sibi iudicialiter possessio abiudicet, vt supra eo. li. ar. xxiij. C. de iudi. L. nulli, & C. de rei. vendi. L. ordinarij.

Pacis violator. &c. hoc pertinet ad accusatorem vel actorē, qui dato quod inueniat apud aliquem rem suam iure eandem vendicare debet, quia si violenter illud nancisci conat, in possessionem violentiam faciat, vt viola-

tor pacis puniendus erit, vt supra eo. li. arti. xiij. Immo si suam etiam rem nō iuridice accipiat perdit illam, vt infra lib. iij. ar. xliij. in glo. Si vero accipiat aliquid quod ad alium pertinet putans rem esse suam duplum reddit, & hoc intelligē si veraciter putat rem suam esse, alias vt predo punietur, vt In sti. vi. bono rapto, §. vltī. C. vñ vi. L. si quis in tantam, &. ff. vi. bono. rapto. L prętor ait.

Articulus. LXXI

IN iurata pace arma (exceptis gladijs) non nisi ad publicam expeditionem uel ad torneamenta sunt portanda. Quicunq; contra dictū & aduersus ea fecerint, sicut illegales & banniti iudicentur Imperialem enim transgressi sunt sanctionem, Gladios etiam nō licet ferre in Castris, Ciuitatibus, aut uillis, oibus q in eis domicilia aut hospicia habent Arma licite ab his feruntur qui uiolentiæ sequuntur elamorem. Clamorem autem uiolentiæ omnes sequi tenētur qui annos discretionis habent & gladijs accingi possunt, nisi iusta necessitate fuerint prępediti exceptis clericis, mulieribus, sacristis, (idest, Ecclesiarū custodibus) & pastoribus. Si clamorem ante castrum aliquod insequuntur, ante illud per tres dies & noctes permanere debent, quisq; sub sua prouisione & expensis propijs. Quilibet in sua iurisditiōe sequi tenetur q̄diu actor insequitur. Si autem actor nō ualeat sequi uulneratus, sequantur uicini alij q̄diu uiolatorem conspiciunt. Si forsan uiolator in aliam se trāsferat iurisditionem, & eum sequentes comprehendere in campo queant anteqū gens illius territorij uenerit, ab eis licite reducatur. Si uero ad uillas, castra, aut ciuitates fugierit uiolator, renouato uiolētiarum clamore, & congregatis ad hoc sculteto & rusticis ac probis uiris qui protūc haberi possunt, ad iustum iudiciū reus postuletur ad quod præsentādus est si in manuali constiterit facto, & si sequentium persecutio a suo iudicio per testimonium septē uirorum comprobetur, qui probēt quod istum in manuali facto insecuti sunt ex suo iudicio usq; illuc. Cautionemq; prosequeñ statuere debent, super uerigeldo hominis illius [b] si forsan iniuste contra illum iudicent, & sic reum reportantes faciant quod de iure fuerit faciendū.

3. *Et sic isto casu non tenetur ad pœnā ratione prout supra li. i. art. lxix. cogebantur.*

b. *Textus uetustiores ita legūt, si reum non iudicent lege iusta, tandē uero à primo reum ducent & secundum quod ius fuerit eundem condēnabunt.*

Glosa.

In iurata pace. &c. Qualiter pax est iuranda, & de pena violationis, vide in vsibus feu. ti. de pace iura, fir. constitutione Frederici quę incipit hac edictali, & supra eo. li. ar. xiij. & infra li. iij. ar. ix. cum similibus.

Sanctionem. &c. Sic etiam omnes incidunt in crimen lese Maiestatis qui delinquunt facta opponendo, & moliendo contra Principem vel contra vrbem Romanam vel eius populum, vel qui ad hostes profugit, velipsos qualitercunq; iuuat sez armis, vel pecunia, vel consilio, vel qui subiectas prouintias nititur rebelles facere, vel seditionem mouet in ciuitate, vel qđ Magistratus vel Princeps occidatur, vel qui arma sumit, vel occupat loca cōtra Rempublicam, & hoc crimen etiam perduellionis appellatur idest crimen hostile, vt. ff. de crimi. pduelli. L. i. ij. &. iij. & iiij. &. C. ad le. Iul. Maiest. per totum. Si vero cōmittitur crimen lese Maiestatis non cōtra Principem vel Rempublicā, non dicitur crimen perduellionis sed lese Maiestatis tantū, vt. ff. ad le. Iulia. Maiest. L. vlt. vide etiam infra li. iij. ar. lxxviij & de pena istorum vide etiam supra li. i. ar. xl. Secundum le. autem in crimine lese Maiestatis etiam filij delinquentis puniuntur, q̄uis enim non decapitentur, sunt tamen infames, nec alicui succedunt licet de bonis maternis salcidiam habeant, vt. C. ad le. Iulia. Maiest. L. quisquis. §. filij vero. Et accusatio inchoari pōt etiā post mortem. C. eo. L. vlt. Non etiam excusatur reus huius criminis siue perfecerit crimen, siue ad actum processerit, dando vel recipiendo sacramentum super crimine cōmittendo, vel aliquid simile faciendo, & debet gladio feriri & bona eius

omnia publicantur. Eadē enim seueritate volūtas huius criminis punitur qua & effectus vt. C. eo. L. penul. Si autem alias verbis & nō facto maledixerit principi, vel premissa cōmiserit contra alium dominum suum superiorem, tūc arbitrarie punitur, quę dic vt notat Hostien. in sum. de maledi. per totum. Et ad accusationem huius criminis quilibet admittitur, vt. ff. e. L. famosi, &. L. seq. &. C. eo. L. nullus, &. L. vlt.

Gladij etiam in castris, &c. vide. C. de gladi. pon. tollen. per totum. li. xi. & vt armorum vsus per totum, eo. li.

Ab eis licite reducatur. &c. vnde dicit lex cōmunis. Questiones eorum criminum quę legibus aut extra ordinem coercentur vbi cōmissa vel inchoata sunt vel vbi reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis persici debere satis notū est, vt in. L. i. C. vbi de crimi. agi. opor. An autē in criminibus fiat remissio de iure vel honestate notatur super verbo de more in Clemē. pastoralis de re. iudi. quę dic, vt ibi nota, & super ea per Ioan. de lig. & vide supra li. i. arti. lix. & infra li. iij. ar. xxv.

Glosa.

c. Iurata pax tria in se continet specialia.

Nota quod iurata pax tria in se specialia cōtinet. [c] Primo quod diebus feriatis & ligatis fieri potest, vt supra eo. li. ar. x. & item. xv. q. iiij. c. nullus, &. xxij. q. i. c. omne. Secūdo qđ in pace huiusmodi gladij omnibus interdicti sunt qui gladios portare possunt vt textus habet, signanter in ciuitatibus qui & si non iurauerint super pace, tenere tamē ędictum eos oportet, vt in autē. de pace tenen. § i. coll. x. Tertio quod arma portare etiam nō debent. Exceptis tamen duplici genere hominibus, primi qui violentiam sequuntur, vt supra eo. li. ar. lxiiij. in fi. & li. i. ar. liij. Alij sunt qui in torneamentis militant vel exercitium militare habere solent, istis enim admissum est, vnde si casus alicui ibidem acciderit, ita quot mutilatus vel vulneratus sit iudicii desuper non cedit, sibiq; ipsi imputabit qui locū illum ingressus est, sit quisquis sit, vt Insti. ad le. Aquili. §. at ne, & in auten. de manda. princi. §. titulos. coll. iij.

Gladios etiam ferre nō licet. &c. vt, ff. de vi. publica. L. i.

Arma licite ab his feruntur. &c. Et hoc ex eo Violentia enim armis propulsanda est, vt infra lib. iij. ar. lxxviij. &. ff. de vi & vi arma in multis legibus.

Clamorem violentię omnes sequi tenentur. &c. Dixerat siquidē superius li. i. ar. liij. qđ qui non sequitur violētię clamorem mulctā prestare cogitur per articulum nunc presentem excipit quasdam personas qui id facere non tenētur, vt sunt clerici, istis etenim arma deferre prohibitum est, vt infra li. iij. ar. ij. & xxiij. q. viij. c. clerici. Et etiā mulieribꝰ Vir eā defendere debet vxorem & non econtra, vt ff. de iniurijs. L. quodsi, & Insti. eo. ti. §. patit. Excipit etiam ab insecutione violentię sacrista hoc est Ecclesiarum custodes. Isti siquidē arma deferre possunt in via, si iuri spirituali subiecti non sunt, vt. xxxij. dis. c. si quis, &. xx. q. iij. c. eos. & extra de cleri. cōiuga. c. Iohannes. Preterea eliberat a prosecutione violentię pastores. Officium etenim eorum est, gregem cōmissum custodire & non defense insistere. Quare & ius cōductū eis seruari debet, vt Insti. de loca. & cōduc. §. cōductor. Per testimonium septem virorum. &c. vt. C de eden. L. qui accusare.

Cautionemq; statuere debēt persequeñ. &c. Circa id nota si accusatus pro violentia iure non conuincitur verigeldo emendatur, ex eo quia contra eius vitam actio intentatur & ita iudex expetit ab eis fideiussores. Articulus tamen presens contrariari quodammodo videtur articulo. L. supra. li. i. Dictū enim ibidem est quod ille qui aliquem accusat criminaliter & non perducit, solus ipse conuincitur. Textus vero articuli presentis dicit, qđ verigeldo absoluitur.

Et sic faciant quod de iure fuerit faciendum hoc est secundum excessum pena sibi infligetur, vt supra eo. li. ar. xiij. ff. de penis. L. respiciendum. C. de exhiben. re. L. vlti. & in autē. vt in medio litis. §. si vero. coll. viij.

Articulus. LXXII

[a] Acis uiolator si super aliquod castrum se receperit, uel in quo contra iustitiam detinetur cum iudex per uiolentiæ clamorē ad hoc citetur, ipse in tanto sonitu uocis ut in castro audiri possit, reū ad rectum iudicium debet postulare & si iudicio nō præsentetur, tam castrum q̄ in eo habitantes proscribentur. [b] Sed si dominus castri sex nuntios iudicis cum actore ad quærendum rapta & raptorem castrū ascendere permiserit tunc castrum non est proscribendum. Accusetur autem castrum quod ab eo uel ad ipsum spolium sit illatum aut portatū, dominus suo iuramento [d] aut suus castrensis illud poterit excusare. Qui autem ipsemet de spolio est accusatus castrū anteq̄ seipsum ex-

a. *Vide ad hanc materiam infra li. iij. ar. xxij.*

b. *Vide ad hanc materiam infra li. iij. ar. i. & ar. lxviij Iur. Mu ar. xxxix.*

d. *Alij legūt Burgen.*

cusauerit non poterit excusare. Si quis uelit castrum reum facere per duellum hoc a domino eius uel suo castrensi contra sibi in generatione æqualem repugnetur. Alioquin p/scribetur castrum & ipsi castren rei iudicabuntur. Conqueratur si quis quod de alterius castro sit spoliatus per aliquem, dominus castri illum ut castrum excuset aut ut satisfaciat eundem producere debet, aut pro eo respõdere eum psonaliter oportebit. Agatur uero aduersus castrũ quod qs ex eo sit spoliatus, & si actor spoliatorem ignorabit, dominus castri post sex hebdomadas si pro eo incusetur castrum cum suo expurgabit sacramento, uel damnũ secundũ quod iuris fuerit sine emẽda resarcire debet, dummodo ipse operis & consiliꝫ sit immunis. Si inferentes damnum de aliquo castro exequitauerint & infra diem & noctem ad illud nõ reuertantur, spolium ꝙ ante castrum uel in castrum ad seruandum non dederint, extũc castrum immune ab hoc facto habeatur. Si uero exequitantes facto damno ad castrum reuertuntur, & spolium castro [c] aut suis defensionibus mancipetur, castrum iusto iudicio pro eo in facto iudicetur.

[c] *Textus uetustiores habẽt & spolium ad castrum inductum sit uel ante castrum seruatum iusto iudicio castrum condemnetur.*

Glosa.

Supra quodcunꝙ castrum. &c. dicit lex ad istum articulum. Si iudex clamore populi aliquem violatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit, dominus idem cuius castrum esse cognoscitur, ad faciendum iustitiam illum producat. Quod si de sua diffisus fuerit innocentia & ante conspectum iudicis eum vocare formidauerit, si mansionem habet in castro, dominus eius mobilia sub iuramento iudici repꝛesenter, & eum de cetero in domo sua tanꝙ proscriptum non recipiat. Si vero mansionem in castro non habuerit, dominus eius secure eũ adducere faciat, ac postmodum iudex cum populo eum tanꝙ pacis violatorem persequi non desistat, vt in vsi. feud. de pa. tenen. §. si iudex. Item in eisdem, vsi. feud. ti. de pa. iura fir. in consti. Frede. hac edictali. §. receptatoribus, ad nostram materiam sic cauetur. Receptatoribus etiam malefactorum qui pacem violauerint in prẽdam mentibus, nostram indignationem subituris, & eadem pena cum violatoribus feriendis. Pꝛeterea bona eius publicentur & dom⁹ eius destruatur. Qui pacem iurare & tenere noluerit beneficio & lege pacis nõ fruatur. ℂ Pro materia vide in. C. de his qui latro. vel ali. crimi. re. occul. L. i. & per totum, & ff de receptatoribus per totum, facit enim qui fieri facit. ff. de his qui notan. infa. L. furti, & quod quisq; iuris. L. i. & vide qd notetur de faciente & consenciente in. c. i. de offi. deleg. & de homici. c. sicut dignũ, & plenius siatim infra eo. ar. in glos. Omnis autem receptator obligatur. ff. de recep. L. ñ. ff. de fur. L. q vas. § qui furem, & ff. de incen. rui. naufra. L. quo naufragium. §. non tantum, & C. de fur. L. fi. Et pro hoc etiam vide moder. in. c. pro hũana de homici. li. vi. Est enim pessimum genus receptatorum sine quibus diu latro esse & latitare non possit, & perinde ideo vt latrones debeant puniri, vt. ff. de receptatoribus. L. i. & de offi. pꝛesi. L. cõgruit. Et idẽ est si eos nõ receperint, sed cum eos possent apprehendere accepta pecunia vel parte surreptorũ eos dimiserint cum in pari causa videantur cum eis vt in alle. L. i. in fi. Et iure Lombardo si postꝙ deprehendãt eos dimiserint, omne dãnũ pro quo fuerint deprehensi tenentur emẽdare, vt in Lombar. de furtis. L. si quis. Quos enim par facinus coinquinat & equat vtroscꝙ similis pena cõsequitur. C. de epis. & cle. L. si quenꝙ in fi. Nisi tunc forte ille quem recepit sit eius affinis vel cognatus quia non est par eius delictum in istius qui nihil ad se pertinentibus malefactores receperit, vt. ff. de recep. L. i. Iure autẽ lombar. hoc non inspicit etiam si latro sit receptantis pater, frater, vel alius propinquus, vt in lombar. de furtis. L. quicunꝙ.

ℂ Violator se receperit. &c. Concordat supra ar. proximo, & infra li. iij. ar. ix.

Non iure excusabit. &c. Cõcordat supra eo. li. ar. xvi. §. ñ. & quod ibi nota.

Agatur vero aduersus. &c. Nec enim seruus excusatur qui in atrocioribus domino obediuit. ff. de iniur. L. sed si vnius. §. si iussu dñi. Sicut nec subditus quicunꝙ in hoc excusat. ñ. q. vij. admonendi. & xi. q. iij. quid ergo & c. qui resistit, & xxiij. q. i. quid culpatur in fi. Et consilꝫ. &c Nihil enim differt vtrũ malũ facias, an domini causa malum pꝛestes. ff. ad le. Aquil. L. qui occiderit. §. penul. ff. ad le. Corne. de sicca. L. nihil interest, de consecra. dis. ñ. si quis per ebrietatem. Auxilium autẽ pꝛesumitur quis dedisse, eo quod stat armat⁹ cum malefactoribus vt notat Inno. in. c. cõtinentia de clerico, percusso.

103

[f] *Violatorem in arce fouens cõsequitur pœna triplex.*

Articulus pꝛesens disponit quid iuris sit, & quę pena sequatur illum qui pacis violatorẽ in arce occultauerit. [f] Vnde nota quod illum qui pacis violatorem in arce fouet sequitur pena triplex. Primo quod dominus castri vitam amittit, & castrum illud destruitur, qui enim vt sic maleficos fouet & occultat reus facti efficitur, vt. C. de his qui latro & alijs crimi. re. occul. L. eos, & L. si qui. Secundo quod omnes pacis inhabitatores conscij facti efficiuntur ex eo, quia malefactum illud pro rato habet, vt. ff. de vi. & vi. arma, L. i. §. decitur, & extra de reg. iur. c. ratihabitionẽ, li. vi. Tertio quia vt sic destructum castrũ reedificari non debet sine licentia iudicis, vt infra li. iij. ar. lxvi.

Sed si dominus castri sex nũntios iudicis, &ẽ hic ponitur documentum quo pacto castrũ excusari debet a manuali facto, excusaturꝙ per id cum dominus castri malefactorẽ quęrere permittit, alias pro huiusmodi facto minime iurare poterit, vt supra li. i. ar. xiij. xv, & l vi. & supra eo. li. ar. xxxv. & ar. lxiiij. C. de eden. L. qui accusare, & C. de proba. L. frustra.

Accusetur autem castrũ quod ad ipsum spolium sit illatum. &c. cum iuramento itaꝙ vt rextus habet declarabit innocentiam castri, & hoc fieri potest, vt supra lib. i. arti. vij. & C. de iure iurã. L. actori, & ff. de dolo. L. qd si deferente.

Si inferentes damnum de aliquo castro exequitauerint. &ẽ. dixerat siquidẽ superius vbi castrum propter excessum destruitur. Paragraphus iste loquitur, vbi castrum sine damno manet dato quod equitantes de ipso damnum fecerint, fieri enim potest quod aliquis in castro existens & exinde equitando contra voluntatem domini arcis damnum faciat, non propter hoc dominus vel castrum damnum sufferre debet. Sed si post factum malefactor in arcem acceptatur, dominus arcis reus efficitur, vt. C. de his qui latro, & alijs crimi. reos occul. L. i. & ij.

[g] *Reus facti efficitur unus quatuor modis Concordat iure Mu. ar. xli. glo.*

Circa id sciendum quod reus facti vnus efficitur quatuor modis. [g] Primo si solus fecerit. Secũdo si cõsilio affuit. Tertio si ex mandato eius illud factum sit. Quarto qui malefactores fouet, vel spoliũ acceptat, vt supra, eo. li. ar. xiij. Insti. de obliga. quæ ex delict. na scun. §. manifestus, &. §. interdum. ff. de vi. & vi. arma. L. i. §. dejecit. C. ad le. Iul. de vi. publi. & priua. L. seruos. C. de raptu. virginum, & viduarũ. L. i. §. sin autem, & xi. q. ñ. c. conspirationum, & in auten. vt lice. ma. & ause. § quia vero, &. §. si autem. coll. viij.

Notandum pꝛeterea quod in maleficijs facię dis non potest contrahi societas, & ideo inter eos non datur iudicium communi diuidundo, nec actio pro socio, nec potest vn⁹ de altero in iudicio cõqueri si non seruat promissum, vt notatur. xxij. q. iij. si ad peccatum. In rebus enim inhonestis non contrahitur societas. ff. fami. hercis. L. cętere. §. vlti. & ff. pro socio. L. nec pꝛetermittendum.

Libri Secundi Finis.

Articulus. I

EDificia prædiorum seu uillarū [a] propter nullā aliam iniuriam succidi seu ad terrā prosterni debēt, nisi in ipsis fuerint uirgines aut mulieres uiolēter oppresse, aut post factū introducte. Tunc enim domus ille per ius condemnantur si non ut iuris est excusentur. Postq̄ condēnata iam fuerint ædificia huiusmodi si reus post modum absoluitur ab actione, destructa iam ædificia non exoluentur, quia ea a reatu non excusauit cum iure fuerānt excusanda. [b] Omne animal quod tēpore uiolentiæ illic affuit, per sentētiam decoletur. Omnes huius clamoris uiolētiæ insecutores, si malefactorem quoquomodo comprehēderint licet uictus nō fuerit nō delinquunt, dummodo ab eis iudicio præsentetur.

a. *Ad hanc materiam uide supra li. ij. ar. ulti. infra li. iij. ar. lxviij. Iur. Mu. ar. xxxviij. clarus uero ar. xxxix.*

b. *Alij legunt omne uiuens intellige quod ad id auxilio fuerat ut equi quibus uiolatores assidebant uel uiolatæ abducebātur.*

Glosa.

Omne animal quod tēpore violentię. &c. [c] Vnde etiam dicit lex cōmunis Raptores uirginum vel ingenuarum siue iam desponsate fuerint, siue non, uel quarumlibet viduarum seu fęminarum licet libertine sint vel serue, capitis supplicio decernimus plectendos, vt in L. raptores. C. de raptu. virgi. vbi etiam lex alias penas raptoribus imponit.

c. *Concordat lex xij. tab. cum inquit uim ingenue uirgini inferre aut eam suasione in tuam sententiā transhabere caueto, sororem aut filiam stupro deprehēsam uēdito, posteriori tamen iure qui uirginē rapit ultimo supplicio punitur.*

Glosa.

Edificia prędiorum. &c. [d] dixerat siquidem superius libro prędecenti articulo vltimo, propter qd & ob quam causam arces seu castra destruantur prosternanturq̄, ne itaq̄ anihilatio ędificiorum ratione similitudinis cōmunis fiat, in hoc articulo primo libri tertij autor priuilegij exceptionem facit de ędificijs prędiorum seu villarum quę non ita de facili destrui debent. Vnde pro intellectu textus notandum, quod ędificia castri destruuntur vt articulus vltimus libri prędecentis habet propter spolia, ex eo, qa prędones in illa refugium habēt & non possunt de facili exinde tolli. Nullūq̄ aliud ędificium latrones & spoliatores tuetur & defendit nisi arces seu castra, vt in autē. de pa. tenen. §. hac edictali col. x. Edificia vero prędiorum seu villarum qa non habent tantum munitiōis vt latrones & spoliatores receptare & occultare possent, quare non nisi propter factam in eis violentiam vel oppressionē mulieribus succidūtur vel ad terram prosternuntur, ex eo, quia domus ille obstaculo fuerūt, quod mulieres sic oppresse aufugere nō valebāt, quin violent. Vidēdum vlterius venit quę pena oppressores huiusmodi sequatur, & itē an sic oppresse seu violate nomen pudicitię & castitatis suę aut honoris perdant. Pro intellectu istius attendendū [e] quod castitas duplex est. Animi videlicet & corporis. [f] Castitatem quidē corporis perdit violata, vt. C. de raptu. vir. vel vidu. L. raptores, &. xxij. q. v. c. ille, &. xxvij. q. i. c. nuptiarum. Castitas vero animi corā deo & coram hominibus illesa manet, nec per violentiam aufertur. Castitas siquidē virtus animi est. Sed virtutes huiusmodi per violentiam auferri non possunt, vnde quāuis corpori violentia infertur, animę aūt nūquam, vt. xxxij. q. v. c. reuera, &. c. ita ne. [g] Castitas huiusmodi quędam est in coniugatis, quędam in virginibus, quędam in viduis. In coniugatis pudicitia vocatur. In virginibus puellarum virtus. In viduis vero continentia nuncupatur, vt. xxvij. q. i. c. nupciarum. Et quemadmodum in triplici fęminarum genere virtus huiusmodi consistit, ita & excessus qui in ipsis cōmittitur, triplici pena punitur, vt. ff. de penis. L. respiciendū, &. ff. ad senatusconsul. turpili. L. i. &. xxiij. q. iiij. c duo ista. Primūm genus fęminarum quę per violentiam opprimi possunt est, cum soluta opprimitur a soluto, excessus istius nihilominus est magn⁹, vt hic, &. ff. ad le. Iul. de adul. L. vim passam, &. C. de raptu. vir. L. i. Istorū pena est multiplex. [h] Primo qd' capite puniūtur sicut hic & supra li. ij. ar. xiij. C. ad le. Iul. de adulterijs. L. i. Secunda pena est, quia propter id ędificia destruuntur sicut hic, & ff. ad le. Iul. de adulterijs. L. qui domū, &. L. finali. Intellige tamē quod ędificiorum huiusmodi non nisi obseracula hostia & parietes locusq̄ vbi mulieres violentiā passe sunt succiduntur & prosternuntur, & hoc propter id vt dictū est, quia prohibebāt quominus mulieres aufugere possint, & hoc si nō excusentur vt textus habet, cuilibet em negligētia sua est nociua, vt. C. sentē. rescin. nō poss. L. peremptorias. Tertia pena est quod animalia & omne viuens occiditur, hoc est equi quibus insidebant vel qui violatas abducebāt, homines q̄ & aliud omne viuens quod auxilio oppressioni fuit, vt. C. de raptu. virgi. L. i Quarta pena, qa de necessitate & de iure inuestigari debent & ante sententiam occidi licite possunt, siue in defensa siue non, vt hic & C. eo. ti. L. i. §. sin autem. Quinta pena est, qa

c. *Castitas duplex.*

f. *Violata an castitatem perdit uide sub distinctione.*

g. *Castitas multiplex.*

h. *Oppressoris mulierū pœna.*

104

vt sic raptā vel violatā in legittimā nunquā poterit accipere vxorē, vt. C. eo. ti. L. i. §. sin autem ingenua, & supra li. i. ar. xxxvij. Contrariū licet istius esse videatur in autē. de rap. muli. § i. coll. ix. &. tamen, nullam in eo esse contrarietatē, hic enim loquitur quod de iure contrahere non possunt, paragraphus vero in autentica allegatus, intelligitur de facto, hoc est cum quę de facto raptori matrimonio copulatur penas ibidē expressas sustinet. Vel dic, quod quāuis matrimonialiter postmodum copulauerint sese, fructū tamen seu vtilitatem iuris matrimonij nunq̄ consequuntur, vt ibidem circa articulum. xxxvij. li. i. declaratum est. Sexta pena, si parētes virginis illius oppresse eandem postmodū raptori nuptui tradant, perpetuo proscribi & banniri debent, vt. C. eo. ti. L. i. & in auten. de rap. mulie. per totum, coll. ix.

Secūdum genus fęminarum quod opptimi pōt sunt maritare, excessus ille grauior est, quia est & oppressio seu violentia, & cū hoc capitale peccatum, quare consequūtur eum omes ille pene, quę in priori excessu expresse habentur, & cum hoc aliquid adhuc specialius additur. [i] Suspitionem etenim si quis habeat de aliquo ad vxorem suā, prohibeatq̄ sibi ne secreto habeat quid colloquij seu cōmercij cum vxore sua tribus vicibus, testib⁹ sibi adiūctis, ille vero desistere nō vult, eundem impune interficere potest, vt in autē. vt lice. ma. & auie. §. his quoq̄ col. viij. C. ad legē Iuli. de adulte. In autē. si quis. Breuiterq̄ sciendum quod excessus seu peccati istius pena adeo est magna, dato, quod de voluntate vxoris maritate peccatum perpetres, in tātum grauiter peccas, acsi solutā violares vel opprimeres, vt. C. de adul. L. Gracchus. Maritatus etiam vir si cum aliqua adulteratus sit, vxor illius eum libere dimittere poterit, quia nō minus ille sicut & illa in eo casu deliquit, vt. xxxij. q. vi. c. si ducturi, &. c. non mechaberis, immo & dotem repetere potest, vt in auten. vt lice. ma. & auie. §. si quis in sua, col. viij.

Tertium genus fęminārū quod opprimi potest, sunt mulieres vel ỳgines deodicate, estq̄ peccatū grauissimum quia desponsata Christo opprimitur, & ita in Christum peccatum cōmittitur, vt. C. de raptu. vir. L. i. Iste omes penas superius expressas sustinet. Sed & omnes auxiliatores interficiuntur bonaq̄ illorū Cenobio seu claustro vbi rapta illa degit applicantur, vt. C. de epis. & cleri. L. raptores, per totum. C. de raptu. virgi. L. raptores, & xxvij. q. i. c. si qs, & Insti. de publi. iudi. §. itē lex, &. ff. ad le. Iul. de adulte. L. hęc verba. In auten. de sanctis. Epis. L. si quis, & in auten. quan. opor. Episco. §. qui vero eas, col. i.

i. *Suspectū habēs aliquē de uxore sua prohibeatq̄; sibi sub trium testimonio ut secum pacem habeat & ille desistere nō uult, præuentus post hac impune interfici potest, concordat supra li. i. ar. xxxvij glo.*

Articulus II.

CLerici & Iudæi arma portātes & secūdū qd' iuris est si non tonsurentur, si quis in eis deliquerit non aliter nisi ut laico eis emenda præstatur quia arma portare non debent qui pace quottidiana imperij sunt communiti.

Glosa.

Clerici & Iudei. &c. a Nota quod clerici habētes temporalem iurisditionem indistincte pro defensiōe sua & suorum possunt sumere arma, quia hoc omnia iura permittunt, vt de sentē. excom. dilecto. in prin. li. vi. cum cōcord. &. xxiij. q. i. noli. cum. c. sequen. Si vero temporalem iurisdictionem non habent, nō licet eis arma sumere in propria persona nisi ad defensionē, vel nisi ad adhortādū. xxiij. q. vlti. in certis canonib⁹, de quo pūcto vide in dist. c. dilecto. per nouel. Sic de clerico dispōnit ius canonicum. Clericus neq̄ cōmā nutriat neq̄ barbam, & clerici arma portantes excōmunicētur, vt in. c. clerici, &. c. clericus, de vi. & hone. cle. & ammittunt priuilegium clericale, vt in. c. perpendimus de senten. excom. quod tamen sane intelligendū quia si clericus dimittens habitū in percussione percuciatur, tunc nō perdit priuilegium, immo verberantes sunt excōmunicati, licet nō mittendi ad sedem apostolicā nisi tunc fuerit mōnitus & apparuerit incorrigibilis vt in. c. in audientia de sen. excom. secundum Io. de lig.

a. *Clerici iurisditionē temporalem habentes arma licito deferrent.*

Glosa.

Clerici. &c. Articulus iste disponit a quibus clerici abstinere debent, vnde nomine clericorum in proposito intelligi debent omnes, q gaudere possunt & volunt priuilegio & iure clericorū, vt extra de cle. con. c. Ioānes, & ex vltra eo. ti. c. vnico. li. vi.

Sciendum itaq̄ quod clerici abstinere debent potissimum ab octo quę eis interdicuntur. [b] Primo tabernas non teneant, nec eas frequētent, vt. xlviij. dis. c. non oportet, &. c. nulli, & extra de vita & honestate clericorum. c. clerici. Secundo quod guerras cum omnibus facere non audeant, vt. xlv. dis. c. i. &. c. licet, & lxxxvi. dis. c. nō liceat, & in auten. de sanctis. Epis. in plerisq̄ locis, coll. ix. Sed nec ipsis guerra inferri debet, vnde si quis clericū vel qui clericorū titulo vtitur percusserit vel percutere procurauerit, ipso facto est excōmunicatus, vt extra de sen. c. non dubium. &. c. ex tenore. Tertio qd' clerici vestes, pallia, cappas ferriceas, nec rubeas aut virides, nec excisa calciamenta, nec inaurata calcaria defer-

b. *Cleriā a quibus potissimum abstinere debent.*

re p̄sumāt, vt extra de vita & honestate clericorum. c. clerici. Quarto cum vxoribus aliorū inhabitare eis minime licet, nec illas ad cohabitandum cum eis permittant, vt. xxxij dis. c. interdixit, & extra de cohabitatiōe clericorum & mulierum per totū. Quinto qd̄ non sint lusores, alearumq; ludo indulgētes, vtin auten. de sanctiss. Epis. §. interdicimus, coll. ix. & C. eo. ti. L. placet, & L. decernim⁹, & extra de vita & honestate clericorū. c. clerici. Sexto quod venationibus non insistant, accipitres, canes venaticos nō seruent, vt. lxxxvi. dis. c. qui venatoribus. c. qui. c. vide. c. Ezau. c. quid. c. an putatis. extra de cleri. vena. per totum, & xxxiiij. dis. c. quorundā, & extra de censi. c. cum apostolus. Septimo aduocatias & officia secularia administrare nō debent, vt extra ne cleri. vel monachi. c. clericis. Octauo quod arma nō deferant si priuilegio clericorum vti volunt, vt. xxij. q. viij. c. clerici, & xxxij. dis. c. si q, & xxiij. q. c. eos, & de vita & honestate clericorum. c. ij.

Arma portantes. &c̄ Arma hic accipiuntur pro gladio cultro seu sicca. &c̄. ff. de verbo signi. L. armorum.

Non aliter nisi vt laico eis emēda p̄statur. &c. Alias si quis clericum & qui clericali veste indutus incedat infestauerit, percusserit, vel percutere procurauerit est ipso facto excōmunicatus, vt extra de sen. c. non dubium, & c. ex tenore.

c. *Clericis & iudæis arma interdicuntur diuerso tamen respectu.*

Iudei arma portātes. &c. c Nota circa id magnam differentiam. Clericis enim & Scholaribus arma interdicuntur propter eorum dignitatem. Iudeis vero in contumeliam, & in lignum quod ipsi cum eorum bonis sub potestate Christianorum esse debent.

d. *Iudæis quatuor potissimum interdicuntur.*

Notandum p̄terea d quod Iudeis quatuor p̄cipue interdicūtur a quibus abstinere eos oportet. Primo quod nullus Christianus cū eis manducare audeat, nec econtra, vt. xxviij q. i. c. omnes, nec eis famulari, vt extra de Iudeis. c. Iudei. i. & ij. Cum paganis quidē mādu care Christianis permittitur, vt. xi. q. iij. c. ad mensam.

e. *Iudæi præterea nullum Christianum in seruitorem habere debent, ut extra de iudæis. c. multorum & .c. at hec, nec scholas seu synagogas nouas construere, ut extra eo. ti. .c. conquisuit.*

e Secundo quod nullum officium publicum habere debēt in quo Christianis p̄esset, vt. liij. dis. c. nulla. Tertio medicine ab eis nō accipiant̄, vt. xxvij. q. i. c. null⁹ Quarto quod die parasceues exire, non audeāt, nec fenestras apertas habeāt, vt extra de iude. c. quia super his, & C. de Iudeis, & celicolis. l. nullius.

f. *Iur. Mu. ar. Cxxxviij habetur quod Christianus contra iudæum agere uolens pro debito mettertius eum conuincere cum testibus oportet, uidelicet cū iudæo & Christiano, Iudæus similiter conuinat Christianū.*

Qui pace quottidiana imperiali sunt cōmuniti. &c. hanc autem pacem Iosephus apud Vespesianum Iudeis conciliauit, vt infra ar. viij. de pace vero tenenda vide supra li. ij. ar. Ixvi. f Contingat etiam Iudeum cōtra Christianum testificare velle, hoc facere debet cū duobus Christianis & vno Iudeo. Christianus vero contra Iudeum testificari potest, cū vno Christiano & vno Iudeo.

Articulus. III

MVlier prægnans nō debet in iudicio [a] nisi ad cuttim & crines condēnari. Super fatuos & furiosos sententia mortis uel membri amissionis non promulgatur. [b] Sed si damnum dederint curatores eorum illud restaurari debebunt.

a. *Iur. Mu. ar. xcvi. & supra li. i. ar. xxxiij.*

b. *Iur. Mu. ar. xxxviij, supra li. ij. ar. lxv.*

Glosa.

Mulier pregnans nō debet. &c. Vide. ff. de penis. L. prægnantis. &. C. eo ti. L. sancimus. c Immo & sentētia lata cōtra furiosum vel bonis interdictū, est ipso iure nulla, vt. ff. de re. iudi. L. furioso, extra de successi. ab intesta. c. finali, & C. de curatore furio. per totū, vide etiā supra li. i. ar. xij. sup. verbo ,pdigalitate.

c. *Sententia contra furiosum lata est ipso iure nulla.*

Glosa.

Dictum est articulo p̄cedenti quod Iudicium seculare abstinet a quibusdā personis ratione officij illorū, ita quod ad ius trahi non possūt seculare, vt clerici, corā em̄ spūali iudice conueniri debent, vt in auten. de sanctiss. Epis. §. si qs, coll. ix. & in auten. vt cleri. apd̄ ptopri. Epis. §. i. col. vi. & in autē. apud quos opor. cleri. §. i. col. vi. & xi. q. i. c. siluester. Hic in articulo p̄senti declaratur quod iudiciū quandoq; suspēditur contra alias personas, sicut si mulier prolem viiam in vtero portauerit, noxa enim matris nihil obesse potest puero, vt Insti. de ingenu. §. i. Sensusq; articuli est quod puer seu aliquis homo innocēs interfici aut pena affici nō debet propter excessum parentum, vt. C. de penis. L. fancim⁹ & hic in textu.

d. *Mulier impregnata malefiaum commitens an puniri debeat uel dimitti.*

Queritur an ergo libere dimitti debeat. d Quidam dicunt quod sic opinionem fundātes super articulo p̄senti quod mulier prægnans in iudicio non debet cōdemnari. Si ergo non condemnatur nec pena iudicij in eā exequi potest, nullus enim iure occidi poterit nisi prius sententietur. Pro exsolutione quæstionis nota quod Iudicium est duplex. e Primo quando sententialiter vnus declaratur. Secundo quando exequutio fit sententię. Primum potest fieri super prægnantem mulierem. Secundum non nisi enixa prole, postq̄ enim sentēciatur, seruari debet quoad prolem genuerit ne puer propter sententiam interficiatur, nec enim noxam parētis sufferre tenet, vt. ff. de pe. L. prægnātis. Super fatuos & furiosos. &c̄. f dictum est in primo paragrapho huius articuli quando sententia prolongari debet, hic dicitur quādo omino eam auferri oportet, nullus enim vitam demereri potest, nisi voluntas & factū

e. *Iudicium duplex.*

f. *Ad hanc materiam uide seu. c. xviij. glo. & supra li. ij. ar. xxxviij.*

cōcurrant nec vnum sine altero sufficit. vt. ff. de pe. L. cogitationis.

Delinquat etiam quis ex negligentia vel insania sine voluntate non suffert penam propter hoc, vt hic & supra li. ij. ar. xxxvij. infi. & lxv. & ff. de iniur. L. illud, & C. ad le. Cor ne. de sicca. L. si quis, & hoc ex eo fit quia furiosi & pueri liberum arbitrium non habēt, vt. ff. de reg. iur. L. furiosi, & C. de falsa monēta. L. i. & ita non puniuntur

Curatores eorum illud restaurare debebūt. &c̄. Dicere quis posset quod furiosi etiā puniuntur, quia bona illorum pro resarciendo damno accipiuntur, vt hic & supra li. ij. ar. lxv. & R̄. quod illud quod quis in membro vel corpore punitur proprię pena vocatur. Illud vero quod ad pecuniam vergit multa dicitur, vt. ff. de verbo signi. L. aliud. §. inter multam autem & penam. Cum itaq; pena duntaxat in membris fit. In mēbris vero nihil paciūtur ergo nec penari proprię dicuntur sed multari. Vnde corrolarie sequit quod quicquid in corpus vel in membrum cedit, est pena. Quicquid ad pecunias vel bona, emenda aut multa dicitur. Vel dic quod tutores de suo proprio multam huiusmodi erogare tenentur vt textus hic habet. Tutor enim furiosum prouidere debet ne damnum faciat. Si ergo ex negligētia id omittit resarcire tenetur, vt supra li. ij. ar. xxxvij.

E. *Pœna quid propria dicatur.*

Ex li. seu. c. xviij.

h. *Sententia multifariam differri potest.*

Nota quod sententia differri potest multifariam. h Primo si sententiam inuenire nesciūt transferre possunt ad informandū & melius resciendum. Secundo differtur propter factū & hoc tripliciter si deliqt puer infra annos & tutorem habere non potest. Sententia differtur ad proximū iudicium vt tutorem habere possit, vt. C. de administrato. L. frustra, &. C. de peri. tuto. L. tutoribus. Secundo si negotium fatuum vel furiosum attinet sentētia differtur, & fatuus seruari debet vt dinoscatur si ex insania id fecerit nec ne. Tertio si impregnata mulier delinquat, differtur sentētia scz quoad exequutionem, donec ,pcreauerit. Puer enim propter excessum matris puniri nō debet, vt in. L. supra allegata, idq; totum intelligitur de sententia proroganda quoad exequutionē. Pupillo enim differtur sententia quoad tutores habere possit qui eum intercedant, fatuis item & furiosis hoc idem prestatur. Si vero furiosi tutores habēte nō possunt nec eos aliquis intercedere vult quanto mitius fieri potest cum eis procedatur, & si tutor sit, damnum resarcire eū oportet, ex quo illum non custodiuit quem custodire debuit.

Querere quis potest, quur furiosus detineri debeat ex quo tutor damnum resarcit. R̄. quod huiusmodi detentio sit ,pter duo. Primo ex officio iudiciario non tamen liga-

ri debet nec penis affici aut vinculis seruari. Sed occludi & necessaria ministrari eidē oportet, vt ibi dinosci possit si praua voluntas circa factum affuit nec ne, quia si affuit voluntas mala, punitur iuxta excessum. Si vero ex furia id fecerit, occludi perpetuo debet vel relegari ne illi quibus damnū illatum est vindictam soli de eo accipiant.

Articulus. IIII

QVi repetit ab aliquo si/bi uendita uel donata mobilia [a] remq; uenditam negauerit uel donatam, si emptor uel acceptator rē sibi uenditam aut donatam metter tius probare poterit, iure eam obtinebit, sed cum tali testimonio si res aliqua sub aliquo uendicetur alium sibi non potest acquirere uarendatorem quia hic suo se poterit expiare sacramento. [b] Qui uenditionem recognoscit ille emptori uarendare tenetur, & qui uenditionem fuerit confessus uarendare tamē nō uult, hic fur aut furi similis præsumitur nisi illud in uenditiōe seu cōtractu coram testibus excepisset.

a. *Textus uetustiores ita l. gunt, si res mobiles quis uendiderit, donauerit, eaq; deq; postmodum repetat factum negādo, possessor suo sacramēto & duorum qui factū uiderunt res ipsas facilius obtinebit. Cū huiusmodi uero testimonio, si easdem res alter quuis tanq̄ furtiuas uendicet, non poterit quis unum quod uarendator eius sit lucrare, ille enim proprio absolutur sacramento.*

b. *Concordat supra li. i. ar. ix. li. ij. ar. xlij. iure. mu. ar. xcix. & xxl.*

Glosa.

Qui repetit ab aliquo. &c̄. c Perfecta em̄ donatio non potest reuocari, vt. C. de donaci, quę sub mo. L. perfecta, &. C. de reuocan. dona. L. ij. iij. iiij. v. vi. d Et hoc regulariē fallit in casibus, videlicet propter ingratitudinem quod dic. vt de dona. c. fi. puta si donatarius in donatorem manus violentas iniecerit. Itē si atrocem iniuriam eidē irrogauerit. Item si graue damnū rerum suarum molitus sit. Itē si ei vite periculū inferre presumpserit vt ibi. Item si conditionē appositam non impleuerit. C. de reuocā. dona. L. fi. & in sti. de dona. §. alie, & de condi. ap. c. verum. He autē reuocationes personales sunt, nec extendūtur ad hęredes illorū qui in vita sua siluerūt, de dona. c. fi. &. C. de reuo. don. L. fi. Itē reuocatur donatio propter pacti turpitudinē, de simo. c. de regularib⁹. &. c. de hoc, &. c. audiuim⁹. Item propter donātis enormitatem vt si pater iratus filium exheredet. xiij. q. ij. si quis. Item propter superuenientem filiorū natiuitatem, & hoc iure poli. sed non iure fori. xvij

c. *Ex textu liquido apparet quod cui aliquid donatur aut uenditur proprie est illud obtinere q̄ ille donationem uel uenditionem negare.*

d. *De donationibus & quomodo reuocātur iure hic per totū*

q.iiij.quicunq;.ij. Item propter donantis impotentiã, vt si res Ecclesiastica traderet, xvij q.iij.questi.& de testa.c.filius. Item propter certũ defectum de cleri.cõiu.quod a te,& de renun. ex transmissa. Item reuocatur aliquando donatio quatenus legittimam summam excedit.xij.q.ij.si quis,&.C.de dona. sancimus. Astringitur vero donatarius donatori naturaliter ad antidona idest retributionem. Naturaliter em̃ homo mouetur vt benefaciat sibi benefacienti scz quod vicem ei impendat, & beneficium ei recognoscat,& offendere caueat. Et dicitur naturaliter quia eo iure vtitur vt cętera animalia Insti.de iure .natu. in princi. multo forcius homines hoc attendere debent, ad hoc de testamen.cum in officijs,&.xviij.q.ij.illud. Et vide etiam infra eo.li. circa arti. lxxxiij.

e. Venditor quomodo tenetur emptorẽ uarẽdare & quõ nõ.

Ille emptori varendare tenetur.&c. Inde iudicio si res vendita impetatur, hoc denunciaẽ venditori, vt.C. de euic. L. auctore &. L. emptor fundi.& de empti.& vẽdi. c.fi. Si enim fiet emptori in re iniuria vel violentia, ista nõ tangit venditorem & sic nõ agit tunc de euictione vt etiã notatur in dicta. L. emptor fundi,& in glo. supra libro.i.arti.lxx. & in dic. c.fi. Et in quibus casibus anteq̃ res est euicta agi potest de euictione vel ad cautionẽ prestandam vel ad rem liberam tractandam, vide.C. de euic. L. qui rem & ibi in glo. nota. Vide etiam aliquid de euictione notatũ supra li.ij. circa ar. xxx.& ar. xxxvi.& infra li. iij.ar. lxxxiij.

Glosa.

Sensus articuli presentis est quod ille cui qd donatur vel venditur propior est obtinere rem venditam vel donatã q̃ ille negare possit. Cõtrariũ istius videtur li.i.ar.vij.&.xviij. vbi innuitur quicquid coram iudicio actum non sit, hoc vnus negare potest. Exquo itaq; donatio vel vẽditio quãdoq; coram iudicio non fit negari tamen nõ poterit vt texus habet. Quare videtur articulus iste contrarius prioribus dictis. ℟. nullam in eo esse contrarietatem, dicitur enim ibidem cũ aliquis coram iudicio renunciauerit quid, illud negare non poterit, vincetur enim testimonio. A cõtrario ergo sensu quicquid vnus nõ renunciauerit iudicialiter vel coram iudicio nõ fecerit hoc ipse pociori iure super damno suo se defendere poterit, cui quis cũ testibus damnum sibi inferre posset. Ex quo itaq; huic dãnum inferretur si donata vel empta bona sibi auferrentur sequitur ergo quod propior est damnũ defendere suum q̃ alter donum negare. Etiam propter hoc id fit quia ille qui in possessione rem tenet potius ius ad eam habet q̃ ille q eam impetit, quia actor nõ plus habet nisi iuramentũ & testes quibus probare possit suam querelam. Respõdens vero habet possessionẽ, iuramentũ, & probationem, donationis vel venditionis per testes, quare probatio possidentis melior est q̃ actoris, vt supra li.i.ar.xv,&.li.ij.ar.xxxvi. Hoc quod hic dicitur qd̃ respondens probatiões afferre potest vel probare valeat, videtur esse in cõtrarium. C. de eden. L. qui accusare, vbi innuitur quod actori incũbit probatio, vt Insti. de interdi. §. commodũ,&.C. de proba. L fruſtra. f Vbi habetur fruſtra veremini ne ab eo qui lite pulsatur probatio exigatur,& itẽ L. actor ita habetur. Actor qd̃ alleuerat ,pbare se non posse profitendo reum necessitate monstrandi cõtrarium non astringit cum per rerũ naturã factũ negantis ,pbatio nulla sit. Preterea. L. vlti. eo ti. disponit q̃ actor ,pbare debet qd̃ allegat. g. qd̃ leges allegate nõ cõtradicũt articulo ꝓsenti qa quãdmodũ secũdum leges actori incũbit ,pbatio suę querele. g Ita respõdenti parti probatio incũbit suę respõsiue, sicut in simili. Si dicis, quod equus qui est apud me tuus fit, instat tibi probatio propositionis tuę,& hoc volũt leges allegate, quod etiam leges pretacte dicunt mihi nõ competere probationẽ, hoc intelligein hunc sensum. Si tu non probaueris rem esse tuam ego probare tibi non teneor, quod mea sit, quia si tua non est, extunc manet mea. h Vnde vtilitas possessionis quanquam ille qui possidet nõ sit dominus rei, tamen si ille qui petit rem non potest probare rem illam suã esse, remanebit res penes possidentem. Preterea si iura possessoris & petitoris sunt dubia pro possessore iudicari solet, melior ergo condicio est possidentis & exinde super possessione humana frequens mẽtio fit. vt. C. de probaci. L. actor & Insti. de interdi. §. commodũ,&.C. de eden. L. nõ est novum. Si vero tu probaueris quod res tua sit, & ego dixero rem esse meam, quia mihi eam dediſti vel vendidiſti hanc contradictionem propior sum ad probandum, vt. C. de probaci. L. cũ res,&. L. vis eius &. ff. de excepci. L.i.& extra de probaci. c.ij.

Sciendum tamen circa id i quod donatio reuocari potest multis modis prout & supra in glo. precedenti tactum est, vtpote si atrocem iniuriam donatori fecerit. Si illum percusserit. Si in corpore vel bonis eum damnificare vult. Si pactum non impleuerit ratione cui donatio facta sit. Si ingratus donationis fuit, vt Insti. de dona. §. sciendum. C. de reuocadis dona. L. generaliter. In autẽ. de nup. §. mater, coll. iiij. In auten. vt liberi de cętero aureo non egeant. §. illud, coll. vi. Item propter donantis enormitatem, extra de Simonia. c. regularibus &. c. de hoc. Item reuocari potest donatio cum fit ab his qui eam facere minime possunt, vt supra li.i.ar.xxxi. Insti. qui. ali. poss. vel nõ ꝑ totũ, sicut sunt mulieres, pueri, furiosi. Item propter superuenientem filiorum natiuitatem, vt.xvij.q.vlti.c.quicunq;. Item si donatio excedat immensam summã, vt Insti. de dona, §. perficiuntur, extra eo, ti, c.

f. Vide supra li.i.ar. xv.

g. Respondenti equa iucũbit probatio sue responsionis sicut & actori sue querele.

h. Possessionis utilitas

i. Donatio multis mõdis reuocari potest.

106

k. Donator non tenetur de euictione uide infra ar. lxxxiij. Iur. Mu. ar.xxx.

l. Donationem promittens ad eam explẽdam artari non debet nisi inquãtum poterit. Concordat Iur. Mu.ar.xxvij.& infra Spe. Saxo. eo. li. ar. xxix.

m. Vide supra li.i. ar. ix. Iur. Mu. ar. Cxl. ad hanc materiã abunde

n. Repetere bona contigit dupliciter.

o. Furtum præscribi non potest.

p. Bona sunt duplicia quæ uarendari oportet.

apostolice. k Donator etiã nõ tenetur de euictione vel recompensa rei donate si damnũ eueniat, vel perius impetatur vel hiceretur, nisi forsan de dolo si interceſſit datur actio, vt. ff. de dona. L. Aristo. §. vlti. l propterea promissam donationem non potest quis artari ad eam explendã nisi inquantum põt, ita quod etiam solus posthac mendicare non cogeretur, vt. ff. eo. ti. L. qui id, & in auten. de equali. dotis. §. sin autem, coll. x.

Sed cum tali testimonio. &c. hoc intellige prout textus in se est, quia alias sequeretur, si bona mea apud aliquẽ preuenirem eadẽq; vẽdicare vellem, ille vero tandem dicat per me sibi fore donata vel vendita idq; probare duobus testibus velit, vt sic testimonio illorum lucraretur me in euictorem. Textus ergo habet quod istud fieri non põt. Varendam enim iuramento negare possum.

Paragrahus tamen iste secundus contrariari videtur primo paragrapho eiusdem articuli vbi dictũ est, qui repetit ab aliquo sibi vẽdita vel donata rẽq; venditã negauerit extũc ille qui in possessione rem habet propior est metterius probare. Sed quomodo quis repetere potest, nisi cum vendicati one, & ad quẽ potissimũ vt ad varendatorẽ se trahere valeat ille qui rem possidet, m nisi ad illum a quo rem habeat donatam vel venditam,& qui eam viceuersa vendicare nititur. Si ergo rem donatã testibus obtinere possum vt paragraphus primus loquitur extunc rem donatã possidebo et ille euictionẽ negare nõ poterit. Et si illum pro varendatore obtinuero, extunc id erit falsum quod paragraphus secundus habet. Si vero a varendatione se se excusare posset vt. §. secũdus disponit, in primis venditionẽ aut donationem eum negare oportet, & si id facere potest, extunc paragraphus primus locũ non habebit, soluit dubietas ista sub distinctiõe repetitionis. Vnde nota n quod repetere bona cõtigit dupliciter, quia vel repetit a te sicut a vero possessore, extunc tu retinere potes illa cũ testib9 si emptionẽ, donationẽue legittime factam ,pbare poteris, vt supra li.i.ar.xv.& li.ij.ar. xxxvi. &. C. de proba. L. cum res,&. ff. pro empto. L.i., &. ff. pro socio. L.ij.& Insti. de dona. §. alie. Si vero repetit a te rem furtiuã probareq; poterit quod sibi furto ablata sit, testibus eam lucrare potest, vt supra li.ij.ar. xxxvi. o furtum enim prescribi non potest, vt Insti. de vsucapi & longi tempo. §. furti.& §. quod autem.

Secundo distingue quod bona sunt duplicia quę varendari oportet. P Mobilia videlicet & immobilia. Mobiliũ varendatorẽ conseq nõ potest, nisi ille donationẽ aut venditionẽ recognoscere velit vt hic text9 habet,& supra li.ij.ar.xxxvi. Si vo sint bona imobilia hoc distingue, vel illa tibi dederit coram iudicio, vel extra iudicium. Si coram iudicio factũ sit & illa viceuersa repetit, possessor facilius probabit cum iudice & duobus ad iudiciũ pertinentibus, vt supra li.i.ar.vij.&.viij.&.C.de proba.L.siue. Si vero extra iudiciũ factũ sit extunc illum varendare tenõ oportet, quia adhuc res illa eius est, vt. C. de sufra. L.i. & cogitur tibi pecuniam tuam vel aliam rem occasiõe illius datam restituere, vt supra li.i ar.ix.&.xxxiij. Infra eo li.i.ar.lxxij. C. de euicti. L. si predium. Tertio distinctio necessario sequitur ex parte varende, quia si tu vendices & alloquaris bona mea,& ego probauero quod tu ea mihi solus dediſti vel ea vendidiſti liber pronunciabor a te, nec cõtrariabitur huic, quod te cum testibus pro varenda tore non acquiro, per id enim varẽdator nõ es, quia varendator non est ille cui probatur illud quod prius suũ fuit,& iam meũ est iure factum. Sed varẽdator ille dicitur ad quẽ me traho occasione rei donate vel vendite quãalter a me vẽdicare nititur. Si vero quis alter alloquatur bona mea ad quem nõ intendo me trahere tanq̃ ad euictorẽ & si me postmodũ traho, eum cõuincere testibus nõ possum, nec pro varẽdatore eũ obtinere, nisi coram iudicio factũ sit, vt supra li.i.ar.vij. viij. &. xviij. Si vero coram iudicio actũ sit,& donatio seu vendicio cõfirmata fuerit varendare eum me oportet, vt. C. de euicti. L. si controuersia, & Insti. dere. diuisi. §. p traditionẽ &. ff. ne vis fiat ei qui in possess. L. ait prętor, & Insti. de empti.& vendi. §. item.

Qui venditionẽ recognoscit. &c. Exinde habetur qd̃ iste varẽdator necessario sit qui vẽditionẽ recognoscit. Intellige de bonis quę vendicantur sub emptore.

Nota tamen q quod quędam sunt quę nõ necessario varendantur. Primo si bona vendũtur quę ex demortuo mihi venerunt, vel per mortem alicuius succedere possunt, non tenetur varendare venditor, vt. C. de euicti. L.i. quia vẽditor nihil vendit aliud, nisi ius successoriũ quod expectabat vel in expectando est. Secundo quicquid donatũ sit illa varendari nõ oportet, nec dãnũ resarcire, vt. ff. de dona. L. Aristo. Ille enim qui donat beneficiũ prestat, sed beneficiũ nulli nocere debet. In contrarium licet istius sit. C. de euicti. L. ij. ℟. tamen quod lex allegata disponit r qd̃ hęres tenetur aliũ coheredem varendare occasiõe bonorũ deuolutorum & coheredi abcasiõe bonorũ deuolutorum & coheredi absq̃ contentatione, hic vero intelligitur cum donatio fit ex gratia. Tertio qui scienter emit res Ecclesię seu res sacras, Res enim ille nullius sunt & ita easdem nullus vẽdere sed nec emere debet quare venditio nulla nisi sit pro redemptiõe captiuorum, vt Insti. de re. diuisi. §. nullius,&. §. sacre,&. C. de sacro sanctis Ecclesijs. L. sancimus,& in auten. de. nõ alie, & pmu. res Ecclesię coll. ij. Quarto si emptor nõ indixerit venditori quando bona empta sub ipso alloquuta sit, hoc est si omiserit denuntiare vẽditori postq̃ res impetita sit. Quilli

q. Quędam sunt res quæ non necessario uarendãtur.

r. Hæres cogitur aliũ cohæredem uarendare occasione bonorũ deuolutorum & cohæredi abscessorum.

si emptor bona sua amittit propter inobedientiam vel iniustam sententiam a qua nō appellauit, de istis duob⁹ modis habetur extra de empt. & vendi. c. vlti. Sexto si emptor bona empta potuit vsucapere seu prescribere & id non fecit sed neglexit. Septimo si ex compromisso per arbitros facto eidem abiudicata sunt, & de istis duobus modis habetur. ff. de euictio. L. si dictū. Octauo si non tempestiue denunctiat vēditori sed prętermittit vsq; ad vltimam sententiam. ff. de euicti. L. si rem. Nono si propter culpam emptoris bona illa alienentur, vt in dicta. L. si rē. Decimo si aliquid pro ludo emit, vt. ff. quarum re. nō dabitur actio. L. ij. Vndecimo si emit bōa quę scit nō vere pertinere venditorem nisi aliter in contractu expressum sit, vt de re. Eccle. non alienan. c. ad audiētiam. Duodecimo si emptor seruū emptum liberū dimittit, vt. ff. de euicti. L. si seruum. Tredecimo si emptor in bonis emptis permittit mortuos sepelire quia locus ille vt sic efficitur sacer, vt. ff. eo. ti. L. si per imprudentiā. Quartodecimo si emptor emit quod de iure sibi emere prohibitū est, sicut si Iudęus seruum Christianum emeret. Quintodecimo si emptor bona empta habere nollet pro suis, & dimiserit illa voluntarię, vt. ff. eo. ti. L. vlti.

Et illum vare dare seu tueri non vult, hic furest. &c̄. Ille enim qui vendit aliquid, jus suum in auxiliū emptori porrigere debet quo iure ipsi vendere potuit, si id facere nō vult signum est quod absq; aliquo iure illud vsurpabat, & ita est fur vel p̄doni similis reputatur. Si enim violenter occupat prescribere non potest, vt supra li. ij. ar. xliij. Insti. de vsuca. §. quod autē, retineat vero illa dolosa cōtrectatione vel occulto, furtū est. ff. de furtis L. i. & Insti. de obli. quę ex delict. nascun. §. i. Et ex ista forsan causa cui actionem subterfugit, non enim melius & pinguius ius alij tribuere potest, q̄ quod solus habuit. ff. de acq̄re. domi. L. traditio, & ff. de reg. iur. L. nemo & L. non debet, & Insti. de vsuca. f §. furtum & §. quod autem.

f. *Nota iure feudali bona quædam dātur ratione officij & non erunt feudalia nec iure feudali uerum iure curiæ illa possidebit, ut bona quæ dantur pincernis, Marsalis & aliis offidalibus & ista dantur ad uoluntatem dominorū seu. c. lxij.*

Articulus V

QVicquid alicui conceditur [a] aut apud eum sub trium testimonio depositum manifeste fuerit, de furto aut spolio incusari non poterit. Per tres autem quindenas seu tribus uicibus per interuallum semper duarum septimanarū citari debet is, qui res alteri concesserat, uel qui eas deposuerat ut cōpareat res suas in iudicio si ei uidebitur defensurus. Quod si non fecerit actor in prædictarum rerum mittitur possessionem. Retentor autem huiusmodi terminum aut diē si sine periculo permanere uoluerit suo accomodatori aut depositori personaliter aut in eius domicilium intimare debebit. Accomodatā rem is cui accomodata est in principio litis & in conspectu actoris creditori licite restituere potest. Si quis rē suam apud alium deposuerit, & si ex furto is eam amiserit, aut spolijs incendijsq; perdiderit, uel si animal mortuum fuerit, nullam pro eo penam sustinebit dummodo ille suo sacramento hoc dolo suo non accidisse declaret. [b] Quicquid uero uni cōceditur aut pignoratur illud reddere tenetur non peioratum aut secūdum sui ualorem exsoluere. Moriatur equus uel animal obligatum sine creditoris culpa, hoc soluere non tenetur si id probauerit, & ut iuris est a dolo sese excusauerit summam autem debiti in qua obligata fuit res illa [c] per hoc ammittit creditor, nisi aliter in contractu fuerat stipulatum.

a. *Textus uetustiores ita legūt. Res concessa seu ad seruandum coram testibus tradita tanq̄ furtiua uel spoliata repeti nō potest.*

b. *Concordat cum proxime precedenti & supra li. ij. ar. xxxvi.*

c. *Contra. L. si pro tua C. si certum petatur uide collec in prin quasi.*

Glosa

Quicquid alicui conceditur, aut apud eum sub trium testimonio. &c̄. Et licet de natura depositi est, vt res ipsa restituatur, vt. i. distinius naturale. [d] Fallit tamen primo quando quis deposuit gladium & demum factus est furiosus. xx. q. ij. ne qs. [e] Item si deponēs fuerit deportatus. ff. de depo. L. bona fides. Item quando fur deponens & dominus rei concurrūt in petitiōe, vt in dic. L. bona fides. Itē cum fur deponit rem apud propietariū, vel apud illum cui surripuit vt ibi, &. xij. q. ij. cū deuotissimam & etiam nec contra. L. sequestrationem restitutio est facienda, de hoc nota p Hostiē. in sum. de depo. §. cui vers. est em & vide plene de deposito supra li. i. cit. ar. xv

d. *Gladius depositus furioso restituēdus nō est.*

e. *Depositum quando restitui non oportet. Vide & de deposito abunde per totum.*

Accomodatam rem. &c. de natura cōmodati videin. c. vnico, de cōmo. & in legibus ibi in glossa allegatis.

Si quis rem. &c. Dicit ad hoc lex imperialis. Prēterea is apud quem res aliqua deponitur re obligatur & tenetur actione depositi, qa ipse de ea re quam accepit restituere tenetur, & si quid dolo cōmiserit, is ex eo solo tenetur, culpe autē nomine idest desidie atq; negligentie nō tenetur. Itaq; securus est qui parum diligenter custoditam furto rem amisit, quia qui negligenti amico rem custodiendā tradidit non ei sed suę facilitati illud imputare debet, vt Insti. qui. mo. re. cōtra obli. §. prę terea. Vide etiam. ff. de depo. L. i. §. in conducto &. §. vlt. & in. c. bona fides de depo. Item ad hoc dicit lex cōmunis. Si incursu latronū vel alio fortuito casu deposita pierint ad depositariū vel eius hęredem qui dolū solum & latam culpam sinon aliud specialiter cōuenit prestare debuit nō pertinet detrimentū vt in. L. i. de depo.

Alium deposuerit. &c. Et si te presente in domum tuā rē aliquam immisi videor tibi tradidisse & tu custodiam istius rei recepisse, facit qd' nota extra de depo. c. grauis in glo.

Moriatur equus. &c. Aliter disponit lex cum dicit placuit sufficere quod creditor ad eam rem custodiendam exactam diligētiam adhibeat, quam si prstiterit & aliquo fortuito casu rem amiserit, securum esse nec impediri creditum petere, vt Insti. qui. mo. re. contra. obliga. §. fi.

Sine creditoris culpa. &c. Nota qd' licet creditor de iure cōmuni necesse habet probare cōmissionem pignoris, nō tamen tenetur p̄bare cp sine dolo suo vel culpa sit amissum, quia nec potest, ergo debitor hoc probet si vult alias sibi condemnetur. C. de pigno. acti. L. si creditor &. L. si nulla. ff. de proba. L quotiens. §. qui dolo. Non etiam tenetur creditor de fortuitis casibus vt in. §. fi. Insti. qui mo. re. contra obliga. Certū tamen est quod fructus sortem attenuant, nec potest pignus obligari alij creditori a primo creditore vltra summam quam in re habet. C. si pignus pigno. da. sit. L. i. &. ij. De natura pignoris plenissime etiam notatur supra li. ij. circa ar. lx. ibi vide.

Glosa.

Sensus articuli presentis est & eius doctrina si quid alicui conceditur, vel apud eū deponitur illudq; idem sub ipso vēdicetur quomodo ex v tracq; parte precustodiri se debeāt ne damnum incurrant, differentiaq; precedētis & istius articuli in eo liquet. Presens enim articulus tractat de respondente qui se advendatorem trahit quem res illa impetita p̄tinet, precedens vero articulus declarabat si quis repetat vendita aut donara ab aliquo. Circa id tria notanda veniunt. f Primo qd'

f. *Occasione rerum accōmodatarū furtū inpingi non poterit Concordat supra li. ij. ar. xxxvij. Iur. Mu. ar. xcij.*

ratione huiusmodi rerū accomodatarū vel depositarum furtū alicui impingi nō potest sicut hic, furtum enim non est aliud nisi dolosa cōtrectatio rei aliene vt leges habent. ff. de fur. L. i. & Insti. de obli. quę ex delict. nascun. §. furtū. Id autem hic non fit quare vnus de facili furtum alicui impingere nō potest si illi quid manifeste accomodatū vel ad seruandum datum sit.

Sed dicere q̄s posset, si ergo cui datur ad seruandū aliquid, debet ne manifeste illud facere, & si nō faciat an furto incusari possit. Quidam dicunt quod sic, quia qui vt sic rem seruare vult vt exinde furtum sibi nō impingat iste vel mānifeste acceptare vel publicę illā seruare tenet, vt supra li. ij. ar. xxxix. & xxxvi & hic in textu, qa q furtiuā rē occulte tenet furi similis efficitur, vt supra li. ij. ar. xiij. &. C. de his qui latro. vel alijs cri. reos. occul. L. i. &. ij. Si ergo quis pecuniam occulto accipiat in deposito & secreto seruat, furto accusari possit. In oppositū tamen sunt leges quę dicunt quod furtū nullus cōmittit nisi dolo se contrectet rem alienam propter suū cōmodum Insti. de re, diuisi. §. gallinarum &. ff. de fur. L. i. & Insti. de oblig. quę ex delict. nascun. §. ij. &. §. furtum autē. Pro ex solutiōe quęstionis & intellectu precedentiū § nota furti & rei furtiue differentiā. Aliquādo em fit res furtiua furtumq; cōmittitur in ea & p furto accusari seu pro furto cōtra eum agere potest, sicut ille q furatur, vt Insti. de oblig. quę ex delict. nascū. §. aliquādo, &. ff. de fur. L. i. &. C. eo. ti. per to. Aliquando furtū cōmittitur & res ablata fit furtiua, non tamen cōtra illum qui facit actione furti agi poterit, sicut si seruus domino, puer patri, vxor marito quid ceperit, sub cuius potestate adhuc sunt, vt Insti. eo. ti. §. hi qui, &. ff. de fur. L. serui & filij. Tertio cōmittitur furtum & potest furto accusari sed res ablata nō sit furtiua, id est non erit huiusmodi res vt possideri non possit. Possessione enim res huiusmodi prescribi poterit, quod de re furtiua intelligēdū nō est, vt Insti. de vsuca. §. furtiue, &. §. quod aūt, sicut si actipio secreto apud te pignus meum, vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. aliquando.

In textu cum dicitur. Quicquid sub testimonio depositum fuerit, &c̄. Intellige quod depositum vel cōmodatum manifeste seruari oportet hoc est ita seruetur prout de iure seruari debet. h Vnde si pecuniam tibi quis ad seruandum dederit, similiter equū vel vaccam si in occluso in cista tua pecuniam seruas eque manifeste eam tenes sicut si equum in stabulo, vel vaccam quę in campum pelitur. Et si quis ea ratione rem furtiuam tibi dederit vt apud te inueniatur animo tibi nocendi quod videlicet cū illa re detineri possis & nō ipse, sine pena manes si id negauerit multā & emendam soluere te oportet. Istud vlti. habetur li. ij. ar. xiij. de primo vide Insti.

g. *Furti & rei furtiue differentia, uide supra li. ij. ar. xxxvi. & xxxvij.*

h. *Pecunia ad seruandum data eque manifeste in ista seruari datur sicut equus in stabulo & uacca in campo. Cōcordat Iur. Mu. ar. lvi.*

de oblig. que ex delict. nascũ. §. oblatũ furtũ. Preterea nota. [i] Mutui, cõmodati, & depositi differentiam, Mutuũ dicitur cum rem quã mihi mutuas fit mea in tantum, quod nõ teneor tibi illam restituere sed sui similem sicut si mutuas mihi pecuniam & alia que ponderantur pecuniam eandem tibi dare nõ teneor, sed similem in valore & quantitate & per id liber ero a te, & si illa mutuata perdit pecuniã restarcire nihilominus cogitur iste cui mutuata est, vt Insti. qui. mo. re. contrahi obli. §. i. & §. item is. Commodatũ vero dicitur illud quod cui cõmodatur ad vsum sicut est vestis equus & similia, & differt a primo in tribus. [k] Primo quia cõmodata re vti non potes, nisi ad vsum illum ad quem tibi cõmodata est, si aliter facis soluere eã cogeris, vt Insti. de oblig. que ex delict. nascun. §. furtum. Secundo quia illam eandem rem restituere cogeris & non sui similem, vt Insti. qui. mo. re. contra oblig. §. item is. [l] Tertio quia si custodis rem cõmodatã prout melius potes, custodiam tamẽ debet esse maior q̃ tuas res custodire soles, & si aliq̃d eueniat preter tuã culpam aut negligentiam soluere non teneris nisi specialiter in cõmodato expssum sit, vt Insti. eo. ti. §. & is quidem, & ff. de depos. l. i. & C. eo. ti. l. si in curiu. Si vero circa cõmodatũ expresserit quod equũ soluere vel ler si quid damni eueniat vel ad tempus determinatum non restituat soluere tenetur, vt in c. vei. de cõmo. & infra ar. xxij. Istud tamẽ obseruatur secundũ leges. Secundũ ius uero nostrum Saxonicum vt articulus presens habet res cõmodata integre restitui debet vel in valore solui. Depositum vero seu res deposita dicitur quando aliquid alicui cõmittit vel ad seruandũ datur, & illa vti non debes nec eã soluere teneris si perditur, dato si nõ diligenter custodias nisi forsan dolus cõmitatur per te, vt Insti. eo. ti. §. preterea, & ff. de depos. l. i. & extra eo. ti. c. vlti. & C. eo. ti. l. si in cursu.

[m] Nota tamẽ quod in deposito quatuor cõsideranda veniunt. Primo qui depositũ non reddit damnũ illi restarciet qui deposuit & cũ hoc furto accusari potest, vt C. de depos. l. si deposita pecu. & l. vsura. Secundo quod retentor ille nullam exceptionẽ facere põt quo depositum arestari possit, etiam si sibi teneretur quid vel si contra eum deliquerit, vt C. eo. ti. l. si quis. Tertio si deponentis plures relinquantur hẽredes & vnus accipit suã partem illum concernentem. Alij vero diferant & interim depositarius nõ sit in reddẽdo, illi non possunt contra illũ agere qui suã partem ceperat, vt C. eo. ti. l. super vacuam. Quarto qui non restituit depositum infamis efficitur. C. eo. ti. l. qui, &. ff. de his q nota. infa. l. i.

Per tres quindenas. &ẽ. Intellige apud quem aliqua res vendicatur que sibi in depositum vel cõmodatum data est, ille super furto vel spolio accusari nõ debet. Verum ille qui accomodauerat vel ad seruandum dederat ter citari debet, alias sententia contra absentem lata non ligat, vt. C. de procura. l. quia absente, & ff. de penis. l. absentem &. iij. q. ix. c. caueant, [n] nisi ter citatus nõ compareat, vt. C. quomo. & quando sententia proser. Iu. debet. l. cessante &. l. consentaneum &. l. tres. ℭ Vt eas defẽdat. &c. hic tria notãda veniũt. Si enim ille non venerit qui deposuerat vel cõmodauerat aliqua forsan prepeditus necessitate extũc de facili ab ipso liberatur cui cõmodatum fuit, & nihil perdit quia suum nõ erat. Secundo si euincitur a principali nihilominus iste nihil lucratur, quia non erat rei dominus nisi custos, vt. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. prẽtor ait. Tertio nõ nocet ei q in depositũ dederat si iste illud non pscribat, vt C. de depo. l. vlt. & C. de rei. vẽdi. l. re. tua. Accõmodatam rem. &c. hic notatur quo modo vnus se habere debet cõtra illum qui rem sibi aliquam cõmodauit, huiusmõi em rem sibi restituere tenetur, hoc idem vide. C. de depos. l. si quis, &. ff. de eden. l. quedam §. is autem.

Moritur autem equus hoc idem vide Insti. qui. mo. re. cõtra obli. §. creditor.

Summam autem in qua obligata fuit res pdit, &c. Contrarium istius videtur esse, Insti. eo. ti. §. vlti. Vbi dicitur custodia diligẽti prẽcedente si pignus creditor casu fortuito amiserit nihilominus creditũ petere potest. [o] R. quod secundũ leges pignus vtriusq; gratia datur, & debitoris quo magis pecunia creda tur, & creditoris quo magis in tuto sit sibi creditum, vt in. §. allegato habetur. Textus vero articuli presentis intelligitur cum nõ nisi sub vno respectu res oppignorata cõcredi tur, videlicet vt debitori magis credatur rationeq; istius pignus locat quare & restitui debet non peioratum vt textus habet.

Nisi aliter in contractu stipulatũ fuerit p in toto enim iure generi derogatur per speciem & condicio superappposita limitat omnia, vt ff. de reg. Iur. L. in toto, &. C. de pigno. L. q̃uis constat.

Articulus. VI

De rebus ablatis famulo seu domino

[a] Deteſſerat ſi famulus res domini ſui, aut eas diuẽdat obligetq;, dominus eas repetere poteſt iure ſe ad illa trahendo. Si autẽ famulus in ſuis rebus hoc fecerit ſeu uolũtate propria quouiſmodo alienauerit domino nulla competit actio nec ſibi eadem reſarcire aut repẽdere tenetur [b] licet famulo ſua damna reſarcire promiſerat. Si autẽ res famuli furtiue in domini ſeruicio aut uiolenter ſine eius culpa [c] auferantur dominus reſarcire tenetur & in ſoluendo cõdemnetur, domino uero ad recuperandũ huiuſmodi res actio remanebit.

Gloſa.

Deteſſerat famulus. &c. [d] Nota, quod quãdo procurator agat cauſam cum mandato etiam ſi malum finem capiat negotium, ipſe repetit ſumptus ſecus ſi non habet mandatum. C. manda. l. etiam, & que ibi notãtur. Sic etiam ſi vtitur & geſtum ſit negotiũ impuberis repetitur impenſum, ſi factus eſt locupleior alias non. C. de nego. geſ. l. cõtra. Procurator tamen etiã tenetur de dolo lata culpa leui & leuiſſima. C. mãda. l. a procura. Dominus ei in ſoluẽdo. &c. An autem nuntius alicuius a latronibus captus debeat redimi per dominum, & quid de ſtipendiario vel ſimili vide in ſpecu. iiij. parte titu. de iudi. §. ſpecialia. Verſ. illud autẽ, & ibi vide etiam in addi.

Gloſa.

Superi[9] in articulo. xxxi. li. ij. §. vlti. dictũ eſt quod nullus propter exceſſum ſuum alteri[9] bona depdere poteſt, in preſenti articulo declarare nititur an aliquis alterius bona non quidem propter exceſſus enormitatem verũ ludo & alio modo amittere poſſit.

Nota quod articulus iſte tria complectitur. Primo quod aliquid famulus facere põt qd' tamen dominũ pro rato habere nõ oportet. [e] Vnde ſciendũ breuiter quod dominus duo pro rato ſeruare tenetur ſi famulus vel fili[9] illud fecerit, filius enim & famulus vnũ ius in eo habent, vt Insti. de pa. poteſ. §. Ius autẽ, & Insti. per quas perſo. no. ius. acqui. §. i. & ſequentibus. Primo ſi parentes vel domini eis cõmiſerint negocium vel officium aliquod, ſicut ſi ſigillumeis concrediderint, mercantias item exercendum, tabernas adminiſtrandum, quicquid in huiuſmodi cõmiſſo negocio fecerint in emendo, vendendo, comodãdo, ita quod illud ex cõmiſſo negocio deriuatur ſeu pertinet, eos pro rato tenere oportet & pro eis reſpondere, vt Insti. quod cũ eo q alio. poteſ. nego. §. exercitatoria & ſequẽtibus. Inſti. de iuſti. & Iure. §. vlti. Secundo ſi filius vel ſeruus fecerit quid propter cõmodum patris vel domini vt ſi pecuniam accomodauerit vt debitũ ſoluatur vt familia exinde perſoluatur aut cibo puideat, vel domus ruinoſa reſtauretur patremfamilias pro rato habere neceſſe eſt, vt Insti. eo. ti. §. preterea, &. §. in rem &. C. eo. ti. l. ei. qui. §. alioqn ff. quando de peculi. acti. eſt. L. quẽſitum in fine. C. de Inſti. actio. L. ſeruus tuus. Idq; intelligi debet tam de ſeruis q̃ de famulis, vt Insti. eo. ti. §. inſtitoria.

Sciendum tamen venit. Si dominus prefici at ſeruum negocio alicui ipſeq; in officio exiſtens aliquid cõmodauerit quod in commodum officij non ceſſit, dominus pro rato habere non tenetur, ſicut ſi ſeruus in negocio miſſus equum perluſerit eundem ſibi ſoluere non oportet. Itidem etiam ſi equum tuum p luſerit quia nec iſtud in mandatis habuit. ff. de eſtima. actio. L. i. C. quod cũ eo, q in aliena. L. domino per ſeruum &. L. dominos.

Dominus ea repetere poteſt. &c. [f] Vnde nota practicam quõ dominus res per ſeruum perluſas aut perditas repetere poteſt. Quidã dicunt per alloquutionẽ & apprehẽſionem rei, & ita autumant articulum preſentem pertinere debere ad ar. xxxvi. li. ij. Alij vero dicunt quod cõtra ſeruum querulari deberet, vtrunq; tamen non valet, qui enim per apprehenſionem rem alloqui vult, mettertius illud pbare oportet, quod ſibi furto vel ſpõlio ablata ſit, ſicut ſupra li. ij. ar. xxxvi. Nec etiam cõtra famulum querulare eſt neceſſe, vt patet ex textu articuli, vbi dicitur quod iure illud repetere poteſt, nec ſubiunctum eſt quod ſeruus iure accuſari deberet, qa nec rẽ illam ſicut equum a domino accomodauit, nec promiſit verbo aut facto literis ſeu promiſſo viceuerſa reportare, vnde merito dominus rem ſuam iure vt textus habet repetit qa ſi in ſeruo illud expetere deberet fieri poſſet, ſeruum adeo eſſe inopẽ quod ſoluere non poſſit, g & ita cautius eſt agere in rem q̃ in p ſonam. ff. de reg. Iur. L. plus cautionis. Quare practica datur quo pacto dominus id facere ſibi competat. In primis enim adire iudicem debet & querulari cõtra eum apud quẽ res eſt ſua quod videlicet equum vel aliquid aliud ſibi retinet nec reſtituere vult. Iudex tãdem illum ad reſpõſiuam cogat. Si vero ille dicat quod vaendatorẽ habeat & ad illũ ſe trahat qui perluſit aut ſibi vẽdidit aut donauit, querat tandem dominus rei vlterius, an ſeruus res domini ſui ludo ammittere vel ludo ammiſſa debita cum his perſoluere queat. Sententiabitur quod ſeruus bona domini ludo ammittere vendere alienare vel ludo ammiſſa debita ſoluere minime põt, vt hic textus haber, &. ff. de alee luſu p totũ & exinde res ſuas recuperabit.

Nota circa id ſpeciales regulas de luſoribus ipſis h Primo luſor peior eſt prẽdone, qa qñ cum aliquo ludit ſi poſſet bõa eius aliter habere & ea ſibi rapere, nullo modo luderet & lucraretur in eo. Item apud quem taxilli falſi inueniuntur ſicut fur ſententiatur. Etiã ſunt infames & iure priuati nec pbi hominis habere locum poſſunt in iudicio, bonaq; eius

---

i. *Mutui commodati depoſiti differentia.*

k. *Commodatũ à mutuo differũ in tribus.*

l. *Is paragraphus potius intelligendus eſt de depoſito q̃ de commodato ſecundum ius Saxonicum.*

m. *Depoſiti quatuor conſideranda.*

n. *Vide ſupra li. ij. ar. xxiiij. Iur. Mu. ar. lxxij*

o. *Hec reſponſio non ſatisfacere uidetur paragrapho in contrarium adducto quare dicẽdum quod conſtitutio preſens occaſione pignoris ut textus habet eſt pro ſpeculi iure Saxonibus ſancita quare & ſeruari debet non obſtante iure communi. Vide ad id infra eo. lib. ar. x. in fine glo.*

p. *Concordat Iur Mu ar. ar. xxvi. glo.*

a. *Textus antiqui ita legũt amittat ſi ludo famulus res domini &c. Concordat Iur. Mu. ar. Ciij.*

b. *Intellige textũ in eum ſenſum quãuis famulus domino ſeruierit promiſſumq; in cõtractu ſit eũ uelle ab omni damno indemnem reddere nihilominus damnum ex ludo factũ ut textus habet reſarire non tenetur. Ratio quia culpa famuli patratum eſt damnum illud.*

c. *Alij textus addunt abſq; eius negligẽtia.*

d. *Procurator promouẽs negotium etiam ſi malum ſortiatur finẽ nihilominus ſumptus repetere poteſt.*

e. *Dominus factũ famuli an pro rato habere teneatur nec ne.*

f. *Practicã uide quomodo domius res per famulum ludo perditas repetat.*

g. *Agere in rem ẽdãtius eſt q̃ in perſonã.*

h. *De luſoribus uide hic & eorum pena.*

consiscantur. Item ludens falsis taxillis capite punitur si cõuincitur. [i] Item si quis perlusserit aliquid & non est in soluendo coram iudice accusari non potest, nec maius pignorari nisi quod circa se habet, si vero fugiat liberatur.

Si vero famulus. &c. pars est secunda articuli in qua declaratur quantum dominus seruo obligatur in damno quod promiserat resarciendũ. Textus in se planus est, quia si famulus propria voluntate quid perdiderit rerum suarum, dominus resarcire non tenetur, quicquid em famulis nostris euenit hoc nõ domini est damnũ sed illorũ, nec actio occasione istius sibi competit, vt supra lib. ij. ar. xxxiij. &. C. de iniur. L. dominũ. ff. de actio. & obliga. L. qui seruum. ff. de iniur. L. sed si ff. ad le Aquiliam. L. sed & si quemcunq;.

[k] Famulus in obsequio existens si captuatur, quo pacto redimi debeat.

Hic circa querere quis potest. [k] Seruus in obsequio domini si detentus sit cui dominus p damno promiserit, ad quantam summã eundem redimere cogitur, dicũt quidam inquãtum domini facultas se extenderit, hoc tamẽ non, quia si famulus ad bona domini taxari deberet. Predones equę auide seruũ detinerent sicut dominũ. Alij dicunt quod seruus debet taxari ad duas partes facultatum suarum, hoc etiam minus iuste foret, quia si famulus partem substantię suę dare cogeretur in redimẽdo se se, minus iuste cederet sibi, ex quo dominus eum indemnem seruare promiserat. Promissa autẽ seruari debent, vt supra li. i. ar. vij. & Insti. de verbo oblig. §. penulti. Dicendum itaq; verius, omissis prętactis opinionibus quod famulus in obsequo domini detentus cui de damno promissum est taxari & redimi debet iuxta facultatẽ famuli & ciusdẽ pecunię solui, dominusq; illud sibi resarcire postmodũ tenetur. Vide hoc idem & clarius seu. c. iiij. in fi. [l] vbi dicitur quod famulus sic captiuatus taxari & redimi debet iuxta facultatẽ famuli, dominusq; illud sibi resarcire & recõpensare debet. Intelligendo secundum distinctionẽ libertatis suę, quia si illum non eliberasset spoliaretur libertate sua, libertas autem pręponitur omnibus, vt. ff. de reg. iur. L. libertas.

[l] Ad hanc materiam vide abunde seu. c. iiij.

Domino vero ad recuperañ res actio manebit. &c. hic est pars tertia articuli. Textus in se planus. Contrariari tamen huic videtur. Insti. de iniur. §. sed si, vbi habetur quod domino actio pro famulo non competit. ꝛc. tamẽ nisi id in contumeliam vel damnum domini actum sit. In proposito autem est damnũ domini, quia seruo in obsequio eius existẽti illud resarcire tenetur quare agere vlterius poterit, vt Insti. de iniur. §. sed si &. C. eodem ti. L. dominum. ff. de actio. & obli. L. qui seruũ &. ff. ad le. Aquiliam. L. sed & si quemcunq; Insti. de obliga. quę ex delict. nascun.. §. furtum. ff. vi. bono. rapto. L. ij. §. &. generaliter.

[a] Cõcordat. Iur. mũ. ar. cxxxviij. & sequẽtibus tribus.

IVdæus Christiani uarendator esse non potest [a] nisi ut Christianus respondere uellet. Percuciat Iudæus Christianũ aut eundem iniuria afficiat in qua si cõprehendatur ut catholicus sententietur. Percutietur etiam Iudæus a catholico aut aliquam ei Christianus iniuriam irrogauerit, quasi aliũ percussisset iudicetur, quia in eo pacem regalem uiolauit. Istam pacem Iosephus circa Vespesianum cum Titum filium eius a paralisi curauit Iudæis acquisiuit. Emat si Iudæus calices, libros, aut de sacris ornamentis quicquam uel si ei hæc obligentur, ista si in eius erunt inuenta possessione, & eorũ nequiuerit habere uarendatorem sicut fur condemnetur. Si quid autem de alijs rebus emerit, uel in pignus recepit non furtiue neq; occultando, die lucente & non clausis ianuis si mettertius hoc probare poterit, licet res empta sit furtiua ipse tamen summam desuper datam suo obtinebit iuramento. Si uero in testibus defecerit nũmos suos sciat se pditurũ.

Glosa

Percuciatur etiam Iudęus a Catholico. &c. Vnde etiam dicit lex cõmunis. Iudęi Romano cõmuni iure viuentes in his causis quę tã ad superstitionem eorum q̃ ad forum, leges, & ad iura pertinẽt, adeant solenni more iudicia, omnesq; Romanis legibus conferant & excipiant actiones, vt in. L. Iudęi. C. de Iudęis. ℭ Cũ Titum filiũ eius. &c. iste Titus imperator regnauit annis tribus, & cum patre suo Vespesiano Hierusalem destruxit, & ab eis omnia ornamenta templi delata sunt Romam, [b] hic etiã fuit vir mirabilis, & tante liberalitatis quod nulli quicquam negauit dicens. Nullum tristem debere recedere ab Imperatore.

[b] Titus Imperator maximæ liberalitatis nulli petenti quicquã denegauit.

Glosa.

Quia in prędcedentibus dictũ est cum res ẽ

res apud aliquem vendicatur quod se ad varẽdatorẽ trahere potest, in prȩsenti articulo ponit exceptionem qui varendator esse non poterit & dicit quod Iudęus ipse.

[c] Iudeorum specialia quædam.

Vnde circa id notandum quod Iudęi aliqd speciale iuris habẽt vltra Christianos. [c] Primo quia Christianus pro varendatore eũ habere non potest, ita quod ille q vendicat eũ insequi teneatur, nisi forsan Iudęus Christianorum iure illud varẽdare vellet, hoc est vt testis esse velit rei impetite vel verum varendatorem declarare aut ostendere. In Christiano vero id aliter obseruatur, quia si venditionem recognoscit varendare eum oportet, vt supra li. ij. ar. xxxvi.. Quod autem Iudęi varendare vnum non tenentur. Ratio est. [d] Iudęis enim admissum est qd furtiuas res emere possent, nec nummos desuper datos perdunt, & hoc ex eo vt res furtiue eorius inueniri possint, & exinde opinatur rem illã venditam furtiuam esse, quia qui deliqt vel deliquere potest in vno, hoc est in emptione rei furtiue etiam opinari potest de alio malo vi delicet quod rem furtiuam vendit. Vnũ em malum sequitur aliud, vt. ff. de rei. vendi. L. ex diuerso, & in auten. vt iudi. sine quoquo. sufra. fiãt. §. cogitatio, coll. ij. &. c. semel malus de reg. iur. li. vi. Secundo [e] quod Iudęus seruum Christianum habere non potest, & si eũ habuerit alter sibi eundem accipere poterit, dando sibi duodecim solidos pro quo libet & eundem si vult Christianus emptum seruabit, vel liberum dimitter. C. ne Christianum mancipium. L. Iudęus, & extra de Iudęis. c. prȩsenti &. c. multorum. Tertio scholas vel Sinagogas nouas ędificare non audeant nisi antiquas restaurare, nullus tamẽ vio lenter illas eis destruere prȩsumat. C. de Iudęis & celico. L. in Sinagoga &. L. vlti. &. xlv. dist. c. qui sincera, & extra de Iudęis. c. Iudęi. Quarto seruire Christianus Iudęis nõ audeat sub excõmunicatiõis pęna, vt extra eo. ti. c. Iudęi, &. xxv. q. i. violatores. Quinto die parasceues occulte domi sedeant clausis ianuis & fenestris, extra de Iudęis, c. quia super his. Sexto inter Iudęum & Christianum nullum matrimonium esse potest & si contraxerint sententiabit contra illos tanq̃ contra fornicarios. C. de Iudęis, L. v. §. nam si quis. Septimo si quis Iudęus conuersum ad fidem Christianam Iudęũ molestauerit, iniuria afficerit, trudendo vel in illum iaciendo cõburri debet cum omnibus cõplicibus. C. de iude. & cœli. L. Iudęis. Octauo quod nihil facere prȩsumãt quo fides nostra Christiana cõuiciari possit. C. eo. ti. L. Iudęos quosdã. No no Christianus Iudęo seu collegio Iudęorũ nihil legare potest, vt C. eo. ti. L. quod cornelia. Decimo Iudęus contra Christianum testificari non potest sed bene contra, vt. C. de hęreti. & Maniche. L. quoniã multi, &. ij. q. vij. c. non potest, & extra de testi. c. licet vniuersis &. c. Iudęi. In contrariũ tamen videntur esse decretales, extra de Iudęis. c. Iudęi. Tum & leges. C. de hęreti. L. penulti. in fi.. [f] R. tamen quod quandoq; Iudęi per testimoniũm euadere possunt occasione paruarum rerum sicut modica emptione, & quando solus emit sicut hic vt textus habet articuli. ibi si qd aũt. Vndecimo quod Iudęus Christianũ in suam sectam inuertere non prȩsumat alias capite plectit vt. C. de Iude. L. Iudęos, &. C. ne sanctum baptisma. L. vlti. &. C. de apostatis. L. penulti. &. C. ne Christia. manci. L. Iudęus. Duodecimo Iudęis hęreticis, paganis gratia Cesareę Maiestatis suffragari non debet, prȩsertim eorum vxores dotalitia habere non possunt. C. de hęreti. L. Item priuilegiũ, & in auten. de priui. doti. muli. non prȩstan. §. i. coll. viij.

[d] Iudæis admissũ est res emere furtiuas cautas ystius rei.

[e] Iudæus seruũ Christianum habere non potest.

[f] Vide Iur. Mu. ãr. Cxxxvij. & cxxxviij. & in glosa ibidem.



Circa id notandum quod in iure Saxonico. Iudęus, hęreticus in omni causa testimonio vincitur, id enim quod Saxo iuramento suo absoluitur, ex speciali gratia Cesareę Maiestatis Saxonibus datum est. Iudęi vero & hęretici hanc gratiam habere non possunt vt nũc tactum est. Prȩterea gratia ista data est natiõi Saxonũ, vt supra li. i. ar. xvij. Ex quo itaq; illi nationis Saxonicę non sunt quare nõ releuat illos gratia ista, vt. ff. de reg. iur. L. priuilegia, &. ff. de censi. L. eratem. Si vero quis instet & alleget. L. Iudęi. Ro. C. de Iudęis, vbi innuitur quod Iudęi cõmune ius imperiale tenere debẽt. &. quod lex illa intelligitur qd videlicet Iudęi legibus imperialibus subesse debent si aliquẽ accusant, vel ab aliquo accusantur. Vel etiam quod non debent vsurpare gratiam aut immunitatem prouintiarum in quibus degunt, nec etiam in contrarium est articulus, xxx. libri primi, vbi dicitur qd̃ quilibet aduena iura terrę in percipienda hęreditate seruare debet quod extendi videtur & de Iudęis ipsis si quid expetere in prouintiam venientes velint. Intelligi enim debet articulus de Christianis aduenis non Iudęis. Vel intelligitur in hęreditatibus percipiẽdis & non de querela, aut responsione Iudeorũ. Quo pacto autem Iudęi iurare debent vide iur. mu. ar. penul. more enim suo iurabũt, vt xx. q. i. c. mouet.

Percuciat si Iudęus Christianũ. &c. [g] in hoc enim casu, Iudęus sustinere cogitur pęnam pacis violatoris nec se priuilegijs suis defendere. C. de Iudęis. L. nullus, vno em simili q̃ ac cõmuni iure cum Christianis subiecti sunt in facto isto, vt. C. de iude. L. Iudęi Roma.

[g] Concordat Iur. Mũ ar. Cxxxviij.

Percucietur etiam Iudęus. &c. Intellige si ex ira percusserit eũ, nullus enim iniuriam vlcisci per se debet sed iudici denuntiare. C. de iude. & celico. L. nullus tanquam. In contrariũ videtur. ij. q. vij. c. pagani. Vbi habetur quod Iudęi, Pagani & hęretici Christianos accusare nõ possunt, aut vocem infamationis eisdem ferre, si ergo non accusantur nec iudicãtur, vbi enim nulla querela, nec iudex nec iudicium erit, vt. ij. q. i. c. sicut, &. c. si peccauerit.

ℜ. quod accusare quidem & infamare aliorum hominum excessus non possunt iudęi, sed q̄ ipse solus patiē querulari poterit, vt. C qui accusari pos. L. si crimen &. L. neganda &. iiij. q. vi. c. omnibus.
Istam pacem. &c. de hoc vide abūde in Cronica Romanorum.
Et eorum nequiuerint habere varendatorē. &c. Querere potest quis, quur istud in paragrapho ponitur & eorū nequiuerit. &c. Quā do quidem res sacrę obligari nō possunt nec varendari quare nec Iudęus illas emere poterit vt supra dictum est, & Insti. de re. diuisi. §. sacre res, & in auten. de non alienan. rebus Ecclę. §. iisdē pęnis coll. ij. &. C. de sacrosanctis Eccle. L. sancimus. ℜ. quod hic loquitur de varendatione occasione calicis qui nondū consecratus sit. libris & sacris ornamētis quę non dum in vsum Ecclesię venerunt.
Nota tamē [h] quod res Ecclesię diuendi quā doc̄ possunt ex certis causis, vt propter liberationem captiuorum, sustentationē pauperum. Iudęis tamen diuendi non debent, vt in auten. de Eccle. titu. §. iubemus, coll. ix. ri si prius cōstata sint, vel in materiam redacta priorem, nec varēdare eas possunt, qd' si reperiantur apud Iudęum vt fur cōdemnetur, vt supra li. ij. ar. xiij. tactum est, &. ff. de pe. L. capitalium. §. famosos.
Si quid autē de alijs rebus. &c. istud sam circa. §. primum declaratum est.

h. Res Ecclesiæ diuēdi possunt ex certis causis, cōcordat. Iur. mu. ar. cxl.

Articulus VIII

SVnt qui dicant quod Castra & Prīcipes seu Illustres non habeant pacem quā quis in eis uiolare poterit propter præsidia & assiduas munitiones castrorum & propter militantes quos illustres secū ducere ex debito tenentur, quod tamen falsum est, quia qui personis illustribus omagia fecerit aut castro, & qui ad hoc iure sunt astricti si pacem transgressi fuerint, mortis sententia condemnentur.

Glosa.

Articulus iste de opinionibus tractat quęplerunq; multos subducunt homines, in damnaq; inducunt. Necessarium itaq; est vt stultorum opinio veritate iuris elucidetur.
Vnde nota quod opinio dicitur, [a] Cum qs rem nescit aliter fore nisi vt putat [b] & huiusmodi opinio est duplex. Vera cum opinor rē iustam vel iniustam de qua ius non habetur scriptum, vt extra de Iudęis. c. quia super his, huiusmodiq; opinionem nullus interpretare debet nisi imperator vel superior dominus, vt. C. de legi. & consti. L. i. &. L. digna vox. L vltī. & ff. co. ti. L. nam. & in auten. de iudici. § vlti. coll. vi. & isti propter ignorantiam excusantur, vt. ff. de iur. & fact. igno. L. error. Sed si dubitatur de quo ius scriptum habetur nō excusat, vt. C. de iur. & fact. igno. in multis legibus. Opinio falsa sit cum quis opinatur & opinionem solus facit. ff. de legi. & consti. L. iura. C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. non videtur, opinio ista venit ex ignorantia vel mala interpretatione iuris, & ita est falsa, leges enim omes scire tenentur. C. de legi. & consti. L. sacratissime, & de iur. & fact. igno. L. constitutiones principum, & in auten. de iudi. §. omis, coll. vi. Isti qui sic opinati sunt quod Illustres & Castra pacem non habeā male opinabātur, quia si pace carerent per a contra transgressores descripta non esset, qd' tamen falsum est, vt infra ar. xlv. Tum etiam quia qui deliquit in aliquam spectabilē personam magis punitur q̄ contra vilem, vt Insti. de iniur. §. atrox &. C. eo. ti. L. vlti.
Propter prēsidia Castrorum. &c. Munitiōes etenim castris iure admittuntur vt infra eo. li. ar. lxvi. Illustribus etiā militantes habere admittitur, ad reprimendum pertinatiam malignantium, vt in auten. de manda. princi. §. deinde coll. iij.
Quia qui personis illustribus. &c. Videtur quod magister priuilegij insufficiēter determinauit quęstionem motam super pace illustrium & castrorū, cum dicit in fine articuli qd' Principes & Illustres pacem habere debent ab illis qui omagia eis fecerint, & iure ad id astricti sunt. Tutius em̄ videretur si dixisset quod pacem ab omnibus habeant. Vnde p intellectu istius nota qd' pax duplex est, [c] Ex compromisso vt cum Principes aut domini inter se in vicinatu pacem seruare iurāt & promittunt, & illam seruare tenentur, vt in auten. de pa. tenen. §. hac edictali, coll. x. &. xxij. q. i. om̄e quod in federa. Alia pax est ex debito vt feudales & subditi respectu dominorum, & isti nedum fidem & pacem seruare debent dominis suis verum eos in omnibus iuuare sub fide & honore, vt supra li. i. ar. xl. &. ff. de re. mili. L. omne, &. xxiij. q. v dicat aliquis. [d]
Cum dicitur in fine articuli iudicētur. Intelligesi dominum occiderit existens suus vassallus, vt sic enim perdit vitam, honorem, & bona quę a domino habet, vt infra ar. lxxviij, & Insti. de publi. iudi. §. publicorum. C. ad le. Iuliam. Maiest. L. quisqs. ff. eo. ti. L. proximum, alias vero si non occiderit perdit bona & honorem non tamen vitam, vt supra li. i. arti. xl.

a. Opinio. q. t.

b. Opinio duplex.

c. Pax duplex est.

d. Distinctio ista non satisfacit instantie in contrarium adducte. ℜ. itaq; quod etsi quidē illustribus, tum & castris pax ab omnibus seruari debet, potissimū uero illi q omagiū principi uel castro prestiterūt seu dalesq; illius sunt pacem ex debito tenentur, alias mortis sententa ut textus habet condemnabuntur.

e. Ex opinione tria peiꝰiurium fieri non debent.

f. Ex opinione iurandum non est nec iudicandū nec credendū.

g. Iur. Mu. ar. xiiij.

Et si quidem supradictum est de opinionum differentia. [e] Nota tamē quod tria sunt quę ex opinione fieri nō debent. [f] Primo ex opinione iurandum nō est, quia sępius efficitur periurus cū iurat quod certo nescit, vt. xxij. q. ij. c. animaduertendū. c homines, &. c. nec artificioso. Secundo ex opinione non iudicatur quia talis facit sicut cecus gladio verberans. [g] C. de pena eius qui male iudicat. L. de eo. &. C. de accu. & inscrip. L. singuli. Tertio ex opinione non est credendum nec ad veram fidem admittēda est opinio, quia q opinatur se recte credere, non est recte credens. C de summa trini. & fide catho. L. nemo & extra de hęreti. c. dubius.

Articulus. IX

IDeiussorem si quis sese obligauerit aliquem in iudicio sistendi & id implere non ualeat [a] tenetur pro reo ad soluendum secundū modū actionis quia absens uictus iudicatur. Si uero actio iniuriarum fuerit, absentis tenetur prætare uerigeldum qui ad actorem & nō iudicem dinoscitur pertinere, sed iudex in eo mulctam obtinebit. Simili modo debet quis pacem pro alio stipulatam emendare. Si quis uero pro seipso stipulatam uiolauerit pacē morte puniatur. [b] Pax siue trās actio in iudicio in quo stipulata est contradicenda aut melioranda uenit. Si fregerit quis stipulatam pacem actori posse agere per duellū & sine duello concessum est. Si autem uiolator in manuali deprehenditur facto in iurata pace iudicetur. Expugnātur etiam in stipulata pace castra & homines in eo capiantur, huiusmodi perpetrātes suos stipulatores seu fideiussores cum iuramento nō poterint liberare. [c] Si qs aliquem in iudicium præsentare stipuletur, si is qui præsentaturus fuerat sine stipulatore suo se præsentauerit stipulatorē liberabit dummodo hoc præsentatus poterit cōprobare [d] Qui hominem contra quem iniuriarum actio in iudicio proposita est [e] a iudicio uiolenter deduxerit comprehensus simili pena plectetur. Si uero effugerit est statim proscribendus & hoc si poterit cōprobari.

a. Cōcordat Iur. Mu. ar. xxxi. & Cxvj.

b. Textus antiqui paragraphum qui sequitur ultra id habent nulli etiam tempore pacis agere liceat contra illum cui pax indicta est hoc est saluum conductū habenti nihil agere contra illū potest.

c. Concordat Iur. Mu ar. xxxi. & Cxvij.

d. Alij textus hoc qd' sequitur addunt. Qui etiam captuum fuerit stipulatus istud exeo qui, pro tempore statuto fideiussor tenetur & non captuus.

e. Iur. Mu. ar. Cxviij.

Glosa.

Qui fideiussor alicuius. &c. Vide in specul. de fideiuss. vbi quęritur. ij. per Ioan. And. in addi. quid Iuris de fideiussore q promisit aliquem repręsentare.
Tenetur prestare verigeldum. &c. de iure aūt scripto fideiussor rei criminis qui reum non exhibet arbitrarie punietur, vt notatur. xxiij q. v. cum homo in glossa fi.
Si quis vero pro scipso. &c. Qualiter pax est iuranda tenenda, & de pena violationis vide in vsibus feudo, de pace tenen. & de pace. iura. fir. per totum & aliquid supra li. ij ar. xiij. & ar. lxxi. & sequen.

Glosa.

In precedentibus dictum est quomodo pax consequitur contra violentiā, in presenti articulo docetur quomodo pax obtinetur corā iudicio, quia quemadmodū guerra quę fit tempore belli multos interficit homines, & quosdam priuat bonis & vita. Ita etiam fit in decertatione iuridica quod quidam victores euadunt, quidam succumbunt, & quemadmodum ibi tempus prefigitur & assecuratur ita & hic. Vnde in proposito hij qui potissimum in iure assecurationem faciunt sunt fideiussores ipsi, [f] & isti sunt duplices. Extra iudiciales & isti possunt factum negare fideiussorie si volunt de iure nostro. [g] Quilibet enim Saxo defert alteri iuramentum si non tam sufficientes habeāt probatiões, vt supra li. i. ar. vij. &xv. & item. xviij. hoc idem legibus obseruatur quod iuramento delato absoluitur si iste probationes non habuerit, vt Insti. de atti. §. item si quis. ff. qui. mo. pigno. vel hipote. L. si deferente &. C. de iureiuran. L. causa, &. L. in bone fidei, in auten. vt lit. iurent in exordio lit. §. si vero, col. ix. &. ij. q. i. c. i. Alij fideiussores fiunt in iudicio & isti iuramento liberari non possunt vt in pretacto articulo, &. ff. de preto. stipula. L. i. [h] huiusmodiq; fideiussores tenentur respondere iudicio ex tribus causis quia vel principalis ibi non est presens & illi petunt quod eis credatur & isti fideiussores erunt voluntarij quia volū-

f. Fideiussores duplices.

g. Cōcordat Iur. Mu. ar. xxvij. & Cxvij.

h. De fideiussoribus vide hic. Concordat Iur. Mu. ar. Cxvij.

tatem habent quod pro isto respondere volunt, vt Insti. de obli. quę ex consen. §. vlti. & §. consensu. Alij fideiussores sunt facto, sicut qui furta vel spolia in suas arces aportare siuunt, si accusantur spoliatores extradere tenentur, aut damnum resarcire, vt supra li. ij. ar. lxxij. Tertio fiunt fideiussores verbo sicut cum vnus solus personaliter stipulatur & de isto hic logitur, & Insti. de verbo obli. §. verbis &. C. de usur. L. i. ff. eo. titu. L. vlti. & isti fideiussores sunt vel in actionibus ciuilibus, vel criminalibus. In primo paragrapho tangitur de actiõibus ciuilibus. [l] Et dicitur actio ciuilis ex eo, quia vterq; tam actor q̃ reus manẽt ciues in quęrela & post quęrelam. Vn de fideiussor qui existit ciuilis actionis accusatus, necessario in se accipit accusati responsionem & omne subsequens damnum si non statuitur ille, vt in auten. de fideiuss. & manda. §. si quis coll. i. & hoc intellige de fideiussoribus qui in iudicio fideiussoriã spoponderũt. Fideiussorum extraiudicialium seu qui extra iudiciũ fideiussoriam promiserunt. [k] nota quinq; specialia. Primo quod actor necessario primum accusare debet principalem q̃ fideiussorẽ, vt in auten. de fideiuss. §. si quis, coll. i. & infra eo. li. ar. xxxix. Contrariũ tamen videtur. C. eo ti. L. iure. Vbi dicitur q̃ actor optionem habet si principalem vel fideiussorem primũ aggredi voluerit. ℟. tamẽ quod lex pretacta correcta est per authenticã allegatam, etiã intellige si principalis in prouintia sit, vel ita in propinquo quod citari possit, vt. ff. de iurisdi. omni. iudi. L. fi. Aliqui vero intelligere id volũt si principalis in iurisditione presens sit vt in auten. de test. §. pe/nulti. col. vñ. ff. de damno infecto. L. iiij. Secũdo quod bõa debitoris principalis [l] nõ prius impeti vel alloqui possunt nisi cõtra fideiussorem prius agatur, ideſt cum bona alicui impignorantur non potest creditor sup bonis agere nisi prius fideiussores accuset, vt in auten. de fideiuss. & manda. §. sed neq; adres, coll. i. Tertio si principalis pecuniam promiserit eandemq; habere nõ potest, & bona hereditaria habeat creditor sibi emptorem ordinare tenetur [m] vel solus illa acceptare iuxta taxam iudicis, & sic debitor liberatur, vt in auten. eo. ti. §. quod autem de cętero, col. i. & ita hic habetur q̃d solutio alteri fieri potest contra eius voluntatem cę quod sibi p̃missum est, hoc idem habetur. C. de donaci. L. si quis argentum in prin. ff. de re. iudi. L. milles, in autẽ. de alie. & Emphi. §. si vero. ff de rei vendica. L. restituere. Quarto si vnus fideiussorum soluit totum, omnes liberat & lucratur actionem ab omnibus, vt. ff. de soluto. L. Stichum, & C. de duobus reis stipula. L. i. & C. de fideiuss. L. cũ alter. [n] Quinto qui pignus & fideiussores simul accipit non potest fideiussores impetere nisi prius restituat pignus fideiussoribus.

Circa id etiã nota si fideiussio immutatur, fideiussores absoluuntur si coram hominibus actum sit, vt Insti. de verbo obli. in multis locis, &. C. de fideiuss. & manda. L. ij. & L nouatione. [o] Preterea sciendum quod fide iubens vel promittens rem malam & in cõsuetam adimplere nõ tenetur, vt Insti. de in. utili. stipu. §. quod turpi. & ff. de verbo. obliga. L. generaliter &. L. veluti. & C. de inuti. stipula. L. ex eo.

[p] Considerandum insuper quod promissio nulla matrimonio superaddi debet & addita non valet, sicut si filius meus superducere debet filiam tuam & cuius culpa dissoluetur soluat centum, non valet nec teneri debet. Matrimonium enim liberum esse oportet, vt C. de inuti. stipula. L. libera, &. ff. de verbo. obliga. L. titia, &. xxx. q. ij. vbi non est, & extra de sponsali. c. cum locum, & c. requisiuit &. c. gemma.

Si vero actio iniuriarũ fuerit. Hic tangitur alia fideiussoria quę criminalis dicitur & quę coram iudicio fit in actionibus criminalib⁹, huiusmodiq; fideiussores penam illorum p̃ quibus fideiusserũt sustinere non tenentur sed verigeldo absoluuntur, supra ar. lxv. li. i. & licet in legibus, vt. C. de fideiuss. & manda. L. si barsatoram aliter senciatur. Innuit em̃ lex illa quod fideiussor debet presentari iudici. Sed tu responde, quod ex quoquidem in legibus verigeldus non est descriptus datur arbitrio iudicis excessum corrigendi. Iure vero nostro quia specificatio habemus verigeldum pro vno quoq; excessu, cessat taxa iudicis sup impositiõe pene huiusmodi & iuxta priuilegium emendatur. Vel dic promissum pro barsatore, de quo lex meminit allegata sub certa forsan fuit pena homicidã sistendi. Vnde quia nõ satisfecit iudici fideiussor presentabatur puniẽdus, hic autem vt dictum est secus fit, qa hic loco pene per iudicem instituẽde soluitur verigeldus a iure determinatus, vide etiam ad id. C de fideiuss. & manda. L. sancimus.

Notandum vlterius venit q̃ quod fideiussoria in criminalibus facilior est q̃ in ciuilibus, quia in criminalibus nullus ad fideiussoriã datur qui in manuali facto detinetur, vt supra li. i. ar. lxx, &. li. ñ. ar. ix. &. C. de custodia reo. L. in quacunq;. Ex quo itaq; nullus datur ad cautionem nisi qui habet propositum se iure defendendi, [r] si ergo in defensa succumbit fideiussor suus soluit verigeldum & ille proscribitur in iureq; pro mortuo reputatur, vt Insti. de capi. dimi. §. maxima, & ff. eo. ti. L. vlti.

Qui ad actorem & non iudicẽ pertinet. &c. In contrariũ istius videtur ar. iiij. li. ñ. vbi dicitur quod verigeldus iudici cedit. Intellige tamen quod paragraphus ille seipsum soluit, quia loquitur de illo qui de facto proscriptus est & a proscriptiõe se liberare vult, hic vero loquitur de illo quem adhuc actor habet in sua liga,

[l] Actio ciuilis quare dicatur uide supra li. i. ar. lxvij. & lxxi. Iur. mu. ar. xvi. xvij. & lxxij. glo.

[k] Fideiussorum specialia concordat Iur. mu. ar. cxvij.

[l] Intellige quæ alteri obligata sunt, nec creditor agere poterit contra bona huiusmodi nisi prius fideiussores iure aggrediatur

[m] Secus est de practica hic nostra quia actor diuendit partipignus indicẽdo prout poterit.

[n] Præterea si p̃missũ cautione obstrictum euincatur fideiussores etiam absoluuntur.

[o] Iur. Mu. ar. xxvij.

[p] Matrimonij condicio nulla superaddi debet.

[q] Fideiussoria in criminalibus facilior est q̃ in ciuilibus. Concordat Iur. Mu. ar. xxvij. & Cxvij.

[r] Iur. Mu. ar. xxvij. gl.

111

Mulcta quare sit

Sed iudex mulctam obtinebit. Mulcta igit iudici cedit pro mendacio quod fecit coram deo & iudicio, promittens statuere illũ & nõ fecit. Simili modo debet quis pacem stipulata tam emendare &c. supra li. i. ar. liij. li. ij. ar. xli glo. Similitudo quidem hic ponitur precedentis paragraphi cum isto presenti, non tamen sunt per omnia idem. [t] Vnde nota q̃ fideiussoris pro iniuria & pace fracta triplex est differentia. Primo quia occasione transactiõis & pacis fracte potest vnus grauius accusari & ad maius taxari, fideiussores vero in actione iniuriarum non possunt vltra taxari nisi prout verigeldus se extẽdit, quia qui cõtra ius promittit seruare non tenetur, vt. C. de legi. & consti. L. non dubium, &. C. de pactis. L. de questione &. L. pacta. Secundo si transactio occasione pacis fracte fideiussoria stante subsequatur (possunt etenim arbitri & pacis compositores in eo casu eligi) in arbitrio erit partis illud quod edixerint tenere, vl soluere vadium aut penam desuper statutam sententiamq; arbitrorum refutare, vt in auten. de iudi. §. quia vero multe coll. vi. Hoc autem non fit in ista fideiussoria. Tertio quia transactiones seu potius pax fracta per trãsactionem sopita si in iudicio resuscitatur repellitur ab actione actor, & emendare eum oportet fideiussoresq; eius ac si pax violata sit, vt in articulo presenti paragrapho sequẽti, &. C. de transacti. L. causas, & Insti. de exc epci. §. preterea debitor. Hoc autem non fit in fideiussoria huiusmodi. Quare dicitur simi limodo. &c. Vt quemadmodum verigeldus coram iudice soluitur illi cui stipulatio facta sit, ita etiam stipulatam seu transactam pacẽ coram iudicio vbi promissa fuerit emendari oportet vt hic &. C. vbi de crimi. agi. oportet. L. i. Secundo conueniunt quia vtrunq; absoluitur verigeldo.

[t] Fideiussoris pro iniuria & pace fracta triplex differentia.

[t] Stipulatam pacem sub fide promittens & eandem frangens ab infamis efficitur.

Quęrere aliquis possit, [t] si transactio & pax stipulata sub fide promittatur interimq; frãgatur, an efficiatur infamis vel an perdat honorem & vitam, vt supra li. i. ar. L. & ista vt sic maior pena esset q̃ verigeldus. ℟. quod non sequitur istud, quia qui promittit & tenere non potest emendatq; secundum quod iuris est impeti posthac non poterit.

Si fregerit quis stipulatam pacẽ &c. [u] Tangitur tertia eorundem conuenientia videlicet quod ille qui solus stipulatã fregerit pacem, & ille qui fideiubetur vterq; vitã amittit si in manuali detinetur facto, vt infra li. ij. ar. lxiiij. &. C. ad sena. cõ. turpil. L. si pro eo, &. L. si. fœmina.

[u] Alie glosse habent si fregerit quis stipulatam pro seipso pacẽ vel fideiussor si eandẽ violauerit uterq; vitam amittit si in manuali detinetur facto.

Circa id nota speciale quid, [x] quod pacem frangens non promissam eque caput demeretur sicut qui transactionem promissam violauerit, vt supra li. ñ. ar. xiij. &. ff. ad le. Iul. de vi. priua. L. hac lege tenetur.

[x] Pacem frangẽs nõ promissam eque uitã demeretur sicut trãsactionẽ promissam violans.

Notandũ etiam, quod transactio violari potest per querelam vt hic &. C. ad senatusco. turpili. L. si fœmina. In contrarium licet sit supra li. i. ar. lxij. vbi habetur quod p̃ actione cepta nihil demeretur. ℟. quod ibi loquit de querela que non est per stipulationem interdicta hic autem secus.

Quod si vnus pacẽ in vna iurisditione promissam y in alia tandem iurisditione eandẽ frangat an huiusmodi pacem promissam hic emendare deberet vt prius dictum est, & an in alia iurisditione pro violentia etiam eundẽ emendare oporteat, videtur esse id nimis durum, quia & ibi & hic pro vno actu bis mulctaretur quod est contra articulum. liij. li. i. vbi dicitur quod pro vno actu non nisi vna mulcta soluitur, Immo super vno negotio bis iudicaretur, quod est cõtra. L. cum quęritur. ff. de excepci. rei. iudi. & extra de excepci. c. aduersario, & de litis cõtesta. c. i. li. vi. & xiij. q. vlti. c. vlti. ℟. quod nõ est vnus excessus nec vnum iudicium quia vnus iudex iudicat super excessu pacis fracte, & huic mulcta soluitur. Alteri iudici mulctam soluit ipse vel sui fideiussores, ppter factũ p̃missum.

y. Pacem in una iurisditione promissam in alia tandem iurisditione uiolans an utriq; iudici emendare debeat.

C Posse agere per duellũ & sine duello. &c. hoc intellige in omnibus actionibus quę penales sunt. Quelibet enim actio criminalis & criminaliter & ciuiliter instituri potest vt superioribus declaratum est, & Insti. de re. diui si. §. si quis in aliena, & Insti. de iniurijs. §. in summa.

Fideiussores cum iuramento non poterint liberare. Istud superius declaratũ est, &. C. de edendo. L. is, & Insti. de lega. §. quod autem. Si his qui presentaturus fuerat sine stipulatore se presentauerit. &c. Per id doctrina datur si quis fideiusserit aliquem in iudicio sisten di principaliscę seipsum statuat ablq; fideiussore, fideiussor liberatur, hoc etiam vide. Insti. de duo. re. stipu. §. fi.

Id quod in annotationibus ex codicibus vetustioribus habetur videlicet, istud pro tempore statuto fideiussor exequi tenetur & non captiuus. &c. Ratio istius est quia fideiussoribus creditur & non captiuo.

Qui hominem occasione iniuriarum accusatum a iudicio violẽter deduxerit. &c. ad hãc materiam vide. ff. ad le. Iuliam. de vi. publi. L. qui dolo fecit.

Et hoc comprobare poterit. &c. Ex isto habetur quod negotiũ necessario testimonio p̃bandum venit siue coram iudicio siue extra iudiciũ actũ sit vt hic, & Insti. de interdic. §. commodũ, &. C. de eden. L. & quę, & in auten. vt liti. iur. §. si quis, coll. ix. &. ñ. q. i. c. in primis &. c. primo semper.

Articulus X

DEbeat autẽ homo aliquem iniuriarũ actione accusatum in tempore certo iudicio præ

sentare etsi interim præsentaturus moriatur [a] stipulator si eum defunctum præsentauerit liberatur. Si uero actio ciuilis seu pro debito contra eum proposita sit, [b] mortuum non oportet iudicio præsentare, sed fideiussor mortem eius mettertius declarabit, & hæres mortui pro debito respondere tenebitur. [c] Si animal qđ præsentari debuit mortuū fuerit, promissor in iudicio cuttim si præsentauerit liberatur.

a. Cõcordat Iur. mu. ar. cxix.

b. Textus uetustiores ulterius habẽt quod debitum nondum est super eo lucratum.

a. Iur. mu. ar. cxix.

Glosa.

In articulo p̃senti triplex fideiussoria tangitur. Prima occasione iniuriarum & si interim principalis moritur quid fideiussor facere debeat vt textus habet. In contrariū istius videnť esse certe leges, vbi habeť quod mortuo illo super quē querela institutur cessat omnis actio, vt. ff. si pendẽ. appel. mo. s. interue. L. i. & C. si reus vel actor. mor. fu. L. si is quem. [d] ℣. sub. dif. si querela debitorē tangit duntaxat in suam vitam qui interim moritur leges allegate locum habent, nec est in contrarium paragraphus primus istius articuli, cum dicitur quod mortuus iudicio p̃sentari deber, huiusmodi em̃ p̃sentatio nō est aliud nisi absolutio a iure & fideiussoria. Vel sic cautio illa nō est aliud nisi absolutio a iudicio, & p̃sentatio est absolutio fideiussorie. In proposito apportatio huiusmodi est absolutio a iudicio & fideiussoria. Si uero q̃rela tangit vitā & bona, qui bona percipere vult ad querelam eum respondere oportet, vt. C. ad le. Iul. Maies. de consti. greca. L. meminisse. & ff. eo. ti. L. is qui. & Insti. de hgre. qui ab intesta. deferun. §. per contrariū.

d. Iur. mu. ar. cxix. glo.

[c] Circa id etiam notandū venit, si quis literas coram iudicio reproduxerit literęq; huiusmodi fuerint falsę, si primus ille reproductor moriatur, alterq; easdem postmodum ibidem monstrauerit, contra istum datur actio. C. si reus. vel actor, mortu. fue. L. si vt proponis.

c. Literas in iudicio reproducens falsas quo modo cõtra eum actio datur.

Si vero actio &c̃. Tangitur secunda fideiussoria. Vnde nota si quis aliquem occasione debiti fideiusserit, iste si eum reꝑsentare non potest, vel debitum soluet, vel iure illud defendat, vt in p̃cedẽti articulo. §. i. vel quod fideiussor exoluerat probare & ita liberaf.

Sed hęres eius &c̃. Contrariari huic videtur supra ar. xvij. li. ij. &. ar. vi. li. i. & item. C. ne filius pro patre, vbi habetur quod filius p patre respondere non tenetur. R. quod hic filius pro patre non respondet, sed pro bonis quę sibi ex successione cesserunt.

Quęrere vlterius vnus potest si nulla bona hęres ceperit an soluere cogeretur debita huiusmodi. R. Si bona aut recompensam bonorum quę hęreditat non receperit, soluere non cogetur. Si quid vero contra predecessorem dum aduc in viuis esset intentatum sit solutioq; decreta ipso mortuo hęres exsoluere tenetur, quinimmo actiones omnes post litem contestatam ad hęredes transeunt. quare eos respondere oportet & soluere si lucratur. Ante litem vero contestatam nō transeunt nisi ꝯtenus ad eos peruenit successores. vt si vim feciſti bona rapiendo mea regulariter hęredes ex delicto non tenentur a te commisso nisi tecum fuerim litē contestat[9] vel aliquid ad hęredes occasione debiti peruenisset. Nec est in contrarium articulo huic vt etiam habetur li. i. ar. vi. & Inst. de perp̃. & tempo. acti. §. aliquādo. &. §. penales. &. C. ex delict. defunct. L. post litis. &. ff. de reg. iur. L. totiēs.

Articulus. XI

Si animal &c. Tertia tangitur fideiussoria Vnde sciendum qui animal seu pecus habet quod impetitur per querelam vel vēdicatur, vel illud vendiderit, vel pro illo fideiusserit moriaturq;, iste liberať vt hic &. Insti. de inuti. stipu. §. item cõtra. & Insti. de empti. & vẽdi. §. cum autem. &. ff. de peri. rei. vendi. L. id quod. Nisi forsan pecus illud fuerit tibi accomodatum aut pignoratū, quia illud reddere teneris non peioratum de iure nostro, vt supra eo. li. ar. v. Secus dum leges vero aliter obseruatur, vt Insti. qui. mo. re. contra. obliga. §. itē is. Vel si illud moriatur ex tua culpa, vt Insti. de lega. §. si res. &. ff. de verbo. obli. L. si seruum. &. ff. de lega. L. cum res.

Articulus. XI

Qui pro sacramēti præstatione p̃miserit [a] moriente reo idē promissor aut rei hæres ad sacramenti tenetur completionem, [b] alias promissor ad solutionem rei pro qua sacramentum fuerit promissum obligatur.

a. Textus uetustiores ita legũt, qui fideiusserit pro illo qui ad iuramentum obligatus erat. &c.

b. Dicit enim Canon studiose agendum est ut ea quæ promittũtur, opere compleantur, ut in. c. qualiter de pactis.

Glosa.

Dictum est superius de assecuratione fideiussorie corā iudicio facte aliarū rerū, vt sunt homines pecora, hic randem determinat de fideiussoria occasione sacramenti vel iuramẽti nec discrepat multum fideiussoria huiusmodi a prioribus quia & hic si venerit ad iudicium solus principalis sine fideiussore eũdē absoluit sicut in p̃cedẽti ar. & li ij. ar. xi. & Insti. qui. mo. tolli. obli. §. itē si reus.

112

[c] In iudicio statui potest fideiussoria sextuplex.

[d] Tutor quiuis assecurationem facere tenetur de bene administranda tutoria exceptis tutoribus quos parentes constituunt.

Vnde pro intellectu articuli nota quod in iudicio statui pōt fideiussoria sextuplex. [c] Primi fideiussores fiunt occasiõe tutorie, & hoc tunc quando fideiubent pro tutoribus qđ recte administrẽt bona pupillorum, vt Insti. de satisda. tuto. vel curato. §. i. & ij. & ff. rem pupilli saluā fore. L. non quasi. &. ff. de prẽto. stipu. L. prętorie, &. ff. qui satisda. cogan. L. i. [d] Circa id sciendum quod quilibet tutor assecurationē facere debet de administrāda tutoria exceptis illis quos parentes in tutores statuūt, vt Insti. de satisda. tuto. vt̃ curato. §. i. & ff. de cõfir. tuto. L. si filio. & L. in cõfirmando. Secundo qui promittunt pro eorum pupillis, & isti sunt veri tutores qui promittunt & explere tenentur, vt supra li. i. ar. xlvij. & C. de contrario iudicio. L. i. & C. de autoritate p̃standa. L. clarū. Tertio qui promittunt pro eorum pupillis satisfacere tamē pro eisdem non tenentur, vt sunt illi q circa iudicium in tutores dantur, vt supra li. i. ar. xlvij. & Insti. q mo. tolli. obli. §. finali. Quarto fideiussores sunt corā iudicio dati, & isti vel fideiubent in actione criminali vel ciuili, qui in criminali actione fideiubent verigeldo absoluuntur si illum quem fideiubẽt nō repręsentant, vt supra li i. ar. lxv. in nullo em̃ iure inuenitur quod fideiussores occidi deberent q̃uis non p̃sentent illum pro quo fideiusserant, dato quod etiam dolo malo id fiat, pœna tamen eis imponitur ratione doli vt xxiij. q. v. in certis canonibus. Qui vero fideiussores sunt in ciuili causa absoluūtur exsoluendo pecuniā pro qua principalis accusabatur vel si mortem eius mettertius probauerit, vt supra eo. li. ar. ix. & x. Quinto fideiussores fiunt pro animali & isti absoluuntur aportando cutim si pecus mortuum fuerit, vt supra eo. li. ar. x. & Insti. de lega. §. si res. & C. de in litem dando tuto. L. ad protegendā Sexto fideiubent pro sacramento seu iuramento p̃stādo vt hic articulus habet, vnde circa id notādum quod fideiussor huiusmodi non absoluitur nisi. ipse vel hęredes illius pro quo fideiusserat soluerint vel iurauerint.

[e] Fideiussor an cogi potest ad iuramentū loco illius quem fideiusserat & quomodo procedendum est in isto casu uide.

¶ Quęrit si fideiussor certo nescit quod ille pro quo fideiussit nocens vel innocens sit, [e] contigit enim aliquando qđ vnus pro amico fideiubet, iuramentum tamen p̃stare ex certis causis recusat occasione intentate querelę. Si itaq; hęres illius vel fideiussor iure cõpelli deberet vt iuret super negotio quod sibi ignotum est, contra iuris ordinẽ id esse videretur, vt. xxij. q. ij. in certis canonibus. Aduertẽdum quod in isto casu fideiussor vel hęres possunt actori deferre iuramentum, vt li. ij. ar. xxij. &. C. de iureiuran. L. vlti. In oppositum etsiquidem sentire videntur leges nonnulle. C. eo. ti. vbi habeť si vnus negotiū suū defert alicui ad iuramentum ille potest vicissim huic iuramentum referre. Si itaq; actor hęredi vel fideiussori iuramentum sibi delatum viceuersa refert, extunc sequitur vt prius [f]. R. Quod si actor respondenti iuramentum viceuersa huiusmodi referre velit, respōdens illud non acceptañ iure se defendere poterit, qui enim deferre vult alicui iuramẽtū in negotia q̃ sibi est ignotū illud accepta re non tenetur is cui defertur, vt ff. de iureiurando. L. finali. Si tamen id eueniat positoq; & non concesso quod aliter fieri non possit nisi vt iurare deberet, extunc fideiussor vel hęres non aliter iurare cogitur quam quod ipse plenā fidē habet quod mortuus ille nihil sibi debebat, hęres vero iurabit, quod ei de debito nihil constat, vt supra li. i. ar. vi. &, C. de iureiuran. ꝓpter calumniā. L. ij. Aliorum em̃ debita facile alteri incognita esse possunt, vt. C. de ꝓba. L. i. & de iur. & fact. igno. L. cũ qs. ¶ Alias promissor ad solutionē rei. &c. Quid si fideiussor iurare noluerit. R. qđ soluet promissum debitū & hęres sibi resarcire tenetur si illud in vtilitatem bonorū cessit & sibi cognitū est, vt supra li. i. ar. vi. & Insti. de perp̃. & tempo. acci. §. aliquādo. §. pœnales. &. ff. de accusa. L. ex judiciorum.

[f] Ad hunc passum uide supra li. ij. ar. xxij. in annota.

Articulus XII.

Qui agit aduersus aliquem & si ille econuerso contra suum uelit experiri actorem, [a] posterioris actio nisi priore discussa non audiatur. [b]

Si multi contra unum actionem interponere uelint iniuriarum, cæteris respondere non tenetur donec a primo per iudicium sit absolutus. Et si actio prorogatur hoc est in aliū terminū differatur cautionē nō nisi pro suo præstabit uerigeldo. [c]

Glosa.

Articulus p̃sens ex Iure naturali ortum habet. [d] Naturale etenim est, quod quicquid ab alio expeto, vt & illud solus faciam. Insti. de iu. natu. per totum extra de consti. c. cum omnes &. i. dis. in prin. Et si contra aliquẽ iudicialiter ago ęquū est vt illi viceuersa respōdeam si contra me agat, vt supra li. i. ar. lxi. & extra de mutu. petici, ex literis, & ij. q. viij. accusatores. §. cuius in agendo. [e] Vnde pœna illorum qui respondere viceuersa nolunt in reconuẽtionalibus est qđ ei respondere non cogiť iste, vt extra de mutuis petici. per totū Ius reconuentionis admittitur ex textu, at-

[a] Ex isto textu colligitur quod obiectio compensationis locũ non habet de iure Saxonico in hoc articulo, eo quod is qui proponit compensationis exceptionem dicit se actorẽ sibi debere &c. Dicit enim Bald. in L. si constat in fi. C. de compensationibus qđ compensatio est species reconuentionis, ut ibi latius per eum & per Bald. in extrauaganti ad reprimendũ coll. x.

b. Quando & qualiter reconuentio fieri possit de iure communi notatur in Clementina de uerborum significatione sæpe in glosa ibidem uide.

c. Textus alij addunt dato quod quærelæ sint plures.

d. Ad hunc articulum uide etiam supra li. i. ar. lxi. infra li. iij. ar. lxxix. Iure Mu. ar. xxviij.

e. Pœna illorum qui reconuenti, respondere nolunt.

f. Ius reconuentionis quomodo ab antiquo seruabatur.

tamen iustificando se prius super quęsito actoris. Vnde nota pro intellectu textus f quod iure antiquo cum reus vicetersa actorē recōuenire voluit, illud eū facere in instāti oportebat anteq̄ litē contestatus est per affirmationē vel negationem in hunc modum, postquā actor querelam suam iudicialiter formauerat pars respondens nondum responsione facta querelam itidem fecit suam, posthac vero respondens super actoris propositionem respondit tandem & actor ad eiusdē propositionem respondere cogebatur, & sic vterq̄ cōsequenter procedebat iuxta regulas vt habetur li.i.ar.lxi. Sententia prius postulata prius erit pronunctianda, vt extra de mutu.peti.c.i. & extra de ordi. cognici.c.cū dilectus. Nunc vero iure nouo pars respondens actorem accusare non potest quamdiu iudicium durat, quare iura illa correcta sunt quę dicebant quod ante responsiuam per affirmationem vel negationem per respondentem quę rela fieri deber, vt li.vi.de reserip. c. dispēdia litium. §. reus. Iure tamen spirituali adhuc is modus antiquus obseruat, vt notatur in Clementina sępe super verbo exordio de verbo. signifi. Iuris enim correcturam euitare debemus inquantum possumus, vt extra de elec ci. & electi. potestate. c. cum expediat. li.vi. de iure vero Saxonico obseruatur modus, vt textus habet. g

E. Nota quod reconuentio contra actorē uidetur solum habere locum infra triennū, ut in. L. properandū C. de iudi.

Sciendū tamē quod h Iure recōuentionali agere vnus nō potest in tribus casibus. Primo cum quid ad arbitrorum sententiam datur, coram eis alter alium reconuenire non potest nisi aliter conclusum inter eos sit, vt extra de arbi. c. cum dilectus, & ff. eo. ti. L. si cum dies, &. ff. de verbo. obli. L. quodcūq̄. Secundo quod reconuenire nō possunt proscripti, vt infra ar. xvi. §. ij. & supra li. ij. ar. lxiij. Iure vero spirituali excōmunicatus etiam reconuenire non potest, vt supra li. ij. ar. lxiij. & extra de excepci. c. cum inter, & extra de iudi. c. intelleximus. Tertio si quis alicui pecuniā dederit q̄uis sibi eam non tenebatur sed ille forsan iuramēto eandem ab ipso lucratus sit, vel iste pro huiusmodi paruula summa iurare noluit, si iste postmodum accusare vellet quod iniuste pecuniā lucratus sit respōdere sibi nō tenetur, vt insti. de acci. §. itē si quis &. C. de his qui accusare possunt. L. i. &. C. de iureiuran. L. actori &. C. de condi. indebi. L. indebitum. i

h. Iure reconuentionali unus agere non potest in tribus casibus.

Nisi priore discussa non audiatur. &c. hoc idē habeē. C. de his qui accusare nō possūt. L. i. Quando quidem vnus alteri respondere non cogitur nisi prius ab ipso liberetur, quid facere iste debet quod non accusetur pro pecunijs quas iam lucratus sit. &. quod interrogare debet actorē quo pacto & sub quibus cōdicionibus pecuniā sibi dederit & quę sit causa quod iniuste eā possidere debeat quod & indicere sibi oportet, vt infra ar. xli. §. vlt. causam enim debet actor necessario declarare in

f. Nota secundum ius feudale actor proponens unam uel duas querelas contra reū si interrogetur an adhuc aliquid habeat cōtra eū propositurus, si dicat quod sic, per sententiam compelletur quod omnia proponat anteq̄ sibi respōdeat, seu. c. lxv.

iudicio si pars aduersa postulauerit. Si quęrat ille per sententiam dari, exquoquidē desuper sententia iuridica iam lata sit an sibi p eo vlterius respondere teneatur, decernetur quod non vt. C. senten. rescin. nō pos. L. vlti. & insti. de excepci. §. eque si debitor.

Si multi. &c. Ius istud maxime est necessariū vnus enim duobus respondere non tenetur, nisi illum qui prius querulatus est absoluerit. Si vero duo vel plures inuicem querulētur, in iudicis est arbitrio decidere & demandare cuicūq̄ voluerit primam querelam, vt supra li.i.ar.lxi. &. ff. de accusaci. & inscri. L. si cui crimen. §. hisdem.

Etsi actio prorogatur nonnisi vnum prestabit verigeldū. &c. hoc est quia non potest nisi vnam amittere vitam quare non plus etiā nisi vnum soluit verigeldum, vt. ff. de custo. & exhibi. reo. L. si quis reum, &. ff. de priua. delict. L. nunquam plura.

Articulus XIII.

a. Concordat Iur. Mu. ar. xli.

SI contra aliquem actiones in iudicio proponentur iniuriarum[a] ipso non præsente terminusq̄ reo ad respondendum assignetur, & actor infra dictos termi/nos reum inuenerit, eum licite usq̄ quo sufficientem ut eius respondē/at quærimonijs præbuerit cautionē iure arestabit, [b] quia pacē actori iudex & non reo in cuius absentia cō questum est nunctiauit.

b. Alij textus ita legūt quia iudex actori pacem indicit & non reo qui absens ad iudicium citatur.

Glosa.

Vt eius respondeat querimonijs. &c. In eodē iudicio quia ybi semel ceptum est iudicium ibi & finē accipere debet, vt. ff. de iudi. L. vbi ceptum. Nec enim causæ continentia est diuidenda, vt in. L. nulli. C. de iudi. & de sequestra. c. i. & hoc est etiam secundum intellectū glo. licet supra intellexerit & hoc etiam fieri posset in diuersis iudicijs & coram diuersis iudicibus per prędicta iura.

Glosa.

Quandoquidem vt supra tactum fuit tota legis dispositio est vt per eam temeritas prauorum coerceatur. C. de legi. & consti. L. leges sacratissime, & dis. iij. c. facte sunt. [c] Vnde nota quod temeritas seu temere agere contingit tripliciter. Primo quando quis temere & impudice audenterq̄ facit contra ius, vel qui forsan solus deberet iustitiam fouere & iniusticiam debilitare solus ipse iniuste agit, cuiuscunq̄ status et legalitatis sit, & contra illos statutum est, quod quicquid hoc pacto fecerint [d] pro non facto reputatur, qui enim contra ius facit iniuste agit subitq̄ pēnam contra excessiuos a iure decretam, vt in exēplo si vnus equum furetur & detineatur, equus cedit illi viceuersa cuius erat. vt supra li. ij. ar. xxv. & ar. xxxi. Nec res illa furtiua pertinebat istum qui eam furatus est, nec cōmodum illius aliquando habere potuit, immo subit a lege statutam pēnam quia suspenditur, vt. C. de legi. & cōsti. princi. & edicto. L. non dubium, & in auten. vt om. obedi. iudi. §. i. coll. v. Secunda temeritas dicitur etiam esse mala, & sit quando contra aliquem quis excesserit & ille propria autoritate illud vlciscitur, pœna illorū est quod causa illorū iusta iniusta efficitur, iusq̄ suū inuertit, vt insti. vi. bono. rapto. §. sed nedū, &. C. vnde vi. L. si qs in tantā. ¶ Hic circa quęrere vnus possit quod istud quod hic dictum est quod videlicet ius suum inueretur, & illud quod iustū esset faceret iniustum, id non esse bene dictū quia ius manet in seipso semper videlicet qđ iustum est & immutari non potest, vt insti. de iusti. & iure. §. i. [e] &. quod iusticia quandoq̄ accipitur in genere suo vel etiam pro illo qui est iusticia summa vt est Deus ipse, & ista manet semper, vt insti. eo. ti. §. i. Quandoq̄ iusticia accipitur pro illo processu in nancisenda iusticia & de ista hic loquitur vt si quis iudicialiter rem suam expeteret coram iudicio, si idem propria autoritate illam occupat ius si quod habuit perdit, quia propria autoritate rem sibi vendicar, & istud tangitur in textu ibi, eum licite vsq̄ quo &c. [f] et notanter dicitur iure arestabit, nullus enim suipsius iudex esse debet, vt infra arti. lxxxi. &. C. ne quis in sua causa iudicet. L. generali lege. Tertia temeritas, & illa est pessima, videlicet cū quis male fecerit vel excesserit, vitareq̄ non vult, sed aperte incedit ac si ordinate & bene egisset, vel potestatem ad id faciendum habuisset. Pœna istius est quod arestari & detineri potest quoad cautionem ponat vt se super eo iustificet, istud tangitur ibi quia pacem actori iudex. &c. q.d. sit quisquis sit, ille tamen propter excellentiam nominis sui facultatem nō habet malefaciendi seu iniuste agendi, illud enim quod pro bono non habetur malum est nisi iusticia concomitatur, vt in auten. vt om. obe. puin. iudi. in crimi. & pecunia. cau. §. i. coll. v.

c. Temeritas duplex temereq̄ agere contingit dupliciter concordat Iur. mu. ar. xli. glo.

e. Iusticia duplicem habet acceptionem.

f. Vide supra li. ij. ar. xxv. Iur. Mu. ar. xxvij. ar. xli. & cxj. glo.

113

d. Vide supra li. ij. ar. xxxvi.

SI homo dictis sui ferēdarij non consentiat p/ter emissa ab eo uerba damnum non sustinebit. Contra quem agitur actione iniuriarum [b] primo uarendā petat actionis, [c] quoniam ante huiusmodi uarendæ præstitionem actor suam corrigendi actionem liberam habet facultatem quam post huiusmodi præstitionem non est habiturus. [d]

a. Concordat Iur. Mu. ar. xxxv. & xli.

b. Cum dicitur primo uarendam petat actionis. &c. Et quando huiusmodi uarenda prescitur uel cauetur, tūc debitū non potest meliorari nec maiorari ut hic & Iur. Mu. ar. xli. non tamen sufficit quod uarenda promittatur sed quod effectualiter fiat & præstetur necesse est.

Glosa.

Damnum non sustinebit. &c. Qualiter & qñ error & confessio procuratoris aduocati vel principalis in iudicio possit reuocari, notat in. c. vlti. de confes. & in. c. olim de censi. & plenius in spe. parteij. ti. de cōfessis. §. vl. ibi vide

Glosa.

In articulo presenti ponuntur duo respondēti maxime necessaria. Primum quādiu quis non consentiat verbis ferendarij damnū nullum sustinet, hoc idem habetur supra li. i. ar. lx. C. de erro. aduoca. libello vel prece. L. sententijs. vnde nota quod Iure Saxonico ferendarij sui dicta retractare poterit vnus q̄diu in ea non consentiat, vt hic & supra li. i. arti. lx.

c. Item post uarendā peti potest iuramentum calumniæ uel maliciæ prius non petitū cū in qualibet parte litis præstatur. Item tēpus probationis reo non currit nisi prius actor uarendam præstiterit.

Ex isto sequitur doctrina litigantium [c] quod si ferendarius quid dixerit in damnum principalis per iudicēq̄ interrogatur. ¶ Iudex eum interrogare eū ante sententiā latā debet, vt supra li. i. ar. lxij.) an dictis consentiat ferē darij. Ibidem alter debet expeti ferendarius, & per eum denunctiatur non esse voluntatis sue id quod ille dixerat, sępius etenim euenit quod ex stulta ferendarij interrogatione eti am iusta inficitur causa. Iure vero spirituali principalis potest post triduum retractare verba procuratoris & posthac non, vt extra de confes. c. finali, & de resti. c. olim, &, hoc ideo fit, quia principales debent presentes ad esse & legittimas ostēdere causas erroris, hoc Saxonem facere non oportet &' ita illi lōgiorem habent diem reuocandi q̄ Saxones ipsi. Aliqui vero id quod dictum est quod ad retractañ verba male emissa ferendarij, deberet alter ferendarius expeti a parte. dicunt quod illud ipse idem solus principalis facere debet verbaq̄ huiusmodi per ferendarium prolata quādiu eis non consenserit retractabit. Impossibile enim est quod vnus consentire deberet his quę in damnum vergunt suum, da-

c. De ferendarijs uide supra lib. i. ar. lx. Iure Mu. ar. xvi. & xlij glo

d. Nota præstita uarenda nō potest quis actionem suam emendare per hūc textū potest tamen diminuere eam qui prius plus petijt, potest postea minus petere per hoc enim nihil deperit reo cum ius sibi suū salua manet ad id faciunt notata per docto. in. c. ij. de libel. obla. & in. c. inter dilectos, de fi. instru.

to etiam quod ferendarius illa protulerit. ff. de confes. L. ij. & L. vlti. & de censi. L. forma. §. vlti. ff. de aqua pluuiali arcē. L. sed hoc ita C. de iuris & facti ignorantia. L. cum testamē tum nullo iure & ff. de iurisdi. om. iudi. L. si per errorem.

Quæritur si iudex non interroget principalē an dictis ferendarij consentiat, vt supra dictū est quo tempore possit retractare verba ferēdarij. R. q̄diu sententia desuper prolata non sit, vt. C. de errore calculi. L. errorem. Secundo quod in articulo ponitur, est id, quod quis quærelam suam ante guarendam meliora re potest. Vnde varenda expeti debet ab illo qui te iudicialiter accusat. f Effectusq; varendæ seu vtilitas est quia actor seu querulator a querela te tueri debet & tenetur si ei demeritam exolues emendam aut per responsuam euades ita qd pro huiusmodi causa seu querela nullus alter te accuset vel accusare poterit, vt supra li. ij. ar. xv. Et item varenda ad id est necessaria quod actor querelam suam postmodū meliorare non potest, sicut si te accusauit pro uiolentia, non potest postmodum te inculpare pro homicidio, præterea si te duellariter seu per duellum alloquatur & non nisi duas conditiones expresserit, varendāq; postmodū faciat, ruet in sua causa, quia omnes tres induellari actione proponere tenetur vt supra li. i. ar. lxiij.

f. Varendæ effectus seu utilitas, concordat supra li. ij. ar. xv. Iure Mu. ar. xli.

Articulus XV.

a. Ad hanc materiam iuxta infra ar. xxi. Codices tamen uetustiores paragraphū præsentem ita legunt si post tricesimum diem eandem rem in iudicio acquirere nitantur. possessor neutri respō debit donec amicabiliter inter eos componatur. aut unus alium in iudicio occasione istius a causa appellat.

SI res hæreditaria a duobus post tricesimū defuncti postuletur a nisi lite inter eos sopita, id est donec amicabiliter cōponāt aut unus aliū in iudicio amoueat nulli eorum præbeatur. Retentor uero rei hæreditariæ armorum bellicorū aut suppellectilis si postulata post tricesimum exhibere negat minus iuste, pro eo mulctā dabit & emendam si eius iniusta retentio iudici nuncietur. b Si autem res litigiosa extiterit a duobusq; impetatur & iudex eam postulet eidem presentari debet, eandemq; seruabit iudex ad litis usq; decisionem, præsentansq; liberatur. Qui expeditorias res hoc est arma bellica postulet, agnatus ex parte gladij esse debet, c ad utēfilia uero seu geradā cognatus idest ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur.

b. Concordat Iur. Mu. ar. xxiij. & xxv. Textus tamen antiqui hūc pāssum ita habent, si prædium ali quod impetatur a duobus & Iudex exigat illa sibi tradi seruādæ rei causa eidem tradetur donec litigantes per ius seperentur, & qui tradiderit iudici liber erit

c. Iure Mu. ar. xxiij. & xxv.

Glosa.

Textus articuli in se planus est nec longa declaratione indiget, plurimum tamen conducit illis qui res aliquas siue sint hereditarie, gerada, arma bellica, apud se in depositō vel accomodato habent, & interim moritur depositor, postmodum vero a pluribus vendicentur quomodo se in his obseruare debeat, sicut si equum arma accomodauerit & interim moritur qui accomodauit, repetantq; duo forsan agnati a possessore rem illam, ille vero nescit quis eorum ius maius ad id habeat nemini illorum dabit quoad iure discernetur, idq; cauetur per constitutionem presentem. Cōstitutionibus siquidem sufultus vnusquisq; defactli damnū & periculum euitare pōt, vt. C. de vete. iur. enucle. L. Deo autore. §. cumq; itaq;. Vnde multi articulū p̄sentē non sane intelligentes in alium sensum eundem trahere videntur. Tu tamen textum vt in se est intelligere debes.

Si autem res litigiosa extiterit. &c. doctrina per id datur huic apud quem res huiusmodi in depositō sit, eandem etenim si difficultatē euitare vult iudici presentabit & vt sic absoluetur, & signanter si iudex eandem postulet, mandato enim iudicis obediendum est, vt Insti. de interdic. §. restitutoria.

Iudex eandem rem vsq; ad litis decisionē seruabit. &c. Textus iste contrariari videtur supra li. i. ar. xxvij. vbi dicitur, quicquid rerū expeditoriarū mortealicuius hēredibus non extantibus relictum sit. Iudex tenetur seruare per annū & diem non alienādo & tandē in vsum conuertet suum, possent itaq; duo litigare pro huiusmodi re vltra annum, & ita esset contra textum allegatum. R. quod non contrariatur, ibi enim loquitur de rebus expeditorijs, vbi opinatur nullū superesse hēredem, hic vero vbi hēredes extant.

Qui expeditorias. &c. vnde nota quōd expeditorias res seu arma bellica hoc est hergewet nullus repetere debet nisi sit ex linea paterna, vt supra li. i. ar. xxvij. In contrariū tamen istius videtur esse articulus tertius libri primi, & item articulus sextus, & Insti. de hēre. quę ab intesta defer. §. item vetustas, &. §. dui. prin. & in auten. de hēre. ab intesta. veniens. coll. ix. per totum, vbi habetur quod illi qui sunt ex parte gladij non habent melius ius q̄ illi qui sunt ex parte fusi. d R. quod leges allegate non contradicunt huic, nec enim vt sic etiam de iure nostro melius ius habent quia q̄uis cognati ex parte gladij expeditorias res tollunt, in recompensam tamen mulieres accipiunt geradam, vt supra li. i. ar. xxij. Vel dic quod expeditorias res accipiunt in primis ratiōe laboris circa tutelam exhibiti vel

d. Agnati ex parte gladij arma tollunt bellica in recompensam uero istius cognati geradam percipiūt

exhibēdi, vt supra li. i. ar. xxiij. qa q̄ sentit labore sentiat etiā cōmoda. Nullus em̄ p̄prio stipēdio militare cogit vt extra de p̄script. c cum ex officij, & in auten. de iudi. §. ne autem &. C. de statu. & imagi. L. i.

Articulus XVI

a Concordat Iur. mu. ar. xxxij. Textus tamen antiqui & Germanicus hunc articulum ita legunt. Iudex non potest aliquem a sua propellere actione nec alter quisquā p̄terquam is aduersus quem actio instituitur.

NEmo aliū a sua repelle re potest actione a nisi is aduersus quem actio fuerat uentilata. Infames tantum tutores habere prohibentur. In imperij & in ipsa iurisdictione proscriptis respondere nemo teneatur b sed ipsos alijs respondere oportebit. c

b. Cōcordat Iur. mu. ar. iiij. glo.

c. Textus alij addūt in illa iurisdictione ubi proscripti sunt.

Glosa.

Nemo alium. &c. Concordat cum isto principio, supra li. ij. ar. xxiij. & ar. lix. & infra eo. li. ar. lxxxiij. & seu. ar. xxxix. & vide etiā quę ibi notantur quoad possessionem. Hic nō dicitur de accione, opponantur autem exceptiones a reis & eorum hēredibus & fideiussoribus nisi sint personales, sed non transeunt ab vno fideiussore ad aliū, vt. ff. de fideiusso. L. amissi. §. vlti. Et sicut exceptio inducit a reo contra actionem actoris, sic ab actore replicatio contra exceptionē, & a reo triplicatio & ab actore quadruplicatio, vt Insti. de replica. §. i. &. §. rursus, & de foro cōpeten. c. ex parte. Effectus aūt exceptionis est si est dilatoria, vt per eam differatur iudicium vel euitetur persona iudicis vel procuratoris, peremptoria vero perimatur actio agentis vel excluditur intentio eiusdē secundū Hostien. in sum. de excep. §. quis sit effectus in princi.

Glosa.

Sensus articuli est, specialisq; doctrina datur quo pacto vnus alium ab actione repellere potest & quomodo vnus alteri respōdere nō cogitur. Iudex siquidem vt ex p̄cedentibus liquet vnicuiq; se benignum iudicem prebere debet quicunq; querulatur. Iste vero q̄ accusatur potest accusatorem repellere si infamis sit vel iure priuatus vel proscriptus, illis enim respondere non oportet.

Vnde pro intellectu istius nota d quod Iure priuati dicuntur multifariam. Primo qui in fama & honore sunt notati macula aliqua sicut de iure nostro sunt fures & prēdones, vt supra li. i. ar. xxxviij. & C. ex qui cau. infa. irroga. L. si furti. &. ff. eo. ti. L. vlti. Secundo iure priuati dicuntur qui anno & die in imperij proscriptione iacent, vt ibidē li. i. ar. xxxviij. Tertio qui cutim & crines redimerint, vt li. ij. ar. xiij. Quarto qui fidefragi sunt, vt supra li. i. ar. xl. Quinto qui vitam vel membrū redimerint per sententiam abiudicatū, vt supra li. i. ar. lxiij. excipitur tamen ille qui manum redimerit occasiōe varende prestite quā tamen explere nequiuerit, vt supra li. ij. arti. xv. Sexto infames dicūtur quos domini redimunt iuramento suo, vt supra li. ij. ar. xix. &. C. ex qui. cau. ali. infa. irro. per totū, &. ibi eo. ti. per totum & vi. q. i. infames.

d. Iure priuati dicuntur multifariam. Ad hanc materiā uide supra li. i. ar. xxxviij, infra lib. iij. ar. lxx. Iur. mu. ar. iiij.

e Pœna iure priuatorum est triplex. Primo quod testificari non possunt, vt. ff. de his qui nota. infami. per totum, &. vi. q. i. c. infames, & extra de testi. c. testimoniū. f Exceptis tribus casibus in quibus testimoniū etiā illorū qui infames sunt admittitur videlicet occasione fraudis imperij vt. C. ad le. Iul. maiest. per totum. ff. eo. ti. famosi. Occasiōe simonie, vt extra de simoni. c. licet heli. Et occasiōe fidei, vt. ij. q. vij. c. oues. Secūda pena illorum est quia tutorem habere non possunt, & hoc intelligere quidam volunt quod videlicet ferendarium habere non possint, alij qui vero qd pugile carebūt in actiōe duellari, tu tamen intellige quod vtrumq; habere non poterint vt clare habetur, supra lib. i. ar. xlvij. & hic in textu.

Quærere tū posset aliquis cuiusmōi est pœna ista quod vnus ferendarium vel pugilem habere non debet. R. quod pœna est nō parua. Ferendarium enim habere non poterit in quo confidat vt eum a malefacto defendere possit, ipse vero seipsum defendere non valebit, qui enim offensus est in vno, offensus est in multis, & qui semel malus semper reputatur malus, vt in auten. vt iudi. sine quoquo, sufra. §. cogitatio, coll. ij. & ff. de. rei vendi. L. & ex diuerso. & in. c. semel malus de reg. iur. lib. vi. Quod etiam pugilem habere non possint. g Ratio est, quia per pugilem vinci poterint & alloqui, vt supra li. i. ar. xlviij. Tertia pœna quia innocentiam suā iuramento declarare nō possunt, nullus em̄ debitum seu excessum iuramento defendere poterit suum, qui crimine notatus sit, vt supra li. i. ar. xxxix. &. iij. q. vij. c. ifamis, &. ij. q. i. c. prohibentur.

e. Pœna iure priuatorum triplex.

f. Infames testificari possunt in tribus casibus, concordat supra li. i. ar. viij. infra li. iij. ar. lxx. Iur. mu. ar. iij. glo.

In textu cū dicitur proscriptis. &c. Proscripti vero dicuntur qui in imperij proscriptione iacent & illis respondere non oportet, vt supra tactum est li. i. ar. xxxviij.

g. Alia ratio & fortior induci potest. Nullus enim admitti debet meliores & potentiores habere tutores q̄ ipse sit, ut supra li. i. ar. xlvij. glo.

Articulus. XVII

a. Textus antiqui ita legunt, proscriptus se in omni loco iuditi in quo proscriptus est eximere a proscriptione poterit, quēadmodū etiam in omni loco eiusdem iurisditionis contra eum querela exitari potest.

PRoscriptus quemadmodum aduersus eum actio proscriptionis in omni loco a iurisditiōis

proponitur [a] ita se in omni eiusdē iurisditionis loco expiabit. Fide/iussorem autem dare debet ut iuri compareat responsurus quem si habere nequiuerit [b] eum iudex usq; ad condignam responsionem retinere tenetur.

b. *Alii textus legũt, iudex eum in custodia seruabit donec ad obiecta respondeat.*

Glosa.

Proscriptus. &c. Multas quæstiões de bannitis vide not. in specu. titu. de accusaci. ad fi. & ibi per Ioan. And. in addi.

Fideiussorem autem. &c. Nam & in crimina li suo nomine conuentus satisdat iudicatum solui & nisi satisdet, debet teneri in carcere publico. ff. de custo. reo. l. i. & l. si quis reũ. [c] Nisi sit mulier quę non debet detineri propter inopiam fideiussorum, vt. C. de custo. reo. authent. hodie nouo iure. Et vide supra li. ij. ar. ix. Et in criminali, pauper si non inuenit fideiussorem non cõmittitur cautioni iurato rie sed incarceratur, vt in specu. iij. parte de accu. §. sequitur, versi quid si non potest, hoc verum secundum Bald. nisi haberet declinatoriã exceptionẽ, vt. ff. de iudi. l. ij. §. penulti.

c. *Mulier ꝓpter inopiam fideiussoris incarceranda non est, uide supra li. i. ar. lxx in anno.*

Glosa.

Articulus presens de proscriptis & iure priuatis disponit. Vnde pro intellectu textus clariori nota [d] qđ iure priuati duplices sunt Perpetuo priuati qui ius suum nullo modo recuperare possunt, vt sunt malefici, fures, latrones, & eorum socij, vel qui pro furto concordauerint vt ꝓximo articulo habetur. Et ad tẽpus & istis ius suum rehabere admittit. Ius etenim inquantum potest potius vnum conseruare nititur q̃ cõdemnare. ff. de actio. & obliga. l. diuus Adrianus. ff. de re. iudi. l. inter pares. ff. de reg. iur. l. in obscuris, extra de probat. c. ex literis & xxxiij. q. i. c. si quis, vt sunt banniti vel proscripti qui ad tempus proscribuntur propter forsan contumaciam, vt li. i. ar. lxviij. in fi. & li. ij. ar. iiij. lxiij. & lxvi. & nunc proxime precedenti articulo.

d. *Iure priuati dupliciter.*

Nota quẽadmodũ proscriptio duplex est, [e] ita duplicit vnus ex ea eliberari debet, iusq; viceuersa acquirit suum. Primo quod proscriptus pro manuali facto de quo & hic tangitur iste venire potest & acquirere ius suum veniendo ad iudiciũ & iurando innocentiã cautionemq; ponat ad respondendũ, hocq; ex eo fit quia sepius proscribitur vnus innocẽter, admittitur ergo ei eliberatio prout habetur, supra li. ij. ar. iiij. & C. de aboli. l. ꝓses, & hoc intelligendo de proscripto qui citatus non sit nec ei terminus prefixus fuit. Si vero citatus secundũ iuris ordinem proscribitur non potest se eximere nisi eum consensu iudicis & principalis quia per contumaciã defensam perdiderat, vt. ff. de re. iudi. & de effec. sen. L. contra pupillũ, & L. cõtumacia, & supra li. i. ar. lxvij. Secunda proscriptio dicitur imperij & ista proscriptio est duplex. Primo anno ꝓscriptio illa bannus vocat, [f] & interim dinosci potest si nocens vel innocens fuerit proscriptionis illius & durat anno integro, interimq; Imperator admittit expurgationem innocentię sue. Secundo vocat proscriptio maior in qua abiudicatur vnus, vita, bonis, honore, iure, & ex ista expiare se minime poterit nisi in acie Regis, cum Rex pugnauerit lanceatum inuadat, vt supra li. i. ar. xxxviij, & C. de bonis proscrip. L. deportati, & ff. eo. ti. L. i.

f. *Cõcordat Iur. mu. ar. xciij.*

Notandũ preterea quod homines proscribi solẽt propter duplices excessus. [g] Primo ꝓ violẽtia sicut prõ homicidio vulneribꝰ, baculatione, vt supra li. i. ar. lxviij. & isti eximũt se a proscriptiõe dupliciter. Primo si sunt innocentes eximunt se vt hic, & li. ij. arti. iiij. & xiiij. & C. de abolici. L. abolicio. ff. de re. iudi. L. si se. §. condemnatũ. Secundo eximunt se & eliberant si concordauerint, vt supra li. ij ar. iiij. & C. de abolici. L. abolicio, & ff. dere. iudi. L. si se. §. condemnatum, & C. de transacti. L. causas, istud aũt fieri debet de cõsensu iudicis, vt infra ar. xxxiiij. & C. eo ti. L. preses. Secundo proscribuntur qui de furto vel spolio accusantur, & si innocentes sint eximere se possunt vt alij. Si vero noxij fuerint concordari eis non licet, quia si concordauerint infames & iure priuati efficiuntur, vt supra li. i. ar. xxxviij. & C. ex qui. cau. ir fa irroga. L. si furti, & C. de aboli. L. ij. §. fin autem. Ex isto sequitur quod vt sic accusatus vel ꝓpetuo proscriptũ eum manere oportet vel infamis efficitur aut periurus erit.

g. *Proscribi cõtingit unum propter duplices excessus.*

Et quia sepius euenit quod vnus aliũ vtpote amicus amicũ a proscriptione lubens eliberare vellet, [h] vt id non noceat fame & honori eius infrascriptam vide practicã. Si proscriptus qui vere proscriptus est, vtpote predo. vel fur succurrere vnus vult, ordinetur aliqs alter extraneus qui negotiũ cum actore componat & ita ille solus nõ cõcordabit occasione furti, exindeq; nihil nocebit iuri suo. Qđ aũt id fieri possit vide li. i. ar. xxxvij. cũ dicit in primo paragrapho. Vel q paciscũtur spolia vel furta vel ea reddunt, loqtur enim de illis qui pro seipsis concordiam inierunt de furto quod infames efficiuntur, & nõ loquit nec prohibet quod alter id facere nõ possit, immo postq̃ liberatus fuerit nullus eũ conuincere poterit quod occasione furti cõcordauerit. Si vero imperatur ille qui eum liberauerat dicere potest quod ego dedi hoc & hoc pacem redimendo vt amicum meũ non infestaret sed vt eundem in pace dimitterem, & ille absolutꝰ nõ impeteretur. ¶ Quęrere vlterius quis posset, dato quod ab actore absoluitur a iudice vero quomodo liberatur. R. potest sibi prefigi terminus contra actorẽ actorq; non veniẽs ex contractu secũ facto, cadit ab accione nec plus actor nisi multam iudici & emendam illi contra quem quęrulare ceperat succumbit, vt supra li. ij. ar. viij. & hęc omnia secundũ cõdictamen & concordiam cum actorea parte per amicũ accusati fieri possunt. Preterea quęritur, quid randẽ facere debeat occasione iuramenti quod prestare debuit. R. quod iurare deinceps non tenetur. Si vero ad iuramentũ cõpelletur, iurabit sub his ỽbis. Proscriptio in quam incidi in ea vlterius manere nolo sic me deus adiuuet. Alij dicunt quod iurare tenetur quod absq; culpa eius in proscriptionẽ venit, sed hoc non, quia nullus proscribitur nisi ex cõtumacia, vt supra li. i. ar. lxvij. & ff. de re. iudi. & effec. senten. L. cõtumacia, & ff. quomodo & quando iudex. L. cessante, & L. tres denũciationes, quia si iurauerit vt sic efficeretur infamis, ergo iurare nõ debet secundũ istum modum quod videlicet sine eius culpa proscriptionẽ inciderit. Quidam dicunt quod iurare deberet quod facti innocens sit, sed hoc nõ, quia alias etiã infamis esset, vt. C. de iure iuran. L. delata & L. generaliter, & ff. quorũ re. actio. non da. L. iusiurandũ. Ex quo itaq; fideiussores statuere eũ oportet quod respõdere vellet. Quare pro facto iurare nõ tenebitur per hunc q; modũ a proscriptione vnus alium eliberare poterit honoremq; conseruabit & a periurio eundem liberabit.

h. *Practicã uide quo modo occasione furti prede, transactio fieri debeat ut non derogęt fame illius.*

Articulus XVIII.

Si proscriptus dixerit in iudicio se ꝓscriptionẽ debito modo euasisse, illud si per iudicẽ scultetumue aut preconem loco iudicis & duobus testibus additis idoneis uiris nõ probauerit, actor probatione ulteriori super proscriptione cõtra eum obiecta non indigebit. Sed qui sub regis banno fuerit proscriptus ad probandum sui expiationem duorum bannitorum testimonio & iudicis indigebit.

Glosa.

Superius dictum est quo pacto vnus a proscriptiõe se expiare debet hic tangit quomodo id eum ostendere oporteat.

Vnde nota quod quẽadmodũ vnus triplici[a] tet in proscriptionẽ incidere potest [a] ita triplex probatio censetur quod quis a proscriptione liberari possit. Primo dicitur vnus in proscriptionẽ imperij incidisse & in isto casu is Imperatoris vel Regis literas ad sui expurgandũ necessario habere debet, vt supra li. i. ar. xxxviij. & ifra eo. li. ar. xxxiij. & C. de mãda. princi. L. si quis. Secundo proscribit aliquis sub banno Regio, vnde ad probandum sue expiationis necessario habet duos bannitos & iudicem pro testimonio vt is articulus. §. vlti. declarat. Tertio proscribuntur aliqui a iudice q vlterius infeudatus est iste pro declaratione liberationis sue necessario habere debet in testimoniũ iudicem & duos ad iudicium pertineñ, si istud habere nõ poterit, victus erit. [b] Quicquid enim quis dixerit probare eum oportet. C. de probaci. L. possessiones. L. frustra. L. actor. L. sciãt, & C. de eden. L. is apud. & ff. de excep. L. i. C. de proba. L. siue possidetis, & Insti. de interdi. §. commodum, & extra de proba. c. ex literis.

a. *Triplex probatio quod unus à proscriptione liberatus sit.*

b. *Quicquid aliquis allegat probare illud tenetur. Concordat Iur. Mu. ar. xxxij.*

Articulus. XIX.

INgenui seu liberi atq; ministeriales imperij licite coram imperio aut Rege testes esse & sententias inuenire possunt, quia per sacramentum Regi fidelitatem debitam spoponderunt. Non licet tamen tali ministeriali sententiã edicere uel testimoniũ dare aduersus bannitos, si causa in uitã ipsius honorem aut hereditatis amissionem cedere uideretur.

Glosa.

Saxones rebus prouidẽ suis indemnitatiq; precauẽ eorum ab inicio diligentissime semper obseruabant ne quouismodo conuinci testimonio possint. Presens itaq; articulus de testimonijs tractat vbi & tria cõtinetur. [a] Primo innuere vult quod nullus testificare potest nisi sit liber homo. Seruiitaq; ad testimonium nõ admittũtur, vt. C. de testi. L seruos & extra de verbo signifi. c. forus. iiij. q. iij. c. si testis. ver. liberi testes, & iiij. q. vj. c. infames, hoc tangitur hic cũ dicitur ingenui. &c. Secundo tangitur quodam modo differentia inter seruũ & liberum ac ministerialem, quę vero huiusmodi differẽtia sit inferius ar xlv. clarius declarabitur, & hoc notatur ibi cum dicitur atq; ministeriales Imperij. Tertio in-

a. *A testimonio qui reiaantur uide.*

nuere vult [b] vt sciamus qđ nullus testis valeat nisi prius iuret ad sacra, & hoc tangitur ibi, quia per sacramentū regi fidelitatem. &c hoc idem vide. C. de testi. L. iusiurandū &. ff. de feri. L. i. & extra de testi. c. nuper, &. c. tuis. iiij. q. iij. c. si testis ver. iusiurandi, &. iij. q. ix. c. hortamur.

Fidelitatem debitam spoponderūt. &c. Vñ nota quod iuramentū fidelitatis [c] Emphiteote vasalli & ministerialis est, Iurare enim debet quod ipse iuri affectus & fidelis esse vult prout ministerialem decet. Sic etiam in feudatus iurat fidelitatē domino suo, de forma vero fidelitatis vide in li. feu. per totū, & in decretis. xxij. q. v. de forma, Iurare enim debet fidelitatē dño verbo, facto, cōsilio, auxilio, vita, bonis. &c. vt ibidem clarius habetur.

Vnde nota pro maiori istius declaratione d quod ille qui fidelitatē iurat dño suo, hęc infrascripta menti semper habere debet. Incolume, tutum, honestū, vtile, facile, possibile. Incolume quod ipse domino nō sit in damnum sanitatis sue tum & bonis. [e] Tutum ne sit ei in damnū de secreto suo, vel munitionibus per quas tutus esse possit, immo immutatis ab o ni suspitiōe. Honestū ita quod prouideat vtiluarē eius nec in iure suo eundem impediat ipsumq; in omni loco in bonis corpore & honore tueatur ac eidem honeste assistat. Vel sic curare debet ne sit ei in damnum de sua iustitia vel de aliis causis quę ad honestatem eius pertinere videntur. Vtile ne sit in damnū in possessiōibus. Facile ne dño bonū illud qđ dominus facile expedire possit ordinet vt sit dificile, neue quod est dificile faciat impossibile, vel paret rē quę officere possit dñ) in bonis vita, & honore, debet etiā facilis esse in omnibus honestis vtilibus pro obsequio domini. Pręterea pro augmento rerum domini sui & pro cōmodo facere debet ac o nino euitare vt autoritas & potētia domini non minuatur sed crescat, nec friuole dño resistere debet, de his vide plura. xxij. q. v. c. de forma fidelitatis, et feu. c. iij. &. c. lxix. Dominus etiam iura fidelitatis erga vasallum obseruare tenetur, & si non facit periurium cōmittit, vasallusq; a iuramento fidelitatis absoluitur, vnde dato quod nō iuret sed promittat & post modū illud idem non seruet periurus est & fidefragus, [f] apud deum enim nulla est differentia inter iuramentū & promissum, vt. xxij. q. v. c. iuramenti.

Non licet tamen. &c. Dicere aliquis posset. Ex quoquidem ministeriales cōtra bannitos testificari nō possunt : rout paragraphus articuli habet, quo pacto itaq; conuinci debēt in eorū excessibus, difficile enim eorū generatione similes inueniri vel haberi possunt in testificando contra illos, & ita excessus eorum impune manebit quod est contra leges, vtin auten. vt om. obe. iudi. §. i. col. v. [g] Vbi dicitur quod status quantumcunq; eminens non addit facultatē quod quis male operari debet. R. itaq; qđ ministeriales aduersus bannitos testificari non possunt, intellige coram imperio. Imperiū etenim excepit illos a iure ministerialiū. Secundo intelligе quod testificari contra illos non possunt in comitatu, qa ibi nullus sentētias inuenit nisi qui ad sedem iurauerit scabinalē. h Tertio intelligitur qđ testificari nō potest in loco vbi scabinus est. Si vero homo scabinali sede dignus locum scabinalem protunc nō habeat superioris iudicis iudicium quęrere eum oportet, vt infra ar. xxvi. Et qa iudiciū quęrit quare & sententi as ad iudiciū pertinentium tollerare eū oportet. Vnde etsiquidem articulus. xij. lib. ij. §. ij. huic contradicere videtur, vbi dicitur quod contra bannitū nullus sententiā inuenire pōt nisi sit gnatione similis. R. qđ nō cōtrariatur huic. Ministeriales em eū scabinis sūt qualis generationis in clipeo, quintū enim obtinent militarē clipeum, vt supra li. i. ar. iij. hunc q; prętactū honorem obtinent banniti propter eorū officium. Ex genelogia etiam sunt nobiliores q̄ aliqui ministeriales prout in terra Saxoniç adhuc cernitur, breuiterq; sciendū quicquid scabini specialius iuris habēt [i] hoc in profectū eis cedit in loco illo vbi officio prefunt, & vbi bannum regium habetur cui prędicent, & ita debent intelligi iura allegata pro parte ipsorū adducta, Si vero ipsi quę rulentur alibi in alio iudicio eos oportet ius dare & ius recipere vt alij homines, etsi etiā contra illos cōquiritur eos respondere oportet vt relig, vt supra li. i. ar. lxi. Ibi vbi qs aliquem conuenit ibi licite recōuenietur, & infrā ar. lxxix. &. lv. & item, xxvi. &. ff. de decuri. L. i. Si etiam deliquerit iudiciū sustinere cogitur illud vbi deliquit. Quamuis huic contradicere videtur articulus. lix. li. i. intelligе tamen si ibi fuerit bannus regius, & ita pro intentione nostra erit articulus prędicens. xix. &. C. vbi de cri. agi. opor. l. quęstiones, &. C. in qui. cau. mili. fori. prędscripti. L. omnes. C. de iurisdici omni iudi. & foro. cōpe. L. vlti, &. ff. de iudi. L. i. &. iij. q. vi. c. ibi enim.

[b] Testimonium non valet nisi testis iuret ad sacra.

[c] Iuramētum Emphiteote et vasalli quomō fieri debeat vide.

[d] Fidelitatem domino iurans quæ habere menta debet.

[e] Concordat feu. c. iij.

h. Nota iure feu. quē dimidiū pōssidet mālsum & qui quinq; solidos à domino habet annuatim testis esse potest & sententiam reprobare.

i. Scabini quomō prærogatiuis suis gaudeāt.

Articulus XX

AGrum alterius arans ignoranter nullam pœnā pro eo sustinebit. Sed qui arat agrum quē dicit suū esse si succubuerit hoc emēdabit. Quilibet etiam arantem agrum suum licite sine iudicis licentia ut eum ad iustitiam faciendam inducat pignorabit. [a] Arando nemo uitam suam amittit aut sanitatem,

[f] Iuramentum & promissum equipolent.

[g] Status quantumcunq; eminens non addit autoritatem qđ quis male operetur.

a. Alij textus habent nemo potest uitā aut membrum per iudicū demereri, arando sundū indebite sibi usurpatum nisi sibi per sententiam fuerit abiudicatus & pax uicinori sit super eundem publicæ edicta.

116

nisi ager qui aratur alicui per sentētiam sit abiudicatus, & adiudicato pax sit super eo nunciata.

Glosa.

Articulus prędens superius li. ij. ar. xlvi. declaratus habetur. Vnde dicūt quidam quod superflue ponitur hic. Alij vero asserunt qđ iste cōtrariatur illi ex eo, quia hic ponit qđ arans agrum sine pœna manet. Ibi vero habetur quod laborem & semina amittit, q vero vt sic mulctatur sine pœna non erit. R. tamen quod non contrariantur adinuicē, hic enim propterea manet sine pœna quia ignoranter facit, ibi vero non prędcise ignoranter quia eo tempore quo adhuc id facit vel agrum arat, sibi actio intentatur.

Qui arat agrū quem dicit suum esse. &c. hoc ex eo fit, quia sibi vendicat rem alterius extraiudicialiter & hoc idem verum est & locum habet in omnibus similibus casibus cū vnus vendicat sibi bona alterius iniuste, soluit enim pœnam & emendam vt infra ar. xlij. &. C. vt nemi. lice. sine iudi. autori. signa. L. sępe, &. I. reb°. Insti. vi. bono. rapto. §. sed nedum. C. vnde vi. L. si quis in tantam. In cōtrarium istius videtur esse Insti. vi. bono. rapto. §. sed nedum, tum & in alijs legū locis, quod is qui sibi violenter & sine autoritate iudicis rem vēdicat, perdit rem huiusmodi, quod si res quam vendicat sit alterius ad duplum rei vendicate cogitur. R. tamen nullā in eo esse contrarietatem, hic enim loquitur de illo qui vendicat extraiudicialiter rē aliquam emendaq; liberatur. Leges vero allegate intelligi debent de illo qui violenter inuadit & occupat rem alienam.

[b] Rusticus alium rusticum eiusdem uillæ pignorari in campo non debet.

Licite sine iudicis licētia pignorabit. &c. [b] Intelligi debet nō de rusticis villanis. In huiusmodi enim casu rusticus villę de facili iusticiam consequi poterit de altero villano, sed intelligitur de externis hominibus, & hoc liquet ex eo, cum dicitur vt eum ad iustitiam faciendam inducat.

Arando nemo vitam amittit. &c. & hoc ex eo, quia arando terram domini sui non peiorat nec alienat.

Nisi ager per sententiā sit abiudicatus & pax sit nunciata. &c. Et si pacem illam fregerit vita punitur, vt hic & supra li. ij. ar. lxx. &. ff. de vi. &. vi. arma. L. prętor ait. §. ne qđ autem, &. ff. ne vis fiat ei qui possess. p totū, &. ff. de vi. publi. per totum.

Dicere quis possit. Quod vnicuiq; indicitur pax ad quamlibet sententiam cum quis optat & signanter circa bonorū resignationem an ergo ille tam facile pacem frangit sicut hic iste. R. quod nō, quia forsan ille putare posset quod ager huiusmodi suus fuisset quare gratia sibi in eo ostenditur, vt Insti. vi. bono. rapto. §. quia tamen, &. C. de iur. & fact. igno. L. error facti.

Articulus XXI

IMpetant si duo unam rem uel predium cū simili testimonio & actione, [a] ipsis eque res erit diuidenda. Istud testimonium a circumsedentibus uillæ [b] in qua bona huiusmodi sunt situata determinetur, & qui testimonium plurimarum habuerit personarum, is rē seu illud prædium obtinebit. Si uero uicinia ignorauerit quis eorū iustiorem habeat possessionem, [c] tūc per sententiam ueritas experiri poterit, [d] uel actor & reus de his bonis quod ad unumquenq; eorum pertineat sub iuramenti ostendant præstatione, ad quod iudex nuncti os suos mittet. [e] Quicquid uero ab eis æque ostenditur æque eis ut dictum est diuidetur.

Glosa.

Impetant siquidem duo vnam rem. &c. Pro ista materia & accione, vide. C. vti possidetis. L. vnica. & quę loquūtur & notantur in. c licet de proba. & in. c. ex literis. Et recte iudicari debet pro illo pro quo plures faciūt rationes, de hoc inspecu. de disputa. & allega. § iij. vers. studeas & hic Et in dicto. c. licet ponitur illud quod duo in simul candē rem & eodem modo in solidū possidere non possunt, quod intellige vt ibi notatur. Et intellige de re corporali & licet res cōmunis a pluribus cōmuniter possidetur, quilibet tamen possidere dicitur pro iure & sua parte, quis pro indiuiso.

Vt dictum est diuidetur, de iure aūt Canonico gratificet iudex quando ex vtraq; parte pares sunt testes, & petitur res indiuisibilis, vt notat. iiij. q. ij. c. si testes in glossa magna, iuxta fi. versi. Item si res est, & de testi. in nostra in prima glossa. Alioquin inter partes diuidatur vt hic & ibidem notatur.

Glosa.

Declaratio articuli prędcentis deriuat ex arti-

[a] Alij textus addunt & neuter alium preueniat in agendo, ad hanc materiam uide supra eo. li. ar. xv.

[b] Alij addunt aut aliarum arcumuianarum uillarum.

[c] Textus uetustiores habent aquæ iudicio decernatur.

[d] Textus alij ita legū ,uel actor & reus iuret quod recte ostendat quantum sibi de iure pertinet & non plus.

[e] Alij textus habent si uero uterq; iuramēto probauerit æque eis diuidetur.

culo immediate precedēti. Sensusq; illius est si quis dicat quod alter agrum suum aret, alterq; contradicat suum esse allegando, vel si vterq; dicat suum esse, sed alter alleget magis de eodem sibi ptinere, & ita eueniret qđ duo vnam rem equaliter impetant, sicut si vterq; eorū equaliter agri stadia habeant vel possideant, hoc innuitur ibi simili possessione. Si etiam vterq; dicat quod vnus nō plus ad illū pertinet q̄ alter vel quantū sibi cōpetat & tunc similis actio erit, & hoc tangit ibi simili actione. Cum vero vterq; se trahūt ad iudicem & ad vicinos, simile illorū erit testimonium, & hoc tangitur ibi simili testimonio. Specialeq; in hoc articulo habetur qđ in huiusmodi querela vterq; illorū actor & respondens est, vt. ff. de iudi. L. ij. &. iij. & de proba. c. ex literis.

Istud testimoniū. &c. Intelligendū est nō qđ vicini istud narrare vel manifestare deberent testesq; informare, testis enim qui in suo testimonio informatur ab aliquo, locū non habet. f Testimoniumq; ex narratis fieri non debet, vt extra de cleri. c. per inquisitionem & extra de testi. c. tam literis in fi. &. c. causam, extra de cōsan. & affini. c. tua nos, extra de successi. ab intesta. c. cū dilectus, extra de accusa. c. inquisitiōis. §. quęsiuisti, extra de eo. qui cogno. caus. c. super eo.

¶ Intellige ergo quod vicini per se testificari tenent cui illorū iuste ager ille pertinet & cui non. Vnde & per hoc quod dicit determinetur, innuitur qđ cogi ad hoc possunt, vt. C. de testi. L. si quādo &. iiij. q. iij. placuit ver. in criminali. Quamuis in oppositū videtur esse extra de testi. c. si qui testiū. iiij. q. iij. c. placuit vers. in criminali, &. ff. de iureiuran. L. ad personas, vbi dicitur quod senes, egroti, milites qui sunt in obsequio imperij, isti ad testificandū cogi non possunt. Intellige tamen quod cogi non possunt vt veniāt ad testificandū qui egroti sunt, cogi tamen possunt vt testificentur illud quod viderūt & quod sciunt. Sic etiam de illis intelligitur qui sunt extra in obsequio imperij nū & amici & affines & alij qui nominātur. iij. q. iij. in. c. allegato. Testes tamen huiusmodi cogi non debent sed salubriter amoneri. g Excepto tamen in tribus casibus, vt si veritatē recognoscere noluerint propter odium, amorē, gratiam, vt extra de testi. cogen. c. cum super, & xi. q. iij. quisquis. Preterea qui mediator cause fuit cogi non debet ad testificandum nisi charitatiue petat per partes vtrasq;, vt in auten. de testi. §. si. coll. vi. & extra de testi. c. dilectorū in princi. glo. h Ille etiam qui testes indiguerit eis impensas ministrabit, vt. C. de testi. L. quoniam, &. iiij. q. iij. c. si testes ver. liberi. i Propter testificandū etiam & eorū aduentum nihil dari eis debet, vt in auten, vt litigan. in exordi. liti. furent. §. i. coll. ix. Iure tamen Saxonico nullibi inuenitur quod iudex cogere testes debeat verum is q̄ eos indiget eosdem afferre oportet & ita obseruat vbilibet. Si quis tamen ius Saxonicū de testibus ꝓducendis recte intelligit, aperte inueniet quod non discrepat in isto casu a legibus & Canonibus & hoc sub quadam distinctione, Iure enim prouinciali nullus cogere pōt testem qui in sua iurisditione presens non est nisi forsan veritas aliter inuestigari non possit, sicut hic. & xiij. q. ij. c. quanquā. C. de hęreti. L. vlti. &. ij. q. vi. c. statutū. Si vero sit in eodem iudicio ille qui in testem vocatur, eūdem iudex cogi potest ad recognoscendū veritatem sub suo iuramento, vt supra lib. ij. ar. xxij. ibi si idem aduersus quem testimonium producitur in testem nominatur. &c. & infra li. iij. ar. lxx.

D. A. posset, quod articulus. xxij. supra li. ij. allegatus non id intendit quod videlicet iudex testes cogi deberet, verum innuere videtur quod si is aduersus quem testimoniū producitur in testē nominatur, debet de sibi notis veritatem aperire. Sed & in contrariū esset ar. lxij. li. i. vbi habetur quod testes si quis nominat eos ꝓducere oportet. Legibus etiā cauetur quod is qui accusat probationes habere oportet, vt. C. de eden. L. qui accusare, hoc istum facere non oportet si iudex ad testificandum cogeret.

Pro intellectu istius. R. quod quicquid corā iudicio fieri debet ex coactione iuris vt fiat necesse est. Si itaq; iudex cogere potest vt ego super meipsum testificem, sine dubio cogere etiam potest vt veritatem contra alium recognoscam. Quod etiam vnus testis adducere debet quos nominauerat hoc fit ex eo, quia ipse confidit quod illis notum sit quos nominat, & postq̄ illos aportauerit, iudex eos cogi poterit. Ad legem vero allegatam vbi dictum est quod qui accusare vult, probationes habere oportet. Intellige testes habere cogitur vel probatiōes sue propositiōis, eos em̄ iudici nominare tenetur, & si illos nominare potest, illos habet. Vnde & breuiter sciendū quod leges allegate q̄e iniure Saxonico habentur quod videlicet iudex testes cogere potest, intellige postq̄ eos principalis iudicio presentauerit. Cum vero dicitur quod principalis testes habere debet paratos, intelligē quod eos in iudicium presentare oportet die per iudicem prefixo, vt supra li. i. ar. lxij. & extra de testi. c. vlti. c. in causis, &. c. lignificauerunt, & in auten. de testi. §. quia vero multum, coll. vij. k In criminalibus tamē testes cogi non debent. C. de testi. L. quoniā &. ff. de iniur. L. cum qui, &. C. eo. ti. L. si nō &. C. de famo. libel. L. i. &. iiij. q. iij. c. si testes, ver. liberi, & extra de testi. cogē. c. dilectorū in princi. glo. & hoc ex eo fit, quia excessus qui iudicio denūciatur corrigiq; debeat ex actissime inuestigandus est, vt. C. de proba. L. sciant, &. C. de accu. & inscrip. L. singuli. Et qui testimoniū plurimarū personarū. &c. l Intellige tamen quod testimoniū triū proborum hominū maius & efficacius est q̄ centum improborum, quia honestas personarū inspicienda est in testimonio non pluralitas, vt extra de testi. c. in nostra &. c. licet &. iiij. q. iij. placuit ver. in criminali.

Id quod in annotatis ex Codicibus vetustioribus habetur, aque iudicio decerneī. &c. m Quidam dicunt quod textus iste intelligendus est qđ aqua benedici debeat, & si ex ardore lesit aliquem illius negotiū iniustū erat istudq; admittebatur ex antiqua Saxonū cōsuetudine, nam & in leuitico habetur, quod aqua impudicitia mulierū experiebat. Saul preterea quodam presagio didicit, quod Ionatas mel prohibitū comedisset & alia multa per huiusmodi signa in notitiā deueniebant, vt in multis locis veteris testamenti habetur. R. tamē q̄ istud ex fide nostra minime admitti debet, qui enim ex sortilegijs res futuras scire conatur vel periculo huiusmodi se exponit mortaliter peccat. Scriptū enim habemus, noli tentare dominū Deum tuum. Vnde etsiquidem in antiqua lege experientie huiusmodi quodammodo admittebant, quare facere id licuit. Nunc vero quia prohibitum est abstinendū erit, vt. xxvi q. ij. per totum, immo ea faciēs excōmunicatur ea. q. v. c. si quis, &. c. non liceat. Preterea consuetudo ista apud Saxones est iā abrogata postq̄ ad fidem conuersi sunt Christianam. Vnde in proposito, iudiciū aque non dicitur ex eo, quod per aquam veritas indagari deberet, sed potius aque iudiciū dicitur quia omnes tam sontes q̄ innocentes bibere coguntur aquā hanc iuramenti, sicut insontes & nocentes iudei bibere cogebantur ex aqua in quam vtulus ille cōflatilis aureus impulsus erāt. n Iuramentūq; huiusmodi vocatur sententia aque, quia iuramentū sicut aqua fluit de vno in alium. Illud etiā quod habetur seu. quod sententia dei expeti non debet, nisi aliter veritas inuestigari non possit sic intelligendū est, qđ vnus ad iuramentum non cogatur vt aliqui Codices habēt, si aliter negotiū per testes vel probationes inuestigari potest, exinde etiam sequitur quod iuramentū dicitur hortilegiū seu sententia dei quia deriuatur in corpus & animam. ff. de dolo. L. quod si deferentē. Super iuramentum enim vel occasione iuramēti iudicium dei pertinet, vt. C. de iureiuran. L. iurisiurandi. o Admitti preterea non debet quod duo super vna re iurent, quia vt communiter vnus periurus efficitur, vt Insti. de acci. §. si qs preterea. Si vero duo iurent super vnare diuidatur eis per medium propter iuramentū factum, vt. C. de re. credi. L. in bone fidei. ff. de iureiuran. L non erit.

f. *Testimoniū ex narratis fieri non debet.*

g. *Testes in certis casibus cogi possunt.*

h. *Qui testes indiguerit eisdem impensas ministrabit.*

i. *Testes predo conduci non debent.*

k. *In criminalibus testes cogēdi non sunt.*

l. *Testimonium trium proborum hominum efficacius est q̄ centū improborum.*

m. *Sententia aquæ dicebatur ex antiqua cōsuetudine apud Saxones cum causa in dubio erat, & veritas aliter inquiri non potuit, extūc aquam bulientem actori ad bibendum dabant, & si exinde ægrotabat, uel aqua illa actorem ledebat seu urebat, sententiabatur reus, seu.c.xl.*

n. *Hæc glosse declaratio non satisfacit opinioni adductæ sed & eius ulterior interpretatio parū affert utilitatis, intellige ergo textum ut in se est, quod hæc fuit antiqua Saxonum cōsuetudo in declarando innocentiā suā quod accusatus in aquā bulientem manum immerserant, uel ferrū candens gestabant ut superioribus declaratum est, li. i. ar. xxxix.*

o. *Admitti non debet quod duo super una re iurent quia alias unus erit periurus.*

QVi equum aut uestimenta ad certum tempus accomodauerit, & si diucius hæc ab eo retinentur, statim post interpositam a creditore actionem huiusmōi reddere debet detentor. Et si peiorata fuerint commodatori ad interesse tenebitur in his uero debitor furtū aut rapinam dici non poterit commisisse, quia solus libere accommodauerat. Licite etiam quis bona sua sicut iuris est poterit uendicare quæ alius contra iustitiam ultra terminum præfixum tenet occupata.

Glosa.

Statim post interpositam, &c. a Sic ergo mora sua sibi est nociua, vt. ff. de reg. iur. L. in cōdemnatiōe. §. vnicuiq;, & eo. ti. c. mora. li. vi b Tenetur enim morosus de casu fortuito etiam si res eodem modo fuisset apud dominū peritura. ff. de lega. i. L. cum res. §. vlti. Itē est mora nociua quoad fructus ad quos tenetur morosus ex die more quando aliquid petitur per actionem bone fidei, vel per actionem ex testamento quę sapit naturam actionis bōe fidei. ff. de lega. i. L. apud Iulia. §. fructus, & idem si sit actio stricti iuris quo peto mihi restitui qđ est meū. Sed si peto alienū veniūt a die litis cōtestate. ff. de vsuris. L. videamus generaliter circa princi. &. §. in fauiana &. §. si actione. Item morosus renetur ad interesse quod peti pōt. & augetur a die more in odium debitoris morosi. ff. de acti. empti. L. ratio. §. si per venditorem. Item nocet mora quoad causarum prosequutionē. Nā si causa cognita statutus est terminus actori ad agendum vel ratio ad excipiendum post terminum, non auditur, secundū dij. in regula indultum, & in regula mora, de regulis iuris li. vi. Ad hoc autem vt qs dicatur morosus regrit quod sciat se debere vel scire debeat quod interpellatus fuerat a die, vel ab hodie & quod habuerit possibilitatem dandi, vt. ff. de rebus credi. L. quod te. Et nota in dicta regula mora. Vide plenius ad materiam hanc in. L. si ex legati causa. ff. de verbo obligaci. in repetitione per Barto. de saliceto.

a. *Mora sua cuilibet nociua.*

b. *Morosus tenetur de casu fortuito.*

Nota actiōes ꝑpetue & peremptorie sunt c quę semper agentibus obstant, & semper rē de qua agitur perimunt vt est exceptio doli mali aut exceptio quod metus causa. Alie vero sunt temporales & dilatorie quę ad tempus nocent & dilationem temporis tribuūt,

c. *Actiones perpetue & temporales quę dicantur.*

Articulus. XXII

vt Insti. de excep. §. perpetue &. §. tēporales, & hoc idem hic intendit.

Glosa.

In articulo pñti tangit materia accomodati quo pacto videlicet vnus rē mobilē alteri ad certum tēpus cōmodatam repetere debet, inuenitur cōtra huiusmodi querelas duplex exceptio que plane habetur Insti. de excep. §. appellantur.

a. *Exceptiones duplices peremptorie & dilatorie.*

Vnde sciendū [a] quod exceptiones huiusmodi quedam sunt peremptorie, videlicet que totā destruunt causam, sicut si contra me queris pro decem, ego vero dico quod te deterrente iuramentū super eo iurau & absolutus sum destruo tibi in toto querelam, vt Insti. de excep. §. eque. ff. de in litē iureiuran. in plerisq; legibus. C. de re credi. L. in bone fidei, &. ff. de iureiuran. L. nam postea, & Insti. de acci. §. siquis. Alia est dilatoria & temporalis, vt si me accusas pro decem, ego vero dico adhuc esse tempus solutionis vnius anni, hic protraho querelā sed non destruo, vt Insti. de excep. §. temporales. ff. de verbo. obli. L. si seruus, & hoc tangitur ibi cū dicitur ad certum tempus. q. d. si monuerit eum ante tē pus redderenō cogitur. Si vero pro tempore prefixo reddere tenetur in instanti, huic tamen contradicere videntur iura que disponunt, quod debita iure acquisita in quindena soluūtur, vt supra li. ñ. ar. v. &. ff. de solu. L. quod dicimus, vbi habetur, dato quod hęres in instanti soluere teneatur cum aliquo tamen temporis temperamento intelligendū est, nec enim cum sacco statim venire debet. Tum & Insti. de inuti. stipu. §. vlti. Vbi dicit si fundum agri stipuleris vel hominem, non poteris continuo agere nisi tantum spacium prēterierit quo traditio fieri possit. Contradicere etiam huic videtur articulus. lxx. li. i. vbi tempus sex septimanarum datur tum & C. de vsur. rei. iudi. L. ñ. &. iij. vbi habet qđ datur spaciū quadrimestre. [c] Ad sopiendum itaq; has controuersias & pro intellectu istius nota quod debita sunt multiplicia. Quędam sunt cum vnus ita cōmodat quod vtilitatem aliquam exinde habet. Ille vero qui dedit nullum emolumentū consequitur, & huic in instanti restitui debet quod cōmodatum est de damnoq; cauere, & de isto habet. ff. de reg. iur. L. in omnibus. Quidam accomodant vterq; tamen exinde vtilitatē habet & iste quindenam habet ad restituendum, vt li. ñ. ar. v. &. ff. de solu. L. quod dicimus. Quidam vero cōmodant & nullam vtilitatē verum damnū ex eo sustinent, sicut fideiussor q pro alio cauet, & is si acculatur sex septimanas habet induciarum fr principalis presens non fuerit, vt. li. i. ar. lxx. &. ff. de cōstitu. pecuni. L. promissor. Item accomodat etiā aliquis vel promittit quod ante tēpus reddere nō potest, sicut si promittit aligs bona feudalia ordinare seu dimittere, is facere illud non poterit nisi prius ad dominū veniat, & istud apud dominū procuret, vt supra libā. ar. ix. & insti. de inuti. stipu. §. vlti. Item sunt quędam debita adeo magna quod spacio trium mensium indigent sicut est verigeldus vt supra li. i. ar. lxv. &. C. de vsur. rei. iudi. L. ñ. & ex isto liquet quod leges supra allegate nō contrariantur inuicem.

c. *Debita sunt multiplicia uariſq; contrahuntur modis.*

Furtum aut rapinam dici non poterit commisisse. &c. Circa id notandum venit [f] quod si quis aliū pro debito ꝓscribit iniuste agit, quia cum libere quis aliquid accomodat furtum in eo non cōmittitur, vt supra li. ñ. arti. xxix. In contrariū licet videntur leges vt Insti. de obliga. que ex delict. nascun. Vbi innuitur quod furtū nedum in furto fundatur sed etiam in contrectatione rei aliene inuito dño vt Insti. de obliga. que ex delict. nascun. §. furtum, & id in proposito fit. &. tamen qđ res quędam potest esse furtiua ille tamen non efficitur fur, ita quod suspēdi possit & de isto hic tangitur, vt supra li. ñ. arti. xxix. &. ff. de fur. L. seruī. & filiū. Pro huiusmodi etiam furto vt tactum est interfici non licet, vt in auten. vt nulli. iudi. lice. habe. loci conser. §. ꝓ furto coll. ix. Sciendū tamen pro huiusmōi furto [g] quod quis dolose in re commodata agit, & si non interficitur infamis tamen manet, vt. ff. de his qui notan. infa. L. i. &. C. ex q. cau. infa. irroga. L. si te. &. vi. q i. c. infames. Licite etiam poterit quis bona sua vendicare. &c. hoc est potest ea arestare vel desuper querulari.

f. *Pro debito nullus ꝓscribi debet.*

g. *In rē commodata dolose agens & si nō interficiatur infamis tamen efficiatur.*

Fur

Articulus. XXIII

Qui recipit alitue proscriptū scienter hic mulctam præstet iudicio, si uero ignoranter se id fecisse iurauerit impunitus erit.

Glosa.

Qui recipit alitue proscriptum. &c. [a] Absolute enim proscriptus sicut & bannitus extra protectionem cōmunis pacis positus esse videtur, vt. C. de natura. li. L. i. ꝓ dñ. Est em proscriptio expulsio de ciuitate & protectione publica & bannū seu proscriptio secū trahit suam exequutionem & est interlocutiua, quia fit etiam lite non contestata vt si offenda tur bannitus agere non potest. facit qđ notatur in. L. sed et si. ff. q ex cau. ma. Nec etiā cōiuncta persona que non est in banno pro eo aget, quia principalis persona inspici debet non secundaria. ff. de iniurijs. L. non solum secundum Bald.

a. *Bannum secundum uulgare Gallicorū & Lombardorum uidetur esse edictum publicum. Vnde bannire secundum dicta uulgarium idem est quod proscribere & bannitus dicitur quasi ꝓscriptus è ciuitate ut in proche. fforum. Proscriptio est aduersus absentem iudicialis pronunciatio ut in posterū procul agat ideſt maneat ab imperio, & talis contra quem fit pronunciatio & cuius bona palam & aperte proscribuntur dicitur ꝓscriptus, & debēt omnia bona ipsius scribi & de ipsis inuentarium fieri cōtinens tam mobilium & se mouentium diuersas speies & qualitates, q̄ immobiliū, ut mensuram agrorū & numerum uinearū quantum sit in uineis, oliuetis, arbustis, oratorijs, & pascuis, hāc proscriptionē græco uocabulo diamus pragmaticam quæstionē, uide ad hanc materiā Iur. Mu. ar. 1. glo.*

Proscriptum. &c. Etiam patrem. Nam propter bannum priuatur pater filio iure nature, vt notat Bald. in lib. feu. titu. de pa. tenen. & eius vio. in. §. si vero violator pacis.

Glosa.

Et quia multi contra illos qui ꝓscripti sunt rancore ducti indifferenter omes qui eosdem hospicio susciperent vel alimenta prestarent mulctandos esse statuerūt, obuiatur itaq; illis per constitutionē presentem que sub quadam distinctiōe sita est. Si quis enim proscriptum fouet vt hospitē ignorans quod proscriptus sit excusatur. Si vero hospitat eum sciens proscriptū esse, sed nescit quod id de iure esset prohibitū vt videlicet hospitari nō deberet soluet mulctam, quia ius vnusquisq; scire tenetur nec ignorantia eum excusabit. Qui vero fouet & cōseruat in domo sua ꝓscriptum sciens illum proscriptum esse, maiori animaduersione punitur, vt supra li. ñ. ar. lxxij. &. C. de his qui latrones & alijs crimi. occul. L. eos qui, & L. si qui.

Si vero ignoranter. &c. distingue, vel ignorauit ius occasione istius quod aliqua pœna esset qui fouet proscriptū, mulctā soluere cogitur. Iura enim omnes scire tenentur, vt. C. de legi. & consti. L. sacratissime, &. C. de iur. & fact. igno. L. constitutiones. Si vero factū ignorauit quod videlicet ille proscript⁹ sit, manet sine damno, vt. C. de iur. & fact. igno. ran. L. error.

b. *Communicatio cū proscriptis prohibetur sub pœna capitis, sicut cum excommunicatis cōuersatio interdiatur sub pœna spirituali.*

Sciendū etiam [b] quod cōmunicatio cū proscriptis prohibetur sub pœna capitis seu vite, vt infra ar. xxxiiij. quemadmodū excōmunicatis etiam cōmunicatio Christiana interdicitur sub pœna spirituali, vt. xxiiij. q. vlti. c. de excommunicationis, &. xi. q. iij. c. quicunq;.

Articulus XXIIII.

a. *Alij legunt in omnibus indicijs summo iudicio subiectis proscriptus habetur.*

Nvllus propter proscriptionem in una iurisditione factam in alia iurisditione condemnari debet. [a] Qui in supiori iudicio proscribitur in omnibus iurisditionibus inferioribus ad hoc pertinentibus proscriptus habetur.

Qui autē in inferiori proscribitur, in superiori iurisditione non censetur proscriptus nisi rationabiliter in proscriptionem illam ueniat.

Inferior iudex de proscriptione superioris iudicis cognoscere non debet nisi forte superioris iudicis proscriptio sibi ita cognita sit ut eam iudicis superioris loco uoluerit testificando affirmare, ideſt quod de ea testis loco summi iudicis esse uelit.

Glosa.

In articulo presenti quędam ponuntur notatu digna ad hoc vt sciatur de proscriptis in qua iurisditione condemnari possunt & in qua non. [b] Vnde nota quod in extranea iurisditione vnus conuinci non potest cū proscriptione qui in alia iurisditione proscriptus est, hoc ex eo fit, quia proscriptis vita adimi non potest nisi conuincatur testimonio iudicis & septem testiū illius iurisditionis, vt supra li. i. ar. viij. &. ar. lxviij. Sed si in alia iurisditione detinetur & apportatur iudici dato etiam quod ibidem adsit iudex ille qui eum proscripserat testificari illic non potest vt iudex, quia iudex nullibi dicitur esse iudex nisi in iurisditione sua, & exinde venit prouerbiū illud nullus testes per campū ducere debet, hoc est quod nullus iudex mulctat seu pœnam irrogat nisi in suo iudicio, Iudex etiā ille vbi proscriptus detinetur testificari contra eū non potest, quia nō nisi ex narratis de negotio nouit, sed ex narratis nullus testis esse potest vt extra de electi. c. per inquisitionem, & extra de testi. c. tam literis vestris. In oppositum tamen videtur esse infra articul⁹ lxxij. vbi dicitur quod q iuri suo in vno derogauit loco, vbicq; in eo erumnam sustinebit. In contrariū etiam est consuetudo qa in proscriptione semper vnus conuinci pōt ferme in omnibus locis, consuetudo vero huiusmodi exquo non derogat iuri tolleranda est, vt Insti. de iure. gen. §. ex nō scripto. Si qñ etiam super aliqua lege dubitatur iuxta consuetudinem iudicari debet. ff. de le. L. si de interpretatione. Exquo itaq; cōsuetudo oppositum senciat ergo, &c. diceret forsan qs qđ leges correcte sint p cōstitutiones subsequen. &. tamen quod istud nō contradicit illi. Vnde pro intellectu istius nota [c] quod excessus duplex est pro quo proscribiť aliquis, vnus non adeo notorius & non adeo in scandalū populo Christiano, & ita proscriptus in vna iurisditione non oportet quod proscribatur in alia & de isto loquitur hic articulus. §. i. Nec iudex sine querela contra eum agere debet. Alter excessus est enormis vt sunt publica adulteria, peccatū sodomie, raptus virginum, & similia. Vnde patratores huiusmodi scelerum nullibi pacem habent illoscq; iudex vbilibet querere debet & sine querela cōtra eos agere in mortemq; condemnare, vt Insti. de publi. iudi. §. publica, &. C. de raptu. virgi. & vidua. L. raptores, &. ff. ad le.

c. *Excessus duplex est pro quo unus proscribitur.*

Iul. de adul. L. i. & in auten. vt nō luxurientur cōtra naturam. §. i. coll. vi. & in auten. de manda. princi. §. necp, coll. iij. Si itaq; iudex eos solus querere potest quare & alteri iudici in sua iurisditione cum proscriptione illa eundem conuincere licito admittat & vt sic vnum non contrariatur alteri. d Iuris em abrogationem vitare debemus inquantum possumus. C. de apella. L. precipimus in fine, extra de electione. c. cum expediat li. vi. in autē. qui. mo. natu. effi. sui. §. tribus. col. vij.

d. *Iuris abrogationē uitare debemus inquantum possumus.*

¶ Qui in inferiori proscribit in superiori p̄scriptus nō senciet̄ur. &c. Exinde duplex habetur vtilitas. Primo honestas, per id enim honorem atribuimus superiori iudici quod nullum iure priuare possumus in eorum iurisditiōe, honor enim triplex tribuitur superiori iudici ab inferiore. e Primus vt iam nūc tactum est. Secundus quia super vitā illorū iudicare nō possunt. Intellige si sunt illustres vel principes, vt infra ar. lv. &. C. vbi senatores & clarissimi. L. quotiens. Si vero principes non sint, extunc in ciuilibus non iudicat̄ cōtra iudices superiores ab inferioribus, sed bene in criminalibus ab inferioribus iudicā̄tur, vt. C. vbi de crimi. agi. opor. L. i. C. vbi senatores vel clarissimi. L. i. Tertio quod superiores iudices ab inferioribus honorari debent, ita quod si apud inferiorē sententia increpatur eandem statim ad superiorē admittere debet, vt in auten. de appella. §. sancimus coll. vij. & in auten. de iudi. §. nostros. col. vi. Secunda vtilitas quia si is qui apud inferiorem iudicē proscribitur etiam apud superiorem proscribatur, non posset se apud inferiorem sed duntaxat apud superiorē a proscriptione expiare.

e. *Honor triplex iudica superiori tribuēdus est a iudice inferiori.*

Nisi rationabiliter. &c. Quomodo autem id rationabiliter ostendi debeat vide articulum vlti. li. i. & itidē obseruatur si in marchia proscribitur.

Inferior iudex. &c. f In criminalibus etenim cautissime procedendū est, & non nisi p̄cedentibus documentis condemnari vnus debet, vt. C. de edēdo. L. qui accusare. C. de accusa. & inscrip. L. singuli. C. de ꝓbaci. L. sciant In auten. de testi. §. i. col. vij. xi. q. iij. e. graue &. c. non solum.

f. *In crimialibus cautissime procedendum.*

Articulus XXV

De testimonio iudicis successoris et fori competentis

MOriatur si iudex, eius successor in iudicialibus actibus testis esse debet omnium quæ in defuncti præsentia iudicio acta sūt a quantum scabinorum testimonio fuerit informatus licet ipse præsens nō fuerit i facto nec illud uiderit uel audierit. ¶ b In foro oppido seu iurisditiōibus alienis, respōdere nullus tenetur nisi forte mansionē domicilium uel bona ibi possider, uel nisi iniuriando inibi deliquet uel ibidem respondere fuerit stipulatus. Quod extra aliquam iurisdictionem actum constiterit hoc in eo iudicandum non est.

b. *Vide infra ar. lxxxvij. Iur. mu. ar. xxviij. lxvi. & ar. ci.*

Glosa.

Mansionem. &c. Quia ratione domicilij sortitur quis forum sicut & ratione rei delicti cōtractus & vbi quis soluere promisit, vt in. c. vlti. de foro compe. & in. c. dilecti eodem titu. & vide plene in specu. de compe. iudi. adi. p̄ totū, vide notata in. c. ij. in. §. statuto. de cōstitutionibus li. vi. in repertorio.

Glosa.

Dictum est in p̄cedētibus quod iudices & sententiarum inuentores diligenter attendere debēt qñ cōtīgat vitā alicui p̄ testes adimi, in eo em oculati esse debent, vt supra li. i. ar. viij. & ifra eo. li. ar. lxxxij. Articulus p̄sens declarat de testionio iudicis si iudex moriē & vnus per eum proscriptus fuit qd faciendum. Quidā putabant quod proscriptio expiraret exquo testimoniū eius cessat. Imperatore enim mortuo cessat mandatū eius, vt extra de officio delegati. c. gratum &. c. relatū, &. c. licet vndiq;. Sic per simile mortuo illo qui proscriptionē fecerat quod & proscriptio cessaret, sed hoc non, quia iura illa intelligi debent si causa nondū finita ludex moretur vel actor vel reus. Proscriptio vero fit tēpore vitę iudicis & illius q̄ proscriptus est, q̄re p̄scriptio illa nō expirat morte iudicis. ¶ Successor ei⁹ testis esse debet. &c. Paragraphus iste aperte videtur esse contra ius commune vbi habetur quod testimonium esse debeat non ex natratis, vt extra de electi. c. p̄ inquisitionē, & de testibus. c. tam literis. c cum causa, extra de ac. & extra de cōsanguini. & affini. c. tua nos, & extra de succes. ab intesta. c. cum dilectus extra de accusa. c. inquisitionis. §. quęsiuisti, extra de eo. qui cogno. consangui. vxoris. c. super eo. Est etiam cōtra ius vbi innuitur quod testimoniū fieri debēt ex his quę quis videt vel audit, extra de testiꝫ. c. p̄terea &. c. cum causam, &. xxxij. q. i. c. dixit. Rz. sub distinctione, rerum incognitarū fides non datur nisi testimoniū sit illorū qui viderunt vel audiuerunt, vt extra de testibus

118

c. *Officio plura admittuntur quæ priuato denegantur cōcordat Iure. mu. ar. xi. & xxxij. glo.*

d. *Diuersitatem iuris municipalis a prouinciali uide, concordat, infra eo. li. ar. xxxiij. Iur. mu ar. xxviij. glo.*

e. *Accusatus in extraneo iudicio respondere cogitur in certis casibus, uide infra arti. lxxxvij. Iur. mu. arti. xxviij. & ar. ci.*

f. *Cōcordat Iur. mu. ar. xxviij. glo.*

g. *Rescriptum apostolicū non ualet si causa secularis committatur Iure spirituali iudicari.*

.c. p̄terea. Exquo itaq; istud manifestum est & cognitū scabinis, quare iuste datur fides iudici cui ipsi illa narrarūt, c etiam ex officio fieri admittuntur plura quod priuato denegatur, vt. xxiij. q. v. c. de occidēdis, & ita euenit etiam huic quod ex officio testificare potest nec est in contrarium allegatorum.

In oppidis vel foro. &c d distīguere p id vult ius municipale a prouinciali, & dicit implicite quod nullus homo terrestris seu prouinciali iuri subiectus in iure municipali respondere tenetur, exindeq; innuere vult q̄d actor reum sequi tenetur ad suū iudicē, vt. C. de iurisditione omniū iudicum. L. iuris ordinē, & extra de foro competenti cū sit, secus tamē intelligendū est in criminalibus, quia illic pati oportet vbi qs excesserit, vt. C. vbi de crimi. agi. opor. per to.

Quod extra aliquam iurisditionē. &c. e Sciendum tamen quod accusatus in alieno iudicio respōdere tenetur in quinq; casibus, vt. ff de iudi. L. si quis citetur ex aliena (vbi innuit q̄d si qs ad extraneū citteē iudicē comparere tenetur repręsentaturus priuilegia & ius suū, & allegaturus quare respondere non debeat). Primo si bona sub illo iudice habeat apd quē accusat, vt. C. vbi de crimi. agi. opor. L sciens, &. C. vbi in rem actio cōpetit. L. vlti. Secundo si ibi excessum fecerit, vt. C. vbi de crimi. agi. opor. L. quęstiones & hic &. iij. q. vi. c. vbi. Tertio vbi quis domiciliū habet vt hic & extra de foro cōpetenti. c. dilectus & .c. vlti. vel si contraxerit debita ibidem, vel negociationes ac mercantias exercet respōdere etiam ibidem cogitur, vt. ff. de re iudi. L i Quarto vbi quis cōqueritur ibidem respōdebit sicut hic & supra li. i. ar. lxi. infra. li. iij. ar. lxxix. & extra de mutuis petitionibus. c. ex literis &. iij. q. vij. c. accusatores. §. cui⁹ in agendo. Quinto si apud suū iudicem iudiciū recusauerit vel cōparere noluerit alibi cōueniri pōt, vt infra ar. lxxxvij. &. xvij. dis. c. nec licuit, huic contradicere videtur articulus. lix. li. i. vbi dicitur quod iudex in suo iudicio omnimodas potest iudicare actiōes. Si itaq; iuxta p̄sentem intentionē homo iuri prouinciali subiectus iure municipali respondere non tenetur sequitur contrariū. f Rz. q̄ iudex quidē ex officio suo iudicare pōt omnimodas actiones postq̄ coram suo iudicio p̄ponentur, sed actor agere vel querulari non debet contra illū qui est extranei iudicij, q̄d si agat & iste illū viceuersa coram competenti iudice vbi vterq; illorū pertinet accusauerit, indemnem eum reddere tenetur & cadit ab actione, vt infra ar. lxxxvij. &. C. ne filius ꝓ patre. in constitutiōe habita, hoc idē etiā pati cogitur si illum ad ius trahat spirituale in negocijs secularibus, vt infra ar. supra allegato.

Notandū etiam g quod rescriptum apostolici vel alterius iudicis spūalis non valet quādo causa cōmittitur iudicari spirituali iure quę subest seculari iudicio, vt extra de foro cōpetenti. c. licet. .c. ex tenore. c. ex parte. B. Reginę, & extra de appellatiōibus. c. si duobus in fi. nisi forsan secularis iudex ius denegret postulantibus, quomō autem rescriptū reici potest, vide specu. titu. de rescrip. §. dicat &. §. sequenti.

Articulus. XXVI

REx est cōmunis iudex ubilibet omnium. a Liber & idoneus scabinatu non compellitur respondere in causa duelli coram iudice extraneo. In iurisditione autē in qua insignitus est, idest in qua natus est sede scabinali dignus, etiā in illo ubi sedem bannitorum seu scabinorum habuerit iudicio uel responsioni alligetur. b Qui autē in ibi istam sedem non habuerit superioris iudicis ubi residet & domicilium habet iudicium expectabit.

a. *Vide supra li. i. ar. lviij. & infra li. iij. ar. lij. Iur. mu. ar. viij.*

b. *Ad hanc materiā uide supra li. i. ar. li. Iur. mu. ar. xxxiij. glo.*

c Hanc sedem pater primogenito eo uero non existente seniori & sibi in generatione simili agnato relinquet.

c. *Cōcordat Iur. mu. ar. xvi.*

Glosa.

Rex est cōmunis iudex. &c. Et quia sicut est cōmunis & summus iudex, vt. ff. de offi. ꝓconsu. L. si in aliquā. §. fi. &. L. sequen. & dñs omnium, vt. ff. ad le. rodi. de iac. L. depręcatio, & hic & infra eo. li. ar. xxxiij. & ar. lx. Sic ipsius leges cōmunes etiam ab omnibus hominibus custodiri & sciri debent. Vnde dicit imperator constitutiōes principū nec ignorare quemq; nec dissimulare permittimus, vt in. L. constitutiones. C. de iuris & fact. ignoran. Item alibi, leges sacratissime quę cōstringunt hominū vitas intelligi ab omnibus debēt, vt in. L. leges. C. de legi, & cōstituti.

Glosa.

Superius dictū est de iudicijs iudicibusq; priuatis, hic tandem consequenter tractat de iudice vniuersali q est Rex ipse vel Imperator. Et quia in omnibus locis solus per se fore nō potest quare loco sui in prouincijs & ciuitatibus subdelegat iudices qui vicem eius ge-

a. *Cōcordat supra li. ij ar. xxij. Iur. muni. ar. xxxij. clarus uero ar. lij.*

runt, vt supra li.i. ar. lviij. dictum est, & infra li. iij. ar. lij. & ar. xxxiij. & in autē. vt om. obedi. iudi. §. i. colla. v. & in auten. de iudi. §. a zenone coll. vi. Et quia vt dictum est Rex ipse super omnes iudex est vniuersalis. d Sciendū itaq; quod sibi vltra omnes iudices quatuor singularia debentur, idq; applicari pōt ad vnūquenq; Regem respectu suarum prouintiarum. e Primo vbicunq; ipse per se vel literis suis aut per ministeriales causam decid erit pro lege decisio illa semper teneri debet, vt. C. de legi. & constitu. & edictis. L. leges sacratissime, & Insti. de iure gen. §. sed &. Et isto modo codex Iustiniani est cōpilatus, quia ibi non aliud cōtinetur nisi sententie & decreta Imperatorum quę in sentētiando ꝓnunctiarūt, istudq; pro iure hucusq; tenetur. Secundum quod nullus leges cōdere seu dubias interpretare potest nisi Rex ipse, vt. C. de vete. Iur. enucle. L. deo autore, & de legi. & consti. L. finali, & in auten. de iudi. §. vl. coll. vi. In omnibus his allegatis legibus habetur quod in dubijs vel vbi super lege dubitatur nulli interpretare licet nisi regi. In oppositū licet istius videtur esse. ff. de reg. iur. L. quotiens, vbi habetur si dubitatur de aliquo an liber vel seruus sit, iudex eundem liberum decernere debet. Si ergo iudici istud competit quare nō tantū regi ptinet decernere in dubijs. Prēterea ꝺppositū istius est Insti. de acti. §. curare, vbi habetur quod iudex cōsiliari debet & curare vt negocium certo iudicet q̄is sub dubio ad eum delatum sit. Insuper secus etiam est. ff. de reg. iur. L. semp. Vbi dicitur in dubijs sententiare debemus id quod fauorabilius videtur Pro intellectu istius cōtrouersie f nota quod dubietas quędā est iuris, quędam ꝓbatiōis, quędam facti. Dubietas iuris & illa est duplex. Primo vt si homo deliquerit detentusq; in eo sit dato etiam qd̄ Rex mandet vt liber dimittatur. Iudexq; dubitat quid facere debeat, dubietas illa referēda est ad ius scriptum & non ad literas Regis prout leges suadent, vt. C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. nemo iudex, & in auten. de iudici, vt nullatenus iudica. coll. vi. §. omnis autē. g Vbi dicitur oīs autē iudex custodiat leges & secundum eas sententias proferat, quod si contingat iussionem nostram in medium vel sacram formam, vel pragmaticam sanctionem dicentē aliter agi sequatur legē. Volumus enim seruari quod leges nostre volunt. Alia dubietas est quando iudex in aliqua causa nullum ius scriptum habet vel cū dubitat sup interpretatione legis & hanc dubietatem Rex enodabit. Secunda dubietas est probationis, sicut si mei septimus probare deberem quod meus seruus seu mancipiū sis, in negocio huiusmodi & controuersia fauorabiliter procedi debet super liberatione ipsius iuxta leges antehac allegatas. h Lex enim fauorabilior est semper ad liberandū q̄ ad condemnandū, ff. de acci. & obliga. L. Arrianus, &. ff. de liberali causa. L. duobus & ff. de re iudi. L. inter pares & extra de probaci. c. ex literis. Tertia dubietas ē facti, sicut si quis fecit aliquid & vnus dicat illum fecisse ex malicia, alter vero q̄d sine proposito malo, pronunciare debemus quod nō malo ꝓposito secit, extra de reg. iur. c. estote. Etiā si vn⁹ querulaē & taxat sibi damnū in magnā summam iudex moderare debet & in mitiorem interpretando partem ac per hanc distinctionem soluitur dubietas iurium in contrarium allegatorum. Tertium singulare Regis quod potest vnumquenq; noxium corrigere quacunq; pœna voluerit, vt furem ad rotas dare q̄is furcam meruerit. Siccariū pōt in exilium mittere q̄is capite plecti deberet, & sic de alijs, vt Insti. de iur. gen. §. plane, &. ff. de penis. L. aut facta. §. fi. Quartum singulare quod a sententia Regis nulli appellare licet, quia appellatio fit ad superiorem iudicem, vt. ff. de appella. L. i. &. ix. q. iij. c. cuncta per mundum. c. ipsi sunt. c. patet. Nec a rege ad Papam appellare admittitur vt extra de appellationibus. c. si duobus, & extra qui filij sunt legittimi. c. causam.

Scabinali sede dignus in causa duellari. &c. i Vnde duellariter agere dicitur criminaliter accusare, duellaris vero actio ideſt criminalis dicitur.

Sedem scabinorū habuerit. Textus alij sed male & deprauate legunt vbi sponsam suam habuerit, verius itaq; legendum est in iurisdictione sua in loco iudicij vbi natus est ad sedē scabinalē vel esse scabinus potest si senior ex sua genelogia defuerit iudicio & responsioni alligetur. Et dicitur locus ille iudicialis sedes sua vel locus natalis, quia ipse vel eius parentes illic manu sua ad sacra iudicio iurauerūt. k & iste illius signum habet verificum in sede scabinoꝝ in qua sede scabinorū dign⁹ est. Ad actionem nō respondebit. &c. Posset q̄s dicere quod istud nō est speciale scabinis seu bannitis, est enim commune omnibus quod actor forum rei sequitur, vt supra eo. li. arti. xxv. &. C. de iurisditiōe omniū iudicū. L. cū sit. L. iuris. L. in crimīali. &. L. magisterie. xi. q. i. c. expientie. Prętacte leges disponūt quod actor sequi reum tenetur ad eius iudiciū nisi forte in certis casibus circa ar. xxv. co. li. expressis, & in illis etiam casibus bannitus seu scabinali sede dignius q̄que respondere teneē sicut alter. ℟. quod scabinorum prerogatiua in hoc casu nulla alia est, nisi quod in comitatu nullus super eos iudicare debet nisi Comes seu Burgrabius aut sculletus, vt supra li. i. ar. lix.

Iudicio vel responsioni alligeē. &c. tam Comitis q̄ sculteti, vt supra li. i. ar. ij. infra li. iij. ar. lij.

Superiores iudices quęrere debet. &c. hoc est Comites. Circa id sciendum q̄d Banniti seu scabinali sede dign. primatum habent inter illos qui sunt liberi ad iudiciū pertinēs. Secundum locum obtinent proprietarij. Tertium vero pagani seu censuales in bonis relidētes qui alienari possunt, vt supra li. i. ar. ij. Hāc sedē pater primogenito. &c. hoc idē habet. C. de decurio & eo. fi. L. priuilegio. li. x.

d. *Regis Romanorū singularia & per cō sequens uniuscuiusq; Regis.*

e. *Vide infra ar. xliij. & Iur. mu. ar. i. glo.*

f. *Dubietas duplex Iuris & facti & quo modo in dubijs procedendum.*

g. *Vide infra ad hāc materiam ar. xxxiij. & lxiij. glo.*

h. *Leges fauorabiliores sunt ad eliberādū q̄ ad condemnandū.*

i. *Duellariter agere. q t. uide contrarium infra ar. xxix. in textu.*

k. *Vide supra li. i. ar. li Iur. Mu. ar. xxxiij.*

Articulus. XXVII

De Diuortio

MVlierem si quis in matrimonium duxerit nescienter quā de iure suo perducere nō ualebat, a & interim pueros procreat ex eadē si postea per Ecclesiam fuerint seperati hoc pueris in suo iure nō derogat qui ante diuortium nati sunt, nec etiam illi quem mater gestat tēpore diuorcij.

a. *Pro cōcordantia huius articuli, uide. c. ex tenore qui filij sunt legitimi.*

Glosa.

Articulus prēsens de ordine matrimonij tractat b qui & primus est omnium ordinū iure naturali exindeq; omnes ordines initiū habent, vt Insti. de iure natu. gen. §. i. c Vnde ꝓ intellectu articuli prēsentis, nota quod matrimonium lege nature fieri potest etiam inter illos qui sunt consanguinei, vt in auten. qui. mo. natu. effi. sui. §. si quis igitur coll. vij. Secundum leges vero prohibentur contrahere mutuo in certis gradibus, vt Insti. de nupci. & in auten. de nuptijs coll. iij. per totū, &. ff. de rittu. nupci. L. nuptię, & extra de consan. & affi. c. non debet. Ex quo itaq; secundum leges matrimonium prohibetur in certo consanguineitatis gradu euenit itaq; sępius qd̄ mutuo contrahunt qui iure contrahere non debent, & deisis articulus prēsens.

Vnde nota tripliciter contingere quod aliq contrahere nō possūt d quidam contrahūt vnus vero alterum habere non potest & hoc dupliciter, vel ex natura, vel ex accidēti. Ex natura quando actum matrimonij quē reddere vnus alteri tenetur exequi nō potest, vt sunt frigidi ex natura. Aliomodo ex accidenti vt qui sunt maleficiati & ratiōe vtriusq; defectus matrimonium inficitur, Si vero vltetius scire vis an seperari propter id debeant, hoc intellige sub distinctiōe vel anteq̄ id eis euenit facti fuerūt vnum corpus, seperari nō possunt. Si vero vnum corpus non sunt facti hoc est quia naturalem actū matrimonij inuicem non habuerunt, extunc seperari poterint, vt. xxxiij. q. i. c. quod autem &. c. si per sorciarias nisi forsan marito vxor id faciat vl̄ facere procurauerit quia tunc cōmorari secū tenetur, vt extra de frigidis & maleficiatis. c. laudabilem. &. c. vlti. Circa id q; notandū venit quod si ex defectu huiusmodi seperatio subsequi deberet, per triennium eos cohabitare oportet anteqū dirimātur vt extra eo. ti. c. laudabilē, & in autē. de nup. §. p occasiōm coll. iiij. & hoc intellige si speratur melioratio defectus illius. Si vero dubitatur an effecti sint vna caro siue non, reputari debet qd̄ coniunctio facta sit & hoc propter fauorem matrimonij, vt. C. de edili. acti. L. iij. Secundo contrahunt qui cōtractum tenere nō tenentur & hoc euenit octo modis, & quatuor primis modis dirimitur matrimoniū ac si nullū esset, residuis quatuor modis absoluuntur quod inuicē cohabitare eos non oportet si volunt, nihilominus manet matrimonium inter eos. Primus modus si error fiat in persona vt si promiserant virginem & aliam loco illius sibi locant, is contractū tenere non oportet, vt. xxij. q. ij. c. si qs. Secūdus si vn⁹ ex illis apostotet a fide, vel vterq; illorū si infidelis sit vnusq; ad fidem conuertatur Christianam altero infideli manēte, conuersus superducere potest, vel etiam si infidelis conuerso magnam faciat iniuriam, vt. xxviij. q. i. c. si infidelis, & ea. q. ij. c. si infidelis extra de diuor. c. i. &. c. gaudem⁹. e Tertius si liber seruum ducat ignoranter & econtra vt. xxix. q. ij. c. si quis ingenuus. Quartus si coactus contraxit, vt. xxxi. q. ij. c. de neptis, & isti quatuor modi primi simpliciter matrimoniū dirimunt ita quod alium superducere possunt si volunt, residui quatuor modi dirimunt cohabitationē sed non alteri nubendū. Primus modus si sponsus cum sponsa voluntarie castitatem promiserint, vt extra de conuersi. cōiuga. c. cum sis, &. xxxiij. q. v. c. vna sola, & in auten. de nup. §. secūdum occasionem coll. iiij. Secundus modus si vnus illorum adulteratur, vt. xxxij. q. vi. c. i. & in auten. de nup. § si igitur coll. iiij. Tertius si vnus illorum infidelis vel hęreticus efficiatur, &. xxviij. q. ij. c. si infidelis. §. hic distinguendū, vbi habetur hic distinguendum est aliud esse dimittere volentem cohabitare atq; aliud discedentē non sequi, d volentem enim cohabitare licet quidem dimittere sed non ea viuente aliam superducere, discedentem vero sequi non oportet & ea viuente aliam ducere licet. Verū hoc non nisi de his intelligendū est qui in infidelitate copulati sunt. Quartus si vnus in mortē alterius machinatus sit, vt in autē. de nup. §. si igitur coll. iiij. Isti quatuor modi seperāt matrimonium quoad cohabitādum sed nō cōtrahendum. Tertio contrahunt aliqui abstinere tamen abinuicē eos oportet & hoc dupliciter, e vel oportet vnus altero carere ad tempus, & hoc multifariam, vel tēpore mensruorum ad duos tres vel quatuor dies secūdū cōplexionē, egritudinē enim illā iuxta dispositionē naturę paciunt mulieres quędā in nouilunio, quędam in decrescentia Lunę, & quędā plus, quędam minus, vnde tempore

d. *Contrahere aliqui non possūt tribus modis.*

e. *Vide contrariū isti us ifra ar. lxxij. glo.*

d. *Et per id habetur distinctio istius tertij modi ubi dirimitur cohabitatio ab illa secunda exceptione superius ubi simpliater matrimonium dirimitur.*

e. *Vir abstinere ab xore debet in certis casibus & hoc dupliciter ad tempus perpetuo.*

illo abstinere debet vir a congressu mulieris. Istud etiam prohibet philosophus in secretis mulierum propter multa incommoda quę exinde sequuntur, aduenientq; menstrua vt in eodem libello habetur in quarto decimo anno, & durāt vsq; ad quinquagesimū. Cūq; concipit cessat defluxus vsq; ad tempus partus & post partum iterum continuat quatuor septimanis & aliquibus plus, vt ibidē philosophus habet nisi vicioſe sint corrupte[f] & hęc est precipua causa quur mulieres in puerperia sex septimanis iacent nec viris cum eis actum habere licet, quia ex actu illo mulieres destruuntur & locus matricis oppletur & occluditur quod post modum cōcipere nō possunt multęq; ęgritudines eueniunt, & vt cōmuniter ęgritudo spine & alie de quibus potius abstinendū est, non enim philosophi sed legiste in hac parte esse volumus. Secundo vir abstinere debet ab vxore diebus solēnibus iciuniorum vt eo melius vaccare orationibus posset, vt. xxxiij. q. iiij. c. sciatis fratres. c. vir cum propria, &. c. non oportet &. c quocienscunq;, & ea. q. si causa.

Ad hoc quod vnusquisq; sciat peccati hui⁹ diferētiam. ℰ Nota quod concubitus viri cū propria vxore fit propter tria. Primo propter explendam libidinē ita quod seipsum ad id irritat & sic est peccatū mortale, vt. xxxiij. q. iiij. per totū. Secūdo propter vitare adulterium & sic vnus impetitus ab alio debitum reddit & est veniale, vt. xxiij. q. v. c. secundū verba. Tertio propter sobolem procreandā & sic est meritoriū, vt. xxxiiij. q. iiij. c. vir cū vxore. Idq; dictum est si fit tēpore quo vxor est ad id idonea. Si vero id facis tēpore quo vxor egrotat consilio confessoris vtendum est. Scriptura em̄ docet noli accedere mulierem menstruosam. Exinde siqdē multa partus eueniunt incommoda, si enim mulier tē pore ęgritudinis sue conceperit proles genita raro fit sana, & vt cōmuniter ęgritudinem oculorum pacietur, leprosusq; & alijs morbis infectus puer nascitur, & presertim si tempore quo in puerperio iacet concipitur, etiā pueri illi fiunt vt plurimum lunatici. Consiliū itaq; est abstinere ab illis, nā & viri Idropitici efficiūtur proles vero lepra infecta nascitur. [h] Item abstinere vir ab vxore necessario habet perpetuo & hoc quadrupliciter. Primo propter consanguineitatē quia nullus potest contrahere nisi de quarta in quintam lineam, vt. xxxv. q. iij. c. de propinqs, & extra de consangui. & affi. c. non debet, &. c. vlti. Secundo dirimitur matrimoniū ex cognatiōe vel affinitate, & hoc tam ex parte viri q̄ mulieris affinibus, nec enim mulieris affinem superducere poteris. vt. xxxv. q. iij. c. de propinquis &. c. equaliter. Tertio ex affinitate spirituali quę fit in baptismo. Vnde sciendum si vrus ex cōiugibus alterius affinis spiritualis in baptismo sit, etiam eius consortis affinis erit. Sed si quis tue vxoris antehac in baptismo affinis fuit, non propter hoc tibi affinis erit si superducis istam. Cuius vero pater in baptismo tu factus sis pueros illius ille tuos etiam qui post modum nascētur post baptismū superducere non potest. [i] Vñ etiam sciendum quod vir & mulier inuicem compatres esse non possunt vt extra. de cogna. spiri. c. nedum li. vi. &. xxx. q. iij. c. illud ea. q. iiij. c. scisitatur & ea. q. c. i. ij. &. iij. per totum. Quarto contrahit aliquis cum vxore quam habere non potest, vt quia vouit castitatem. xxvij. q. i. c. ij. &. iij. In oppositū tamē sentire videtur decretales. xxvij. q. i. c. nuptiarum, &. c. vltimo.

Hoc pueris in suo iure non derogat, de hoc vide extra qui filij sunt legitimi per totum Sciendum etenim quod omnes pueri qui ex legittimis nascuntur nuptijs legittimi manēt dato quod per sententiam iuris spiritualis dirimantur abinuicem.

f. *Causa quur mulieres ut cōmuniter sex septimanis in puerperio iacent.*

ℰ. *Concubitus uiri eū uxore fit potissimum propter tria.*

h. *Vir abstinere ab uxore perpetuo cogitur quadrifariam.*

i. *Vir & mulier inuicem compatres esse non possunt.*

k. *Votum castitatis fit dupliciter, uide supra eo. li. ar. i.*

Articulus XXVIII

28

QVi alium dicit illegittimū ortu aut officio hoc cōtra ipsum proponēs ille cum testibus in suo iure perfectis probare debet. Quiuis tamē quod sit legittimus & pleni iuris cum testimonio probaturus facilius auditur q̄ propter testimoniū cuiuscunq; id ei abiudicari possit. [b] Si uero quis dicat contra alīquem quod ius suum furto aut spolio perdidisset, hoc per iudicem cū testibus metseptimus contra eum probare oportet.

a. *Concordat Iur. Mu. ar. iiij. & ar. xxxij.*

b. *Ad hanc materiam uide supra li. i. ar. viij. Iur. Mu. ar. xxxij.*

Glosa.

Qui alium dicit illegittimū. &c. [c] Et hoc scias quod quęstiō Natiuitatis de iure tantū pertinet ad iudiciū Ecclesie qui filij sunt legittimi. c. causam quę. ij. &. c. perlatū. &. c. i. & cū intenditur quęstio hęreditatis [d] & opponitur

c. *Quæstio natuitatis de iure tantum pertinet ad iudiciū Ecclesiæ.*

d. *Si intendatur quæstio hæreditatis & opponatur quæstio natuitatis ista prius est terminanda.*

121

petenti quęstio Natiuitatis tunc ipsa tanquā prę̄judicialis primo est terminānda & remittenda ad iudicem Ecclesiasticum vt in. c. tuā de ordi. cogni.

Glosa.

Quiuis tamē quod sit legittimus. &c. hoc ex eo fit, quia ius fauorabilius est semper reo q̄ actori, vt. ff. de reg. iur. l. non debet. & l. fauorabiliores. & extra eo. ti. c. cum sit &. c. nō licet li. vi. & supra li. i. ar. vij. xv. xvi. &. lib. ij. ar. xxxvi. Si dicatur contra aliquē quod ius suum perdiderit. &c. hoc idem habetur infra ar. lxxxij. & supra lib. i. ar. xxxix. [e] Circa id notandum est quod nullus agere vel incusare potest uel instigare vt dirimatur nisi consanguinei, vt extra qui matri. incusa. pos. per totum, &. xxxv. q. vi. c. consanguineos. Ad cognoscendum autem si matrimonium iustum ac licitū sit nec ne, vide supra li. i. ar. iij abundantius, & in summa Io. An. iiij. de cretalium vbi & certi versus super eo ponūtur. Error, conditio, votū, cognatio, crimen cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, si sis affinis, si forte coire nequibis, hęc sociāda vetant, connubia iuncta retractant.

Sciendū prēterea [f] quod iuramentū legittime nationis est quod ille iuret quod pater & mater eius legittime copulati sunt, & quod ipse in matrimonio natus sit & legittim⁹ est, idq; facere debet vir metseptimus, mulier vero sola per se.

e. *Matrimoniū nullus incusare potissimum potest uel instigare ut dirimatur nisi consanguinei.*

f. *Iuramētum legittime nationis quomodo fieri debet.*

Articulus XXIX.

29

LIber seu idoneus scabinis bannum sui scabinatus [a] idest locū ubi natus est scabino dignus ostēdere aut suos progenitores quatuor nominare non oportet, [b] nisi suo æquali in generatione duellum proposuerit iniūgendum. Licite qs iurādo bannum sui scabinatus poterit demonstrare, [c] licet scabinatū non possideat. [d] Vbi duo unam debent diuidere hœreditatem senior diuidat, iuniori uero competit electio in hac parte.

a. *Ad hanc materiam uide supra li. i. ar. li. Iur. Mu. ar. xxxiij.*

b. *Hoc est nisi sibi generatione æquali duellum proponat.*

c. *Concordat Iur. Mu. ar. xxxiij.*

d. *Concordat ad hoc extra c. i. de paroch.*

e. *Si autem plures duobus sint, articulus non habet locum, sed succedit Ius cōmune & ita practicatur, uide tamē glo. feu. c. xxxij.*

Glosa.

Declarauerat siquidem superioribus de his qui in iure suo argui non possunt, tum & genelogia ac officio. Articulus prēsens disposuit quādo liber scabinus progenitores suos declarare cogitur, quia nō nisi tunc quando duellum generatione equali infert, quomodo autem duellum infertur, vide supra li. i. arti. lxiij.

Nisi suo equali in generatione. &c. Notanter dicitur equali in generatione, quia si indixerit duellum alicui & ille licet non sit ei similis in officio, hoc est quia nō sit bannitus seu scabinus generatione tamen equalis sit, vt si in marchia duellum indicat, nihilominus ei quatuor progenitores nominare vult.

Quid si in expetenda hęreditate an nominare etiam progenitores deberet. &. quod sic si sibi non creditur quod mortui amicus sit, vt supra li. i. ar. iij. & li. ij. ar. xxx. & Inſti. de hęredi. quę ab intesta. deferrun. §. nostra autem constitutio, & in auten. de non eligen. secun. nuben. §. cum igitur coll. i. & in auten. de hęredi. ab intesta. veni. §. consequēs coll. ix. Nec est contra id quod hic textus habet. Articul⁹ enim intelligi debet quod cum nominare nō oportet progenitores, intelligendo in criminalibus causis. In ciuilibus vero nominare cogitur. Tum etiā si dominus feudum seu clipeū natiuitatis alicui recognoscere non vult, etiam illum progenitores ostendere oportet, vt feu. c. ij. nec est cōtra articulum istum quia id quod hic loquitur intelligendum est iure prouinciali, ibi vero de iure feudali.

Quęrere aliquis posset si dubitetur in isto, an bannitus ille ad clipeum natus sit vel nō. &. quod libertas bannitorum est ratione officij in quo inueniuntur aliqui magne genelogie nec eis illud officit nec deteriorat nobilitatē eorū. Inueniūtur etiam viles in officijs nec tñ eos illud nobilitat, [f] officium enim non nobilitat aliquē quare & in proposito possunt esse aliqui banniti qui tamen sunt vasalli aliorum etiam ministeriales. ℰ Vnde dato quod Rusticus bannitus efficiatur, officiū illud nō nobilitat eū nec aliquem alium. Contra istud tamen videtur esse infra ar. xxiiij. vbi habet quod rustici banniti esse non possunt ex eo, quia feudum habere nequeūt in iudicio, sol uitur ibi in glossa, omnia enim officia veniunt ex legum constitutionibus. Nobilitas vero ex natura. h Constitutiones vero possunt immutare ius hominis, non tamen eius naturam seu genelogiam, vt Insti. de legi. agnatute. §. vlti. &. ff. de capi. diminu. l. eas &. l. legatum & Insti. de iur. natu. genci. & ciui. per totum.

Licite quis iurando, &c. Intellige quod se trahere debet suo iuramento ad sedem illā scabinalem si ibi sit scabinus liber natus, vt supra eo. lib. ar. xxvi. in glo. Subiungiturq; in textu licet scabinatū non possideat, [i] hic notandum est quid speciale quod creditur vni propter suum iuramentum. Ratio vero istius est quia iste iurat quod liber scabinus natus

quid de tribus uel pluribus loquatur, quis autem dicatur maior in hoc casu, uide Iaso. §. quædam Insti. de actio, uide etiam C. commuui diuidendo L. si mator & L. in cōmuni, ubi habetur qd diuisio pertinet iudici.

f. *Officium non nobilitat aliquem.*

g. *Rusticus effectus bannitus officium nō nobilitat eundem. Cōcordat Iur. Mu. ar. xxxiij.*

h. *Vide supra li. i. ar. iij. Iur. Mu. ar. i. & ar viij.*

i. *Iuramentum unius ualet. Concordat Iur. Mu. ar. xxxiij. glo.*

sit & istud nemini nocet nec aliquis eum impedit in eo & ita sibi creditur. Sic etiam creditur testi cuilibet si testimonium illud nemini nocet & huic prodest vt de cõsecra. dis. iiij. c. placuit &. c. paruulos.

k. *Diuisio rerum fieri potest tripliciter.*

Vbi duo vnam debent diuidere hereditatẽ. &c. Hic nota quedam necessaria circa rerum diuisionem, [k] diuisio siquidem rerum potest esse triplex. Prima quod res quẽdã diuiditur vel diuidi oportet rem aliquam ita quod in recompensam alia res ei datur, vt si vnum seruum vel equum duo habeãt, illum propter diuisionem interfici non licet, quia nullus sua re male vti debet, vel nullus interficiatur propter diuisionẽ alicuius, vt Insti. de his qui sui vel alieni sunt iur. §. sed & maior, quare in recompensam pecunia soluitur. Secundo bona in feudũ data diuidere etiam non licet quia illa vnus pro feudo seruat, vt in auten. de consitu. Imperi. L. hac edictali. §. preterea coll. x.

l. *Rem quæ diuidi debet nõ oportet in partes minimas sãdere.*

[l] Tertio res ad quã duo vel plures pertinẽt non debet in minimas partes diuidi, vt si mansum agri habeant duo vel plures, vnusq; expeteret diuisionem in minimas partes sicut digitus, alter facere non tenetur nisi per medium, vt. C. commu. diui. L. ad officium &. L. si maior. Preterea nullus agrum vel bona censualia diuidere debet, ita quod vnus agrum seruet, alter vero censum vt. C. sine censu vel reliquis fundum comparare nõ posse. L. i ij. &. iij. Si vero ille ad quẽ diuisio spectat diuidere non vult extunc diuisio cedit iudici, vt. C. fami. hercis. L. i. &. L. bona &. C. communi. diuidun. L. si maior, &. L. in communionem &. C. communia vtri usq; iudici. L. i. & sequentibus.

Articulus XXX.

EErẽdario carere debet qui personaliter coram iudicio respondet. Quã diu quis se respondere non debere sententialiter defenderit, tamdiu respondisse non dicitur. Iudex equus esse debet omnibus hominibus nec debet sententiam inuenire, nec inuentam increpare.

Glosa.

Quamdiu quis se respondere. &c. Nam qui opponit exceptionem non dicitur respondere. Et ideo si dominus est citatus ad respondendum non sufficit mittere procuratorem ad excipiendum vt de appella. c. Nicolao, & vide plenius in specu. titu. de procura. §. ratione autem. vers. quid si constitutus. Sic & qui excipiendo aliquid presupponit, non fatet, quia semper intelligitur cõtradicere, vt in regula exceptionẽ de reg. iur. li. vi.

Vnde dicit Ius cõmune quod in iudicijs nõ est acceptio personarum habenda vt in. c. nõ debet de reg. iur. li. vi. Equalis em & cõmunis debet esse iudex non declinans in dextrã aut sinistrã, de accusa. equaliter. i. & de excep. c. cum inter, & de re iudic. c. i. cũ concordan. ibidem in glo. li. vi. vnde cum iustus iudex sederit supra sedem non aduersabuntur sibi quicquam maligni, vt. C. de sum. trini. in epistola inter claras.

Glosa.

Superius dictum est in quo casu & quomodo vnus progenitores suos nominare tenet, & item cum quis per se aliquem alloquitur, postmodum cum ferẽdario alloqui eum nõ potest, dignum itaq; (vt articulus presens habet) hoc idem de reo intelligi debere, ita qđ qui respondere per se iam cepit per ferendarium facere non possit, quia quod actori denegat hoc & reo, vt. ff. de reg. iur. L. nõ debet

a. *De ferendarijs vide hic.*

Vnde sciendum [a] quod quivis ferendarium habere potest si vult & eo carere si etiam voluerit, vt supra li. i. ar. lx. Ferendarij enim posici sunt ad vtilitatem litigantium sed vnus vtilitatem potest omittere suam si vult, vt. ff. de reg. iur. L. iij. Ius enim non proficit alicui prẽter eius voluntatem. C. de pactis. L. si quis inscribendo, & extra de regulari transe. ad religio. c. ad apostolicam, & extra de rescrip. c. nonnulli, &. ff. de reg. iur. L. inuitus Si ergo prius sibi placuit quod prius respõdeat quare displicere sibi posth ac non debet extra de reg. iur. ca. quod semel, li. vi.

b. *Ferendarios quidã homies necessario habere coguntur etiam si nolint.*

Nota tamen circa id occasione ferendariorũ duplicem differentiam. [b] Principaliter qđ quidam homines sunt qui necessario procuratores seu ferendarios habent vltra velle illorum, dato etiam quod respõdere soli velent. Primo Principes. Et hoc ex tribus, videlicet quia sunt occupati negocijs publicis, vt. C. de pedaneis iudicibus. L. placet. Secũdo propter illorum dignitatem, vt in auten. vt ab illustri. & qui super eam sunt dignitatẽ §. i. coll. v. &. C. vbi senatores vel clarissimi. L quotiens. Tertio quod sua presentia non deterreatur iudex vel aduersarius, vel quod aliqua eis dehonestatio circa iudiciũ non inferatur in stando vel sedendo, vt. C. de procura. L. quicunq;, &. C. de iniur. L. vlti. vide etiam de hoc supra li. i. ar. lx. Secũdo ferẽdarios necessario habẽt mulieres ipse, vt supra li. i. ar. xlvi. &. ff. de reg. iur. L. ij & hoc intellige de iure nostro. Iure vero spirituali possunt rem agere suam. C. qui. accusa. pos. L. si crimen, &. C. de procura. L. alienã. Tertio qui ferendarios necessario habẽt sunt pueri. C. q legit

128

c. *Ferendarios quidã homines habere non possunt.*

persõ. stan. in iudicijs habeant. L. i. ij. &. iij.
Secunda differentia [c] quod quidam homines ferendarios habere non possunt quãuis illos petant, & hoc quadrifariam. Primi qui ortilegium siue sententiam increpare volunt, vt supra li. i. ar. xij. Secundo infames & iure priuati ac capite diminuti, vt supra li. i. ar. xl viij. &. v. q. iij. c. in criminalibus. Tertio qui duellum alicui inferunt aut duellariter alloquuntur vt extra de procura. c. tue, & extra de iudicijs. c. i. li. vi. &. v. q. iij. in criminalibus Quarto qui soli respondere incipiũt sicut hic in articulo presenti, & hoc intellige de iure nostro, secundum leges enim habere procuratorem eis licebit, vt. C. de procura. L. nihil. Quamdiu quis se respondere defenderit. &c.

d. *Responsio duplex contra querelam & ad querelam & alia de responsionibus uide.*

[d] Tangitur responsionis differentia. Vnde nota quod responsio duplex est, vel est contra querelam quia videlicet se defendit quod re spondere non debeat & hoc septupliciter. [e] Primo quia forsan est proscriptus, vt supra eo. li. ar. xvi. Secundo si pupillus queruletur sine suo tutore. C. qui legit pso. stan. in iudi. L. i. ij. &. iij. Tertio diebus feriatis & festiuis respõdere vnus nõ tenet, vt supra li. ij. ar. x. &. C. de feriijs. L. omes &. L. quadraginta. Quarto si actio antehac coram iudicio ventilata & finita sit, vt Insti. de excep. §. eque, & extra de excep. c. aduersario, &. ff. de excep. per totum & extra de litis contesta. c. i. lib. vi. Quinto si iudex coram quo conqueritur non sit iudex ordinarius respondẽtis, vt. C. si non a competenti iudice. L. vlti. & infra ar. lxxix. Sexto si actor nollet econtra respondere ad proposita respondentis, vt supra li. i. ar. lxi. C. de cõpensa. L. neq; scriptura, & extra de mutu. peti. per to. &. iij. q. viij. c. accusatores. §. cuius in agendo. Septimo respõdere non cogitur quis coram iudice qui ius sibi antehac denegauit, vt supra li. ij. ar. xiij. C. de pœna. iudi. qui ma. iudi. L. vlti. Vnde si qs vnam ex his cautelam pre se habuerit defendere se poterit quod non respondeat.

e. *Nota iure seu. responsio duplex inuenitur ad querelã ubi uel affirmatur uel negatur, uel cõtra querelam quando uidelicet exãpit se quod responsione non teneatur, seu. c. lxij.*

Secundo respondet aliquis ad querelam qñ quis affirmat vel negat & hec dicitur esse litis contestatio & qui sic respondet ferendarium postmodũ habere non põt vt textus habet.

f. *Iudicum doctrina.*

Iudex sit equus omnibus. &c. [f] doctrina datur iudicibus quod fuste iudicent prẽmeditãtes iudicium dei super eos venturum & quẽadmodum ipsi iudicant aliquem etiam deus eosdem iudicaturus est. C. de iudi. L. rem nõ nouam, &. xi. q. iij. c. quicunq;. Vnde & si qdem antehac iudicibus sufficiens doctrina quomodo se in iudicijs obseruare debent data sit, [g] ex superhabũdanti tamen & hic quatuor conditiones annotantur quas iudices pre se habere tenentur, quod videlicet nemini prẽiudicare debent, propter timorem, auaritiã, odium, amorem, propter enim hec quatuor inuertitur sepius iudicium, vt. xi. q. iij. e. quatuor, & extra de sentẽ. & re iudi. c. cũ etet ni. li. vi. & hic in textu. Quod autem iudex

g. *Iudicum quatuor necessaria. Concordat Iur. mu. ar. xviij. glo.*

tuatus esse non debet nec propter dona iudicare, est lex. xij. tabularum plana quam annõtatam vide, supra circa ar. lx. li. i.

D. A. posset doctrinam hanc superuacaneã esse iudicibus. Iudex enim iniuste agere non potest ex his que hic in textu subsequuntur, Nam nec sententiam inuenire nec inuentam increpare debet. &. tamen quod qui sententiam inuenit & qui pronunciat & qui ad id consultant eadem pœna puniuntur. Primũ ille qui inuenit sententiam damnatur. Secundo iudex qui edicit & admittit eandem. Tertio illi qui inuenire procurãt vel qui ad eandem consenserunt eum tamen meliorem & iustiorem inuenire potuissent. h Exemplũ haberi potest in sententia Saluatoris nostri Iesu Christi. Pilatus enim interrogauit quid cum Iesu Nazareno facere debuisset, Principes & prelati cõsiliati sunt populo vt crucifigatur. Acclamauit plebs. Iudex consensit, ibi sentẽtiam populus inuenit. Principes consiliati sunt, Pilatus vero consensit & sequelam dedit. Et nullus absq; culpa mansit.

h. *De sententia saluatoris nostri uide.*

Iudex sententiam inuenire non debet. &c. id est Ius nouum condere seu inuenire eidem nõ licebit, sed secundum Ius iudicare scriptum vt Insti. de offi. omni. iudi. §. i. & C. de iudi. L iudices, & in auten. de iudi. §. omnes coll. vi.

Quod etiam sententiam inuenire non debeat, id est debet alios pro sententia interrogare qui vlterius mutuo colloquentur, sententia enim maturo consilio adinuenienda est, vt in auten. de iudi. §. i. coll. vi. Preterea vt textus habet quod sententiam increpare non debet, non intelligendum est quod omnibus Ortilegijs consentire teneatur [i] sed qđ nullũ hominem in damnũ inducere vel artare debet cum ortilegijs & sentẽtijs suis, verum insinuare eisdem quod inuicem melius colloquant, vel eos ammonere quod ortilegium reportẽt ad illum locum vbi apportari debet, vel prefigere tempus partibus importande sententie. Iudices enim prudentes esse competit ne homines in damnum inducant, vt Insti. in prohe. §. summa. C. de postulan. L. ij, & in auten de iudi. §. i. coll. vi.

i. *Vide Iur. mu. ar. xiiij.*

Articulus. XXXI



a. *Ad hunc passum uide Iur. mu. ar. lxvij.*

AVicqd unus alteri debet uel eidem accipit [a] hoc hæredibus illius soluere tenetur si decedat, [b] Si debitor moriatur hæredes eius pro debito non respondebunt nisi possideãt bona pro quibus eorum prædecessor fuerat inculpa-

b. *Ad hanc materiam uide supra li. i. ar. vi. & ar. xxvij. & item li. ij. ar. xvij.*

tus. c Qui captiuat alium sine rerū ablatione idest absq; spolio, aut uulnerat & affligit sine uulnere mortali, & sine priuatione membri, hæredibus lesi respondere non cogitur si post anni spacium moriatur nisi forsan ante decessum contra reum causam iudicialiter inchoauerit.

c. Vide supra li.ij. ar. xiij. contrarium istius ubi habetur quod captuans aliquem capite plecti debet. Nz. tamen quod hic accipitur captiuatio si actio iam expiret anno, & ita pro simplici iniuria computatur, & p cōsequens ciuiliter instituitur, omnis tamen huiusmodi accusationis sistit in modo p ponendi.

Glosa.

Hoc hæredibus illius soluere tenetur &c. Et hæredis appositione in perpetuū omnes succedentes continentur. ff. de verbo. signifi. L. hæredis, & ff. de iure immuni. L. iij. & ff. de verbo. obliga. L. stipulatio ista, licet quandoq; contineatur proximus hæres. ff. de verbo. signifi. L. sciendum. ff. de ope. li. L. cum patronus. §. i.

Sui pro his hæredes nisi ablata &c. Secundū leges etiam pro rapina & furto agitur, contra raptorem & furem & eius hæredes, ita tamen quod quilibet pro hæreditaria parte tenetur, vt ff. de furtis. L. ei qui furti. Et si forte ad vnum hæredem res ipsa in solidum peruenerit, ipse in totum poterit cōueniri. ff. commo. L. iij. §. hæres, & si sunt plures raptores seu fures, tunc quilibet tenetur in solidum condītione furti sed vno soluente ceteri liberantur. In actione vero furti vnus alium non liberat, secus autem de pluribus tutoribus q de rebus pupilli subtractis tenētur in duplū actione de rationibus distrahendis, vno cēm satisfaciente alij liberantur. C. de fur. L. i. & ff. eo. L. fur est manifestus, &. ff. de administraci. tuto. L. tres. Et licet actione vi bonorū raptorum & furti teneatur fur & raptor & q dedit opem aut consilium non tamen contra vltimum competit condītio. ff. de fur. in plerisq; legibus, & vide etiam li. ij. circa ar. vlti. Et actio furti datur ad pœnam sed condītio ad rei prosecutionem, Insti. de acti. §. ex maleficijs.

Glosa.

Declaratum ante hac fuit qualiter per respōsionem aliquis defendi debet, hic tandem declarat nonnulla quę iudicem ipsum considerare oportet, & ponit duo, exindeq; duplex querela venit d ciuilis videlicet & criminalis. Ciuilis tangitur ibi quicqd vnus alteri debet, innuens quod hæredi respondere necesse est pro debito mortui quia ipse obtinet totum ius mortui, vt. ff. de reg. iur. L. hæreditas.

d. Querela duplex ciulis & criminalis.

e. Vide supra li. i. ar. xvi.

Vnde circa id quęstio fieri potest e an hæredes debitum emonentes, cogantur probare debitum illud septem testibus quemadmodum probatio veniret si contra eos ageret Nz. quod non, quia hæredes impetūt illum qui solus debitum contraxit viuitq; adhuc, & ita probatio contra eum non est necessaria vt supra li. ij. ar. xv. Cum vero hæredes impetuntur qui non contraxerunt per se, probatio debiti septem testiū necessario venit f ex eo, qa factum alterius vt pote patris, potest alteri vt pote hæredi incognitum esse vt C. de eden. L. iustum. Qui vero pro suo debito inculpatur affirmare vel negare poterit & ex eo quod sibi notum est iurare super eo sibi admittitur. Qui autem pro debito prędecessorum suorum inculpatur, iurare cum non oportet, fieri enim potest quod de debito prędecessorum suorum scientiam nullam habet vt ff. de iure iuran. L. iusiurandum.

f. Cōcordat supra li. i. ar. vi. Iur. mu. ar. ixo vij. & Ciij.

Vel accipit &c. tangitur actio criminalis. Is enim qui aliqd accipit respondere tenetur illi cui dānū est illatū, cōmunis em habet regula, cui damnum pertinet eidem querulari cōpetit, vt Insti. de oblig. quę ex delict. nascun. §. furti.

Si debitor moriatur &c. Sciendum etenim quod si moritur is qui spoliauerat, eius hæredes respondere non coguntur pro malefacto. g Circa id tamen nota tria singularia. Primum hæredibus meis respondere tu cogeris pro furto, spolio &c. quod in me patrasti, hæredes vero mei pro furto & spolio quod ego feci me mortuo respondere non cogūtur. Istudq; & si videatur non esse equū Nz. tñ nullā in eo esse disproportionē, nullus enim respondere cogitur tanq; fur & predo, nisi ille qui furtum vel predam egit, vt supra li. i. ar. vi. & ff. de furtis. L. quis, & Insti. de ppe. & tempo. acci. §. non autem. Sed hæres in proposito spolium non fecit quare respōdere non cogitur vt predo.

g. Nota speciale qd ex textu.

Nisi possideant bona &c. Hic tangitur secūdum singulare h quod actio seu querela criminalis ex morte alicuius ciuilis efficitur. Contra id tamen videtur esse, ff. de reg. iur. L. hæreditas, vbi habetur quod hæres totum illud ius prędecessoris sui nanciscitur, quare & criminaliter merito contra eum agi deberet. Nz. tamen nullam in eo esse contrafactam, hæres enim ius habet ad illud quod prędecessorem iure pertinebat, quod vero prędecessor iniuste occupabat carere debet, immo illud pecunia emendare. Noxam vero vel malefactum prędecessoris sui vita sua emendare non cogitur, nullus enim pro malefacto alterius punitur. Tertium singulare, bona furtiua hæres restituere potest sine damno si ex eis locupletior factus sit, vt supra li. i. ar. vi. & ff. de reg. iur. L. totiens. Si autem ex illo locupletior non est factus, reddere nō tenetur, vt Insti. de perpe. & tempo. §. aliquādo, &. ff. de postula. L. i.

h. Actio criminalis ex morte alicuius efficitur Ciuilis.

furtum

Qui captiuat alium &c. Ex quoquidem obseruatur regula & Ius allegatum. ff. de reg. iur. L. hæreditas, vbi habetur quod hæres ob-

123

cupat Ius totum prędecessoris mortui. Exindeq; sequitur si quid mortuus noxe fecerit quod hæres respondere cogatur, tum etiam pro omni debito eidem respondebitur. In presenti paragrapho quandam ponit exceptionem quia hæredibus non semper respōdere oportet quę mortuo euenerunt, & hoc tangitur ibi qui captiuat alium. Contrarium tamē istius habere videtur supra li. ij. ar. xxxiiij. vbi dicitur qui alium captiuat respondere tenetur cuilibet domino vel propinquo &c. Quod etiam in paragrapho dicitur aut vulnerat &c. Contrarium habetur li. ij. ar. xvi. vbi dicitur quod varendam quilibet p mutilatione & vulnere pro domino & agnatis &c. hic vero dicit quod nec respondere cogitur. Alia instantia & signanter contra illud vbi dicitur & affligit. Contrarium enim istius est quod videlicet accusari possunt li. i. ar. Ixiij. vbi habetur qui alium occidit, & eum septem virorum testimonio superare vellet hoc facere non potest si vnus ex mortui cognatis duello eum defendere proponat, hic vero dicit quod nec respondere cogitur. In stantię allegate absoluuntur vnica solutione Iura enim citata disponunt de facto vbi nōdum annus expirat, quia vt sic hæredibus respondere oportet. Articulus autem presens intelligi debet de facto quod cui accidit & vno anno postmodum superuixerat nec actionē inceperat, & ita credi potest quod remissio iniurię illius subsecuta est, excessus em huiusmodi multipliciter dimitti possunt, bibendo, comedendo, conuersandoq; ad inuicem vel cōcordia subsequuta, aut amicabili compositione &c. vt. ff. definiur. L. non solū & Insti. eo. ti. §. vlti. &. ff. de sepul. vio. L. quęsitum. Vbi habetur quod si quis iniuriam vno anno non querueletur, peramplius audiri non debet.

i. Actio iniuriarum si in uno anno non intētetur exspirat & annullatur.

Sine vulnere mortali & priuatione membri &c. Exinde doctrina datur quod quicquid factum sit in contumeliam hæredibus actio non datur, si adhuc ipse viuit & querulare potest, vt. ff. de iniur. L. iniuria & L. ītē apud Labeonem.

Nisi post anni spacium &c. idq; iuste euenit. Quirelę enim huiusmodi non plus nisi anni spacio durant, vt Insti. de perpe. & tempo. acti. §. non autem omnes. &. §. vlti. & C. de iniur. L. si non conuicij. Intellige tamen nisi principalis querelam viuus incepisset, quia vt sic hæredibus respondere oportet. ff. de iniur. L. iniuriarum. & Insti. de perpe. & tempo. acti. §. penales, & ff. de in officioso testamento. L. posthumus. §. fi.

Articulus. XXXII.

I quis aduena se liberū dixerit, a pro libero habeatur donec per testimoniū hoc reprobet.

a. Iur. mu. ar. iiij.

¶ Qui se liberum dicit & alter eundem seruum suum esse dicat eo qđ se ei in seruitutem dederit, liber euadet sacramento donationem negādo pretactam, b nisi forte in iudicio factū sit. Si uero dicat eum suū uernaculum idest innatum seruum esse, dominus eum cū duobus seruis suis sub iuramentis obtinebit. Si autem alius eundem a domino ut suum postulet seruum c tunc eū cum septem eiusdem serui cognatis aut hominibus ueridicis obtinere necesse est. Si tamē is qui seruus dicitur suam metseptimus cum tribus ad eum iure cognationis pertinentibus ex parte patris & tribus ex parte matris probare poterit, libertatem obtinebit attestationes omnes annullando. Possidentis seruū probatio facilius admittitur q̄ eius qui eum non possidet. d Qui se in iudicio in seruum donauerit, eius hæres huiusmodi donationi iure contradicat & eum in statum reducet libertatis. Sed si dominus eum usq; in diē obitus tenuerit, ipse eius accipit hæreditatem & prolem si eum secute fuerāt tum & eam quā post donationem genuerat. Qui se seruum unius domini negauerit & ad alium se pertinere dixerit, si ille ad quem se pertinere dicat ad defendendum eum in iudicio non cōparuerit qui eum impecrit cum duobus suis cognatis e quos si nō habet cum duobus uernaculis iurando eum obtinebit. Postquam ut sic per testimonium a domino uictus extiterit, dando sibi colaphum corā

b. Iur. mu. ar. iiij.

c. Iur. mu. ar. iiij.

d. Iur. mu. arti. ij. & ar. iij.

e. Textus antiqui habent cum septem suis cognatis.

iudicio si uult eundem suo seruicio mancipabit. In quocunq; iudiciali/ter actor uerige/rum aut emendā acquirit, in eodem iudex mulctam seu pœnam si uult obtinebit.

Glosa.

Si quis aduena. &c. De seruis & quid sit seruitus & quid libertas & qualiter seruus fiat liber, vide plene per Hostiensem in summa de seruis non ordi. per totum.
Sic etiam vult ius commune videlicet quod ille cui mouetur quæstio ingenuitatis non habet necesse probare si est in possessione nisi onus ꝓbationis spōte assumat. C. de testib⁹ L. si tibi. ☞ Si velit obtinebit. &c. & iuste exigi & recipi possunt tales pene legales, nam sunt debite iure naturali & gentiū vt. L. i. ff. de furtis, & ibi nota & etiā iure diuino qđ est naturale. i. dist. ius naturale, & patet. Exodi. xxi. & xxij. & no. Bar. in. L. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur.

Glosa.

Articulus ꝑsens de seruitute & libertate agit. Notitiaq; eius maxime est necessaria. Si enim negotium aliquod in iudicio haberetur & interueniret actio seruitutis negotium illud primum discuti nō potest nisi prius terminetur super seruitute vel libertate, sicut si accusas aliquē pro debito, preda, furto, violentia, cōtumelia per illum tibi illata, & ego dicam illum seruum esse meum prius determinandum est si tu seruus meus sis, vt. C. de ordi. cogni. L. cum & ipse.
Vnde sciendum quod tria notanda ex textu veniunt. Primo cui competat occasione seruitutis iudicium. Secundo quomodo querela formanda ac inchoanda sit. Tertio cui probatio de iure cedit & has tres particulas tangit in primo paragrapho articuli ꝑsentis. Quātum ad primum sciendum quod nullus iudicare potest istud nisi iudex prouincialis, & hoc tangitur ibi si quis aduena. f Vnde adueneſunt & dicuntur homines qui quādoq; adueniunt & quandoq; discedunt viceuersa exhinc, pertinentq; ad ius commune prouinciale. g Proprietarij vero sunt qui proprium habent in aliquo municipio & pertinēt quādoq; specialiter ad iudicium illius municipij seu fori, vt supra li. i. ar. ij. &. C vbi causa stat⁹ agi debeat. L. procuratores.
Pro secundo quomodo querela formari & incipi debet, hoc tangitur ibi pro libero habeatur. Vbi enim quis pro libero habetur ibi dem querelam inchoare tenetur.
Quæritur si eundem loco serui exinde abducere ad suam iurisdictionē velit, an iudex istud admittere debet. ℟. quod non. Contrariū licet istius esse videatur, L. i. C. vbi cau. stat. agi.

f. *Aduene qui dicantur.*

g. *Proprietarij q uoi atentur concordat supra li. i. ar. ij.*

Ponitur q; ibidem similitudo quod is qui seruit si fugiat in aliam iurisditionem & vsurpet sibi libertatem non est cum iniuria quod ad respondendum in illam ciuitatem arretur vnde aufugerat. Iudex itaq; ꝓuincialis hic in proposito etiam eundem in iurisditionem illam transmittere deberet quod ibidem audiretur, & non illic vbi preuētus est. Istud tñ soluit sub distinctiōe, si vnus impetitur qđ seruus alicuius sit & istud recognoscat quod sibi seruiuit contra iustitiam tamen ad seruitutem deuenerat huiusmodi, extunc remittit ad iurisditionem ex qua venerat, allegata etenim sua quod videlicet iniuste in seruitutem deuenerat maiori iure ꝓbare debet in iurisditione ex qua aufugerat q̄ hic, & huiusmodi recognitionis actor varendam habebit nec sibi destrui poterit coram suo iudice, vt supra li. ij. ar. xxij. Si vero dicat ille impetitus nihil se scire de istius dominio, extunc vt textus habet pro libero reputari debet donec per testimonium aliter probetur, & hoc tangitur in textu ibi donec per testimonium. &c. &. C. quod vi. metusue causa. L. i. &. ij. q. v. c. ꝓsbiter.
Qui se dicit liberum. &c. hic tangitur cui probatio huiusmodi cedit. h Vnde circa id notandum venit quadruplicem esse impetitionē seruitutis & vniuscuiusq; specialem probationē. Primo si dicis & alloquaris quod ipse se tibi in seruum dedit, & hoc dupliciter fieri potest, vel coram iudicio & sic cōuincitur iudice & sex testibus vt supra lib. i. ar. vij, & hoc si tria concurrant vt supra tactum est. Primo si viginti annorum erat tempore quo se in seruiturem dederat, vt Insti. de iur. perso. §. serui. Secundo si pecuniam ex venditione acceptam in commodum conuertit suum, vt. C. de liberali causa. L. non ideo. Tertio quod fiat cum consensu hęredum vt infra sequenti paragrapho. Si vero sit extra iudicium istud negare potest & absoluitur iuramento, idq; tangitur ibi nisi coram iudicio actum esset.
Si autem eum dicat suum esse vernaculū. &c Tangitur secunda alloquutio exinde q; alia probatio sequitur. In prima enim dixerat q; se in seruū sibi dedisset, hic vero dicitur qđ innatus seruus suus esset, quicqd enim a seruo nobis acquiritur hoc loco serui apud nos erit, vt Insti. de iur. perso. §. serui. &. C. de rei. vendi. L. partū, istudq; probare tenetur metetertius vt textus habet.
Si autem alius eundem a domino. &c. Tertia tangitur impetitio cum sequenti eius probatione, & in isto casu probare eum oportet metseptimus veridicorum suorum vasallorū qui sunt propinqui illius serui. In contrariū licet videtur leges & Canones qui disponūt quod propinqui testificari nō possunt, vt. C. de testibus. L. ij. extra de accusa. cum. P. manconella &. C. de verbo & re. signifi. L. finali, & etiam contrariatur. §. sequenti istius articuli, ibi si tamē is qui seruus dicatur, ℟. tamen

h. *Quadruplex seruitutis impetitio & uniuscuiusq; specialis probatio cōcor. iure mu. ar. iiij.*

134

℟. *Propinqui testificari possunt in certis casibus, Concordat Iur. Mu. ar. iij.*

quod ius istud non contrariatur legibus allegatis nec. §. sequenti. Vnde soluūtur iura hic citata quod in causis quidem cōmunibus testificari propinqui non possunt. i Sunt tamen tres speciales cause in quibus testimoniū illorū admittitur. Primo quod pater & quilibet consanguineus testificari potest sui filij & consanguinei ordinationem tastamentalem, vt. ff. de testa. ordi. & q testamenta facere possunt. L. qui testamento. Secundo in causa matrimonij, vt. xxxv. q. vi. c. copsanguineos, & extra q matri. accusa. vel testifi. pos. c. videē, & extra de senten. & re. iudi. c. tenor. Tertio vbi testificari debet genelogia legittime nationis vel progenitorum, ibidem etiam amici & consanguinei testificari possunt, vt extra qui filij sunt legittimi. c. transmisse, sic etiam hic est in proposito & ita vnum non contrariatur alteri.

℟. *Possessio respectu serui triplex.*

Possidentis seruū probatio facili⁹. &c. Quarta tangitur impetitio cum sequenti probatione hoc est si impetitor habeat possessionem serui nec ne. k Vnde nota quod possessio huiusmodi respectu serui triplex est. Vel ego habeo possessionem in eo, vel tu qui mecū cōtendis de seruo habes eam, vel ille allocutus habet eam solus ita quod in possessiōe libertatis sit. Possessionemq; huiusmodi acquirimus tripliciter quia vel est seruus noster innatus, vt supra li. i. ar. xvi. & Insti. de iur. perso. §. serui. Vel est emptus & hoc dupliciter quia vel fuit liber & seipsum vendidit in seruum. l Ad hoc autem quod emptio huiusmodi valeat quatuor conditiones requiruntur vt supra tactū est. Prima quod sit viginti annorum, vt Insti. de iur. perso. §. serui. &. C. de liberali causa. L. non ideo. Secūdo qđ pecunia illa sibi cedat alias emptio non valebit, vt Insti. §. prętiū. &. ff. qui ad liber. procla. non li. L. i. Tertio quod sit hęredum consensus, vt infra eo. ar. §. sequenti. & Insti. q ex cau. manumit. nō pos. §. ij. &. ff. de liberali causa. L. liberis. §. si quis sciens. Quarto quod effectualiter illius sit ex venditione & aliter nō vt Insti. de empci. & vendici. §. prętium, &. ff. qui ex cau. ad liber. procla. L. i. Secundo acquiritur nobis seruus vigore emptionis a domino aliquo & illum varendare oportet is a quo emptus est ac si emisset aliam rem vendi tam. Tertio acquiritur possessio serui ex donatiōe & hoc fit dupliciter, vel est liber & se donauit in seruum, & ad id pertinēt illa quę & ad venditionem requiruntur excepto illo quod pecunia nulla ꝓsupponitur. Aliomodo cum donatur a suo domino, vt supra li. i. ar. xvi. & in his acquiritur possessio prout in alijs rebus donatis fieri solet. Tertio fieri pōt quod is qui alloquatur, possessionem habet suę libertatis, & hęc libertatis possessio acquiritur quadrupliciter. m Vel ex natura vt ga liber natus sit, vt Insti. de liber. §. i. & Insti. de ingenu. §. i. Secundo acquirit libertatis possessio vt quia manumittitur, vt supra li. i. ar.

i. *Ad hoc quod emptio serui ualeat quatuor requiruntur, Cōcordat Iur. Mu. ar. iij. glo.*

m. *Libertatis possessio acquiritur quadrifariam.*

xvi. & Insti. de lite. obli. §. ij. Tertio acquirit libertas, iure ipso & hoc trifariam. n Primo si dominum a morte liberauerit. Secundo si falsam monetā marisstauerit. Tertio si violentiam mulierum & stupra publicauerit. C. qui ex cau. ser. premi. liber. L. i. ij. &. iij. Quarto acquiritur libertatis possessio in iuste, sicut ille qui aufugit & de isto supra tactū est quomodo possessionem obtinere vel perdere potest, hoc etiam tangitur ibi possidentis seruum. &c. Vnde circa id sciēdum quod propriuni tum & seruus alienari non potest sine hęredum consensu, vt supra li. i. ar. lij. C. de liberali causa. L. liberos.

n. *Seruus libertatem sequitur ex tribus.*

Qui se seruum vnius domini negauerit. &c. Quęrere vnus potest. Quare seruum domin⁹ in iudicio defendere tenetur. ℟. propter id, quia seruus per se solus defendere se non pōt, est enim mortuus iure, vt. ff. de reg. iur. L. seruitutē, &. ff. eo. ti. L. liberos, & Insti. de capi. diminu. §. seruus, & ita per alium defendi debet id q; dominus eius facere tenetur, vt. C. de accusa. & inscripci. L. si cuiusdam & lib. ij. ar. xlij.
Cum duobus vernaculis. &c. Istud contradicere videtur extra de verbo significa. c. forus &. iij. q. vij. c. infames, & itē. C. de testi. L. quoniā. Vbi habetur quod seruus testificare non potest. ℟. quod iura allegata intelligi debent quod serui contra liberos homines testificari non possunt. Sed bene respectu seruorum vtbic in proposito.
Dando sibi collaphum. &c. vnde collaphus datur seruo a domino cum eum cōuicerit loco emende quā accipere dominus debuerat, vt. C. de emendan. seruo. L. si virgis.

o. *Seruus ꝓfugus an suspendi per dominū iure possit.*

Quęrere aliquis posset, o An dominus seruum profugum suspendere iure posset. Quidam dicūt quod sic quia furtum per fugam cōmisit, vt. C. de ser. fugit & liber. L. finali. ℟. tamen quod suspendi non debet, pro huiusmodi enim furto suspenditur nemo, vt. C de furtis. L. serui, & in auten. vt nulli. iudi. lice. habe. loci. cōserua. §. profurto. coll. ix. potest eum tamen perpetuo vinculis cathenari, vt. C. de emendan. ser. L. i.
Super eundē iudex mulctam obtinebit. &c. Dubitari possit. Quid mulcte iudex obtinet in excessu serui, exquoquidem seruus nihil habet quod suum sit, vt Insti. per quas perso. nobis acqui. possi. §. item per seruos. ℟. quod iudex potest itidem seruo alapam dare loco mulcte exquo nihil aliud habet qđ soluat, vt supra li. ij. ar. xvi. & in autē. de pa. tenen. coll. x.
In fine text⁹ vbi dicit si velit obtīebit. &c. ℟. quod de iure id facere tenetur vt in noua cōstitutiōe. Nos Adalbertus, & in autē. de māda. princi. §. quod si col. iij. &. C. ad le. Iul. repetun. L. i. &. xxxiij. q. iij. est iniusta.

QVilibet Ius suum corã imperio uel Rege obtinet [a] Quilibet etiam respondere ubiq; locorũ coram Rege tenetur non secundum partis actoree, sed propria ree partis iura. Etiam ad omnia incusata respondebit corã eodem nisi forsan duellum eidem indicetur ratione cuius poterit se per ius excipere ne respondeat nisi in territorio suo de quo est oriũdus. Si item de proprio impetatur eum respondere nõ oportet extra territorium suũ. Rex etiam non secũdum hominis tam actricis q̃ rei iura sed secũdum ius prouintiæ in qua sistit proprietas, iudicabit.

a. Textus uetustiores habent, quilibet aduena ius suum &c.

Glosa.

Rex etiam. &c. [b] Ad quod sic dicit lex communis actor rei forum siue in rem siue in personam fit actio sequitur, sed & in locis in quibus res propter quas contenditur constitute sunt iubemus in rem actionẽ aduersus possidẽtem moueri vt in. L. vlti. C. vbi in rem act. exer. de.

b. Actor forum rei sequitur, ad hanc materiam uide supra eo. li. ar. xxv. Iur. Mu. ar. xxviij. glo.

Glosa.

Quilibet Ius suum. &c. Autor priuilegij doctrinam dat omnibus in cõmune hominibus si quando aliquem contingat coram Imperatore ius agere quo pacto illic sese gerere debeant multi etenim conspectum formidant Principis, quare per articulum presentem eis animum dat dicẽs quod quilibet aduena ius suum coram Imperatore obtinet. Ratio istius est. Quia Imperatores ius cõmune statuerunt omnibus in cõmune imperio subiectis, qd̃ vocatur ius imperiale. Existo tamen iure cõmuni exempte sunt quędam personę vel potius prouintię [c] vt in proposito Saxones vt supra li. i. ar. xviij. Ex quo itaq; per Cesaream Maiestatem priuilegiate sunt prouintię certe frustra esset gratia illa nisi eadem vti possint coram Imperatore, vt Insti. de iure natu. gẽ. .§. plane.

c. Vide supra li. i. ar. xviij. & infra li. iij. ar xliij.

Quilibet coram Rege respondere tenet. &c Exquoquidem Rex ipse cõmunis iudex est omnium, vt supra li. i. ar. xxvi. [d] Quare notanter hic dicitur quod vbiq; locorum iudicare potest, si respondens ibidem sit. Si vero illic pręsens non est citari nõ debet sed in illa iurisditione vbi residet per iudicem illius iurisditiõis iudicandus, & hoc propter impẽsas euitandas, vt in auten. vt om. obedi. iudi. prouin. §. i. & ij. coll. v.

d. Declaratio textus pulchra.

Etiam ad omnia incusata. &c. ideſt qd̃ omnes querele proponi possunt coram Rege. Rex etiam omnes & singulas iudicare potest causas exceptis tamen, vt infra habetur.

Vnde sciendum [e] quod Rex quinq; casus iudicare non potest, nec coram ipso respondebitur. Primo spirituales psonas, isti enim priuilegiati sunt per imperatorem, vt in auten. apud quos opor. dice. cau. monacho. §. i. col. vi. & in auten. vt cleri. apud propri. Epi. §. plurimos coll. vi. & in auten. de sanctiſ. Epiſ. .§. sed neq; & .§. si quis coll. ix. Secundo non respondetur coram Imperatore prõ re spirituali, sicut nec coram Papa pro re seculari vt in auten. de sanctis Epi. §. vt autem coll. ix. & extra de foro competẽti. c. licet, &. c. ex pte, & extra de apel. c. si duobus. Tertio coram Imperatore non respõdetur pro re quę corã alio iudicio incepta aut terminata sit vel per transactionem composita, vt. C. senten. rescin. non pos. L. impetrata, &. C. de transacti. L. nõ minorem. Quarto cum quis pro duello impetitur nisi forsan delictũ ibidem cõmittatur, vt. C. vbi de crimi. agi. opor. L. quęstiones. Quinto si sup hereditate aut proprio agatur vt hic textus habet, & in auten. vt om. obe. iur. prouin. §. i coll. v.

e. Rex certas causas iudicare non potest nec coram ipso respõ debitur.

Rex etiam super proprio iudicabit. &c. Sciẽdum circa id quod Romanorũ Impator Saxonibus ius speciale dedit quod in prouintia cõmuniter habetur eoq; omes incole vti debent vndecunq; sint & cuiuscũq; nationis existant, vt supra lib. i. ar. xxx. datũ enim est priuilegium prouintię non personis quę facile immutãtur, vt. vij. q. i. c. petisti. [f] Priuilegium etenim personis datũ perit vnacũ personis. Quod vero prouincijs datur semper maner, vt. xvi. q. i. c. hinc est, &. xxiij. dis. c. communis filius, & extra de consti. c. cũ accessisſent, &. ff. de reg. iur. L. priuilegia, &. ff. de lega. ij. L. patronus, & Insti. de iur. nat. gen. & ciui. §. plane.

f. Concordat Iur. Mu. ar. i. glo.

Articulus XXXIIII

Do proscriptis et libris aut. Iudice

AIudice proscriptus & in bannum Regis seu illegalitatem inductus ipsam si euadere uelit per sex septimanas curiam sequi debet, eiq; Rex pacem indicet, ille etiam iurare tenetur iudicio se sisti & se iudici qui eum proscripserat præsentare. Ibidem tandem infra quindenam postq̃ in suam prouintiam reuersus fuerit se iudici supradicto exhibeat omnibus quærulantibus responsurus. In signumq; ac complementum iuris prosequendi etiã sacra progmata. id est literas regali sigillo munitas secum deferat iudici [a] ut sciat eũ liberum a proscriptione fore.

a. Alias enim sibi non crederetur pro quo uide supra li. ij. ar. xlij

Illegalitatẽ incurrens sine proscriptione inferioris iudicis, Curiã sequatur Regis per sex hebdomadas & fit immunis.

Qui se a proscriptione imperij exuerit & iudicio seipsum non sistit de se iustitiam ministraturus, denuncietur illegalis & bannitus tanq̃ p annum & diem in illegalitate impẽ perstitisset.

Glosa.

[b] Pro intellectu textus nota quod ad Imperatorem seu Regem confugitur in quinq; casibus. Primo in appellationibus & sententijs vt supra li. ij. ar. xij. & in auten. de appel. & infra quę tẽpo. §. ad hęc coll. iiij. Secundo si iudex dubitet in aliqua lege, vt. C. de rela. L. si qs. Tertio si Imperator curiam suam vel expeditionem indixerit & ad se venire iusserit, vt infra ar. lxiij. Quarto cum quis a proscriptione se exuere voluerit, vt hic &. C. de senten. passis. L. generalis, & hoc fit ex pte iudicij. Quinto si ad illegalitatẽ maiorem inducere quem vult aliquis, quõ autem id fiat vide li. i. ar. vlti. & D. q. posset. Quid si proscriptꝰ literas apportet Regias qd̃ a proscriptiõe liberatus sit iuramentũq; occasione illius nõ fecerit quo se expiare deberet. R. quod relevare illum istud non potest, [c] literis enim etiam Regijs credi non debet negotio iam corã iudicio incepto si sint cõtrarie iuri scripto. Imperator enim vel Rex non aliud intendit vel intẽdere debet nisi prout ius dictat vt in auten. vt om. obedi. iudi. prouin. in pleriscq; locis, coll. v. & in auten. in medi. lit. non fieri sacras formas, coll. viij. per totum.

b. Ad Imperatorem seu Regem confugitur in quinq; casibus.

c. Literis Regijs credendum non est si cõtrariatur uri scripto Vide supra ar. xxvi. & infra. ar. lxiiij.

Etiam sacra progmata. &c. vnde sciendum quod nuncijs nõ creditur absq; literis, vt. C. de manda. princi. L. si quis.

d. Nuncijs non creditur absq; literis, uide infra ar. lxiiij.

Qui se a proscriptione. &c. istud declaratum vide supra li. i. ar. xxxviij.

Articulus XXXV

In manuali facto Varendator

CAptus in manuali facto furto aut spolio, [a] harum rerum nullum poterit nominare uarẽ datorem. Inueniet autem quis sub alio res suas sibi ablatas aut furatas & si retentori huiusmodi rerũ, manuale non poterit imponere factum [b] ipse licite in his rebus suum nominabit uarẽdatorem si ei duellia uerba obiciuntur.

a. Concordat Iur. Mu. ar. Cxiij.

b. Contrariari huic uidetur supra li. ij. ar. xxxvi. §. dicat autem possidens.

Glosa.

Captus in manuali facto. &c. Vide etiam supra li ij. ar. xxxv. & talis deprehensus dicitur fur manifestus secundum leges [c] puta quando fur deprehenditur cũ re furtiua anteq̃ per uenerit ad locum destinatũ & tenetur iste ad quadruplũ, locus autem destinatus intelligit in quo fur eodem die manere disponebat & non refert per quem deprehẽdatur, vtrũ per dominum vel per aliũ, vt. ff. de furtis. L. quo destinauerit, &. L. fur est. Et idem fit si ad eũ deprehendendũ occursus erit. Et item si cum furtum tibi facerem tu hoc vidisti absconditi tamen te, ne te occiderem vt. ff. de fur. L. si quis, &. L. penulti. Non etiam refert vtrum fur capiatur in furto, vel an derelicta re fugiat cum visus esset, vt. ff. de furtis. L. si quis in seruitutem. §. vlti. hoc secundum leges, sed secũdum hoc ius municipale dicit, vt supra li. ij. ar. xxxv. & li. i. ar. lxvi. & li. ij. ar. xiij.

c. De manuali facto uide hic diuersos modos.

Glosa.

Articulus pręsens docet in' quibus casibus vnus ad varendatorem se trahere non potest Vnde pro intellectu istius nota [d] quod querela duplex est vbi necessario varendator habetur vel vbi quis varendatorem habere potest. Vna ciuilis sicut si ago pro bonis immobilibus & ille qui illa tibi vendidit te varendare seu tueri nõ potest, [e] bona tollit viceuersa pecuniam restituendo & vterq; manet sine dãno, vt supra li. i. ar. ix. Alia est querela criminalis sicut si me accusas pro preda vel qd̃ tibi domũ aut castrũ depredatus sim; egoq; dico quod mihi id facere mandatũ est, idq; dupliciter vel iste qui mihi mandauit tante

d. Querela duplex ubi necessario uarendator habetur.

e. Concordat Iur. Mu. ar. Cxv.

potestatis erat quod eidem obedire ex debito me oportuit sicut si forsan meus pater fuit in cuius potestate adhuc sim, vel meus dominus feudalis idq; coram iudicio recognouerit mihi mandasse vel si suum mancipium sim liberatur accusatus si ille respondere ceperit. ff. de reg iur. L. velle, &. ff. si fami. fur. fecis. dica. L. i. & sequẽtibus. Si quis vero ex cesserit ex mandato alicuius in furto vel preda cuius potestatem ipse nõn habuerit eundẽ varendare nõ potest dato quod recognoscat factum sed magis erit socius illius malefacti & similem pœnam subibit, nec pœnã illi minorabit, vt Insti. de oblig. quę ex delict. nascun. §. interdum, &. ff. vi. bono. rapto. L. prętor ait. §. dolo. & supra lib. ij. ar. xxv. &. C. de raptu. virgi. vel vidu. L. i.

f. Cõcordat Iur. Mu. ar. Cxv.

Nullũ poterit nominare varendatorẽ. &c. f hoc etiam intelligitur dupliciter. Primo non põt se trahere ad varendatorem quia opinatur quod ratione istius id faciat vt sibi pœna prolõgaretur, vt. ff. de pe. L. si quis, & etiam ratione istius quia manuale factum est, vt supra li. ij. ar. xxxv. Secundo non potest se trahere ad aliquẽ varendatorẽ ex eo, quia nullũ hominem alloqui seu incusare potest de illo facto, ex quo manifestum sit, vt. C. de quęsti. L. sicuti. &. C. de accusa. & inscrip. L. accusationes & hoc intellige, si ille ad quem se trahit negauerit. Si vero recognoscat ille qui eũ facere iusserit, extũc ille reꝰ erit & iste dimittitur, vt Insti. de oblig. quę ex delict. nascun. §. oblatum.

Inueniet autem quis. &c. Q. d. nõ potest quis manualis facti accusari super re quam ammiserat & illam tota die nõ habuerat. Alter vero non occultando illam seruauit, vt supra li. ij. ar. xxxvi.

g. Duellariter alloqui q.t. cõcordat supra li. ij. ar. iij. Iur. Mu. ar. xxxiij. & xxxv.

Si ei duellaria verba. &c. g Nota in proposito duellariter alloqui non est aliud nisi criminaliter accusare, vt li. ij. ar. xxxvi. Hic ergo vt textus habet pro rebus pnoctatis duellariter quis alloqui non potest, vt supra li. i ar. lxiij, & li. ij. ar. viij. h

h. Vel sic nullus potest manuali facto accusari pro re quam perdiderat & tota die illa carebat eandemq; rem posthac apud aliquem præuenit, quam ipse non occulto seruauit, ut supra li. ij. ar. xxxvi. Ibi qui post alterum die furtum &c.

In his rebus suum nominabit varẽdatorem. &c. Is textus contrariari videtur supra lib. ij. ar. xxxvi. vbi dicitur dicat autem possidens. &c. in cõmuni foro emptam, & si ignorauerit varendatorẽ innocens furti erit si emptio iuramento confirmetur. ℟. tamen quod non contrariatur quia nec hic præcipitur quod id facere teneretur sed licitum erit ei si vult, & hoc innuit per id cum dicit ipse licite. &c. Vel dic quod ponitur sub conditione si duellaria verba obiciuntur, sed pro huiusmodi rebus pernoctatis duellariter alloqui non poterit vnus.

Articulus XXXVI

De Pace indicta inter duellantes & violatione pacis

QVi alium in iudicio ei indicendo duellum cõprehẽderit, & si actio per sententiam prorogabitur ambobus pax indicet quæ si fracta fuerit debet ante omnia sine duello per iustitiam emendari. Violator uero si in facto comprehenditur manuali, prout uiolator pacis iure sentencietur.

Glosa.

Superius dictum est de duellaribus quęrelis, & quia plerunq; accidit quod illi qui aliquẽ duellariter accusant, & si in instanti pro libitu eorum non iudicatur per seipsos vlciscuntur, doctrina ergo datur ad obuiãdum huic malo, quod si quis duellaria verba alicui inferat, & si interim pacem indictã violauerit emendare eum oportet acsi quęrelam nõ incepisset, & q̃diu id non fecerit eidem respondere super duello non tenetur, nec dies prefigitur ei iuridica. Sic etiam depredatus qui sit contra illum agi non potest nisi restituatur ei illud quod ablatũ est, vt extra de restitu. spoliato. c. sollicite, & eo. ti. c. frequens. li. vi. & ij q. ij. per totum, & hoc tangitur hic cum dicitur pręter duelli.

Violator vero. &c. hoc est si violator pacis detentus sit qui pacem violauit ratione cuius penalis actio fieri possit, iudicari super eo debet vt cõtra pacis violatorem, caput enim sibi amputabit, vt supra lib. ij. ar. xiij, &. ff. de penis. L. capitalium. Sed contra istud esse videtur textus li. ij. ar. xvi. vbi habetur qd̃ violatori pacis manus amputari debet pro mutilatione vel vulneratione q̃is pro his possit etiam criminaliter accusari. ℟. tamen qd̃ articulus. xiij. secundi libri intelligitur quod pacis violator pena capitis plũitur si in facto deprehensus fuerit. Articulus vero. xvi. intelligi debet si factum sit pernoctatum, quia tũc in cute punitur per manus amissionem. Quęrere quis posset si violando pacem duntaxat baculauerit an pena capitis puniri debeat. Quidam dicunt quod non, fundantes ꝓpositum suum super ar. lxviij. li. i. ℟. tamẽ ꝙ demeteretur caput si inculpatur, quia si hoc leuiter puniretur quanti valoris esset pax stipulata, vt supra li. ij. ar. xiij. & in plerisq; supra articulis cauetur, qd̃ pax stipulata tracta si sit pena capitis vlcisci debet. Ista vo pax maior est q̃ stipulata, vt ff. ad le. Iul. de vi. publi. L. qui dolo malo.

Articulus XXXVII

De baculatione diuersis personis non iuxta de pecude alterius de furtiuis gestatis

a. Cõcordat supra li. i. ar. lxviij. Iur. mu. ar. xxxviij. a cõtrario ergo sensu, si sint uulnera cruenta & carnalia, extunc liberabit se medio uerigeldo si aliter contra eũ agatur. Si uero criminaliter actio instituetur in cutti punitur, ut supra li. ij. ar. xvi. ibi uide.

QVi alium sine uulnere percusserit aut baculauerit depilauerit corexeritq;, a & si cum clamore uiolentiarum iudicio præsentetur ob hoc uitæ aut sanitatis non pacietur detrimentũ. Mulctam etenim & emendam præstando liberatur.

b. Testem se ultro exhibẽs a testimonio pellitur.

b Qui se ad testimonium antequã iuste secũdum iuris formam interrogetur exhibuerit, a testimonio repelletur.

Qui pecus uicini sui cum suis pecoribus in domos suas duxerit & in crastino illꝰ emittet, nihil delinquit dummodo id non neget & eius nõ sentiat utilitatem.

Qui maturos alterius fructus dum eos putat suos aut domini sui esse abscindit nec eos auferat non peccat, immo merces ei pro his tribuatur.

Glosa.

Superius dictũ est quod excessus maior est q̃ indictam coram iudicio pacem violauerit q̃ simpliciter demandatã, & hoc fit ratione rei iudicialiter proposite. Consequenter autor priuilegij intentionẽ continuans suam in inuestigandis iuris secretis quę in opinionibus plerumq; sistunt, c propter opiniones enim adinuente sunt probationes, & nisi opiniones essent probatione nõ indigeremus. Illud em quod pro certo habetur probari non oportet, vt extra de consangui. & affini. c. super eo &. ij. q. i. c. scelus. Quare sciendũ d quod ꝓbationes vt cõmuniter non aliud faciunt nisi opinionem immo & probationes testium faciunt iudicem opinatiuum in illo facto. Testibus enim non aliter fides datur nisi propẽ id quod opinatur & creditur illos verũ dicere, ex eo quod iurabant & non quod de necessitate verum sit, exindeq; apparet e quod probationes certe non sunt nisi quę corporaliter ostenduntur. Quare male opinantur illi qui dicũt verum esse ex eo, quia. N. &. P. iurauerunt immo potius dici debet creditur verum esse, ex quo iste & iste iurauit. vt. i. q. vlti. c. sancimus, hoc etiam intelligitur de Saxonibus in eorum probatiõibus, immo & probationes per literas non sunt in toto vere ni-

c. Probatiões propter opiniones adinuente sunt.

d. Probationes ut cõmuniter non aliud faciunt nisi opinionem.

e. Probationes nulle certiores nisi quæ corporaliter ostendũtur.

si opinatiue, vt. iij. q. iij. c. placuit. §. in criminali. Debet tamen iudex circa opinionẽ stare quę probationem infert quoad contrarium probetur.

f. Opinio quadruplex.

Vnde nota quod opinio quadruplex est, f & secundum hoc etiam in articulo quatuor ponuntur quę opinionẽ in se includunt. Prima est probabilis sicut cum vnum percutis vel per crines trahis & in eo detineris. Vnde quẽadmodũ supra li. i. ar. lxviij. §. i. habetur, si percutiens baculansue aliquem causaq; ad iudicem deducta terminoq; assignato idem ad euincendũ vel excusandum se non præsentauerit in tempore deputato, in proscriptiõe cõdemnetur, hoc est proscribitur propter id quod inobedientem se prestitit, quia si venisset emendare posset & mulctam prestaret si re cognouisset. In proposito vero cũ verberans aliquem quis captiuatur, dubiũ est an vltrò venisset ad excusandũ sese nec ne. Opinatur itaq; & creditur si in facto detentus non fuisset quod ille propter id fugam non dedisset sed venisset ad emendandũ sese pro facto, ex quo emenda & mulcta liberari potuit quare proscriptionẽ non incurrit exsoluta mulcta & emenda, & huiusmodi opinio probabilis est, vt. ff. de eo quod me. cau. gest. L. i. &. C. de his quę vi metus causa. L. cum te. &. ij. q. iij. c. prębiter.

Vitę aut sanitatis non pacietur detrimentum &c. hoc totum efficit opinio probabilis, qa opinatur quod ipse venisset dato quod non captiuaretur, sed si proscribitur non comparens opinio declaratur in contrarium nõ re& videlicet actum fuisse quod post factum non captus esset, opinatur enim eum nõ venisse quoad proscriberetur, vt supra li. i. ar. lxviij. in fi.

Qui se ad testimoniũ exhibuerit. &c. Tangit secunda opinio quę fatua dicitur, fatue enim facit qui homines cõuincere vult sine necessitate & qui se vltro ad iuramentũ exponit testisq; esse vult non interrogatus. g Vnde cõtra huiusmodi testimonia triplex fit obstaculum. Primo qa suspicatur quod illi ex testimonio huiusmodi emolumenti quid habeant quare repelluntur a testimonio, vt. C. de testibus. L. si quis, & extra eo. ti. c. sicut, & extra de probati. c. i. &. iij. q. ij. c. placuit. §. in criminali. Secũdo qa opinatur quod homo sit leuis conditionis, hoc est fatuus & malefactus, vt. C. de his qui notan. infami. L. i. ij. &. iij. &. iiij. q. vij. c. ij. Tertio quia opinatur qd̃ sit freneticus, fatuorum enim cõdicio est qd̃ non interrogati referunt, & ista fatua opinio remoueri debet nec iudex in eam superintẽdere immo negotium suspendi quoad aliud probetur iudici, vt. ij. q. i. c. in primis.

g. In teste se ultro exhibentis incommoditia.

Qui pecus vicini. &c. Tertia opinio tangitur quę & violenta dicitur. Ius enim non aliter opinatur & illam opinionem loco iuris statuit, quod ille non male facit qui pecus vicini sui cum suis pecoribus in domum duxit

suam sine aliqua sui vtilitate, diciturq; fortis aut violenta opinio ex eo, quia non datur probatio in cõtrarium vt videlicet quis probare velit qđ animo malo id fecisset. h Sic etiam a cõtrario clerico non creditur qui cũ vxore alterius cohabitat, dato quod probare velit id eum zelo bono facere, vt extra de cohabi. cleri. & mulic. c. si quicquam.

h. *Clerico non creditur qui cum uxore alterius cohabitat dato quod probare uelit id zelo bono facere.*

Qui maturos alterius fructus. &c. Quarta tãgitur opinio quę & audax dicitur, & illã habẽt illi qui male opinantur de aliquo vbi nihil mali opinandũ est, vt in proposito. §. iste vltimus, non enim male opinari debet de illo qui abscindit maturos fructus alterius putans esse suos.

i. *Quicquid animo bono fit pro honesto reputari debet quoad cõtrarium probetur.*

Vnde ex prędcentibus nota regulas pro intellectu textus necessarias. i Quicquid bono animo fit, p bono & honesto reputari debet quoad contrarium probatum sit. Quicquid vero inhonestum ex se est pro inhonesto reputatur, sicut si facio laborem pro aliquo vt in proposito fructus maturos abscindo vt textus habet, pro bono reputatur mihi. Sed si mando alicui male facere pro malo reputatur quoad probauero zelo bono me id fecisse sicut hic, &. ff. de iuris & facti ignorantia. L. si vero conuicij, & extra de prę sumpti. c. i.

Articulus XXXVIII

QVicquid homo per annum & diem non possederit pro hoc impetitus statim respondere tenetur. a Mulier impręgnata post mortem uiri sui a bonis eiusdem eici nõ debet ante partum. b Comestibilia & dotem non hæreditat mulier tempore uiri, nisi recipiat eadem post mortem eius.

a. *Cõcordat Iur. mu. ar. xcvi. ad hanc materiam etiam uide. L. sicut. ff. de uen. in possess. mitten.*

b. *Ratio quia uir & mulier indiuisa bona possident, mortuo ergo eo, primo uxoris fiunt quæ eadem libere hereditat in propinquiores, ut supra li. i. ar. xxiiij. uel etiam huiusmodi res cedunt uxori quia forsan bona prætacta labore iuuit congregare suo ut ibidem in articulo allegato in annota. habetur.*

Relicta etiam nõ hæreditat suo hæredi ædificia in uitæ prouisione nisi uiua de loco prouisionis in locum proprium uel feudalem illa locauerit uel exportauerit.

Mulier cum mortua fuerit tempore uitæ mariti cognata ipsius uicinior quæ recipit supellectilem seu utensilia relinquet, lectum ornatum marito sicut fuerat tempore uxoris, c & mensam ornabit mensali & bancũ seu scamnum puluinari ac sedile cussino.

c. *Cõcordat Iur. mu. ar. xxiij.*

Glosa.

Sursus articuli est quicquid vnus per annum & diem non possederit impetitus respondere in instanti cogitur. d Ita a contrario si p annum & diem illud possederit ad responsionẽ in instanti non tenetur, oppositum tamẽ istius est, supra li. ij. ar. iij. in fi. vbi habetur quod in omni actione extra duellum debet quis fateri in continenti vel negare. §. tamen quod articulus iste prępsens vbi dicitur, quicqd homo per annum & diem non possedent intelligit proprium & feudũ, quare articulus legendus est vt in se sonat, hoc est si per annum & diem non possidetur. Si vero anno & die possederit respondere in instanti non tenet, vt supra li. ij. ar. iij. in fi. C. quomõ & quando Iudex sententiam. L. iij.

d. *Ad obiecta quilibet respondere tenetur per affirmationẽ uel negationem intelligitur super mobilibus feu. c. lxy.*

D. q. posset si respõdere non teneretur signũ esset quod prędscriberet, & quod iste se in vẽdicando negligeret quod tamen esset contra articulum. xxix. lib. i. &. C. de prędscrip. longi temporis. L. super. §. tamẽ nullam in eo esse contrarietatẽ, non enim dicit quod respondere non debeat sed quod in instanti respondere non tenetur. Si vero tam longe nõ possidet in instanti respõdere cogitur, vt sic enim nõ plus iuris habet nisi quantum ille habuisset qui ex venditione vel donatione in illũ transfudit, vt supra li. i. ar. liij. &. C. de rei. vendi. p to. &. ff. de reg. iur. L. nemo plus &. L. non debet.

Non debet impregnata mulier. &c. Obicere quis posset paragraphum istum superuacanee hic positum fore, dictum enim est sufficiẽter superius lib. i. ar. xx. &. xxij. quomõ vxores post mortem maritorum expediri debẽt & quid eis cedit de bonis defuncti mariti. §. tamen quod non frustra hęc prędsens lex ponitur, immo specialis articul[b] est in fauorem prolis nondũ enixe positus ratione cuius ex bonis mulier illa alienari non debet, est enim hęres in expectãdo ad illa bona, prędterea qñquidem fetus vel puer ille est hęres ad bona huiusmodi & alimentum suum ex matre habet, quare merito mater ex bonis ali & nutri debet de bonis illis. Prouisioq; ista ad iudicem maxime pertinet, vt. C. diuortio facto. L. licet, &. C. de alen. liberis a parentibus. L. si competenti.

c Ex quoquidem mulier vt supra dictum est alienari non debet ex bonis defuncti. Quęrere poterit, quis bona illa prędsidere debeat. Quidam dicunt quod mater ipsa, hoc tamen nõ. Illa enim nõ est vna hęres ad bõa huiusmõi nisi duntaxat in quantum fetum portat & ita nõ est nisi hospes in bona pueri, vt supra li. i. ar. xx. Ibi filius est hospes in bona matris & ecõtra, & ar. xxij. Alij dicunt quod hęredes illa

e. *Bona prægnantis mulieris quis prouidere debeat.*

127

f. *Bona mortui pueri mater capit.*

g. *Cõcordat Iur. mu. ar. xcvi.*

h. *Lectum sternit agnata marito mortue uxoris quæ causa istius sit.*

prouidere debeant hoc etiam fieri nõ debet. Nullus enim hęres alter est nisi puer qui in vtero gestatur & nondum genitus, qui si viuus nascitur moriaturq; tandem, f hęreditas illa in sinum matris cedit & ita mater remanet hęres in bonis, vt supra li. i. ar. xxxiij. §. itaq; quod pueri illius nondum geniti verus tutor & hęres id facere debet prouidereq; tã matrem pueri q̃ puerum ipsum loco patris & bona ipsa, vt supra li. i. ar. xxxiij.

Contrarium licet istius sentire videtur articulus. xliij. &. xlv. li. i. vbi innuitur qđ post mortem mariti mulieris tutor est proximior agnatus. g §. tamẽ quod ibi loquitur de tutoria in causis criminalibus. Vel etiam eius proximior agnatus est tutor bonorũ mulieris, agnatus vero proximior pueri est tutor pueri nondum nati in bonis eiusdem & eum hoc mulieris dispensator & ita vnum nõ cõtrariatur alteri. Tutor etiam rationem facere debet, vt supra li. i. ar. xxiij. & in auten. vt hi q obli. se habe. §. si vero coll. vi. &. C. de offi. diuerso. iudi. L. i.

Cum dicitur comestibilia & dotẽ. &c. Ratio istius qa dos & comestibilia mulieribus ex speciali fauore tribuuntur & donãtur, sed illud quod ex gratia datur non hęreditat, vt Insti. de iur. natti. gen. & ciui. §. plane &. C. de legi. & cõstitu. L. iij. &. vij. q. i. c. petisti &. xvi. q. i. c. hinc est.

Necq; ędificia. &c. Sciẽdũ etenim est quod ędificia omnia manẽt circa hęreditatem, vt Insti. de re. diuisi. §. cum in suo solo. ff. de acqui. re. dom. in plerisq; legibus.

Nisi ea viua abstulerit. &c. Intelligendum est ex quoquidem ędificia in dotalitio meliora re & restaurare potest, ita etiã destruere ea potest, vt supra li. ij. ar. xxi.

Mulier cum mortua fuerit. &c. h Sciendum quod agnata recipiens suppellectilem, lectũ marito ornatum relinquere debet, vt textus habet. &c. hoc fit propter honestatem, exindecq; colligi potest quod ius etiam honestatẽ suadet idcq; quod decorum est docet, vt in auten. vt ab illustri. & qui super eam dignitatẽ sunt. §. i. colla. v. &. C. de offici. diuerso iudi. L. i.

Mulier pręgnans ante partum eici nõ debet. Intellige etiam post partum & puerperium antequam in Ecclesiam ierit. Immo vt glosse antiquiores habent donec puerum lactauerit nisi legittime adsint cause, hęc tamẽ industrie iudicis committuntur.

Articulus XXXIX.

QVi debita ab eo in iudicio petat qui soluendo non est nec habere poterit pro eo stipulantẽ.

a Iudex eum pro debitis creditori tradere debet quem tenere in uictu & labore tenebitur sicut aliam famiIiam, & si uelit compedi eum includat, aliter tamen eum non debet tormentari. Et si effugerit uel eum dimittat propter hoc non est a debitis nondum persolutis liberatus q̃diu debitorum solutionem nequi uerit comprobare b Qui in iudicio incusetur & si ut respõdeat a iudice sibi præcipiatur c ille uero si non respõderit uel se de iure non respõdere debere monstrauerit, mulctatus sententiatur quod in secũda & tertia uice faciendum erit, & si adhuc non responderit, extunc in actione est superatus. Sed si actio fuerit criminalis d actorem facti debere causam cum sex testibus cõprobare.

a. *Ad hanc materiã uide Iur. mu. ar. xxvij. Contrarium tamẽ istius habetur. C. de acci. & obliga. L. ob es alienum, ubi dicitur qđ liber homo pro debito seruire nõ cogitur, in aut. eaq; ibidem annexa contra detentores triplex statuitur pœna. Est etiã cõtra. L. i. C. de operi. liber. in addi. Bald. Ade etiam cautelam remedi huiusmodi debitores per Ange. in. §. penul. Insti. de acti.*

b. *Alij textus addunt quia ut sic semper pignus, erit suum loco debiti.*

Glosa.

Qui debita ab eo. &c. c Fiscus enim dicitur abundare si subiectis locupletibus vtatur vt notat. i. q. iij. Si qs obiecerit. Et interest Principis, vt sub se habeat locupletes in auctenti, vt iudi. sine quoquo supra. §. cogitatio col. ij. f Pauperibus tamẽ qui sua culpa & vicio in egestatem incidunt non est subueniendum vt in. c. non satis. lxxxvi. distin. Dignum em est vt male meriti egestate laborent, vt in. L. bona fides. ff. de depo. vel contra. g Et paupertas in delictis non excusat vt notatur. xij. q. ij fraternitas.

c. *Fiscus abundare dicitur cum subiectos locupletes habet.*

f. *Pauperibus qui suæ culpa in egestatẽ magis dunt subueniendũ nõ est.*

g. *Paupertas in delictis non excusat.*

Qui in iudicio incusetur. &c. Sic etiam de iure canonico. Si post prestitum veritatis aut calumnie iuramentum reus vel procurator ipsius positiõibus ab aduersario sibi factis interrogatus iussusq; a iudice respondere absq; rationabili causa recuset aut nolit seu contumaciter se absenter, haberi debet super his de q̃bus in eisdem positionibus interrogatus extitit pro cõfesso. vt in. c. ij. de confes. li. vi. Vide etiam notata in. c. prout. de dolo. & cõn. & de iuramento, calumniq. c. vlti. &. C. quomõ & quãdo iudex. auctẽti. qui semel, & in specu. parte. ij. titu. de consumma. per totum, & supra li. ij. ar. xlv.

Glosa.

Ad remouendam omnem iuris difficultatẽ

quodq; ius completum habeatur nec aliqd quod necessarium sit omittatur. Autor priuilegij Ecke de Repkau declarare intēdit qd faciendum est cum illo qui propter paupertatem id quod debet & tenetur soluere non potest. Non tamen opinari quis debet quod solus ipse Ecke [h] qui autor priuilegij est & q ex latino in germanicum presens priuilegiū traduxit passum istū duntaxat intellexisset, vel quod solus articulum presentem pro iure sanxisset. Sed quia clarius id apperuit ex latino in germanicū quod cōmunius apud Saxones erat illud transferrendo, [i] qui enim rem aliquā clarius enucleat maiori laude dignus est q̄ qui adinuenit, vt. C. de vete. iur. enucle. L. deo autore. §. nam qui subtiliter.

Qui soluendo non est. &c. Circa id sciendū cum alicui quid debetur [k] ille solutionē prestolare seu eandem expetere trifariam iure cogitur. Primo quod contra debitorem eū agere primū oporret, vt in auten. de fideiuss. & manda. §. si quis ergo coll. i. Vbi innuitur quod principalis primum debet cōueniri ante fideiussores. In oppositū licet videtur esse. C. eo. ti. L. non recte. L. iure. L. si alienam, vbi habetur quod fideiussores primum cōueniri debent quam principalis, quia si reo credere voluisset fideiussores ab eo non expetisset, sed quia sibi non credidit verum fideiussoribus, ergo merito illi primū monendi sunt. R̄z. tamen quod differentia legum allegatarum correcta est per autenticam supra adductam. Secūdo quod creditor expetere debet & querere solutionem a debitore. Primum in bonis mobilib⁹, vt in auten. de fideiuss. & mā da. §. quod autem, & supra li. i. ar. lxx. Tertio quod tandem querere eum solutionē oportet super bonis immobilibus debitoris & illa acceptare tenetur, put iudex taxauerit, habet tamen optionem inter omnia eius bona. [l] ex necessitate q; creditor immobilia accipere oportet q̄uis aurum vel argentum sibi promissum sit, vt in auten. de fideiuss. & manda. § quod autem coll. i. &. C. de donationibus. L. si quis argētum, &. ff. de lega. i. L. si domus. §. qui confitetur. &. ff. de re. iudi. L. miles, & in auten. de aliena. & emphiti. §. si vero coll. ix. &. ff. de rei. vendi. L. qui restituere. In omnibus legibus supra allegatis habetur quod si quis alteri debet & soluere tenetur sepius creditor vnū pro alio accipere cogitur, qd̄ si istud non esset debitor traderetur creditori vt textus habet.

Iudex eum pro debitis creditori tradere debet, Sciendum est quod paragraphus iste cō tradicit omnibus legibus quę disponunt qd̄ nullus propter debitum incarcerari debet, vt. C. qui bonis cedere possunt. L. i. & in auten. de fideiuss. & manda. §. quod autem in fi. coll. i. & extra de soluti. c. Odardus in glo. vlti. Ibi habetur qd̄ creditori abscedere debet bona sua nec propter id sit infamis. R̄z. tamen quod debitor seruatur ex officio propter id qa sic presentatus & accusatus iurare forsan non vult vel sese obligare si ad pinguiorem fortunam deueniret bonorūq; qd vltra quottidianum victum nactus sit quod creditori exsoluere vellet. Id enim de iure facere tenetur vt Insti. de actio. §. vlti. & in autē. de fideiuss. & mandato. §. quod autem coll. i. [m] Vel datur custodie propter id, quia illum forsan ad laborandum ordinare vult pro debito & ei necessaria vitę ministrare, & hoc tā git ibi in textu cum dicit sicut aliam familiā Vel dic quod non est contra leges quia & hic in textu habet quod nō debet eundē tormētis afficere, nec pēnas aliquas eidē infligere, hoc idem etiam leges volunt, vt. C. quibus bōis cedere possunt. L. i. Posset tandem quis cogitare hanc iuris interpretationem minus legittimam fore, quandoquidem expressum habetur. C. de fideiuss. L. vlti. quod seruari debet sine aliqua lesura. [n] R̄z. quod iusta captiuitas neminem cruciat. Vel dic quod propter ea vinculis datur quia bona sua maliciose dilapidauit soluereq; non valet & exinde incarcerari potest in vinculaq; conici. vt. ff. quę in fraudem creditorum. L. fi. §. fi. & illud tamdiu durat quoad laborādo se eliberauerit ex tunc vincula finem sorciuntur nec est contra prius dicta vt. C. de pēnis. L. incredibile, vbi habetur quod nullus ad perpetuos carceres sententiari debet, hic enim carceres finem habent cum se per laborem eliberauerit.

Et si effugerit. &c. hoc idē habetur. C. q bo. cede. poss. L. i.

Sciendum etiam [o] si quis propter bene merita tenetur aliquid, sicut si qd alicui dedi ex mea libera volūtate vel promittam aliquid sicut donationem propter nuptias vel simile, non potest vlterius ad rependendum artari, nisi prout facultas eius se extenderit suam necessitatem prius protegendo, vt. ff. de donaci. L. qui ex donatione.

Qui in iudicio incusetur. &c. dictum est superius de his qui coram iudicio debitum recognoscūt, hic tandem consequenter continuat qui nec recognoscūt nec; negant, & isti cadunt in actione propter contumatiam, qui enim respondere non vult nec causam allegare quūr respondere non debeat ille cōtumax est. Ad materiam istius sunt pro & contra certe quędam leges. Primū. ff. de confessis. L. certum, vbi innuitur quod duntaxat confessus sententiatur, ponunturq; modi nōnulli quo modo id fieri debeat. In oppositum iterū est. ff. de reg. iur. L. q tacet. Vbi habetur qui non recognoscit nec manifeste negat sed tacet p confesso habetur. R̄z. quod leges pretacte ad inuicem non contrariātur, quia quemadmodum actori non credit sine probatione quę/rę sue, vt. C. de eden. L. qui accusare volunt &. C. de probaci. L. sciant. Ita respondens p reo habetur nisi se excusauerit. Sed ille q tacet non se excusat P nisi forsan sit qui ius ignoraverit, vt sunt milites, Frenetici, pueri,

[h] Vide supra in prologo li. i. & item li. ij. ar. xxxvi. infra eo. li. ar. xlv. Iur. mu. ar. x. glo.

[i] Clarius rem enucleans maiori laude dignus est q̄ qui adinuenit.

[k] Creditor solutionē trifariam expetere cogitur.

[l] Creditor immobilia bona acipere cogitur quamuis aurum uel argentū promissū sit.

[m] Debitor ad laborem cogi potest loco debiti & quicquid laborādo promeruerit ad rationem debiti de/labitur.

[n] Iusta captiuitas neminem cruciat.

[o] Propter bene merita aliquis obligatus artari ad explendum non debet nisi prout facultas eius se extenderit, uide supra eo. li. ar. iiij. Iur. mu. ar. xxvij.

P. Iurs qui fare non teneantur uide hic & infra eo li. ar. lxxix. & supra li. i. ar. xxyiij li. ij. ar. lv.

128

mulieres, vt. ff. de confes. L. certum, &. C. de iur. & fact. ignoran. L. error, &. L. vlti. &. C. si aduersus rem iudicatam in integrum restitu. postu. per totum, vel si minorennis sit. C. qui legitimam perso. stan. in iudicio. L. in rebus, Vel si mut⁹ aut surdus sit, istis em̄ fauor ostēdi debet & tutor per iudicem addi, vt. C. de Episcopali audien. L. de creationibus curatorum, & Insti. de curatori. §. sed &.

Tunc in actione est superatus. &c. Dicere vn⁹ possit isto sic stante extūc tribus vicibus mulctabit quod est cōtra articulum. liij. vbi dicitur quod nemo bis mulctam prestat. R̄z. q̄ non contrariatur, hic enim tribus vicibus cōtumax & inobediens fit, quare tribus etiam vicibus mulctatur nec mulctā soluit pro re pro qua inculpatur, sed ratione cōtumacię. Notandum tamen pro singulari q qd̄ quādo querela in mortem vel sanitatem alicuius vergit sententiari aut condemnari vnus non debet nisi recognoscat aut cōuincatur, vt. ff. de re iudi. L. si se. §. cōdemnatū [r] &. C. de pēnis. L. qui sententiā, [s] vnde q̄uis fur recognoscat super aliquem etiam si morte illud confirmet sua iste expurgatur suo sacramento nisi superueniat alia probatio.

[q] Ad mortem uel sanitatis lesionem iudicari unus non debet nisi recognoscat aut conuincatur.

[r] Fac̄t ad id. L. fi. C. de accusatio.

[s] Fur proclamās aliquem etiam si morte illud cōfirmauerit sua proclamatus excusare sese poterit.

Ex lege. xij. tabu.

Plurimum apud priscos fides in cōtractu & promisso seruabatur, prout ex lege. xij. tabu. liquido apparet vbi debitores qui in soluendo non fuerunt vltra alias penas ibidem expressas etiam vltimo supplicio puniebantur aut trāns mare venundabantur, quod si plures creditores fuerint etiam in partes secabantur. Sequitur textus obscurus licet, ex precedētib⁹ tamē intelligi potest. [t] Eris cōfessi rebusq; iure iudicatis. xxx. dies sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito ni iudicatum facit, aut qui pseudo eo in iure vindicit secum ducito, vincito, aut neruo, aut cōpedibus. xv. pondo. ne minore aut si volet maiore vincito. Si volet suo viuito, ni suo viuit qui eum vinctū habebit libras farris in dies dato, si volet plus dato. In viculis sexaginta dies habeto, inter eos dies trinis nūdinis cōtinuis ad prętorē in Comitiū producito quantecq; pecunię iudicatus erit prędicato. Tertijs autē nundinis si interea pactus nō sit, capitis penas dato, aut trans Tiberim pegre venum ito, & si plures forēt quibus reus esset iudicatus tertijs nundinis partes secāto. Si plus minusue secuerūt sine fraude esto. Cum vero hęc lex inhumana & dura a Fauorino philosopho diceretur. Sextus Cecilius Iurisconsultus eam tam acerbe fidei seruande gratia fuisse latam affirmauit. Romani enim cum alias virtutes tum fidem & in publicis rebus ac in negotiorum contractibus colue/runt vt exhac lege deprehenditur, quę tam grauem penam non seruanti in mutuo & debito fidem imponit, presertim cū de parcitate & secādo corpore humano loquitur. Sed eo consilio vt idē Cecilius ait tanta pene immanitas denunctiata est ne vnquā ad eam peueniretur, vincti itaq; plures fuerūt quia vinculorum penam mali homines contemnunt nemo fuisse dissectus legitur quod hęc pene sęuitia contemni impune nō potuit. Hoc magis propter antiquitatem ex legibus. xij. tabu. hic inserere placuit. Tu tamen de iure nostro tene priuilegium articulumq; presentem in causa contra debitorem.

[t] Lex presens. xij. tabu. inhumana esse uidetur contra debitores sanata.

Articulus XL

Vt aliquid soluendum est eū usq; ad occasum solis in sua aut in uicina iudicis domo coram quo solutio extiterit acquisita oportebit expectare. Qui nummos uel argentum soluere debet si pro hoc pignora præbuerit per id non fit liber nisi sic inter eos pactum fuerit. Per nunctium argētum aut nummi licite persoluautur sed nulli nūctio nisi ei qui ad hoc a creditore in iudicio deputetur præsentetur.

Talis autem conditionis quemadmodum in promissione continetur argentum aut nummi persoluantur. [a] Si autem conditio non sit nominata argentum aut nummi præstentur qui communiter sunt currentes uel usuales in illo loco uel iudicio ubi promissio facta fuerit.

[a] Alij textus addunt debitor huiusmodi denarios prout promiserit soluere tenetur.

Glosa.

Cui aliquid. &c. [b] Illud tamen scias quod q promisit certo loco soluere, potest alibi conueniri q̄ loco destinato, & habebitur ratio interesse actoris & rei. Vnde dicit lex cōmunis qui certo loco se soluturum pecuniam obligat si solutioni satis non fecerit arbitraria actione etiā in alio loco potest cōueniri, in qua venit extimatio eius quod alter vtrius interfuerit suo loco potius q̄ in eo in quo petitur solui, vt in. L. vna. C. vbi conue. qui cer. lo. da. promi.

[b] Promittens soluere in uno loco si non satisfeat conueniri in alio loco poterit.

Per nuntium. &c. [c] Scias quod capiens nuntium amicorum vel inimicorum capite punitur secundum leges. Sed secundum can. ex

[c] Nunctium alicuius interāpiēs capite punitur.

cõmunicatur, vt nota in glo. pe. i. di. ius gẽtiũ. Et quod nuntius in delictis teneatur, est ar. Instit. de obligaci. quę ex deli. nas. §. ope. Est tamen contra. ff. quod vi. aut clam. L. aut qui aliter. §. i.
Talis autem. &c. vide pro hoc quod notatur infra eodem li. circa ar. xlv. in prin. & supra li. i. ar. liij.

Glosa.

Pro intellectu textus articuli sciendum quod creditor si non expectat diem solutionis, dic̃ solum illum perdit & nõ plus, debitor vero nullibi debitum soluere tenetur nisi vbi promiserit, vt Insti. de acci. §. loco. & ff. de eo. qđ certo loco dari oportet. L. iij. & sequẽtibus. Qui nummos vel argentum soluere debet. &c. Superioribus dictum est de hijs qui alijs debent & tenentur. Vnde tamen soluant non habent & quid posthac in negotio facere teneãtur & vbi solutio expectari debet, hic tã dem tractat de illis qui pro parte solutionis satisfacere possunt & hoc in eo quod licet pecuniam promissam non habeant bona tamen quibus debitũ resarciant offerunt. Ifii vt textus habet a debito non liberantur, obseruari enim summe debet vt quicquid aliquis promiserit illud expleat, vt supra lib. i. ar. vij. & Insti. qui. mo. tolli. oblig. §. i. & ff. si cer. petat. L. ij. §. appellata ¶ Articulo huic cõtradicere videnť certę leges quę disponunt quod si qs alteri quid debeat sepius prẽter eius voluntatem accipere cogitur q̃ quod sibi promissum est, vt in autẽ. de aliena & Emphite. §. si vero coll. ix. & C. de donaci. L. argentum, & ff. de lega. i. L. si domus. §. qui cõfitetur, & ff. de re. iudi. L. miles, & in auten. de fideiuss. & manda. §. quod aũt coll. i. Vbi habetur si quis argentũ debet illudq; non habet bonis suis libe ratur quę sibi prestabit iuxta taxam iudicis. Pro solutione huius diuersitatis respondetur [d] quod vnus alteri debet, & tenetur duplici ter. Vno modo ex natura sicut si quid seruis nostris promittimus vel pueris qui in nostra potestate sunt illud iure naturali & ex natura eis adimplere tenemur, qa iure nature nulla est differentia inter seruum & liberũ. vt. ff. de reg. iur. L. iure, & Insti. de liberti. §. ij, & in auten. qui. mo. fi. natu. libe. effici. §. si qs coll. vij. & Insti. de inuti. stipula. §. item inutilis est stipulatio. Promissum tamẽ illud a nobis coram iudice repetere non possunt, vt. C. de in ius vocando. L. venia, &. L. qui in potestate Aliomodo tenetur aliquis & debet ex legũ cõstitutionibus etiam si illius rei pro qua inculpatur particeps non sit, sicut qui respondere non vult cũ inculpatur pro aliquo q̃ uis illud non fecerit vt supra in precedenti articulo, vel si quis donationem viderit & tacuerit sententiamq; audiuerit & ei non cõtradixerit, vt supra lib. i. ar. vi. &. C. sententi. rescin. non posse, L. peremptorias. Et quemadmodum vnus dupliciter debitor existit [e] Ita dupliciter etiam solutio subsequitur & vt sic liber efficitur. Vnomodo cum precise illud offert & soluit quod promiserat. Aliomodo cum aliquid aliud pro contentatione debiti porrigit. Iure siquidẽ naturali liber nullus fit nisi per directum soluat quod promisit, & de isto articulus iste habet, &. ff. si certũ petatur. L. ij. §. appellata, & Insti. qui. mo. cõtra obli. §. item. Sed secundũ iuris & legis cõstitutiones erit liber si in tantum sibi dat p cõtentatione debiti & soluit secundũ quod iudici videbitur iuxta taxam eius, vt supra dictum est. Vel dic quod liber non erit cũ bonis suis in eum sensum quod creditor illa p suis pecunijs seruare vel recipere cogatur vł debeat, sed erit in tantum liber in quantũ eũ contentat, vt supra li. i. ar. lxx. §. ij.
Per nunctiũ argentum aut nummi. &c. Quocunq; enim modo debitum soluitur non interest, debitor enim ex solutiõe liberatur, vt supra li. i. ar. lxv. nulli tamen nunctio debitũ solui debet vt textus habet nisi habeat potestatem, vt. C. de solu. & libera. L. nihil.
Sciendum etiam est si vnus debet & tenetur duplicem vel triplicẽ summam [f] quicqd desuper dederit ille qui dat seu soluit computare potest super quamcunq; summam voluerit, vt. C. de solutionibus. L. i. sicut si ad plures summas ex pluribus causis tenearis puta ad. x. ex causa venditionis, ad alia. x. ex causa mutui, ad. x. causa locationis, & soluat. x. In electione istius qui soluit erit in quã summã velit computare solutionem, quod si nõ elegerit seu expresserit istius q capit erit electio, & computabit ad quamcunq; summam voluerit. Excepto tamen pro fideiussoria vel p debitis quę non sunt recognita, vel pro debitis quorum tempus solutionis nondũ venit & si neuter illorum expresserit vt iam dictũ est, lex presumit electionem in duriorem causam seu debitũ, & si est debitum vsurarium prius in vsuras. Deinde in sortẽ Tertio occasione vadij. Quarto Cambij. Quinto antiquiora debita. Sexto fideiussoria, vt. C. de soluci. L. i. &. ff. eo. ti. L. iij. &. iiij.
Argentum aut nummi presentur in illo loco vsuales. &c. [g] Sciendũ quod loquitur hic de nummis qui in iudicio vsuales habentur & quibus cõmuniter vinum, cereuisia, & panis emi potest, & quod sex vnũ grossum valeant & illis soluuntur ponderosi denarij, & eisdẽ soluitur emenda mulcta, verigeldus, de quibus in iure cõmuniter mentio fit.
Sciendum etiam cum euenit nummos renouare & antiqui prohibentur, post proclamationem ad quindenã cũ antiquis denarijs [h] licebit debita soluere & pignora liberare, vt supra li. ij. ar. xxvi. Vnde tempore quo glossa hęc addebatur textui fuerant denarij adeo boni in valore quod repręsentabant põderosos denarios ita vt sex valebant vnum grossum hodie tamen nihilominus compu-

[d] *Vnus alteri debet uel debitum contrahitur dupliciter.*

[e] *Solutio dupliciter contigit.*

[f] *Duplicem uel triplicem debens summam si quicq̃ desuper soluerit computare potest ad quamcũq; summam uoluerit.*

[g] *Cõcordat Iur. mu. ar. xlvij.*

[h] *Cõcordat supra li. ij. ar. xxvi.*

tare oportet non secundum nostros denarios sed secundum illos quod sex valeant vnũ grossum. Verigeldus vero & emẽda ac mulcta solui debet secundum monetam nostram quę communiter in iudicio accipitur qua panis vinum & cereuisia emitur secundum ius feu. c. lxix. Secundũ ius vero prouinciale sex valent vnum grossum, vt infra ar. xlv. Si etiam denarij non sunt expressi in promissiõe solutiõis, debent solui qui in iudicio illo cõmuniter accipiũtur & hoc modo etiam verigeldus emenda & mulcta soluitur secundũ iura prouincialia vt etiam habetur in glo. c. fi. de iudęis.

Articulus XLI

Captiui pacta nulla de eis debiti

CViuslibet captiui pacta aut promissiões ipso iure sũt irrite & inanes. Sed si sibi mediante sua promissione inducie tribuantur. Vel si transactio ab eo iuretur aut permittitur, nec interest siue donando pecuniam siue sine donatione illud iuramentum interpositũ sit [a] hæc duo & non alia promissa illesa custodiantur quæ ab ipso in captiuitate promissa sunt uel iurata. Quicquid homo iurauerit aut promiserit ob suæ uitæ aut sanitatis conseruationem & si ea implere nequerit iuri suo in eo nõ derogabit. Qui alium captiuauerit fraudulenter, si se reuersurum promiserit aut alia iurauerit ea adimplere non tenetur dummodo iurando affirmet se dolose & per metũ ad istam inductum fore stipulationem [b] Quicunq; etiam ab alio in iudicio pecuniam debitam petit, causam debiti si hoc reus postulet actor exprimere teneatur.

[a] *Textus uetustiores ita legunt sed si super fidem suã mitatur ad terminum, de iure debet in termino constituto redire fidem suam liberaturus, pro præmio autẽ aut gratis liber factus implere tenetur qualitereũq; promiserit aut iurauerit abrenunctiationem uindicte.*

[b] *Concordat ad id Iur. mu. artĩ. xxvi. xxxiiij. & .ciij. glosa. Textus antiquus ultra id subdit an ex p̃missio debitor fit, uel p hæreditate quam ab ipso acceperat.*

Glosa.

Cuiuslibet captiui. Pro ista materia vide extra de his quę vi. me. cau. fi. per totum. Et in summa Hostiẽn. eo. ti. per totum.
Quicunq; etiam. Sic ergo in actiõe persona/

Il debet exprimi causa debiti de quo notatur in. c. ij. de. libel. obla. & in specu. parte. ij. titu. de acti, seu peti. §. sequitur post prin.

Glosa.

Dictum est superius quõ quis ex obligatiõe obstringitur & explere cogitur, & quia nihil adeo facile obligat aliquem nisi cum quis ex mera propria voluntate promittit & obligat sese. Qui enim ex mera voluntate promittit aliquid bona voluntate explere eum oportet dato quod postmodũ penituerit, cũ voluntatẽ suã nullus immutare debet cũ alteriꝰ dãno, vt. ff. de reg. iur. L. nemo. Et qñ vnus nõ coactus p̃mittit, nõ coactꝰ illud explere debet, vt. C. de acci. & obligaci. L. sicut Vbi vero id nõ fit tenere p̃missum nõ oportet. Quare & articulus presens dicit qđ captiui promissa non valẽt de iure, qui enim in captiuitate aliquẽ tenet seruus eius est, quia seruitus ex captiuitate ortum habet vt infra sequenti articulo, & Insti. de iur. natu. genci. & ciui. §. i. & Insti. de iur. perso. §. ij. &. iij. Ex quo itaq; seruus suus est nihil promittere potest. vt Insti. de inuti. stipula. §. item inutilis.
Sed si super fidem suam mittatur. &c. Exceptio est in duobus quę etiam captiuus seruare tenetur. Primo si promiserit se reuersurũ, istudq; pro bono & vtili captiuo statutũ est quod eo facilius liber dimittatur vel tẽpus reuersionis concedatur tum etiam vt eo diligentiores sint in nauanda opa & labore quo tandem eorius liberari possint. Quare necessario promissum illud seruare tenentur, vt. ff de capti. & postlimi. reuer. L. postliminium.
Secundo quod captiuus necessario tenere debet, est transactio seu cõuẽtio super peractis, si em id non esset controuersie & guerre nullomodo sopirentur. Istud etiã pro cõmodo captiui sancitũ est, quod fidefragi & infames non efficiãtur, & etiã vt eorius liberati possint. Transactio enim eandem vim habet sicut sentẽtia, quẽadmodũ em sententiã volũtarie acceptatam a qua appellatum non est, etiam si iniqua vel iniusta sit tenere oportet, vt in auten de appella. §. i. coll. iij. & supra, li. ij. ar. vi. & ar. xij. Ita transactionem tenere oportet siue iuste siue iniuste facta sit dũmodo eidem consenserat, vt. C. de transacti. L. cum te. &. L. causas. Quamuis contradicere huic videtur. C. eo. ti. L. interpositas, vbi habetur quod coactas transactiones seruari non oportet. Intellige tamẽ si ex illa transactione vel concordia liber non dimittatur, vt. ff. de eo quod metus causa gestum erit. L. i.
Quicunq; homo iurauerit. &c. Dicere vel quęrere quis posset quid si aliquis cogatur ad transactionem ita quod promittat certam summam quando redierit postmodumq; redire nollet, ex eo forsan quia promissum explere non posset. Si venerit & non impleuerit videtur quod periurus sit. Si non venerit

[c] *Voluntatem suam nullus immutare debet cum damno alterius.*

Articulus XLII

Seruitus Saule Orum Sujus

ALtissimus Deus hominem ad suam creditur imaginem condidisse, & unum sicut aliū sua redemit beatissima passione, ipse enim æque pauperem & diuitem in suam collocauit charitatem. a Quare nō obmiramini hunc librū tam parum de iuribus ministerialium enarrare cū & uarie sunt (idest tot apparent) in eo diuersitates qd' uix enucleari possint. Nam sub quolibet Episcopo, abbate, & abbatissa sibi speciales competere uolunt iurium innouatiões, idest iura ministerialium sunt diuersa quæ distinguere nō sufficit. Et etiam eum leges huius priuilegiū per diuorū principum constitutiones gemmis uerborum primitus exornabantur, ministerialium condicio non consistebat, sed omnes liberi erant. Cū etiam nostri prædecessores ad istam se transtulerunt prouintiam omnibus competebat facultas ingenuitatē. Scrutādo præterea meos sensus exemplum seruitutis inuenire nequeo secundum sacram scripturarum & legum sanctarū ueritatē. b Opinantur tamē quidam a Caim fratricida seruitutem incepisse, sed hoc non, stirps enim eius per diluuium funditus deleta est, seruitutē uero in hunc diem cernimus. Quidam etiam seruitutem a Cham filio Noe inceptā putant, sed nec id locum habet, duos enim quamuis Noe beatificauit filios, tertium non redegit in seruitutē. Preterea Cham pet suam stirpem possedit Africā, Sem in Asia morabatur. Iaphet Europam sibi subiugauit, & sic nullus

a. Concordat Iur. mu. ar. ij.

b. Cōcordat Iur. mu. ar. ij.

d. Captiuitas nulla honesta nisi quæ in bello fit, & inimicus nullus honestus nisi q publice bellum indicat uel sibi indicatur.

fol: vocb ar: lxxvij lib 2 ar: xxij

sed foras manserit videtur quod iure priuatꝰ erit quid in hoc casu facere debet ad euitandum hęc incommoda. & nihil horum adimpleat, hoc est neq; soluat neq; reuertatur, qa si extra manet nec prout promiserat reuertit contra eum institui actio non potest ex quo coactus promiserit sed nec promissam pecuniam soluere tenetur. Ius enim vetat istud vt hic, &. C. de his quę metus causa fiūt. L. si donationis. Promissa enim & iuramenta contra iuris ordinem facta tenere nō oportet, vt. C. de legi. & const. L. nō dubium, &. C. de pactis. L. pacta, & extra qd' metꝰ causa gesta. c. sacris, &. xxij. q. v. c. si quis, & hoc etiam habet textus ibi quicunq; homo iurauerit.

Qui alium captiuat fraudulenter. &c dictū est de his qui captiuant aliquem honesto modo vt fit in bello, hic tandē tangit de alia captiuatiōe quę inhonesta est. Circa id sciendū d quod nulla captiuitas honesta est nisi quę in bello fit, & inimicus nullus honestus dicit nisi qui imperio indicit bellum, & ecōtra ab Imperio sibi indicitur vel aliqs nomine imperij sibi denūciat. Omes alij ꝓter istos si captiuant aliquem fraudulenter id faciunt, immo siccarij & prędones nuncupātur, vt. ff. de capti. & postlimi. reuer. L. hostes. Excepta. detētione in tuendo bonis aliquibus vel prouincijs, vt infra ar. lxxviij. Vel in defendendo vitam alicuius, vt supra li. ij. ar. xiiij. & ff. de iustitia & iure. L. vt vim, & extra de sertēn. excommuni. c. si vero. Si etiam aliquis equitans detētus sit promittatq; ac iuret se reuersurū, adimplere non tenetur.

Dicere quis posset quod textus articuli sibi ipsi contradicat, dictum etenim est quod captiuus qui ad fidem dimittitur redire tenetur fidem liberaturus suam, hic vero in sequenti paragrapho habetur quod q̄is promiserit explere eum non oportet. R. quod illi primi qui redire coguntur sunt qui honesto modo captiuati sunt. In sequenti vero paragrapho tanguntur illi qui fraudulenter & inhoneſto modo captiuantur explere enim promissum eos nō oportet, vt. C. de pactis. L. pacta &. C de transacti. L. interpositas, &. C. de his quę vi metusue causa gesta sunt. L. ij, &. iij. q. i. c. reintegranda, &. xv. q. vi. c. si quandoq; a sacerdotibus.

c. Rationē uide quare causa debita exprimē da sit.

Quicunq; ab alio pecuniam debitam petit. &c. c Ratio autē istius quod actor petens debitum causam debiti exprimere tenetur est, vt respondens recolligat sese, vnde venit debitum illud & exinde edoceatur ac tandē prēcogitet an affirmare vel negare debeat, vel si iure soluere teneꝰ aut se defendere possit necne, quia non ad omnia debita est similis responsio & contradictio, quare exprimi debet causa, vt. C. de eden. L. iustū, &. ff. eo. ti. L. ij. & extra de libel. oblati. c. ij. &. iij. &. ff. de iure fisci. L. ita fidei hęredis, &. C. de iure futan. L. generaliter. §. sin autē &. L. iusiurādi.

130

illorum alterius seruus pmanebat. Item alij eam ab Ismaele oriundam opinātur, non tamen uerisimile uidetur, scriptura siquidem Ismahelē ancillæ filium non seruum alicuius nominauit. Deinde plures seruitutē ab Esau exiuisse commemorāt sed nec id uerum esse creditur. Iacob enim & siquidem recepit a patre eius benedictionem & per eam dominium suorum fratrum obtinebat, non tamē Esau maledictionis seruituti supponebatur. Iure etiam nostro cautū habemus quod nullus se in seruū dare potest quin sus contradicat hæres qualiter tunc Noe aut Isaac alium in seruitutem redigere posset cū nec seipsum quis donare in seruum poterit Ex scripturis sacris etiam colligitur quod dominus a patrato opere die septimo requieuit, Septimā etiam hebdomadam statuit obseruandam cū Iudæis decalogum tradidit & nobis flamen seu spiritum sanctum suum immisit. Septimum insuper mēsem & annum qui liberationis dicebatur in quo omnes serui & captiui ad priorem statum si uolebant manumittebantur suis duxit cerimonijs subiungendum. Post septies autem septem annos, annus iubileus aduenieb at in eo quoq; omnes liberabātur quæ libertas ex necessitate etiam nolentibus præstabatur. Dominus etiam Iesus nullū hominem alterius esse hominis in numismatis tentatione ei a Pharisęis & hærodianis oblato designauit dicens reddite imaginem Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Ex his uerbis colligitur hominē ad deum pertinere & qui eū occupat in omnipotentis peccat potestatem. Secū dū autem rei ueritatem seruitus per captiuitates iniustas comminationes & iniurias initium habet quam homines propter longi temporis consuetudinē tanq̄ iuris esset usurpare cupiunt.

Glosa.

Altissimus hominem. &c. Vide gen. i. & de sum. trini. c. firmiter, & de homici. c. ꝓ hūani lib. vi. &. C. de penis. L. si quis in metallum. ¶ A Caim. &c. Vnde dicit Genē. iiij. dixit dominus ad Caim, maledictus eris super terrā, quę apperuit os suum & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, cum operatus fueris eam non dabit fructus suos, vagus & profugus eris super terrā ōmbus diebus vitę tuę. ¶ Quidam etiam seruitutē. &c. Vnde scribit Genē. ix Euigilans autem Noe ex vino cū didicisset quę fecerat ei filius suus iunior, ait maledictus Canaan puer, seruus seruorū erit fratribus suis. &c, &. Canaan fuerat filiꝰ Cham de quo hic in textu.

Item alij. &c. vnde dicitur Genē. xix. dixit dominus ad Abraham super Ismahelem filium ancillę exaudiui te, ecce benedicam ei & augebo ac multiplicabo eum valde.

Deinde. &c. Vnde scribitur Genē. xxvij. dixit Isaac ad Esau de Iacob fratre suo, dominū tuum illum constitui, & omnes fratres tuos seruituti eius subiugaui.

Ex scripturis. &c. de ista materia habet Genē. xxiiij. & Exo. xxxiiij. & Leui. xxiij. &. xxv. & Deut. xv. in quibus capitulis habetur de libertate de qua hic etiam narratur.

Dominus etiā Iesus. &c. sicut dicitur. Mathei. xxij. Ait Iesus phariseis. Cuius est imago hęc & superscriptio, dicunt illi Cęsaris. Ait illis, Reddite ergo quę sunt Cęsaris. Cęsari & quę sunt dei deo. ¶ Secundū autem rei veritatē. Vnde dicit lex imperialis, ius autem gentiū omni humano generi commune est. Nā vsu exigente & humanis necessitatibus gētes humanę iura quędam sibi constituerunt. Bella etenim orta sunt & captiuitates secute ac seruitutes quę iure naturali sunt contrarie. ¶ Iure enim naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur, vt Insti. de iur. natu. §. fi. Et idem etiā innuitur Insti. de liberti. §. i. vbi dicitur. Quod manumissio a iure gentium originem sumpsit vt pote cum iure naturali omnes homines liberi nascerentur, nec etiam esset nota manumissio cum seruitus esset incognita. Sed postquā iure gentium seruitus inuasit secutum est beneficium manumissionis.

c. Vide ad hanc materiā supra li. i. in prolo. Iur. mu. ar. ij.

Glosa.

Articulus prēsens non est ex originali priuilegij Saxonum nec pro iure reputari debet,

Sed sunt verba Ecke qui translator eiusdem priuilegij fuit ex ea ratione insertus vt per id probetur quod seruitus de iure esse non debeat. Verum vnū & idem ius ex natura esse omnium. Quod autem seruitus iure naturali nō admittatur nec vn⁹ alterius seruus esse debet probatur in textu multis rationibus. Primo quia homo ipse ad imaginē dei formatus est, & ita vnus alteri similis ratione imaginis impresse, ac per consequens vnus non debet esse seruus alterius. [d] In oppositum licet istius instare quis posset per interemptionē prēsuppositi, quod videlicet non omnes homines per æquum deo assimilantur ex doctrina philosophi qui dicit, in quantum homo sapientior in tantum deo similior. Ex quo itaq; non omnes ex æquo sunt sapientes verum vnus in sapientia precellit alium quare nec per æquū deo similes erunt. Preterea habetur in prouerbijs quod stultus obsequio & seruicio prudēti erit eidemq; famulabit. Argumentū istud soluunt aliqui quod ante lapsum Ade vnus similis erat in sapiētia alteri & ita similes deo. Peccatum vero primi parentis effecit quod a creatore nostro multum elongauimus, & ita secūdū quod vnus magis per virtutes bonas appropinquat deo, magis assimilatur eidē, quare & vnus sapiētior alio & per consequēs vnus alteri subiectus. Solutio tamen ista facile perimitur & alia verior & fundamētalior ad obuiādū huic instantie & eius solutioni in textu articuli habetur resolutio cum dicitur & vnum sicut alium sua redemit beata passione, vbi innuitur & siquidem peccatū Ade primi parentis nostri malum istud nobis attulit, ita quod multum dissimiles deo facti sumus, & exinde [e] vnus alterius seruicio suppositus. Christus tamen proprio suo nos redemit sanguine & ab omni malo liberauit similesq; sui fecit ac æquali libertate donauit quare vnus similis alteri. ¶ Contra istud arguunt quidam, admisso eo quod Christus dominus omnes per æquum glorioso redemit sanguine nihilominus videmus seruitutem & alias aduersitates inesse suis electis. [e] Ad. quod Adam ex lapsu suo duplicem nobis relinquit pœnam animę videlicet & corporis. Vnde Christus saluator morte sua animam quidem a pœnis hoc est a peccatis liberauit, non tamen pœnam corporis propter id mitigauit, sanctos em̄ suos varia tormenta pati permisit mortalitatiq; subiectos effecit, & laboribus nostris panē quęrere ordinauit. Exquo itaq; seruitus corporalis pena est, quare nec ab ipsa hō liberat⁹ est. ¶ Preterea opponi contra textū articuli possit qđ videlicet deus non æque vnum sicut aliū diligit. In sacra etenim habetur scriptura de Iacob & Esau, vbi deus locutus est Iacob dilexi. Esau vero odio habeo, & maior seruiet minori, ex quibus verbis innuitur non æque deum homines diligere quodq; vnus supponit superioritati alterius. ℟. quod ad cōsequendam ęternam beatitudinem deus æqlē diligit omnes eisdem vitam ęternam tribuendo qui bene egerint. In hac vero vita transitoria permittit aliquādo aduersitates in electos suos eosdem potestati tirannorum subiciendo vt eo magis promereri & accumulare præmia futura valeāt, malis vero & peruersis eorum nonnulla benefacta quandoq; transitorijs remunerat bonis. Nō tamen exinde sequitur quod vnum magis diligeret q̄ alterū. Hęc & similia cōtra paragraphum primum articuli formari possunt argumēta mentem autoris impugnantia quia tamē magis theologos spectant q̄ iuristas, quare breuiter eadē transcurrere & ab alijs etiā supsedere visum est. Concluditur tamen de mente autoris priuilegij quod dominus deus ad imaginē suā omnes nos creauit & vnum sicut alium proprio redemit sanguine similesq; sui effecit.

Quare nō obmiramini. &c. Dicere quis posset. Quid iuris ommissum est de ministerialibus quod autor priuilegij nō decidisset, omnia enim iura feudalia ministerialibus pertinētia signāter de. Clipeo illorum in li. feu. & supra li. i. ar. iij. expressit. Diuisiones etiam hęreditatum infra eo. li. ar. lxxxiij. docuit. Preterea qualiter ex potestate vnius ad aliū se trahere debent, infra ar. lij. apperuit. Tum quo pacto a potestate dominorū se eliberare tota liter possint, infra ar. lxxx. elucidauit. ℟. qđ meminit hic de specialibus gracijs, & priuilegijs quę habent diuersimode. [f] Vnde dicit Nam sub quolibet Episcopo, Abbate, Iurisdictione innouationes sunt diuerse, &c.

Et etiam cum leges huius priuilegij. &c. Sciendum quod ab origine iuris seruitus nulla erat, ita quod nullus alium in seruum accipere audebat, vt infra eo. lib. ar. xliij. text⁹ in se planus est.

Cum etiam nostri predecessores. &c. Ex isto textu quidā opinantur quod Ministeriales serui essent, Inter seruū enim & liberum non datur medium. Vnde & summa iuris personarum diuisio hęc est quod omnes homines aut liberi sunt aut serui, vt Insti. de iur. per̄so. §. i. Quod autem ministeriales liberi non sint textus est clarus articuli prēsentis. Quod antequam predecessores Saxonum prouintiam illam ingressi sunt omnibus competebat ingenuitas, postmodū vero aliqui ex his ministeriales esse ceperūt, & ita libertate priori frustrati. Soluitur opinio ista per interemptionem prēsuppositi. Ministerialis etenim proprie seruus nō dicitur & nec propter id quod aliquis per longum tempus famulatur alteri suus seruus efficitur, vt. C. de prescrip. lōgi. tempo. quę pro liberta. L. penul. &. L. vlti. Vnde pro intellectu huius clariori [h] nota q̄ quorundam hominū seruitium pertinet ad bona, ita quod qui bona possidet seruitium exinde prēstare tenetur. Aliud vero ratiōe cōseruationis vitę, & exinde sequitur differētia ministerialis seu famuli a seruo. Illud enim ꝑ quo servus seruit est substantiale, quia propter conseruandam vitam, & proprerea vi/uit quia seruit, alias occidi potuisset. Ministerialis vero seu vasalli illud pro quo seruit est accidentale. Seruit enim ratione bonorū quę accidentaliter possidet & quę ei collata sunt ratione obsequiorū. Postq̄ enim Romani ꝑ uintias imperio subiciebāt suo, & prefectos cōstituebant, alios item officiales eisdem adsungebant quibus itidē confidebant, possessiones illis tribuentes ex ybus obsequia prestare possent qui in hunc diem Curienses aut Aulici vocant. Vndeq; Curie feudum habet necessario ad hoc natus esse debet, vel Dapifer, vel Marscalcus, vl Camerari⁹, aut Pincerna, vt feu. c. lxiij. Bona etiam quę dantur in feudum non faciunt illum seruum, rec vt sic vasallus seu ministerialis seruus sit, quia seruit propter aliquid vt supra tactū est, hoc est ratione bonorum vel officij, ratiōe cuius bona illa collata habet. Seruus vero grātis seruit vel saltim pro vita sua. [i] Secundo ministerialis miles esse potest quod seruo non admittitur, vt. C. de negocijs gestis. L. i. &. C. qui mili. pos. L. i. ff. de reg. iur. L. seruus. Tertio quia ministeriales sacerdotes esse possunt sine consensu domini feudalis, seruis vero id denegatur, vt. C. de episco. & cleri. L. iubemus. §. seruos. Quarto quia ministeriales bona sua in feudum dare vel dimittere possunt quod seruis facere non licet, vt Insti. p quas pers̄o. nobis acqui. §. itē nobis. ¶ Cōtrariari licet huic videtur, supra lib. i. ar. xvi. & li. vbi dicitur, vbi filius est liber & legitimus. &c. ℣. tamen quod puer nascitur ad bona in obsequium collata, etiam posito quod pater suus liber dominus sit, id tamen fit non ratione seruitutis sed quia ad bona pertinet ad quę ratione officij natus est. Preterea contrariari etiam huic videtur supra eo. li. arti. xix. vbi dicitur ingenui seu liberi atq; ministeriales, ibi liquido apparet differentia inter liberum & ministerialem. ℣. tamen quod ibi accipit liberos homines pro liberis dominis, multi enim nobiles & ingenui sunt liberi, q tamen liberi domini non sunt. Quod etiam ministeriales differant a seruis est articulus infra. lxxx. vbi dicitur. Si Rex aut alter dominus ministerialem aut seruū manumiserit, ex isto textu liquido apparet alium esse seruum & aliū ministerialem, istudq; denotat hęc cōiūctio disiunctiua aut. Preterea si omnes serui essent qui ratione bonorū famulantur, extunc scabinorū sede digni serui nuncuparentur, prestantem em̄ obsequiū ex bonis eis collatis, vt supra li. i. arti. ij. & ar. xvi. Tum etiā vasalli vel qui bona infeudata habent serui dicerentur, quod tamen falsum est, vt feu. c. iij. &. viij. & in vsi. feu. si de feu. cōrouer. fuerunt totum. Insuper & nominibus ipsis differunt [k] quia seruus seu mancipū proprie servus dicitur a seruando, quia bello captus seruabatur, alij vero ministeriales nuncupātur vt. ff. de reg. iur. L. libertas. Ad textum verō articuli pro intentione contraria allegatum. Ibi cum etiam nostri prędecessores ad istā se transtulerint prouintiam. Respōdetur, quod etsiquidem vt autor priuilegij dicit ante aduentum Saxonum conditio mi isteialiū nō erat, non tamen innuere vult nec exinde vterius sequitur quod existentibus hunc aliquibus seruis seruitutecq; orta quod & ministeriales ipsi serui esse deberē, quarum enim rerum per aliqua inserta uerba cōmixtio eorum naturam nō facile miscet adhuicē, prout etiam habetur in Euangelio Ioannis. xix. Susceperunt autem Iesum & eduxerūt in locum Caluarie Golgata dictū, vbi crucifixerunt eum & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum, non tamen per id innuere Euāgelista vult qđ Iesus saluator noster iniustus esset quis cum iniustis & latroni bus crucifixus erat, ita in ꝓpositō autor priuilegij innuere non intendit quod ministerialis & seruus idem sint.

Scrutando, etiam meos sensus. &c. Intentionem autor priuilegij prosequens suam adducit rationes ex ordine sex quibus probare nititur qđ vnus alterius seruus esse nō debeat. [m] Opinantur tamen quidam a Caim fratricida. &c. contra istam rationem ꝓpositi posse ri signanter cōtra illud vbi dicitur, stirps eius per diluuium funditus est deleta, oppositum enim istius in sacra tolleratur scriptura quod videlicet genelogia Caim etiam post diluuium duraurit, vxor siquidem diui patriarche Noe vel forsan filij illius de progerie Caim fuerat attestāte scriptura Gen. c. vi. vbi dicit, videtes filij dei hoc est ex ꝓgerie Sem filias hominū quę videlicet processerunt ex genelogia Caim quod essent pulcre acceperunt sibi vxores ex omnibus. Si itaq; progenies illorum etiam post diluuium duraret, quare & seruitus seq potuit, & exinde cōtra mentem autoris priuilegij erit. Proles enim ventrem sequitur matris, vt supra li. i. ar. xvi & li. ibi. de iur. per̄so. §. serui. C. de rei vendicatione per totū, & in auten. const. quę ex aliena pti. §. i. coll. v. ℟. aliqui saluantes mentē autoris quod deus illos qui pessimi erant ex genelogia Caim de hoc mūdo sustulit probos relinquendo, & exinde cessauit maledictio quā deus contra Caim edixerat vt habetur Gen. iiij.

Quidam etiam seruitutē a Cham filio Noe. &c. contra istam etiam rationē signanter vbi dicitur. Tertium non redegit in seruitutē, instare vnus posset autorem priuilegij non bene sacram intellexisse scripturam. Noe siquidem duobus filijs benedicēs Sem videlicet & Iaphet. Canaan vero tertio filio maledixit dicens, maledictus puer Canaan seruus seruorum erit fratribus suis. Benedictus dominus deus Sem, sit Canaan seruus eius, dilatet deus Iapher & habitet in tabernaculis Sem, sitq; Canaan seruꝰ eius vt habet Gen. c

[d] Argumenta. §. i. articuli impugnantia cū eorum solutionibus.

[e] Adam ex lapsu duplicem nobis relinqt pœnā. Cōcordat Iur. mu. ar. ij. glo.

[f] Nota famulus uel procurator alicuius domini res per dominum sibi in procurationem traditas per possessionem sibi uendicare non potest, nec eas ullo modo prescribere feu. c. lxij.

[g] Ex eo quod quis ꝑ tempus longum famulatur non efficitur seruus suus. Concordat Iur. mu. ar. lxxx. glo.

[h] Seruitium duplex, Iur. mu. ar. iij.

[i] Ministerialis à seruo differentia, Concordat Iur. mu. ar. iij.

[k] Seruus à seruando dictus, ad hanc materiam vide supra ar. xvi. li. ij ar. xxxiij. Iur. mu. ar. ij.

[l] Duarum rerum per aliqua inserta uerba commixtio naturam non inuicē earundem

[m] Argumēta ista ex ordine sequenta pārum differunt utilitate, sed & solutiones eorum frigide ut aperte ex earum lectione liquet.

ix. vbi precise apparet maledictio Canaan & exinde ex maledictione Cham seruiturē insecutam seruosq; deriuari qui & illiberi sunt, vt Insti. de iur. perso. §. serui autem. Respondent aliqui saluare volentes textum autoris qđ hęc maledictio nō redūdabat in Cham sed in Canaan filium suum, & ita textus articuli manet in suo vigore.

Preterea Cham per suā stirpē possedit Africam. Contra istud argui etiam potest signanter vbi dicitur, & sic nullus illorum alterius seruus permanebat, secus enim sacra testatur scriptura quod filij Abrahe qui erant ex genelogia Sem. occupauerant prouincias Canaan qui erant de stirpe Cham, terrāq; illorum diuiserunt tributariā facien. Preterea nobilissimus ille Iustinianus imperator Romanus qui & omnes illuminauit leges, vt. C. de vete. iur. enucle. L. i. §. cū itaq;, & Insti. in ꝓhemi. §. omēs vero, de genelogia Iapheth ꝓcedens. Africā subiugauerat quę erat de stirpe Cham vt Insti. in prohemi. §. i. &. C. de offi. prefec. pretori. Afri. L. i. Respōdent quidam quod pro illo tempore nullus subiciebatur dominio alterius & in eum sensum autor priuilegij rationē suā fundat, posthac vero genelogia Cham subiecta seruituti erat.

Cltē alij ab Ismaele eam opinantur oriundā. &c. istud etiam reprobat Ismahel siquidē ex progenie seruus etat. Agar enim mater eius seruilem habebat conditionem vbi vero mater serua est, & ꝓles ex ea genita illibera manet, vt Insti. de iur. perso. §. serui autē, & Insti. de ingenuis. §. i. C. de rei vendicatione. L. i. Id etiam quod in textu dicitur. Sacra siquidem scriptura Ismahelem ancille filium non seruū nominauit est precise contra illud qđ dominus deus ad Abraham dixit. Gen. xxi. eice ancillam hanc & filiū eius, nō enim erit hęres filius ancille cum filio meo Israel. Solūt quidam instantiam istam dicentes quod autor priuilegij non precise intendit. Ismahelem liberū esse. Sed quia seruitus non ab ipso sed a matre originē habet.

Deinde plures seruitutē ab Ezau exitiisse cōmemorant. &c. contra istud etiam obicit signāter contra illud non tamen Ezau maledictioni seruitutis supponebatur. Autor em priuilegij sibiꝑsi contradicere videtur, dicit etenim a principio huius paragraphi quod Iacob a patre benedictionem accepit, & per eam dominium suorū fratrū obtinebat post modum vero subinfert non tamē Ezau maledictioni seruitutis supponebatur, hic vnū precise contrariatur alteri. Vbi enim dominium alicui conceditur super aliquo ille subiectus seruus eius erit. [n] Seruitus enim non est aliud nisi cū vnus dominatur alteri quodq; liber esse ab eo non potest sine eius voluntate, vt Insti. de iur. perso. §. seruitus, &. ff. de re. diuisi. L. i. §. i. ff. ꝓ derelicto. L. finali. ff. de stipulatione seruorum. L. cū seruus. Insti. de libertinis. §. ij. ff. de liberali causa. L. si vsufructum. Si itaq; deus constituit Iacob dominū fratrum suorum necessario sequitur quod illi sub potestate eius erant. Respondent nonnulli defendendo textum articuli dicentes ꝙ autor priuilegij non negat istud quod vnus obsequi non deberet alio, & per consequens Esau Iacob fratri suo. Sed dicit quod ex illa benedictiōe quā Iacob accepit non propter hoc Esau maledicebatur ita quod progenies illius seruilis conditionis sit, multi enim ex progenie Esau processerant qui liberi erant quare seruitus ab eo ortum non habuit.

Ex scripturis sacris etiā colligitur, quod dominus a patrato opere die septimo requieuit &c. Superioribus autor priuilegij sufficienter expressit & dissoluit ea quę contra mentem eius secundum opiniones aliquorum adducebantur, hic in. §. presenti recitat mentem & intentionem suam probans & concludēs seruitutem in hūc diem nullam fore & dicit posito & nō cōcesso quod seruitus antehac fuisset dominus tamen in veteri testamento pręcepit seruos manumittēdos esse vt textus habet, vel sic iuxta aliquas glosas. Si seruit⁹ iure esse deberet domin⁹ deus in veteri lege nō pręcepisset manumissionē seruoꝝ nihil em deus faciendū mandat quod contra iuris ordinē esse deberet & ad quod vnus ius haberet. Preterea quādoquidem ea quę in veteri testamento demandabantur lex nostra copiosius adimplet, & quia vt iam dictum est, dīs deus in veteri testamento seruos manumittere pręcepit quare & nos seruos ipsos habere non debemus. Cln contrariū tamen conclusiōis istius prime instare vnus possit & signāter contra illud vbi dictum est, quod qa in veteri testamento seruorum manumissio pręcipiebatur ergo & in nostra lege hoc idē seruari debet, id minime fieri posse. Multa etem Iudęis ꝓhibita sunt in lege antiqua quę nos tenere non oportet, & signanter illa quę figurabant & repręsentabant legem nostram, sicut cum interdicebatur ęsus certorum animaliū & alia plura de quibus in leuitico per lōgum habetur aduenienteq; lege nostra mandata & pręcepta omnia figuratiua cessarunt & reiecta sunt, sic in proposito pręceptū manumissionis seruorū in antiqua lege designabat libertatem in septem millibus annorum aduenire debere qua genus humanū ex potestate diaboli liberari debuit. Quod qa in effectum iam peruenit, quare cessat figura illa.

Dominus etiam Iesus nullum hominem alterius esse in numismatis tentatione designauit. Hęc est secunda conclusio per quam seruitutem non esse admittendam dicit, vnde numisma illud Herodiani & pharisei obtulerunt tentantes Christum & dicentes Magister scimus quia verax es, legemq; dominī in veritate doces, nec respicis personas hominū an liceat tributum dare Cęsari nec ne. At ille iussit sibi numisma porrigi, interrogans eos cuius hęc sit imago & suꝑscriptio. At illi dixerūt Cęsaris. Respōdit eis date ergo quę sūt Cęsaris, Cęsari & quę sunt dei deo. ¶ Cōtra id obici pōt, quod ex istis verbis dominus saluator noster non omnino seruitutem inhibuit, cum dixit dandū esse Cęsari quę Cęsaris sunt, subiciēdo hominem sub potestatē Cęsaris. ℟. quod homo ipse duplex est seu cōstituitur ex duobus. Ex interiori videlicet homine vt est anima ipsa. Et exteriori vt est corpus. Exterior homo non est pręcise imago dei, quare subicitur potestati & superioritati Impatoris eiusq; iudicio. Vnde & Christus dominus ex parte suę humanitatis pro tributo seu theloneo nummum quem in pisce diuus Petrus apostolus inuenerat Impatori soluit. Sequitur ergo exquoquidem corpus superioritati imperatoris subiectum est, quare & secundum istam partem hominis exteriorem hō liber vel seruus esse potest. Secūdum vero partem interiorem hominis vt est anima ipsa quę & loco imaginis dei habetur intētio autoris est quod seruitus nullomodo admittatur, nullumq; aliud hominem vt sic in seruitutem inducit nisi peccatum quod seperat hominem a deo.

Secundum autem rei veritatem. &c. Conclusio est autoris priuilegij ex preasumptis & probationibus quod seruitus per captiuitates & iniustas ac violentas oppressiones suꝑinducta sit, nec secundum deum & conscientiam rectam fieri potest. Contra hanc tamen conclusionē argui poterit, stante enim isto ꝙ seruitus de conscientia recta, & secundū deū non admitteretur, extūc Isaac & Abraam cōtra deum egisse reputabunt qui seruos fouebant, immo & diuus Paulus volūtati dei repugnare videret q seruos esse tollerabat, docens eosdē debere subiectos esse dominis suis voluntatē eorum explēdo, dominumq; deū in cordibus eorū adorando. Sancta etiā Ecclesia catholica quę oīa instinctu Spiritus sancti agit, seruitutē non refutat, in tantū qđ Etiā seruos dominis suis restituendos pręcipit, vt extra de seruis nonordinan. per totū Etiam propter seruitutē matrimonium dissoluitur, vt. xxix. q. ij. c. si quis. Tum etiam si seruus ordinem aliquē sacrum suscꝑerit domino restituēdus venit, vt. liij. dis. c. generaliter Pręterea leges ipse seruitutem non prohibēt immo multa super seruitute Imperatores & legisperiti scripserunt, vt Insti. de iur. perso. per totum, Insti. de inge. §. i. Insti. de liberti. §. i. C. de seruis fugiti. & liber. L. i. ij. & iij. C. de fur. & seruo corrup. L. alienum. C. de his q a non domino manumissi. sunt. L. vlti. ff. si qs in testamen. liber esse. L. i ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. §. si tamen. ff. si famil. fur fecis. dica. L. i. In auten. de mona. L. si quis igitur. coll. i in auten. de sanctis, Epis. §. si. coll. ix. in auten. de questo. & qui agi debent per totū col. vi. In his supra allegatis legib⁹ seruitus admittitur quod est contra intentionē autoris priuilegij qui dicit ꝙ adinuenta sit contra iustitiā.

n. Seruitus quid sit ui de.

P. Homo ex duobus constituitur.

132

P. Ius duplex est naturale & scripti cōcordat Iu. mu. ar. ij.

Articulus XLIII.

De rebus concessis & remouendis

[a] Varum rerū se homo nō iure intromittit [a] si eas iure dimittere compellitur cum mulcta & emenda his renunctiare eum oportebit,

Quidquid uero cum consensu ueri domini accipit, uelut si alicui dimittantur, concedantur, accomodentur, si res iste non persoluantur uel debito tempore non restituantur [b] propter hoc retentor non prestabit mulctam nisi earum reditio coram iudicio fuerit stipulata.

a. Vide infra eo. li. ar. xlvij.

b. Vide supra eo. lib. ar. xxij.

Glosa.

Si eas iure dimittere compellatur &c. Et secūdum leges si quis hoc fecerit rapiendo, infra annum tenetur ad quadruplū, postea in simplum, vt Insti. vi. bo. rap. post princi. Si vero res est immobilis tenetur ad restitutionem & ad tantundem. C. vnde vi. L. si quis in tantā sed si fecerit furando si furtum non est manifestum tenetur ad duplum, si manifestū tunc

Expositio Bi. Saxo.

ad quadruplum, Insti. de actio. §. omnes, & §. in duplum, &. §. quadruplum.

Glosa.

Dixerat siquidem superius articulo precedenti quod seruitus iure naturali nō admittitur, vt Insti. de libertinis. §. manumissio. Leges tamen & constitutiones id fieri admittunt, vt Insti. de iur. nat. gen. per totū, articulus itaq; presens docet quod nullus rē alterius sed nec seruum ipsum absq; iuris ordine sibi vendicare nec illi se intromittere debet, alias enim cum emenda dimittere cogitur vt superioribus declaratum est, & quia de mulcta & emēda hic meminit quare sciendum c quod emēda ad maximum extenditur ad triginta solidos, vt infra eo. li. ar. xlv. Contrariū licet istius videtur esse Insti. vi bono. rapto. §. sed nedum, &. C. vnde vi. L. si quis in tantam, vbi habetur, si quis se in bona alicuius intromittat sine iudicis consensu si res sua sit perdit eā. Si vero res sua non fuit tantum de bonis suis perdet quantū de alijs sibi vsurpare voluit. d Pro intellectu istius nota quod vendicare sibi rem vel se in eam intromittere cōtigit dupliciter vel cum consensu, vel sine consensu. e Res etiam quā quis vendicare vel se in eā intromittere vnus potest sunt triplices. Iridem respectus mediante quo fit intromissio illa erit triplex. Primus modus cum se quis intromittit & vēdicat sibi hominem cum consensu eo animo quod seruus suus esset, & si id nō probauerit iudici mulctam & huic emendā prestare cogitur, hocidem faciendū est si vn⁹ alium pacis violatorē alloquatur, vt supra li. i. ar. lxiij. & li. ij. ar. xiij. & hoc si sine captiuitate vulneratione vel homicidio id faciat, quia alias ius pacis violatoris contra eū extenderetur, vt supra li. i. ar. lxix. Secūdo intromittit se aliquis in bona eo animo quod sua sint, quod si non probauerit mulctam & emendam dabit, vt supra li. ij. ar. xxxvi. Tertio intromittit se vel vendicat sibi vnus bona alterius immobilia violēter, ea intētione qd sua sint, f violentiaq; huiusmodi duplex est, Vna quādo se quis intromittit sine iudicio sine tamen armis vēdicat sibi bona alterius, qui sic facit, mulctam & emendam soluit, illiq; possessioni bonorū cedere tamdiu, quoad iure secū discernat, vt supra li. ij. ar. xxiij. & ff. vti possidetis. L. ait prētor, & ff. ne vis fiat ei. L. i. §. hoc interdictū, & C. de iudicijs. L. iudices. Alia violentia fit cum armis extra iudiciū. Vnde qui se vt sic intromittit datoq; bona sua sint, alter tamē ea in possessione seu varenda habuerit & si expulsus contra eū ciuiliter agat violator ab actione cadit & bona sua perdit, vt Insti. vi. bono. rapto. §. sed nedum, &. C. vnde vi. L. si quis in tantū. Si vero res huiusmodi illius nō sit qui eam vsurpat, agatq; cōtra eū criminaliter huic cedit ad vitam, vt Insti. vi. bono. rapto. §. i. Si vero agat ciuiliter de iure nostro ille taxabit dā num cui violentia illata sit, vt infra ar. xlvij, & ij. q. i. c. in primis. ver. Glorioſus autem, & hoc intellige vbi deputatus verigeldus vel emenda de iure statuta non sit, quia alias si descriptus verigeldus habetur obseruandū ius erit, vt. ff. de custo. & exhibici. L. si quis. Sciendum etiam est, vnusquisq; cui huiusmodi casus acciderit optionem habet in querulando si criminaliter vel ciuiliter agere vult, vt Insti. de iniur. §. in summa. g Postquam vero actionem intentare cepit secundū vnū modum hoc est vel criminaliter vel ciuiliter iam secundum illum modū continuare eū oportet, vt. ff. de iniur. & famo. libel. L. prētor edixit, &. L. senatusconsulto.

Quod vero cum consensu veri domini accepit. Is mulctam nullā soluit, quia nec p spolium nec per furtū nec dolose ex illi⁹ possessione accepit, & ita criminaliter contra eum agere non poterit, vt supra li. ij. ar. xxix.

Propter hoc retentor mulctam non prestabit. &c. hoc est sine dāno manet h si ad tempus prefixum non exsoluerit nisi coram iudicio stipulatus esset hoc est si super eum iste cōquestus fuerit, ludexq; solutionem demandauit ille nihilominus omisit nec satisfecit, extunc iudici mulcta soluitur & actori emenda vt supra li. i. ar. liij. & C. de sentē. quę pro eo quod interest. L. cum pro eo, &. C. de fructibus & liti. expen. L. litigator, &. ff. de verbo obliga. L. quociens.

c. Emenda ad maximum extenditur ad. xxx. solidos.

d. Vendicare rem cōtigit dupliciter.

e. Vide contra istam glo. infra eo. ar. xlvij. in addi.

f. Violentia duplex.

g. Actionem instituens ciuiliter non potest postea criminaliter agere.

h. Non soluens debitum cum per iudicem demandatum sibi sit soluit mulctam & emendam.

Articulus. XLIIII.

De Translationibus Regnorum et Vnde in eis originem habuit

a. Vide ad hanc materiam extra in. c. venerabilem. de electi.

IN Babilonia a incepit, imperiū, Ciuitas illa toti imperitabat mundo quam Cirus expugnauit & in Persiam transtulit, in qua usq; ad Darium perseuerauit b quē tandem Alexander uicit & imperio Greciæ applicauit, & ibi stetit quousq; Romani sibi imperiū assumpserunt & Iulius imperare ceperat, ex eo adhuc Roma seculare & a beato Petro tenet gladium spiritualem totiusq; mūdi urbs illa tenet principatum.

Cum ad prouintiā istam nostri aduenerunt prædecessores Turingos exinde fugauerunt, mortuo enim Alexandro quem ut Asiam impe-

b. De transmutationibus regnorū vide iur. mu. ar. vij. in glo. ak̄ de.

rio subiugauerat iuuerūt. In regione Asiatica post ipsius obitum propter subiugatorum odium morari non audebant, in trecentis galeis se receperunt, quæ omnes fluctibus maris tumescentibus exceptis quinquagita quatuor interierūt. c Quarum decem & octo littora Prussiæ pecierunt & illam obtinuerūt, duodecim item galeæ Rugianorū terram occuparunt, uiginti & quatuor autem in istam se terram cepe-runt, & cum in numero essent pauci ita quod agros culture tradere cō mode non possent fugatis & interfectis dominis Thuringorum reliquam gentem ut operaretur terra uiuere permiserunt, talia imponentes eis iura, quemadmodum adhuc consistunt in conditionibus latinorum. Et ex his qui iuri derogat suo dediticiorum cōditioni subiciebat.

c. Cōcordat Iur. mu. in prolo. & item. ar. vij. & ar. x.

Glosa.

Dictum est superius quod iure naturali vnus alterum sibi vendicare non potest, & qui id facit damnum incurrit nisi in subsidium habeat ius scriptū. Hic tandē declarare vult vnde ius scriptū originem habeat. Q. d. Ius originem habet ab imperio. Imperium vero incepit in Babilone & Persia vt textus habet. &c. Leges autem ille & cōstitutiones quę in Babilone statute fuerunt perierunt omnes. d Leges vero quę tandē in Grecia sancite sunt in decem tabulis eburneis Romanis ad petitionem eorum date & tandem per decem viros duę tabulę adiuncte, ita quod leges. xij ta. ex accidenti nomen sortite sunt suum. Leges autem rediere in libros. Primus Consul Pompeius instituere voluit sed non perseuerauit obtrectatorū metu. Deinde Cesar id facere tentauit sed ante interfectus est. Paulatim tandem antique leges vetustate atq; incuria aboluerūt, quarum etiam nullus est vsus noticia tamen necessaria videtur. Noue aūt leges ceperunt a Constantino Cesare a quo & ius Saxonibus traditū est) & reliquis successoribus erantq; permixte & inordinate. Postea vero Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusq; Imperatoris titulo disposuit, quē a suo nomie Theodosianum vocauit, vt dis. vij. c. fuerunt, &. C in prohemio. L. hęc quę. Supernenit tandem diuus Iustinianus. Iustiniani filius vt Insti. de dona. §. est & aliud, & Insti. qui mo. nō est p̄mis. face. testa. §. cecus aūt, qui omnes illuminauit leges & in ordinem redegit, ea quę necessaria fuerūt addendo minus necessaria vero reiciendo, vt Insti. in prohemi. §. omnes, & §. cunq;, &. C. in prohe. L. i. & in auten. vt im mobilia ante nupci. donaci. §. i. coll. v. & in auten de hęre. & falcidi. §. i. coll. i.

Intellecto vnde constitutiones ortum habeant. Sciendum tandem venit quō leges adiuuente sunt. e Vnde notandum est quod leges seu constitutiōes adiuuente sunt quadrifariam. Primo ex responsis imperatorū. Interrogati etenim imperatores super dubio aliquo responsum illud pro lege habebatur. Secundo cum causa per imperatores decisa fuit decisio illa pro lege seruabatur. Tertio quod imperatores de perse & propria eorū autoritate tenendum mandarunt. Quarto quod ex gratia alicui tribuebant pro iure apud illos seruabatur hoc modo leges in hunc diem ad huc condi possunt, vt. C. de vete. iur. enucle. L. deo autore. §. cū enim, &. C. de legi. & cōsti. princi. L. i. &. L. cum denouo, &. L. si imperialis.

Ex eo adhuc Roma secularem potestatē habet. &c. vt. C. de vete. iur. enucle. L. i. §. itaq; & sequentibus.

Et a beato Petro gladiū spiritualem. &c. hoc est iudiciū spirituale, vt. C. de summa trini. L. i. ff. ad muni. L. Roma. & extra de rescrip. c. sicut Roma. & exinde caput totius mundi est C. de vete. iur. enuele. L. i. ff. ad mu. L. Roma. Cum nostri aduenerunt prędecessores. &c. dictum est vnde ius ortum habet & quō adiuentum seu illuminatum ac in formam redactum sit. f Consequenter tandem exponit aduentum Saxonum in prouintiam hanc quā nunc inhabitāt, parum enim vtile esset scire declarationem iuris nisi etiam noticia illorū haberetur quę ad ius pertinēt. Vnde sciendū quod in Chronica Romanorum scriptū legimus postq; Nabuchodonosor Rex Babiloniorum bellum intulerat erga Arphaxat, dominariq; toti mūdo ceperat, resistebant sibi ex Cecilia, Mezopothania & Siria quos & profligauit exceptis Cecilien̄sibus, ad vltimum tamē & Cecilien̄, potentie eius se subdiderunt cęterecq; tandem prouintię subacte. Postq; vero Holofernes Princeps militię ei⁹ erat occisus a Iudith vidua Iudęorū gentis. Exercitus eius dispersus fuit. Consurrexit tādem dominus Cecilię Petraculus dictus qui valet in tantum sicut lapidea turris, inimicis resistebat potentiorq; factus Regem Babilonię debellauit ac eius coadiutores, omnesq; subiugauit prouintias. Et isti qui ab eodem Petraculo descenderūt seu originē duxerūt Petraculi dicebantur Regnō Babilonię in ni-

d. Legum origo unde Ad hanc materiam ui de supra li. i. in prolo. Iur mu. ar. i. & ar. vij.

e. Leges adinuctę sūt quadrifariā. Ad hanc materiam uide supra eo. li. ar. xxvi. & iur. mu. ar. i.

f. Vide iur. mu. ar. vi. vij. & sequentibus.

hilum verſo. Petraculi ibidem conſedebant a nemine ſubiugati. Aſciuerunt tandem ſeſe Alexãdro magno Macedonum Regi quorũ auxilio Darium Perſarum Regem & Aſiam totam ſubiugauit. In Cecilia ſiquidem quę vicina eſt Aſię reſidebant. Alexandro vero mortuo populus Aſię cum illis de ſuperiori Cecilia contra petraculos conſpirauit tripliciq; commiſſa pugna fœliciter dimicarunt, occupataq; ciuitate illorum Merargis dicta receptiſq; bonis quantum valebant Ciuitate in cineres verſa nauibus repletis vaſto mari ſeſe cõmiſerunt, nauesq; propter imperitiam nauigandi a fluctibus maris obrute perierũt relictis quinquaginta quatuor. Ex qbus decemocto Pruſſiam venerunt, vaſtamq; & incultam inuenientes terram ibidem conſederũt, Duodecem Rugiam adnauigarũt a quibus originem habent, Stormeri, Dithmeri, Holtzacri, & Aldebergi. Viginti vero quatuor in hanc prouintiam aplicuerant qui in hunc diem petrei dicuntur, in Greco enim petra, in latino vero Saxũ lapis dicitur, vnde & nos ex deriuato Saxones nuncupamus

E. Vide Vitichindũ rerum Saxonicarũ li.i.

& hiſtoria tamen Saxonum aliter ſentit. Saxoneſq; cognomen accepiſſe aſſerit ex eo qđ poſtq; nauibus aduecti littora Thuringorum attigiſſent diuq; inter eos de agris certatũ eſſet. Turingi tandem gentem illam aduenticiam ſuperiorem eſſe viribus cerneñ. per interunctios poſtularũt vtroſq; inermes cõuenire de pace tractaturi quod & factum eſt die & loco deputato. Erat illis diebus Saxonibus magnorum cultellorum vſus quibus & Angli poſthac vtebantur, his armati Saxones ſub ſagiſq; defereñ. ſuis procedebant Cõuenientibuſq; loco condicto & videntes hoſtes inermes & illos qđ Principes Thuringorum tempus rati totius regionis obtinende, cultellis abſtractis ſup inermes irruunt, & omnes fudunt, viciniſq; tetrori fuere, & ex illo facinore ſecundum aliquos nomẽ illis inditum Saxonũ. Cultelli em antiquo vocabulo Saxonico Sachs nũcupanr ideoq; Saxones nuncupatos quia cultellis tantam Thuringorum fudiſſent multitudinem. Vide de hoc Vitichyndum rerum Saxonicorum, L.i.

Fugatis & interfectis dominis Thuringorũ. &c. Notandum quod thuringi de gbus meminit non ſunt illi ex Comitatu thuringie, quia & illi ſunt Saxones, ſed iſti fuerũt Sclaui quos Saxones ex eo quod improuiſe & non admodum cauti in bellum procedebãt thuringos ideſt fatuos bellatores nuncupabant, occiſis vero dominis thuringorũ operarios in quintia ſedere pmiſerũt huic gloſe contradicere palam videtur hiſtoria rerũ Saxonicarũ, Saxoneſq; ipſos littora nõ Sclauorum ſed thuringorũ quę & diſcreta a Sclauis gens conterminaq; francis fuit primum occupaſſe, per longaq; tẽpora cedes inter eos cõtinuate. h Sed & poſt cũ francis ipſis cruentum ſubſequutum eſt bellum. Primũ circa tempora Caroli magni Imperatoris cũ Sclauis bellum inchoatum fuit qui circum & vltra Albim fluuium in longum vſq; ad littus. Occeani ſeptemtrionale ſedes extẽdebant ſuas. Illo tempore Velatabi, Sorabi, Abotriti, Bohemani, nuncupati, lingue quidẽ vnius ſed diuerſorum morum. Finaliter tandẽ per Ottonem magnum imperio ſubiugati.

Reliquam gentem vt operaretur. &c. Dixerat ſiquidem vnde Saxones originẽ habeãt, hic declarat vnde incole & operarij regionis illius initium ceperunt. Vnde pro intellectu textus nota quod ſeruis triplex Iuris beneficium conceſſum eſt. Quidam dimittebantur & manumittebantur in toto liberi de quibus infra ar. lxxx. & Inſti. de liberti. §. i. Quidam fuerunt ſerui diebus vitę ſuę, poſtq; vero moriebantur libertatem conſequebantẽ ex eo, quia dñs intromittere ſe nõ potuit bonis huiuſmodi immo bona eorum hęreditabãt in ſucceſſores & hij dediticij hoc eſt diuerſi laboratores dicebantur iſta tamẽ libertas per leges exploſa eſt, vt. C. de ditici, liberta. tollen. L. i. k Tertij fuerunt liberi dum viuebant ſerui tamen efficiebantur poſtquã moriebantur, bona enim eorum domini poſſidebant vocabanturq; latini vt Inſti. de liberti. §. libertinorũ, latinus enim tempore quo viuebat liber fuerat. Mortuo vero eo dominꝰ medietatem bonorum ſegetum frumentorũ & mobiliũ accipiebat, alia medietate apud pueros remanente, libertas tamẽ latina abrogata eſt per leges, vt. C. de Iati. liber. tollen. L. vnica.

Contra iſtud quod hic dicitur dediticijs & latinis eſt ar. xvi. li. i. & infra ar. lxxx. vbi habetur quod ſi ſeruus manumittitur ille liberorum incolarũ ius habere debet. Rz. quod non contrariatur. Qui em abſolute & ſine aliqua conditione manumittitur in toto liber fit, ille vero qui ſub cõditione aliqua liber efficitur non eſt in toto liber & ita non contrariatur vnum alteri.

D. q. poſſet. Quod textus articuli finalis tũ & ea quę dicta ſunt de dediticijs & latinis cõtrariari videntur legibus quę diſponunt qđ libertas dediticiorum & latinorum eſt abrogata tẽpore Iuſtiniani Imperatoris, vt Inſti. de liber. §. ſed &, &. C. de Iati. liber. tollen. L. i. §. cum igitur. Rz. quod non eſt contra leges allegatas. l Saxones etenim exempti ſunt a communi iure imperiali & quicquid imperator ſtatuit ſeruare & tenere non obligantur niſi illud ſingulariter exprimatur in conſtitutione. m Quicquid enim aliqs contra priuilegium priuilegium obtinet nocere nõ poteſt priori niſi ſpecialiter nominetur & exprimatur illud prius, vt ſupra li. i. ar. iij. in ſi. glo. C. de codicillis. L. i. ff. de lega. i. L. ſi quis. xxv. q. ij. c. i. &. c. p oſtea. ver. ſi ergo, & extra de appella. c. oblate in fine, & extra de reſcrip. c. cęterum, &. c. ex parte, &. c. ex tenore, & extra de

h. Vide Vitichindũ rerũ Saxoni & iur. mu ni. in prolo.

i. Seruorũ triplex iuris beneficium concordat Iur. mu. ar. l.

k. Pro intellectu tamen ſupradictorum nota quod dediticij erant qui ſine conditione ſe reddebant Romanis, & q̃diu uiuebant ſerui erant poſt mortẽ uero in libertatem eripiebantur, ut Inſti. de liberti. §. liberti norũ, & de ſucceſſi liberto. §. finali. Quare ergo nõ dicebãtur ſerui. Rz. quia ſucceſſorẽ habebãt & omnino libertatẽ ſperabãt uel uerius liberi erãt ſed ſeruire tenebãtur uide. C. de dedit. & liberta. tollen. L. unica in glo. Latini uero dicebantur illi qui dum uiuebãt erant liberti, in morte tamen deuenichãt in ſeruitutem nec habebãt hęredẽ. Romani enim ſubiugantes ſibi aliquã prouintiã tranſmittebant homines illius prouintie in aliã prouintiã et dicebantur latini ideſt Romani & non erant ſimpliciter liberi, nec erant liberi, unde ſicut illa tranſmiſſio iam eſt ſublata qe aliquãdo bellũ cũ indigenis habebant, ſic non habentur hodie hmõi latini ſed cũ uarijs mõis introducta erat latinorũ cõdito & difficultates exorte, tã ex legibus q̃ ſenatuſconſulto, quare Impator reſecauit latinã libertatẽ, ut. C. de lata. liber. tollen. L. unica in glo.

l. Saxones exẽpti ſunt a iure imperiali, correctoq; iure communi, non corrigitur ius Saxo. in eodem caſu.

m. Vide ſupra li. i. ar. iij.

n. Saxones in caſibus quos expreſſos in priuilegio non habent recurſum habere debẽt ad leges & canones concordat ſupra li. ij. ar. xxxvi. glo.

o. Differentia latinorum & dediticiorum.

consti. licet Roma. li. vi. & hoc intellige de his quę in priuilegio expreſſum habent. n In caſibus vero de quibus in priuilegio non habetur recurrendũ eſt & tenere eos oportet. Ius commune ſpirituale & Imperiale, hoc eſt leges & Canones, vt extra de con. c. i. &. C. de legi. & conſti. L. leges, &. C. de iur. & fact. ignoran. L. conſtitutiones.

Et ex his qui ſuo iuri derogabat. &c. o Vnde nota differentiam inter dediticios & latinos. Latini enim dicebantur qui in bonis censualibus reſidebant neq; a bonis alienari poterant verum bona ad cenſum eis concedi poſſunt. Dediticij vero dicebantur qui bona propter demerita perdiderant & eis accipiebantur ac ſine intermiſſione pro ſuſtendando victu laborare cogebantur, domiſq; ſuis ſemper ſeruire. ¶ Inſtare quis poſſet iſtud abrogatũ eſſe legibus, vt. C. de dediticij. liberta. tollen. L. i. Rz. tamen quod iſta abrogatio Saxonibus obeſſe minime poteſt ex eo quia admittitur in eorũ priuilegio patet ex ſupra allegatis. Vel dic quod abrogatum quidem eſt quod nullus ſub conditiõe liber dimitti debeat. Sed q manumittitur in toto liber erit. Qui vero ſeruus meus eſt illũ obligare poſſum ad laborem meum prout mihi placet.

Articulus XLV

De ſolutione bengeldi emende multe

Vnc intelligite qui uerigeldus cuilibet homiñ iuxta uniuſcuiuſq; cõditionem debeatur. Illuſtres ſpectabiles & banniti in emenda ac uerigeldo coequãtur. a Illuſtres tamẽ ſeu Principes ac ſpectabiles & liberi domini per ſolutionem auri præ cæteris honorantur, illis etenim duodecim nummi aurei loco emende debent præſentari, quorũ quilibet tres nummos tenet ponderoſos, & pondus nummi aurei pro decem argenteis computatur b & ſic duodecim aurei nũmi ualorem triginta ſolidorum obtinebunt. Bannitis ſeu loco ſcabinali idoneis triginta ſolidi pondero/ſorum denariorũ pro emenda præſtantur, c horum uiginti ſolidi Marcam ſolent põderare. Decẽ & octo talenta denariorum ponderoſorũ eorum continet uerigeldus. Quæli/bet mulier maritata dimidiam ſui mariti partem emende & uerigeldi obtinebit.

a. Concordat Iur. mu. ar. l.

b. Quantum marca auri ualeat, uide Iur. mu. ar. xiij. & ar. xv.

c. Ad hanc materiam uide ſupra li. i. xxxiij. Iur. mu. ar. xvij.

Virgo innupta dimidiã habet emẽdam ſecundum ortus ſui generationem, deſponſata uero itidem mediatem ſponſi ſui.

d Maritus eſt etiã tutor uxoris poſt deſponſationẽ. ¶ Vxor cũ lectum mariti aſcenderit per illam copulationem eidem in generatione coequatur, mortuo uiro mulier ab eius iure liberatur. ¶ Paganis uero ſeu cenſualibus qui iudicium ſculteti quærere ſolent e quindecim ſolidi pro emenda, & decem talenta loco uerigeldi numerantur. Ex hñs etiã a præfecto & ſcabinis ſi neceſſe fuerit preco eligitur ſed non niſi qui tres mãſos habeat ꝓprietatis. Alñs etiã liberis hominibus incolis qui nullam habent proprietatem ſed ueluti aduene & peregrini aduenient & recedunt ut paganis uerigeldus & emẽda tribuat hoc eſt quindecim ſolidi emẽda. Verigeldus decẽ talenta. Viginti ſolidi & ſex nũmi cum quadrante, eſt emenda latinorum. (Alij textus habent agricolarum) & nouem libre ſeu talenta eorũ eſt uerigeldus. Duæ laneæ Cirotece cũ fuſtula ſeu tridẽte quo ſimus tollitur emenda eſt dediticiorum. f Duodecim uero uirgarũ cumulus tritici, g ita ut uirga paſſum diſtet ab alia, & quælibet uirgarum duodecem clauos habere debet, clauus uero in aſcendẽdo unus ab alio in ſpacio uſq; ad humeros diſtet ut cumulus ſurſum poterit ſubleuari. In quolibet clauo duodecim burſe pendere debent, & duodecim ſoli/

d. Concordat ſupra li. i. ar. xly.

e. Vide oppoſitum Iur mu. ar. l.

f. Alij textus habent hortulanorum ſeu illorum qui durum laboratores ſunt.

g. Textus uetuſtiores ita legunt aceruus tritia duodecim habens ſtatuas; quarum quælibet per unum paſſũ ab alia diſtet & quælibet ſtatua clauos cõtineat duodecim á ſe mutuo diſtantes in altitudine unius hominis ſtature uſq; ad humeros.

dos quælibet burſa continet, hic eſt eorum uerigeldus. Ordinatorũ ſeu clericorum filiꝰ & aliꝰ illegittime procreatis ſoluitur in emenda curꝰ rus feni quem duo boues annales ſeu unius anni trahere poſſunt. Hiſtrionibus, ioculatoribus, & his qui in ſeruitutem ſe dederunt emenda datur umbra uiri, Pugillib⁹ eorũq; filiꝰ emenda ſplendor uidelicet cõtra ſolẽ. Clipei duellaris præſtetur. Duæ uirge & una forpex emenda illorum eſt qui furando aut ſpoliãdo iuri derogarunt ſuo. Illegittimorum emende parum afferunt utilitatis ideo tamen poſite ſunt ut eis acquiſitis iudici p hoc mulcta præſtetur. Sine uerigeldo illegittimi reperiuntur attamen ſi quem illorum quis ſpoliat interficit aut uulnerat uel illegittimam uiolat pacemue in eis fregerit ſecundũ iura pacis uiolatoris iudicetur.

Gloſa.

h. De obligatione legali & conuentionali uide.

Quorum quilibet tres nummos. &c. h Nota quod obligatio legalis intelligitur de moneta currente tempore ſolutionis, ſed obligatio cõuẽtionalis intelligitur de moneta currente tempore obligatiõis, de hoc in ſpecu. titu. de obliga. & ſoluci. §. nũc aliqua. ver. finali. Et hoc eſt notatu dignum, propter condemnationes quę fiunt ex formis ſtatutorum vt hic habes, & vide ſupra eo. lib. ar. xl. & ſupra li. i. circa articulum. liij.

i. Mulier ſubeſſe debet uiro.

Maritus eſt etiam tutor ſue vxoris. &c. Vnde dicit lex imperialis, cum te nõ ex ſenatore patre procreatam ſed ob matrimonium cũ ſenatore cõtractum clariſſime feminę nomẽ adeptam dicas, claritas quę beneficio eius mariti tibi parata eſt, ſi ſecundi ordinis virum poſtea ſortita ſis redacta ad prioris dignitatis ſtatum depoſita eſt, vt. C. de nup. L. cum te. i Et mulier debet ſubeſſe viro & quaſi famula eſſe viri, nam vir eſt caput mulieris & non econuerſo, vt. xxxiij. q. v. cum caput.

Ordinatorum filiꝰ & illegittime. &c. Et hoc eſt ſtatutum vt reſtringatur luxuria & peccãdi materia, & ideo etiam tales iure hereditario non ſuccedũt ne homines inuitent ad impudicitiam & incontinentiam. Vnde & preſbiterorum filiꝰ etiam non promouentur vt reſtringatur preſbiterorũ luxuria & quia milites dei preſbiteri dicuntur eorum tamen ſiliꝰ viles ſunt perſone, de ſeruo non ordi. c. iꝰ. quodq; non ſuccedunt patribus iure hęredi / tario. Ratio eſt quia preſumitur quod patet ne incontinẽtie ſint imitatores, vide doct. de fil. preſ. in rubri. & per totum.

Gloſa.

Autor priuilegij qui ex latino in germanicũ illud traduxit k ſuperius li. iꝰ. ar. xiij. ſufficiẽter docuit quam pœnam & emendã ſuſtinere cogitur qui conuictus in criminalibus fuerit quęrelis, hic tandem declarat quid ille emendare debeat cum ciuiliter accuſatus ſuperat, cum dicit nunc intelligite.

k. Vide ſupra in prolo. li. i. li. ij. ar. xxxvi. li. iij. ar. xxxix. & item iur. mu. ar. x. glo.

Vnde nota quod verbum iſtud intelligite in principio poſitum denotat aliquid ſpeciale, & non niſi ſex articuli ſunt in toto hoc priuilegio qui ab hac dictione, intelligite, percipite, vel conſiderate inchoantur, in illiſq; aliq ſpeciale ac vtile includitur. Primo eſt articul⁹. xx. li. i. vbi habet aliqd ſpeciale qd mi litaribus ex gratia & fauore vltra alios collatum ſit. Secundo eſt articulus. xxxiij. li. i. vbi declarat ius ſpeciale ſup poſthumis quodq; cõpati debetur impregnate mulieri poſt mortem viri. Tertio habetur articulus tredecim⁹ ſecundi libri vbi ponitur differentia miſericordie & iuſtitie. Quarto habetur articulus. lxvi. ſecundi libri vbi agitur de pace & iure nouo Saxonibus dato cum ad fidem cõuerſi ſunt Chriſtianam. Quinto eſt infra articulus. li. vbi agitur de verigeldo animaliũ volatilium ſi damnũ in eis cõmittatur. Sexto eſt articulus preſens vbi habetur verigeldus cuiuſlibet hominis. Exquo intelligere vnuſquiꝰ quis poteſt quanta gratia & prerogatiua diui olim imperatores Saxones ipſos condonarunt in negocijs quę iniurias ſeu contumelias attinent. Iure enim Cęſareo Impatores facultatem habent vnumquemuis ſententiare, condemnare, emendam decernere ſecundum libitum eorũ ſecundumq; genelogiã & excellentiã perſonarum contra quas exceſſum eſt. Vnde & principes condemnare vnum poſſunt ad quinquaginta libras auri Iudices prouincię ad ſex libras, Iudices vero inferiores ad tres libras, vt C. de modo mulcta. quę a iudici. infligun. L. illuſtres & L. eos. Preterea ſi committitur iniuria alicui, & iudex eandem non moderauerit, extunc is qui patrauit emendare tenetur ſecundum eſtimationẽ illius qui paſſus eſt iniuriam, vt Inſti. de iniur. §. pœna autem. & ff. eo. ti. L. prętor edixit Iſta vero omnia ſunt a Saxonibus remota, in eoq; illis gratioſe prouiſum, ſtatutuſq; modus quomodo emendare eos oporteat ſi aliquid exceſſerint tum & verigeldus vniuſcuiuſq; animalis expreſſus.

Vnde pro intellectu horum prout etiam ſupra, li, iꝰ. ar, xxxviij, in glo, quodammodo ha

135

l. Maleficium ſeu exceſſus contigit quadrifariam, concordat ſupra li. ij. ar. xxxvij.

bitum eſt. l Nota quod maleficiũ ſeu exceſſus fit quadrupliciter. Primo fit animo deliberato vt eſt homicidiũ, preda, furtum, oppreſſio mulierum, ſcortatoria, & exinde oriẽ actio criminalis & pœna illorũ eſt mors, vt ſupra lib. iꝰ. ar. xiij. C. ad le. Iul. de ſiccariis. L. ſi qs, & L. is qui, & ff. de penis. L. capitaliũ. § famoſos, & ff. ad le. Iul. de vi. publi. L. qui ceteu. & C. de rap. virgi. L. i. & C. ad le. Iul. de adul. & ſtup. L. de crimi. Secundo fit ex negligentia non animo deliberato nec cũ dolo. ſicut ſi freneticus vel puer aliquem occiderit vel ſi in auem ſagittando hominem interfecerit pœna illorum eſt occiſi verigeldus, vt ſupra lib. iꝰ. arti. xxxviij. & lxv. & Inſti. ad le. Aquil. §. item ſi putator, & ff. eo. ti. L. item ſi obſtetrix in fine. Tertio fit exceſſus in ciuilibus actionibus ſicut ſi quis alium etiam deliberatus verbis afficiat malis mendatiũ ei obiciendo, vel leniter percuciendo, vel alicuius rei ſe intromittat vel debitum iudicatũ non ſoluat m & hoc duplicit, vel in preſentia ei⁹ lucratum ſit & ſic actor propior eſt eum conuincere. Si vero in eius abſentia reus euadet citius ſeu. c. li. Vel teſtes nõ ꝓducat vel vaſendare non poſſet aliquem, iſtorũ pœna eſt emẽda ſtatuta, vt. li. iꝰ. ar. lxij. & li. iij. ar. xxxvij. Quarto fiunt exceſſus ſine dolo malo vt cum quis ioco verbis afficiat aliquem mendacem eum vocãdo hic nulla emenda ſequitur ſi ille iurabit quod ioco id fecit, vt. C. de iniur. L. ſi non conuicij, & ff. de iniur. L. illud relatum.

m. Debitũ quomodo lucratur contra debitorem.

Illuſtres liberi domini, & banniti equati ſunt in verigeldo. &c. Iſtud videtur eſſe cõtra prius dicta vbi dicebatur quod emẽdam vnuſquiuis habet ſecundum ſui generationem, vt ſupra lib. iꝰ. arti. xvi. Exquo itaq; iſti tres non ſunt ſimiles generatione, quare & emenda eorum ſimilis eſſe non deberet. n R. quicunq; eque liber eſt ſicut alter ei in generatione ſimilis ſit qa generationẽ non aliud diſtinguit niſi libertas & ſeruitus, exquo ergo banniti eque liberi ſunt ſicut liberi domini ſeu ſpectabiles, & ſpectabiles eque liberi ſicut Principes. Quare emenda eorum eſt ſimilis.

n. Vide ſupra li. i. ar. xvij. & li. iur. mu. ar. ij.

Inſuper obicitur eos ſimiles generatione nõ eſſe ex ar. iij. vbi dicitur eos habere diſtinctos gradus. R. quod loquitur ibi de militari dignitate, hic vero de naturali genetatiõe quę in his omnibus eandem obtinet libertatẽ, vt Inſti. de iur. perſo. §. ſerui. Vnde & ſi quidem etiam ſecus dicatur li. feu. in prin. R. tamẽ qđ ibi loquitur ſecundum ius feudale hic vero ſecundum ius prouinciale. Preterea cõtradicere etiam videtur huic. L. quiſquis. C. ad le. Iul. Maieſ. R. tamen quod ibi loquitur de his qui fraudulenter agunt contra principes, hic vero de illis qui contumelia aliqua illos afficerint. Inſuper in contrariũ etiam videtur eſſe. Inſti. de iniur. §. atrox iniuria, & C. eo. ti. L. atrocem, & ff. eo. ti. L. prętor edixit. §. poſſe hodie, leges iſte allegate innuere volunt qđ maior eſt exceſſus. Si quis ſpectabilem perſonam iniuria affecerit q; qui inferiorem. R. tamen quod non cõtrariatur propoſito noſtro Loquit enim ibi de his qui officio preſunt & qui maiori autoritate fruuntur, hic vero loquitur de his qui equales generatione ſunt. ¶ Illuſtres tamen pre ceteris honorant auro, &c. Exquoquidem Principes ratione officij nobiliores ſunt q; ceteri homines liberi & nõ ratione generationis quare illis aurum tribuitur pro emenda quod nobilius eſt argento & hoc per id intelligi datur quod de iure poſitiuo excellentiores ſunt ratiõe officij. Quod autem aurum illud non maioris valoris eſt quam triginta ſolidi nummorũ qui aliꝰ hominibus pro emenda dantur, denotatur qđ ipſi iure naturali nõ maioris excellentie ſunt q; ceteri homines, vt Inſti de iur. perſo. §. i. ff. de iur. perſo. L. quod attinet. ff. de condi. indebiti. L. naturaliter, in auten. de monachis coll. i.

o. Aureus nimmus iure Cæſareo pro ſolido computatur, vide ſupra li. ij. ar. i. glo

Duodecim nummi aurei. &c. o Sciendũ qđ in toto iure Ceſareo aureus nummus computatur pro ſolido hoc eſt pro duodecim argenteis, & octuaginta huiuſmodi nummorum conſtituũt libra auri P vt Inſti. de liberti. §. libertinorũ, in glo. & Inſti. de pe. teme. liti. §. finali, & ff. de in ius vocando. L. libertus, & L. ſi ſine. Prout vero habetur. C. de ſuſceptori prepo. & Archa. L. quotiens libram conſtituunt. lxxij. ſolidi. q

p. Libra auri quantũ ualeat, concordat ſupra li. ij. ar. i. glo.

Quelibet mulier. &c. r honor em uiri mulierem nobilitat efficitur q; eius ſocia cum lectũ eius aſcenderit, vt in auten. de conſul. § ſi aũt coll. iij. C. de nup. L. cũ te. ff. ad muni. & de incol. L. filiꝰ. §. i. & ff. de ſenato. L. fœmina, & C. de dignita. L. mulieres.

q. Libra quantum cõtineat, uide ad hanc materiam ſupra li. ij. ar. viij.

r. Honor uiri mulierem nobilitat.

Maritus eſt tutor vxoris. &c. hoc ideo ponit vt ſciatur quis agere debeat pro contumelia vxori facta, f & intelligi datur quod vir agere debet ſuper iniuria mulieris, & ei reſpondere oportet, non aũt pro contumelia viri mulieri reſpõdetur, vt Inſti. de iniur. §. patitur, & ff. de iniur. L. quod ſi viro.

f. Pro iniuria mulieris uir agere debet & non econtra.

Paganis ſeu Cenſualibus. &c. Ex hiſs preco eligitur, quod autem ius preconis ſit, ſuo loco declarabitur. Cenſuales vero dicũtur vilici quibus bona cõmittuntur in adminiſtrationem alienaric; poſſunt cum libuerit.

Aliis vero liberis hominibus de quibus itidem in textu mentio fit & hij ſunt aduenticij in bonis, ita quod aliquando aduenient & econtra recedunt & iſtud intellige vt textus habet.

Viginti ſolidi & ſex nummi cum quadrante &c. eſt emenda latinorum quadrans in textu deſignat quod nolunt liberi eſſe.

Duę laneę cirotece dantur dediticijs propter id quod ipſi quotidie dominis ſuis laborare coguntur.

Querere hic vnus poſſet. Quandoquidẽ dediticus vilior eſt in ſuo officio q; latinus vnde id eueniat quod magis datur ſibi pro veri

geldo q̄ latino vel pagano. Quod autem deditícius vilior sit q̄ latinus patet ex supradictis. Esset etiā contra prius dicta vbi habetur quod secundum vniuscuiusq; generationem emendare oportet vt li.ij.ar.xvi.§. non esse contrarium nō enim illic habetur, quod verigeldus solui deberet secundum vniuscuiusq; generationem sed quod emenda soluit secundum quod vnus suam obtinet generationem, per emendam enim satisfit illi cōtra quem excessum est. Verigeldus vero soluitur illi cuius erat deditícius. Exquo itaq; ad dominum pertinebat suum & vilior fuit sibi q̄ aliquis alter seruus propter continuum eius laborem. Quare soluitur verigeldus non eo respectu quod vilis sit sed ratione damni q̄d dominus accepit per decessum eius, vt Insti. ad le. Aquili. §. illud. &. ff. ad le. Aqui. L. p̄inde &. L. si seruum. C. lege aquilia. l.. cōtra.

¶ Sacerdotū pueri & spurij. &c. Posset vnus dicere autorem supfluum in eo esse quod dicit Sacerdotum filij & illegittime procreati, vno etenim vocabulo id absoluere potuisset vt pote dicendo illegittime nati. [e] Peccatū autem est fieri per plura quod potest fieri per pauciora philosopho teste. §. quod non supfluū est quod textus habet, per id enim differentiam notificare vult illegittimorū, quia dato quod filij sacerdotū illegittimi sunt, laicorum vero naturales filij non adeo illegittimi nuncupantur. P Pueri enim sacerdotum nullomodo legittimari possunt. Intellige tamen de pueris sacerdotū qui extra matrimonium procreati sunt. Laicus enim superducēs virginē suscepta ex ea prole, mortuaq; si presbiteraretur, pueri illi legittimi erunt. Pueri vero qui ex laico patre & matre extra matrimonium nascuntur legittimi esse possunt p subsequens parentum matrimonium, vt Insti. de hęre. quę ab intesta. defer. §. sin aūt. Puer enim illegittimus legittimari pōt si ex muliere genitus sit quę postmodū vxor sua esse potest, vt Insti. eo. ti. &. C. de natu. liber. & matri eo. L. cum quis &. L. nuper in fi. & in auten. de trien. & semis & succes. filio. §. fi. coll. iij. Istud tamē fieri non potest in filijs sacerdotum nec legittimari possunt, culpa autē istius est quia in consecratione deo ipso Ecclesieq; Christiane desponsantur. Si ergo cū aliqua mulierum concubuerit, ipsa est sue vere spōse, hoc est Ecclesie catholice filia, vt. vij. q. i. c. nihil, & ita legittimi fore non possunt, vt in autē. de incestis & nefa. nupci. §. i. coll. ij. &. C. de incestis, & inuti. nupci. L. qui contra, & in auten. qui. mo. natu. effi. sui. §. vlti. coll. vij

Duo annales boues. &c. Per id denotatur q̄ quemadmodum boues illi annales equaliter non possunt trahere currum q̄uis similes sūt alijs bobus in forma ad trahendum, pro vtilitate tamen nihil efficere possunt. Sic & spurij quibus datur emenda huiusmodi similes sunt ceteris hominibus, tamen ad honorē & vtilitatem aliorum de iure venire nō possunt vt. ff. de reg. iur. L. q̄d attinet, &. L. seruitutē.

¶ Histrionibus & his qui se in seruitutē. &c. Vmbra enim hominis hominem representat sic isti habent quidem similitudinem hominis, non tamen sunt eis similes in iure sed pro mortuis reputantur, sunt enim mortui iure, vt. ff. de reg. iur. L. quod attinet &. L. seruitutem.

Pugillibus & eorum filijs datur splendor clipei. &c. hoc fit ex eo, quia illi vnacum pueris suis victum habent ex huiusmodi vili officio exponuntq; sese & pueros suos ad op illud infame.

Illegittimorum emende. &c. [x] Ponuntur tamen & numerantur ideo vt iudici qui loco dei residet mulcta soluatur quia in huiusmodi personis plus exceditur contra deum q̄ in personā ipsorum.

[x]. *Ex textu articuli et ex glosis habetur q̄d emendatur secundum generationem sed non uerigeldus, ut patet de deditícijs quorum emenda ulis est, ueri geldus uero excedit alios.*

[e]. *Peccatum est fieri plura quod fieri potest per pauciora.*

P. *Sacerdotum pueri nullomodo legittimari possunt.*

Articulus. XLVI.

De meretrice violata et debitore mulieris

IN meretrice autem & in sua concubina committitur uiolentia, & si eā quis præter eius uoluntatem uiolat, in uita sua condemnetur. Pro uno uulnere nōnisi unus impetitur, licet rei operis & auxilij possint plures accusari.

Glosa.

In meretrice autem. &c. Intellige cum desinit meretricari, quod etiam innuit textus cū dicit præter eius voluntatem. Est enim aliud meretrix cuius publice venalis est turpitudo xxxij. q. iij. meretrices. [a] Et nulla necessitas ipsas meretrices excusat, vt. ff. de ritu. nup. L. palam. §. non est, &. xxxij. q. v. ita. Quas etiā vtilitas vite fecit indignas legum obseruatione, vt. C. ad le. Iul. de adul. L. quę adulteriū in fine. [b] Et etiā scias quod senatoris filia nō pōt agere actione iniuriarū si in veste meretricali fuerit deprehensa nā tūc perdit priuilegium, vt. ff. de ritu. nupci. L. senatoris filia, sicut & non iniuriatur matrimonio quę ipsum ignorauit. C. de adul. L. si ea. Nec militię qui mi litem ignorat. ff. loca. L. si ignoras, vide in. c. in audientia de sententia excom.

a. *Meretrices nulla excusat causa.*

b. *Filia etiam senatoris in ueste meretricali deprehensa perdit priuilegium conditionis sue.*

Glosa.

Exquoquidem mulier soluta & meretricaria a peccato desistere potest, quare ille qui præter eius voluntatem perpetrat libitum in eis suum, collū demeret. [c] Exemplū est de sancta Afra quę antehac publica mulier fuit cōuersaq; a peccatis, cum vnus præter eius voluntate opprimere eam voluit ipsa renuente eandem interfecit, & hoc fuit suum martirium, qa quemadmodum vnus honestam fœminā præter eius voluntatem in lapsum inducere non debet, sic & in huiusmodi mulieribus prauā libidinē patrari non licet, vt C. de raptu. virgi. vel vidua. L. i. ff. de seruo. corrup. L. i.

c. *Beate Afre martirium.*

136

Pro uno uulnere &c. [d] Sciendū etenim est q̄ pro vulnere vno nisi vnus criminaliter accusatur, possunt tamen plures accusari consilij, auxilij, hęc vero accusatio fit simplex. Si tamen recognouerint æque culpabiles fiunt, vt ff. ad le. Iul. de vi. publi. per to. ff. ad le. corne. de sicca. L. i. & ff. ad le. Iul. de vi. priua. L. hac lege, & L. nec interest.

[d]. *Pro uno uulnere nō nisi unus criminaliter accusari potest.*

Articulus XLVII.

De pena violentie aut iniurie inferende

QVicunq; alteri quicq̄ iniurioſe, uiolenter, uel præter eius uoluntatē siue sit multū siue parum abstulerit ceperit, [a] reddere cōpellitur cum emenda, [b] Sed si auferens ablatam rem habere non posse iurauerit, soluere eandem debebit secundum æstimationem actoris, aut ualorem minuere sacramento. [c] Venatile cum uenatili in ualore simili, dummodo hoc iuretur persoluatur.

[a]. *Iuxta articulū istū xlvij. lex si quis in tantam C. unde ui. locum non habet de iure Saxonum, quia hic pro excessu emendatur et ita ut communiter obseruatur. Textus enim indistincte loquitur, q̄uis glo, supra eo. li. ar. xliij. nitatur distinguere passim istum, & potius tenet contrarium, ad hanc materiam uide etiam supra li. ij. ar. xxv. & infra eo. li. ar. lxxxiij.*

[b]. *Vide infra eo. li. ar. li.*

[c]. *Concordat Iur. mu. ar. Cxx. Textus uetustiores ultra id quod sequitur habent Aues cantantes, aut unguibus stringentes, canes leporarij, aut sagaces, aut molosi per si bi similia soluuntur, dūmodo iuretur hoc æque ualere, idem est in pastoricijs & alijs canibus & non persoluūtur tritico ut uulgo dicitur, uide infra ar. xlix.*

Glosa.

Pro intellectu textus sciendum quod articulus presens pro quadam noua constitutione & lege in antiquis exēplaribus habetur. Articuli enim precedentes qui sub distinctione positi sunt in priuilegio sub vno comprehendūtur articulo ex eo, quia emenda seu pœna de quibus antehac dictum fuit exsoluitur cum vnus contra alium deliquit, hic vero presens articulus determinat de emendis seu pœnis cum aliquis deliquit in rebus alicuius. Vnde dicit quicunq; alteri quicquam iniurioſe abstulerit, hoc idem habetur supra ar. xliij. & Insti. vi. bo. rapto. §. sed ne dum &. C. eo. ti. L. si res.

Siue multum siue parum sit. &c. in isto includit etiam articulum. xliij. Videtur tamen id esse contra equitatem quod vnus mulctam seu emendam pro paruo eque expetere deberet excessu sicut pro magno. Iura etenim nō nulla dicunt quod pœna concomitatur mulctā seu emendā, quod si actor extendere emēdam vltra modum vellet. Iudex illud moderare secundum possibilitatem tenetur, vt Insti. de actio. §. curare, & in auten. de mādā. princi. §. quod si coll. iij. &. C. de pœnis. L. si quis & in auten. vt nulli. iudi. lice. habe. §. quia vero, coll. ix. §. id quod dicitur siue multū siue parum alter alteri recipiat emendare oportet, emenda tamen illa non eque magna est. Vnde rextus habet quod restituere cogit cū emēda, hoc est secundū quod res illa magna sit quę ablata est, secundum hoc etiam restituit cū emenda, nec habet in textu q̄d emēda eque similis vel eque magna esse deberet.

¶ Siue multū siue parum &c. Posset aliquis quērere. Quantū parua res esse debeat quod pro illa quęrulari unus non possit. §. sub distinctione, [d] quod quęrela est duplex. [e] Vnde si quęrulatur quod sit deceptus vel delusus, quęrulari non potest nisi damnū extendat se ad duos solidos, vt ff. de dolo. malo. L. i. oleum in fi. [f] Sed si agatur contra furem auditur etiam pro vno denario, vt Insti. de re. dīuisi. §. gallinarū, & ff. de dam. infec. L. si proprietarius in fi. Quod autem pro furto occasione minoris damni agitur, q̄ quod committit ex collusione. Ratio est quia furtum cōmunius est q̄ collusio, & illud quod cōmunius est magis animaduertit, vt ff. de pœnis. L. aut facta. §. finali. Non tamē pro huiusmodi parua re suspēditur, vt supra li. ij. ar. xiij. & in auten. vt nulli. iudi. lice. habe. §. pro furto coll. ix.

¶ Iurabit quod illud reddere nō possit &c. Intellige dato quod res magna sit quę ablata fuit, vt Insti. de iniur. §. in summa, &. ff. de iniur. L. prętor edixit. §. &. L. senatusconsul Soluere debet secundum estimationē, & hoc est contra articulum proxime sequentem vbi habetur quod solui debet secundum statutū verigeldum, illud enim quod iure taxatum est non oportet postmodū minorari vel adaugeri. §. §. sub distinctione quod quicquid huiusmodi rerum iure taxatū habetur illud nō oportet iure Saxonico minorari vel adaugere. Illarum vero rerum quarum taxa non cōtinetur actor estimabit seu taxabit. Respondens vero iuramento minuere poterit. Secundum leges vero & Canones damnū taxatur quodlibet per illū cui illatū est. Iudex q̄ minuit & moderat, & illam moderationē iudicis actor iuramento confirmabit, quod videlicet damnum non minoris prec̄ fuit nisi secundum quod iudex taxauit, vt. C. de iudi. L. properandum. §. sin autem, & in auten. de iudi. & vt nullatenus cū iurejuran. §. ij. col. vi.

¶ Posset quērere aliquis an ius Cęsareū & canonicum discrepat a iure nostro in eo casu. §. quod non discrepat, seipsam etenim glosa soluit cum subinfert, in his vero vbi rerum taxa habetur estimatione iudicis non indiget, vt supra dictum est, & ff. de custo. & exhi. reo. L. si quis &. C. de fideius. & mandato. L. si Barsatoram.

Aues cantantes. &c. [h] In paragrapho isto includit infra articulū. li. qui disponit de animalium & volatilium verigeldo, vnde ad pa-

[d]. *Quærela duplex ut de supra li. ij. ar. xxxix. glo.*

[e]. *Quanti ualoris res esse debeat quod pro ea quærela institui possit.*

[f]. *furtum. Occasione furti actio institui etiā pro uno denario poterit.*

[g]. *Estimacio rei secundum ius Saxo. fit ut hic iuxta infra ar. li.*

[h]. *Concordat Iur. mu. ar. Cxx.*

ragraphum istum pertinent. Canes omnes venatici quocūq; nomine vocētur. Accipitres falcones & omnes aues ad venandum aptę. Item alia animalia & volucres quę magis ad voluptatem q̄ vtilitatē seruantur, vt fasones, psitaci, & cętere aues cantātes. Mardures, asperioli, & alia quę ad iucunditatē dunta..at aseruantur suo simili persolui debent.

Articulus XLVIII.

De Vacca ad do Persolt et uictum

QVi pecus alterius uolū tariæ aut sine uoluntate occiderit quod manducari potest, constituto uerigeldo persoluat. Qui uero id mutilet cum suo dimidio liberatur uerigeldo sine emenda si iurauerit non spontanee fecisse, & ipse illud retinet cuius erat. Qui autē uoluntarie sponte & absq; necessitate occiderit aut in pedē mutilet animal ad manducandū minime aptū, plenū persoluere tenet uergeldū cum emēda. Si uero in oculo mutiletur, mutilans eius præstet medietatem. Occidatur autem aut mutiletur animal non ex hominis consensu, sed tamen ex eius culpa, & si hoc iuratur sine emenda ut supra dictū est. persoluetur. [a] Mutiletur aūt aut occidetur canis cū hominē aut suum pecus in campis uel in uilla morde re uoluerit, nulla emenda sequætur si alio eum modo compescere non potuisse ut iuris est faciens iuramēto comprobabit.

a. *Concordat supra li. ij. ar. lxij. iur. mu. ar. Cxxij. glo.*

Glosa.

QVi pecus alterius. &c. Ignoscendum autem est ei qui non sponte facit. ff. de bo. li. L. qui cū maior. §. si libertus, & ff. de bo pos. con. ta. L. si in adoptionem, & C. de administra. tuto. L. cum quędam.

Glosa.

Sciendum quod ad articulum prędictum pertinet infra articulus. li. qui tractat de verigeldo diuersorum animalium.

Cum uoluntate aut sine uoluntate. &c. Qui enim pecus occidit aut mutilat, siue id faciat uoluntarie siue non, nihilominus domino illius animalis nocet & damnum eidem infert & ita emendare eum oportet, vt Insti. ad le. Aquili. §. i. C. eo. ti. L. de pecoribus.

Fur

[b] Sciendum etiā furto auferens pecus, vitam demeretur, hoc tamen non sequitur si illud interficit vel mutilat, & hoc ex eo fit, quia furtum illud non patratur in pecus quod furat, sed in hominem cuius animal illud fuit, qui ergo contra hominem excedit, ille etiā secūdum humanitatē seu in corpore pati debet, hoc est in vita sua, vt supra li. ij. ar. xiij. & ff. de pęnis. L. capitaliū. Ille vero qui interficit vel mutilat pecus deliquit in animali. Sed qa homo prę est omnibus animalibus, deus em omnipotens omnia subiecit sub potestatem eius, oues & boues. &c. quare non demeret vitam suam si illud occidit, vt supra li. ij. ar. lxi. & i. dis. c. Ius naturale, & Insti. de re. diui. §. fere, & ff. de acgren. re. domi. L. qd enim.

b. *Furto auferens pecus uitam demeretur. Occidēs illud uerigeldo absoluitur, rationē uide hic.*

Articulus XLIX.

De Cane dantis i seruitute

CAnis qui campum uisitauerit aliget ne ab eo damnum alicui inferatur quod si intulerit, ab eo quē insequtur, uel si hic solūedo non est a domino resarciatur.

Glosa.

Canis qui campum. &c. [a] Vnde etiam secūdum leges non debet canis haberi vbi vulgo iter est, & si aduersus ea factum fuerit, & nocitū libero homini esse dicatur, extūc qd bonum & ęquum iudici videtur tanti dominus condemnetur. Cęterarum autem rerum quanti damnū dati sit dupli, vt Insti. si quadru. pau. fecit. dica. §. cęterum, & supra lib. ij. ar. xl. & lxij.

a. *Canis haberi non debet ubi uulgo uer est.*

Glosa.

Articulus iste declaratus quodam modo est supra li. ij. ar. xl. & lxij. hic tamen expressius hoc idem habetur. [b] Vnde circa id nota qd quorundam opinio fuit qui dicebant quod qui canem occiderit eundem tritico oplere teneretur ita quod per caudam supra eleuatus canis per totum tritico obstrueretur. Secundum autem rei veritatem canem occidens etiam manet sine dāno, si aliter cōtra eū sese defendere non potuit, vt supra articulo precedenti. Si vero non indefensa eum occiderit, iuxta statutum verigeldum persoluetur, vel

b. *Opinio quorundā de cane occiso.*

137

secundum valorem & estimationem si verigeldus statutus non sit, vt supra li. ij. ar. xl. & lxij. & li. iij. ar. xlviij. & infra ar. li.

Articulus. L.

Occidens nullam pœnam subit

VBi theutonicus propter iniuriam uitam, sanitatem, aut manum amittit, siue illud redimat siue non, desuper mulctam aut emendam non præstabit.

Glosa.

Vbi Theutonicus propter iniuriam vitā &c. Et est ratio, quia ad mortem condemnatus efficitur seruus pęne, & per seruum pęne non acquiritur fisco, vt ff. de his qui pro non scri pris. L. si in metallum, secundum Bald. satis em̄ est semel luisse supplicium vt in. L. omnes C. de pe. Nec debet qs duplici pena cōterri, vt de iudi. c. at si clerici. §. de adulteriis, cum concor. ibi in glo. penul. An autem occisum pro delicto deus puniat, vide xxiij. q. v. quid ergo. Vnde etiam condemnatus qui iam deputatam pęnam sustinuit, quia mortuus est, vel quia in terrorem aliorum stetit suspensus [a] potest licite sepeliri. C. de religi. & sumpti. fune. L. obnoxios.

a. *Suspensus licite sepeliri potest.*

Glosa.

b. *Qui pro excessu in corpore punitur mulctam non soluit.*

[b] Nota qui sanguinem suum fuderit pro aliqua iniuria hoc est eius mulcta & pęna, sicut enim ille qui emendam dat pecuniariam liberatur eadem, ita etiam qui sanguinem suum fuderit pro excessu, etiam absoluitur, vt in auten. de manda. princi. §. oportet, coll. ij. & hoc intellige de excessu, vbi vtrumq; vita & bona non amittuntur.

Articulus LI.

De Anatibus Verigeldo

INtelligite de animaliū uolatiliūq; uerigeldo. Pullus cum dimidio a nummo. Aneta totidē, Auca autem cum nummo persolue tur. [b] Auca uero oua ponēs, & Gallina tribus nummis persoluentur, Et Anas uenatilis docta ad alias aliciendum tantundem, hoc idem etiam sit cum porcello, cathulo & hædo dum sugunt. Agnus & Capreolus cum quatuor, Vitulus cum sex, Ouis cum octo, Pullus equinus in duodecim hoc est in solido dum sugunt. [c] Canis custodiens curiā seu canis fundi, sicut & is qui ouile sequitur tribus solidis. Annalis porcus & pecus domesticum quatuor solidis, Sus succulos portans & nutriens quinq; solidis. Verrem simili modo computando pleni ætatis, Bos aratrum trahens, asinus, mulus, & æqua, cum octo solidis. [d] Itē equi ad laborem ualētes duodecim solidis soluuntur. Cæteri equi qui iuuenes sunt secundum suam ætatē computabunt. Equus cum quo quis dominum suum sequendo eidem inseruit, talēto id est uiginti solidis coequatur. [e] Dextrarius autem Cursoribus & ambulatoribus, Equs militum, uerigeldus certus non est deputatus, nec porcis crassatis, ideo ipsi & omnes res mobiles secundū æstimationem si solutionem faciēs eam suo iuramento non minuerit persoluātur.

a. *Alij textus habent cum denario.*

b. *Textus uetustiores ita legunt, auca nutriens & gallina tempore nutritionis.*

c. *Textus antiqui habent, canis fundum cū stodiēs uno solido. Pastoricius uero tribus exoluitur solidis.*

d. *Alij textus ita legunt, iumentum & alij equi campestres. ad laborem apti &c.*

e. *Estimatio rerum uerigeldum non habentium uide supra ar. xlvij.*

Glosa.

Et omnes res mobiles. &c. Debet em̄ fieri estimatio vt cōmuniter non ex affectione singulorum. ff. ad le. Aquili. L. si seruum & quod ibi nota & ff. ad le. falci. L. prędia.

Glosa.

Articulus prędens in vltimo loco huius libri habebatur, nunc vero hoc loco ponitur propter continuationem ex eo quod concordat cum materia de qua in precedentibus habet. Intelligiq; debet vt in se sonat, & secundū expositionem, ar. xlv. & xlviij. istius libri.

Si quis curiosus esse volēs quęrere velit, quur verigeldus vt textus habet animalium desertorum positus sit, & non maior, eadem ratione interrogari ab eo quis posset. Quare a iure inducie dantur ad quindenam post sex septimanas, ad proximum iudicium bannitū,

vt supra li.i.ar.lxvij.& quur vere geldus a iure decretus in duodecim septimanis soluitur & alię multę quę hic in iure habentur obseruantie. f ꝛ itaq; quod in his & similibus quę in voluntate & potestate principis seu primi legislatoris posita sunt vel fuerunt sic vel aliter constituti, ratio inuestiganda non est, vt extra de rescrip.c.si quando, in glo.& signanter in primarijs constitutiõibus, quicquid em ꝑ tempore illo illis placuerat pro lege habebatur, vt Insti.de iur.natu.§.sed quod princi.nec omnium danda ratio.

f. Non omnium quæ in iure descripta habentur ratio inuestiganda est.

Pullus cum dimidio nummo &c. nec mirari debes. g Ex eo enim id statutum est nam expensę ille quas adhuc expositurus esset si vlterius pullum fouere vellet animaduerti debẽt in taxando eo & vna cum isto computabuntur. Q.d.pullus soluitur medio nũmo, quia vix medium nummum excedebat antequam fouebatur, & cum hoc retinet pullum is cuius prius erat.

g. Vide iur. mu. ar. Cxxij.

Articulus LII

Iudex vnde ortum habet

REgem eligere iure Theutonici debẽt, a & cum ab Episcopis ad hoc deputatis benedicetur & ad sedem in Aquisgrani receptus fuerit regalem habet dignitatẽ. Cũ autem ab apostolico fuerit consecratus Imperij habet potestatem & imperiam dignitatem & nomen. Rex ipse eligitur iudex super proprium feudum & uniuscuiusq; uitam. b Imperator uero quia in omnibus locis iniurias iudicare non potest, ideo illustribus idest principibus confert Comitatus seu comitias uexillaq; feudalia et Comitibus præfecturas idest scultetias.

a. Cõcordat iur. mu. ar. viij.

b. Vide supra li.i.ar. lviij.li iij.ar.xxvi.Iur. mu.ar.viij.

c Feudum seu iurisditio feudalis per quam aliqs in uita aut manu conditionetur in quartam personam non confertur, excepta præfectura idest scultetia in comitatu. d Iudex enim absq; præfecto idest sculteto legitimum iudicium habere minime potest, quia si de iudice conquæratur coram sculteto respondere tenetur.

c. Textus uetustiores ultra id habent, quæ ipsi etiam ulterius cõferre possunt.

d. Cõcordat supra li.i.ar.lix. iur.mu.ar.x. ar.xvi.& xviij.

e Concordat iur.mu. ar.xvi.

e Scultetus enim est iudex culpæ iudicis, & Pallatinus seu palansgraui/us imperatoris iudex est. f Burgrabius uero idest perpetuus castellanus iudex est marchionis.

f. Concordat iur.mu. ar.viij.& ar.ix.

Glosa.

Articulus xlvi. & sic omnes sequentes vltra continuando & procedendo ab ar. xlvi. vsq; huc in quibusdam codicibus habentur pro vno.

Theutonici regem eligere &c. g Qui hoc meruerunt suis virtutibus. Et dicuntur Theutonici germani, vt in c. veneabilem de electi. Nam vere sunt germen nobilitatis, vt notat Io.xxxiiij.dist. quorundã, habent ergo Theutonici regnum Romanę Eccleśię de consec. dist. v. in die.

g. Causa autem istius ut in Chronicis legitur, quod cum Ecclesia Romana ab Astulpho rege Lõbardorum opprimeretur pecijt auxilium a Cõstantino & Leone filio eius Imperatoribus Constantinopolitanis, & cum nollent patrocinari Ecclesiæ Romanæ, Stephanus Papa secundus natiõe Romanus transtulit Imperium ad Carolũ magnum qui fuit filius Pipini, quẽ Zacharias prædecessor eius substituerat Lodouico Regi Francorum quem deposuerat, de quo habetur xv. q.vi. alius, et trãslatio illa facta est Anno domini septingentesimo octuagesimo sexto, qui Carolus coronatus est a Leone Papa tertio elapsis post hoc xv. annis & ab eo tẽpore translatum est Imperiũ a græcis ad germanos, de hoc ut de in c. uenerabilẽ de electi. in glo. sup ucr. transtulit.

Iure &c. Sic etiam dicit All. c. venerabilem & exponit ibi Hostien. de iure.i. naturali ratione. All. Insti. de iure natu. §. quod vero, &.i. dist. consuetudo. de electione autem imperatoris, vide plene in dic. c. venerabilem. de eius vero iuramento & triplici coronatione habetur in clemen. Romani de iureiurando.

g. Concordat Iur.mu. ar. viij. glo.

Glosa.

Dictum est superius quomodo emenda coram iudice pro quolibet excessu obtinetur, hic declaratur de iudice ipso & vnde ortum habeat incipiendo a iudice supremo qui est Imperator. Vnde notanter in textu dicit, qd' Theutonici regem eligere debent & non dicit Imperatorem. g Rex enim fit ex electione Imperatoriam vero Maiestatem actibus bellicosis consequitur. h Ius vero eligendi Regem seu Imperatorem Carolus Imperator magnus Theutonicis dedit. Antehac em̃ potestas regem eligendi erat Senatoribus Romanis. Postmodum data erat facultas militibus in bello propter periculum ne exercitus sine ductore maneat, vt mortuo vel occiso Imperatore belli, alter eligeret. Carolus vero magnus postea attẽta dexteritate & militia theutonicorum pro illo tempore quam indefesse & fideliter circa imperium declarabant, electionem regis illis decreuit.

h. Glosa ista non in toto uerificatur, non enim Carolus Theutonicis autoritatẽ dedit eligendi Regẽ sed apostolicus seu Ecclesia, ut supra annotatum est.

Et cũ ab Episcopis benedicetur &c. Cõsecratio etenim tribuit sibi nomen Regiũ, electio vero subicit sibi imperium, dato quod Papa non confirmet, vt xciij. dis. c. legimus.

Cum autem ab apostolico fuerit consecratus &c. Idcq; apostolicus facere tenetur ad hoc vt ostendat Regis electionem. i Vnde circa id sciendum quod Rex nomen regium regnũq; consequitur electione. Imperium vero bello & pugna. Nomen vero imperatoriũ ex consecratione Pape nanciscitur, Rex eligitur iudex super feudum & proprietatem. &c. Exeoq; supremus & communis est iudex omniũ vt. C. de legi. & consti. L. i. & L. cum de nouo & L. si imperialis. C. de vete. iur. enucle. L. tanta. §. erat enim mirabile, &. §. sequenti.

i. Rex nomen regium consequitur electione, Imperiũ actibus strenuis, nomẽ imperatoriũ ex consecratiõe.

Impator vero qa in omnibus locis. &c. Exindeq; habet qd' iudices omes sub nomine Regis vel Impatoris iudicãt, vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufra. §. itaq; coll. ij. & in auten. Ius iurandum quod prestatur ab his. §. i. coll. ij. Sciendũq; vlterius venit quod ab Imperatore omis autoritas deriuatur in iudicijs,

k. Iudex quilibet dominus nuncupari debet.

k & iudex quilibet sit quisquis sit non aliter appellari debet nisi dominus.

Feudum seu iurisdicio feudalis. &c. Dubitare aliquis posset quomodo id fieri debeat qd videlicet feudum in quartam personam conferri non potest vbi iudicare deberet sup vitã aut sanitatem, excepta scultecia vt textus habet esseteq; cõtra omne ius Saxonicum, vt sic enim nullus iudiciũ exercere posset nisi sculletus sit, nec ipe Gograuius eligi poterit. Nã si Regẽ collocare vis in primo loco Margrabius secundum obtinebit gradum, & comes tertium & ille qui post eum sequitur sculteti obtineret officium esseteq; quartum feudũ & ita nullus inferior iudex in terra Saxonię foret. Immo qui super vitam & sanitatẽ iudicare deberet ex necessitate vel Princeps vel comes vel sculletus vt sit requireretur, hoc tamen esset contra articulum. lv. &. lviij. & articulum vltimum li.i. vbi habetur quod electus Gograuius super vitam & sanitatẽ iudicare potest. Intellige ergo textum quod Rex infeudare potest illudq; quod Rex ex parte Imperij infeudat quo ad iudicia exercẽda, iudicium illud vel est ducatus, vel comitatus, vel scultecia. Alij vero dñi infeudare possũt in quatuor vel plures man9 vt Marchio. &c. Vel dic quod istud quod loquitur de infeudatiõe intelligi debet in comitatu, huiusmodi diq; feudũ princeps obtinet ab imperio. Comes vero a principe. Ibi vero comes nullum alium infeudare vel iudicium in feudum cõferre nisi prefecturam seu scultetiam, vnde vera rectam & intelligibilem textus sententiam efficit verbũ istud comitatus. Intelligendo scilicet sic, in vno cõmitatu feudum iudicij extra quartam manum conferri non potest dempta scultetia, non intelligere vult qd' alibi extra comitatum feudum vltra quartã manum conferri non posset. Sed quia dunctaxat hoc in comitatu euenit vbi sententia confertur alias enim extra comitatum feudũ vlterius conferri poterit. l Consuetudinẽq; pro testimonio habemus quę est optima legũ interpres, vt Insti. de iur. natu. gen. &. Ciui. §. ex non scripto. ff. de legi. &. consti. L. de quibus. Insti. de offi. iudi. §. i. &. xi. dist. in his rebus.

l Consuetudo optima legum interpres.

¶ Quia si de iudice conqueratur hoc est si cõtra comitẽ agatur. &c. ¶ Et Palansgrauius est iudex Imperatoris. &c. intellige quod sup illum iudicabit qui antehac fuit Imperator inquantum enim Imperator est nullum iudicem super se habere potest, vt infra ar. liiij. in glo. Est enim super omnes iudices, & supra omne ius sub lege tamẽ viuit, vt. C. de legi. & constitu. Princi. L. digna. & Insti. qui. modo testa. infirman. §. si. ff. de lega. L. ij. &. iij. ff. de inoffi. testa. L. Papinianus.

Burgrabius est iudex Marchionis. &c. huic cõtradicere videtur infra articulus. lv. vbi dicitur quod super illustrium vitam nemo iudicat nisi Imperator. ꝛ itaq; quod Burgrabius est iudex Marchionis in Ciuilibus causis & de isto loquitur hic, non tamen in criminalibus, quia vt sic duntaxat Rex ipse super eũ iudicat. Vel etiam soluendo textum articuli. ꝛ. quod Burgrabius potest in criminalibus querelam exaudire, & conscriptam ad Imperatorẽ transmittere Rexq; tandem sententiabit & ita vnum non contrariatur alteri, vt. C vbi sena. vel clarissi. L. quotiens & in auten. vt cleri. apud propri. Episs. §. si tamen, coll. vi. & C. de offi. ptocon. L. legati. &. C. ad le. Cor̃ne. de falsi. L. vbi. &. iij. q. vi. c. q̃is.

a. Concordat Iur. mu. ar. ij. & ar. vij.

Articulus LIII.

VAlibet quintia Theutonice terræ suũ habet Palansgrauionatũ, Saxonia, Bauaria, Franconia, & Sueuia, quæ antequam a Romanis superabantur regna fuerunt a a quibus ipsis in ducatus nomina fuerunt permutata. b Attamen Illustres in uasallos & uexillorum feuda reseruarunt quæ ipsis per imperiũ iam sublata sunt. c Iudex in suo iudicio mulctam habet & non emẽdam eo quod iudex agere non potest & iudicare, nemini uero emendatur nisi actori. Ideoq; illustribus emendam non competere iniuste ab aliquibus uulgatum est. d Non licet alicui iudiciũ diuidere aut integrum conferre iam collatum, ita q; ille cui collatum est habeat successionem quod oporteat incolas sustinere nisi sit Comitatus pertinens in feudum uexillorum, eundem nõ licet uacantem habere. Similiter nõ licet Regi uel Imperatori uexillum

a. Concordat Iur. mu. ar. ij. & ar. vij.

b. Textus uetustiores ita legunt. Principes tamẽ deuictos seu subactos loco uasallorũ, & feudale uexillũ sub nomine ducali ibidem fore permiserũt, Imperiũ uero postmodum eis & feudũ illud prẽ dapatus aut ducatus & feudale uexillum abstulit.

c. Alter enim esse debet iudex et alter actor, & nullus potest in propria causa esse iudex, ut. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat. L. una. &. iiij. q. iij. c. i. & ij.

d. Alij textus ita legunt indiuiduũ diuidere nõ licet nec integrum cõferre uel partẽ eius ita qd' ille cui collatũ est successionẽ habeat qd' oporteat incolas sustinere nisi sit spetialis comitia quæ uexillo ptin.at feudali hanc enim uacantẽ habere non licet.

feudale diutius retinere, quin illud conferrat infra diem & annum.

Glosa.

Quęlibet prouintia. &c. Antehac declaratū haberur quod Rex superior est iudex omnium in secularibus actionibus. Imperium em̄ e celis a deo collatum est vt iustitia mediante omnia gubernentur. C. de vete. iur. enuclean. .§. mirabile. Dictū est preterea de iudicibus, & quo pacto Principes, Comites ab imperio fiunt qui & Aulici imperij dicūtur, vt li. feu. c. i. & item de illis qui a comitibus infeudantur qui & sculteti nūcupant. In articulo presenti declarat de iudicibus qui non tantū ex gratia fiunt vt illi de quibus supra, sed etiam partim de iure iudicium eis competit vt sunt Palansgrauij qui hoc modo creati sunt. Romani etenim prouintias subiugantes Reges subactos dominare in prouincijs permittebāt transmutatis eorum nominibus in testimonium quod subacti sunt, sicut & in veteri testamento. Ieconias, Zedechias nominabatur. Item & Romani Reges subactos qui & nomē Regis preferebant, Duces & Palansgrauios nominabant, [c] Dux enim dicitur qui bellū sequitur vel cui ducatus ab aliquo Principe infeudū datus sit, vt in li. feu. quis dica. Marchi. Comes. §. qui a principe. [f] Nomēq; istud Palansgrauij est compositū ex Italico & Germanico. Phalent enim in Italico designat subiugatum dominū vel subiugatum Regnum. Groff. vero in germanico iuxta antiquū Saxonum vocabulum iudicem designat, exinde deriuatur Gograuij qui ad tempus eligūtur iudices q; rusticorū fiunt. Item Margrauij idest vnius fori iudices. Burgrauij idest Ciuitatis vel castelli iudices. g Item etiam in ꝓposito Phalsgrauij hoc est iudices subiugati Regni & huiusmodi iudicē quęlibet prouintia terre Saxonie habet vnum. Princeps q; Saxonie est inter illos vn⁹, vt infra articulo. lxij. Secundus est Pallatinus Rheni hoc est Dux Bauarię. Tertius est Marchio Brādenburgeñ. h Phalansgrauionatū Franconię habet, Archiepiscopus Maguntineñ. Phalansgrauionatum Sueuię Episcopus Trieñ. Phalansgrauionatū Aquisgrani retinet Episcopus Colonieñ. & isti tandem habent Principes sub se infeudatos qui ad phalantias pertinēt, & vocātur Electores imperij seu superillustres, vt in auten. vt ab Illu. & qui super eam sunt dignitatem. §. i. coll. v.

Iudex in suo iudicio mulctam habet & non emendam. &c. sequęretur ex eo quod iudices vilioris conditionis essent q̄ ceteri homines. Quilibet enim homo emendam habet secundum sui generationem, vt supra li. ij. ar. xvi. & Insti. de iniur. §. atroxiniuria, &. ff. eo. ti. L. Prętor edixit. §. atrocē, &. C. eo. ti. L. iiij. Tum etiam si emendam nō habent ergo nec dignitatem, quod tamen est falsum & contra prius dicta vbi habetur quod iudices adminus liberi esse debent, esset etiam cōtra ius feu. ca. lxi. vbi habetur qd̄ nec mulieres nec clerici, nec illegittimi iudices esse possunt, vt in auten. de iudi. vt nullatenus cum iureiuran. .§. i. coll. vi. &. ff. ad le Iul. de vi. priua. L. i. Signumq; istius hic est quod legittimos iudices esse oportet, & si quis infamis sit, iudex esse non poterit, vt. C. ex qui. cau. infa. L. i. extra de rescrip. c. Iniscitatus, de testi., c. licet ex quadam, de iureiur. c. querelā, de excessi. prela. c. inter dilectos, &. iij. q. vj. c. infamis. Exindeq; sequitur exquoquidē legittime nati sunt & bonę fame merito emendam habere debent. §. ad obiecta sub distinctiōe. [i] Iudicē in suo iudicio preesse intelligitur dupliciter. Vnomodo quādo est in ciuitate vel loco vbi iudicare sibi cōpetit, & ille locus vocatur iurisdicio sua si quis contra eum deliquit, vt sic emendare sibi oportet vt ceteris hominibus. Aliomodo iudex est in suo iudicio, quando in sua sede iudiciali residet, quod nos iudiciū bannitum nuncupamus ibi nulla emenda sibi sequitur sed tantum mulcta vt textus habet. Iudex enim non potest & actor & iudex esse, obuiaturq; per id auaris iudicibus q; extorquere audēt pro excessu in iudicio eis illato mulctam & emendam. Mulctam ex parte contumelie iudicio facte, emendā pro cōtumelia iudici illata quod fieri non debet per simile sicut nec actori vtriq; cedit & mulcta & emenda sic nec iudici.

Quęrere quis posset. Iudex contumelia affectus vel verberatus tempore quo pro tribunali iudicio residet quam emendam obtinet vt sic enim minus iuris sibi cōpeteret q̄ aliis. R. si iudici talium qd in iudicio residenti euenerit querulari potest superiori iudici emendaq; sibi decernitur nō quidem vt iudici sed vt actori. Vel. R. Iudici in iudicio pro tribunali residenti si quid iniurię euenerit emenda quidem sibi non cedit sed ille punitur corpore propter fractam iudicij pacem, vt supra li. ij. ar. xiij. &. ff. ad le Iul. de vi. publi. L. q̄ dolo, & per totum.

Et nemini emēdatur nisi actori. Ideoq; Illustribus emendam non competere iniuste diuulgatum est. &c. excludit opinionem illorum qui dicunt quod vbicunq; Rex vel Princeps sit, quod ibidē iudiciū bannitum esset. Q. d. exquoquidem iudici emenda nō datur in eorum iudicijs, & secundum quod aliqui opinantur quod coram Principibus semper iudicium bannitū sit exinde sequitur quod Principes nullam emendam haberēt. Intellige tamen quod iudicium nomen iudicij sortiri nō potest nisi cum per ortilegia sentētiatur, hoc est iudex iudicium bannitum non habet nisi cum per sententias iudicat, vt supra li. i. ar. lix quare opinio illorum falsa qui dicunt quod Principes emendam non haberent. Patet em̄ ex arti. xlv. eiusdē libri quod Principes emē-

[c] Dux unde dicatur concordat Iur. mu. ar. vij. infra eo. li. ar. lviij.

[f] Princeps dicitur ꝓpulsor imperij uel principalis feudi quo infeudatus est, dux uocatur cum in imperio preest exercitui Groff. secundum antiquū uocabulum Saxonicum iudex dicitur & hi quadruplices Phalzgraph quasi iudex subiectæ prouinæ, quia Phalenth in Italico subiectus dominus dicitur Margraph iudex fori uel iurisditōis unius. Burgraph iudex unius ciuitatis uel castelli. Gorgrauius iudex unius facti. Dingrauius iudex unius iudicij uel rei, feu. .c. lxxij.

g. Vide feu. c. lxxij.

h. De electoribus imperij, uide infra ar. lvij.

[i] Iudicem in suo iudicio preesse intelligitur dupliciter.

Vide Iudex Gra. Via. Corp. re pubi.

Infra a

139

dam habent.

Non licet alicui iudicium diuidere. &c. Dicere quis posset si diuidere iudicium non potest ergo nec iudicium in feudum dare, sic sci licet intelligēdo. Rex vel alter dominus si iudicium infeudare vult illud totaliter vasallo conferre tenetur & ille cui sic cōfertur vlteri⁹ alium infeudare non poterit. Intellige tamen textū articuli & exinde soluitur dubiū istud Rex creare potest Marchionem seu Margrabium qui confert sibi iudicium vnius oppidi vel fori & hoc Marchio facere non potest quod videlicet vlterius cum simili feudo infeudet alium ex eo quia Marchio aut comes cum sua iusfeudatione non potest alium Marchionem aut comitem creare.

Non debet etiam ducatus aut comitatus diuidi nec Marchionatus. &c. hoc intellige ex eo quia vexillū feudi est vel quia imperij officium est, vt in Constitu. Frede. §. preterea de prohibita feu. aliena.

Nisi sit Comitatus. &c. Ponit exceptionem vbi iudicium infeudatum vlterius infeudari oportet sicut & Rex in Regno feudū vexillorum cōferre cogitur infra annum & diem & ex feudo vexillorum Principes de necessitate Comites infeudant, & comites consequēter sculcecias vt in precedenti articulo. Et hoc de veris iudicibus esse dictum intellige. Quilibet em̄ verus iudex potest iudicio suo subdelegare quemcunq; vult, vt. C. qui pro sua iurisditiōe iudices dare. L. i. & in auten. vt defun. sine fune. eo. §. illud coll. v. &. ff. de iudi. L. iudicium, & in auten. de iudi. & vt nullaten⁹ cum. Iureiuran. §. omnes coll. vi.

Articulus LIIII

De iuramento Regis & Iudicis

Eudum in iudicādo seu iudicio nō licet alicui habere nisi sit liber idoneus scabinus & nisi Regi fidem & omagium faciat secundum ius liberorum, per hanc fidem etiam iuret quando ducitur in testē Rex cum eligitur oportet ipsum iurare fidem, idest omagium præstare imperio & quod iustitiā exaltet confortetq; iniuriam uero pro posse deprimat & etiam Imperium in iure suo protegat secundum quod scit & prævalet, quo finito iuramentum aliquod de cætero non præstabit [a] nisi forte ab apostolico de hæresi accusetur. Postmodum omniū rerum ad suum testimonium pertinentium per iam imperio præstitū sacramentum testificabitur [b] & sub sacramento suam ponat promissionem ubi pax iuratur. Viciatus corpore aut leprosus, uel sententia apostolici iuste innodatus in Regē non est eligendus. [c] Rex debet esse de legittimo thoro natus & ingenuus in iureq; suo immaculatus. Postq̄ in Regem electus sit quis Franconiæ debebit habere iura cuiuscunq; fuerit nationis. Quia sicut franco nisi in manuali deprehēdat facto in uita ei⁹ nō condemnatur, aut ius Frā conicorum amiserit ex causa, illudq; abiudicatum sibi sit. Ita nemo potest in iudicio uitam regis impetere nisi prius per sententiam fuerit imperio priuatus.

Glosa.

Qui omagium imperio faciat. &c. an qui iurauit predecessori teneatur etiā iurare successori notatur per Inno. extra de iureiuran. c. veritatis & per Arnold. xij. q. ij. longinquitate, iurans enim alicui & eius successori aut dignitati non tenetur amplius successori iurare, vt notatur in. c. non dei de symo. Et iuramentū fidelitatis si exigitur vltra formam, quantū est vltra est ipso iure nullum de offi. iudi. ordi. dilectus. [d] Et pōt iuramentum fidelitatis p procuratorem prestari, vt notatur de statu regulari. c. vno, in. §. verum, &. §. Episcopis li. vi. in glo. in Ecclesiastico vbi glosa dicit hoc verum esse cum prestatur Ecclesiastico prelato. Secus si principi temporali nisi consentiret. [e] Et hoc etiam scias quod qui succedit in dignitate temporali tenetur seruare quod ꝓmisit aut iurauit eius predecessor in. c. venerabilem de elec. Vnde dicit Valerianus li. ij. c. i. adduci non possum vt credam vrbi vtilem quem domi scelestum cerno.

Glosa.

In articulo presenti docetur, qs iudex esse poterit, quomodo iudex efficitur, & quomodo testificari potest. Tandem ponit & tractat de iure Regis Romanorum, & quomodo infeu-

[a] Cōcordat Iur. mu. ar. viij.

[b] Alij textus legunt ubi sacramento pax confirmatur ad hoc ipse suum præstare debet promissum.

[c] Cōcordat Iur. mu. ar. xiij. glo.

[d] Iuramentum fidelitatis per procuratore præstari potest.

[e] Successor tenetur seruare promissa prædecessoris.

dat vel feuda confert quodq; nullus feudum in iudicando habere potest nisi bannitus. Cõtrarium tamen huic videtur supra. ar. lvij. &. lviij. li. i. vbi dicitur quod Gograuius infeudatur & iudicium sibi cõmittitur si ergo infeudatur erit iudex infeudatus. In gograuiũ vero eligi homo simplex potest & non scabinus natus, & ita contradicere videtur huic articulo. ℟. quod Gograuij nullum iudicium habent in feudum sed si confertur sibi aliquid, hoc fit propter laborem suum prout ibidem dictum est. Sed quid dicitur de consuetudine que iam cõmuniter in terra Saxonie inoleuit & signãter in Marchia vbi infeudatus iudex nullibi inuenitur scabinus natus. Respondi posset quod multa ex consuetudine admittũtur que de iure fieri non deberent. Consuetudo enim renouat ius, vt. ff. de legi. & sena. cõsul. L. non est nouum.

Instare iterum quis posset id fieri non debere vt iudex ex cõsuetudine sit. Iudiciũ siquidẽ exercere volens ordinarie vt ad id cõstituat necesse est. Qui em̃ nõ ex cõmissa sibi autoritate iudicat non iudicare dicit̃ sed occidere, prout habetur in Enangelio qui gladio dimicat hoc est propria autoritate iudicat gladio peribit, hoc est iudicio dei interimetur, vt xxiij. q. i. c. i. & ea. q. iij. c. ille Si itaq; iudex habeatur ex consuetudine qui non est scabinus non esset secundum iuris ordinem iudex, & ita potius homicida q̃ iudex diceret. ℟. itaq; sub distinctiõe, id quod hic dicitur quod neminĩ feudum in iudicãdo habere licet nisi sit liber scabinus, homines siquidẽ dũtaxat duplices sunt liberi & serui, vt Insti. de iur. perso. §. summa, Serui iudices esse non possunt, nec feudum in iudicãdo habere, vt. ff. de iudi. L. cum prętor, & extra de rescri. c. sciscita sed dũtaxat qui liberi sunt, vnde textus sic intelligitur, qui feudum in iudicãdo habere debet ad minus ita liber esse tenetur vel tantã libertatem habere sicut idoneus scabinus. f Libertas enim scabinorum est vilior omnib9 nã & liberti seu ministeriales scabini esse possunt, vt infra. ar. lxxxi. §. i.

Iurando imperio omagiũ prestet. &c. g Quo pacto autem id fieri debeat infrascriptam iuramenti attende formam. Iuro ego per deum omnipotentem & filium eius vnigenitũ dominum nostrum Iesum Christum & spiritũ sanctum & per sanctam gloriosam dei genitricem & semper virginẽ Mariam, & per quatuor Euangelia que in manibus teneo meis, & per quatuor Euangelistas, & per sanctos Archangelos Michaelem, Gabrielem, purã conscientiam ingenuũq; seruitium me seruaturum, quod ius habere & tenere volo secũdum conscientiam & probitatem in seruitio Serenissimi Principis domini. S. occasiõe tradite mihi ab illo in eius bonis administrationis & omnem laborem & sudorem sine dolo suscipieñ. omnemq; artem malam & dolum in commissa mihi ab eo administratione vitare volo, Quodq; Catholice fidei sum, & nullo modo vel tempore ei aduersabor nec alium permittam quantum possibile fuerit mihi, & quod nulli penitus quicquam dedi neq; dabo occasiõe dati mihi cinguli seu officij sed nec quicquam promisi quodq; probe me in eo ostendere volo in subiectis domini mei, contentus in his que statuta mihi sunt de fisco annonis & iura imperatoria scire volo nec illa ommittẽdo propter amorem, cõpacientiam, inuidiam, odium, cõmodũ, vtilitatem. Iuro etiam quod probos & honos in eorum probitate paterne seruare volo, subditosq; a prauis tueri, in iudicijsq; equus iudex esse volo, excessus omnes inuestigando, equitatemq; tenendo, iustos in iustitia conseruando. Iniustis vero debitam infligendo pœnã. Id iuro ita tenere & obseruare aliterq; non facere, & si istud non seruauerim extendatur super me horribile iudicium domini nostri Iesu Christi & sim particeps lude inuadatq; me Iesi lepra, & tremor Caim, & gladi9 seu iudicium seculare sit super me, quod sup falsos iudices statutũ est, Vide hocidem copiosius in auten. iusiuran. quod prestatur ab his per totum coll. ij.

Dicere quis posset, quid si vnus non ita vt premissum est iuret nihilominusq; iudex sit & ista hic expressa non seruet, an ex eo efficiatur periurus nec ne. ℟. quod sic. Iuramentum enim istud est officij, qui ergo officium suscepit, coram deo iuramentum facit, q̃uis corã hominibus aperte id non faciat, vt. xxij. q. ij. c. in dolo, &. xxij. q. v. cauete &. c. iuramẽti, Hoc pacto iurat etiam vasallus cum feudum suscipit, persimile Consules & Proconsul iurant ciuitati. Preterea hoc modo iurat professus alicuius ordinis mutatis tamen mutandis vt in iuribus allegatis habetur.

¶ Cũ Rex eligitur. &c. Tractat hic de electione Regis Romanorũ excerptaq; est lex presens per translatorem priuilegij ex constitutionibus Caroli Imperatoris cum Imperium Teutonicis tradidit, h quicquid enim hic dicitur de Imperatoribus imperioq;, nõ habet in legibus vt Accursius dicit. Insti. de iur. natu. genci. & Ciui. §. sed & quod.

Quo finito iuramentum de cętero non prestabit. Imperator etenim semel iurando amplius non iurat, sed verbum ipius sicut iuramentum esse debet, i omniaq; verba eius veraciter proferantur tanquam iuraret, vt. xxij. q. v. c. iuramenti.

Nisi forte ab apostolico de hęresi accusetur, vt sic enim iuramento se excusare eum oporet, alias apostolicus eum deponere poterit, vt extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolice. §. de hęresi. li. vi. In huiusmodi etiam casu. Papa ipse propter hęresim deponi potest, vel iuramento se absoluet vt notat Ioan. Andr. in glo. extra de sen. & re. iudi. c. ad apostolice ver. de hęresi. li. vi. extra de hęre. c. excõmunicam9. §. i. &. §. si q vero. &. xl. dis. c. si Papa.

f. *Libertas scabinorũ vilior omnium, concordat Iur. mu. ar. xvi & xxxij.*

g. *Iuramentum fidelitatis uasallorum seu iudicum, hoc idem uide Iur. mu. ar. viij.*

h. *Concordat Iur. mu. ar. viij. glo.*

i. *Verbum imperatoris seu regis ita firmũ esse debet ac si iuraret.*

140

Viciatus corpore & leprosus. &c. ista hic in textu enumerata nedũ in electione Regis sed in quacunq; officiorum electione nocent impediũtq; electionẽ. Sed si lepra aut huiusmodi defectus post electionem alicui aduenerit non deponitur sed sibi datur administrator, vt extra de suplen. negli. prela. c. grandi. li. vi. Vel sententia apostolici inmodatus. &c. k Excommunicatio etenim electionẽ impedit ex multis respectibus. Primo quia excõmunicatus est diuisus ab Ecclesia catholica. Qui vero ab Ecclesia seperatur est infidelis, vt in auten. de priui. doti. hęreti. mulieri. nõ prestan. §. i. coll. viij. &. iiij. q. i. c. ij. Secundo quia sacra scriptura est mater imperij, & ita qui excommunicatur amplius non est filius Ecclesię, vt in auten. vt deter. sit nume. clerico. §. i. coll. i. &. C. de sacrosan. Eccle. L. iubemus. Tertio quia Rex debet esse iudex cõmunis sup omnes. Sed qui vult esse iudex debet esse membrum Ecclesię, vt in auten. iusiuran. q. p̃ prę sta. ab his. §. i. coll. ij. C. de Episco. audien. L. iubemus. Quarto qa Regalis dignitas est prę cipua in mundo, & qui non est in congregatione Ecclesię etiam sibi denegantur Christiane dignitates, vt. C. de iudęis & celicolis. L. si. & in autẽ. de priui. doti. hęreti. mulieri. §. vnã nobis coll. viij. Huic tamen contradicere videtur, infra ar. lxiij. vbi dicitur quod excommunicatio neminem debilitat in iure nisi subsequatur Imperij proscriptio. ℟. quod excõmunicatio nemini nocet. Intellige iure prouinciali & feudali, hic vero loquitur quod excõmunicatio nocet in electione, electio vero nec a iure prouinciali nec a iure feudali venit. Quod autem excõmunicatio electionem impediat habetur extra de electi. c. venerabilem, & hoc vt textus habet si iuste in censuras huiusmodi inciderit alias nõ, que autem excommunicatio noceat & que non, infra circa ar. lxiij. declarabitur.

Rex. Frãconię debet iura habere. &c. huic paragrapho contrariari leges videntur in multis locis que disponũt quod Rex legibus subesse non debet, immo omnibus legibus imperat, vt Insti. q. mo. testa. infirmen. §. penulti. &. ff. de legi. & senatusconsul. L. princeps, &. ff. de iure fisci. L. fiscus. Tum qa in scrinio pectoris Principis vel Imperatoris omnia reconduntur iura, & ita nulli iuri subesse deber. Si ergo iura Franconie vt text9 disponit habere tenetur, oppositum sequęretur quod tamen fieri debet, vt. C. de testamen. & quẽadmodum testamenta ordinentur. L. omniũ, & extra de cõstitu. c. licet, li. vi. ℟. quod Rex ex sua dignitate omnes excedit leges, subesse tamen non dedignatur legibus, vt. C. de legi. & consti. L. digna vox, &. C. de lega. L. ex imperfecto, &. ff. de inoffici. testa. L. Papinia. §. si Imperator. Sciendum tamen quod paragraphus iste qui hic ponitur non istud intendit quod Rex subiectus esse debeat iuribus Francorum sed innuere vult quod quemadmodum Francum ita & Regem nemo accusare potest, nec contra eum agere in quantum Rex est nisi deponatur. Vñ paragraphus seipsum exponit & limitat cum dicit, qa sicut Franconi vita non admitur. &c. Ita etiã Rex super vita non accusatur nisi prius Imperio p̃ sententiam priuetur, ex quibus autem causis id fieri poterit vide infra ar. lvij. quis vero imperatorem iudicare debeat dictum est supra eo. li. ar. lij. §. vlti. Pallatinus etenim Rheni iudex illius est.

Rex de legittimo thoro natus esse debet, & in iure suo immaculatus hoc idem habetur. C. qui milita. pos. vel non. L. i. &. C. de seruis ad militiam vel dignitatem aspirãtibus. L. i. Quod autem legittimo thoro natus esse debeat, habetur extra de electione. c. innotuit. Et item Iure immaculatus vt sit ita quod Cutem & Crines non redimat nec in proscriptione Imperij anno & die iaceat, occasione spolij vel prędę non paciscatur. Legittime nat9 q. d̃ sit q. d̃q; añhac falsus iudex nõ fuerit, vt supra li. i. ar. xxxvij. &. C. ex qui. cau. ali. infa. irroga. per totum, &. ff. de his qui notan. L. i. &. ij. q. i. c. in primis, & extra de testi. c. ij. versi vilissimi, &. ff. co. ti. L. iij.

k. *Excommunicatio electionem impedit.*

Articulus. LV.

Illustrium & Baronum qui sunt

a. *Ad hanc materiam uide C. ubi sena. uel clarissi. Ciui. uel crimi. per totum.*

SVper illustrium uitam & eorum sanitatẽ nemo iudex extitit nisi Imperator. Super uitã bannitorum condemnatorum nullus nisi uerus præco iudicabit.

Glosa.

In precedenti articulo dictum fuit quomodo Rex supremus iudex est in seculari iudicio, hic tandem declarat quis super vitam illustrium & Principum q regi proximi sunt iudicare debeat & dicit quod Rex duntaxat ipse solus & nullus alter. In oppositum tamen istius est supra articulus. lij. vbi habetur quod Burgrabius est iudex Marchionis qui erat Princeps est. Preterea contradicunt etiam leges, vt in auten. vt om. obedi. iudi. prouin. §. i. coll. v. vbi habetur quibus actio vel respõsio competit id facere tenentur in prouintia in qua sunt possessionati. Preterea. C. vbi senatores vel clarissimi. L. ij. cauetur quod senatores, hoc est Principes qui & Cõsules Romani sunt respondere eos oportet in prouincijs, vbi possessionati sunt vel vbi maiora bona possideant. Respondetur quod leges allegate locum habent in eum sensum quod videlicet querela actoris apud iudicem quintę exau-

ditur eiusq; probatio tum & Marchionis vel Senatoris responsio, Prses tandē vel iudex prouintię Regi illud insinuabit qui & solus negotiū decernet, vt. C. vbi senatores vel clarissimi. L. quociens. §. i. ij. &. iij. & hoc quantum ad primas duas instantias. Quoad tertiā vero, vbi dicitur quod quilibet in prouintia respondere tenetur intelligit simplices homines & non principes, & hoc colligitur ex textu ibidem cum dicitur querulare & respondere debent coram iudice prouintię, hoc est coram principe, & ita lex illa non includit principes, nullus enim iudex esse potest in sua causa, vt. C. ne quis in sua cau. iudicet. L. i

b. *Iudices triplices inueniuntur concordat Iur mu. ar. xyi. glo.*

¶ Super vitā bannitorum. &c. [b] Nota quod iudices triplices sunt. Primo dicitur iudex q per sententiam querelam determinat sicut verus iudex, vt supra li. i. ar. lxij. &. C. de iudicijs. L. rem non nouam in fi. & in auten. de iudi. §. i. coll. vi. &. ff. de re. iudi. &. esse. senten. L ij. Secundo iudices sunt qui causam exaudire possunt, iudicare tamen minime, sed vltrius transmittunt sicut sunt illi qui superillustres iudicant, & de istis hic in glossa superius tactum est, &. C. de iudicijs. L. Properandum. §. sin autem, & in auten. de defen. ciui. §. audiant, coll. iij. Tertio dicuntur iudices qui prolatam sententiam exequuntur sicut est legalis prco. & de isto habetur hic in fine paragraphi qđ sup vitā bannitorū prco iudicabit.

Articulus LVI

De offo ȳcis

PRæco communis cum a iudice & scabinis fuerit electus Regi tenetur fidem facere secundum ius liberorum. Posthac iudex per manum cum ducendo super sedem cussino tectam in oppositum sui locare debet, & reliquias aut crucē in sinū eius collocabit pacemq; eidē ꝓnūctiabit. Et extūc pignorādi arestādi detinēdiq; unumquemuis & bona illorum. [a] præco quando hoc faciendum pronunctietur habebit potestatem. Si uero iniuriam commiserit uitæ suæ & rerū ut alius patietur detrimentum. Gladium aut arma non ferat sed si in exequenda iustitia ei idebite resistatur, clamor debet confiniū aduocari & ius prosequi secundum suum posse. Quod si non poterit iudici cōqueratur. Et ei pertinet homo decimus morti cōdemnandus & hunc potest dimittere si redimatur ab ipso. Vbi etiā uir moritur aut mulier absq; hærede [b] fructus in horreis pauimento uiciniores ad eum pertinent & uestis quottidiana defuncti, ubi proprietas datur & donationi pax nūciatur ab ea tres solidos obtinebit.

b. *Textus antiqui habent annona crescens in terra uacante sibi pertinet.*

¶ Facultatē etiam habet unum hominem excepto sculteto in qualibet uilla absoluere a iudicio si non cōtra ipsum sit quærela, uel si incusatus non sit.

Vide hic gra. sub C Art.

Glosa.

Vrea In Loof Art LXI Sub B

Superius dictum est de duplicibus iudicibus hic tandem consequenter in hoc articulo tractat & declarat iura tertij ordinis iudicis qui est prco ipse.

Vnde nota prconis quędam specialia. [c] Primo quod eligi debet ex proprietarijs, vt supra li. i. ar. ij. Secundo quod non adeo legalis vel insignis esse cogitur, & hoc tangitur li. eo. ar. xlv. cum dicitur qui minus q̄ tres mā sos habeat ꝓprietatis. Tertio quod prefect⁹ seu sculteus cum scabinis eundem eligere tenetur, vt supra ar. eo. xlv. Quarto quod sibi super violentia querulari debet in absentia iudicis, vt supra li. i. ar. lxx. Quinto quod eius emenda & verigeldus secundum sui generanem duplex est, vt supra li. i. ar. viij. Sexto qđ testimonium eius stat vice duorum, vt li. i. ar. viij. & hoc vbi per testimonium septem virorum probare necesse fuerit. Septimo quod testificari potest loco iudicis, vt supra li. ij. ar. xxij. Octauo quod eum iudex iuramento cō firmare debet, & ille iurabit ius ꝓmouere, iniustitiam vero deprimere, & reliquias tēpore iuramenti in sinu tenebit in signū istius qđ iust⁹ esse vult pacē bonis ordinādo, & irā dei in malis vīdicādo, sicut Phinees in Zambri fecit, [d] vocatq; prco q̄si nunti⁹ dei, vel seruus dei qa est minister imperij dei, & potest homines penis afficere & occidere sine peccato, vt xxiij. q. iiij. c. quęsitum, habetq; exinde meritū quod malos propter excessus corrigit & per eius factum placatur ira dei, vt ea. q. si quis. Quare iusto prco interpretationem & significatum nominis sui effectualiter in se habere debet vt merito nuntius dei vocari possit. [e] Vnde circa id sciendum quod prco tria in se habere tenetur ad hoc quod nuntius dei vocari possit. Primo quod malos & excessiuos

c. *Præconis specialia uide.* Sub C

Sub b

Sub c

Sub d

d. *Præco nūctius dei uocatur.*

e. *Præco tria inse habere tenetur.*

a. *Alij textus habent quando ad id fuerit expertus & per sententiam assignatus.*

141

iniustosq; corrigere seu occidere non debet ex odio, ira, sed duntaxat Zelo iustitię, vt Insti. q. ex cau. manumittere nō li. &. xxiij. q. v. officia. Secundo quod id faciat suo proximo in obsequium contra quē ille maleficus excesserat, vt ea. q. c. non est. Tertio vt id faciat propter deum, vt videlicet per illam vindictam ira dei mitigetur, quodq; ab excessiuo vindicta maior propellatur, vt. xxiij. q. iij. csi quis & ea. q. vij. c. legi. &. c. occidit, &. xxiij. q. iij. c. quęsitum, & hoc intelligendum cum p sentētiam ad id deputatus sit vt textus habet, qa alias sibi facere non licet, vt supra li. i. ar. iiij.

f. *Dignitas aut officiū nullum iuuare potest ut malefaciat.*

¶ Si autē iniuriam cōmiserit. &c. & hoc ideo tit [f] quia officium aut aliqua dignitas iuuare minime potest aliquem quod malefaciat, vt. C. vbi senato. vel clarif. L. quicunq;, & in auten, vt om. obedi. iudi. §. i. coll. v. &. xl. dist. c. non vos.

g. *Vide supra li. ij. ar. xvi.*

[g] Quod si iudicē neglexerit triginta plagis afficitur, vt supra li. ij. ar. xvi.

Sub b

Gladium aut arma non ferat & hoc ex eo sit quia Prcones pace Regia prouisi sunt, vt supra li. ij. ar. lxvi. & li. iij. ar. ij.

Si quis vero ei resisterit. &c. hoc est eundem detineat si potest, & hoc ex eo fit quia per fugam reum se ostendit, vt supra li. ij. ar. xxxv. &. xlv.

Quod si non poterit iudici deferatur. &c. & ita proscribitur ille.

Et ei ptinet decimus homo. &c. Exinde colligi poterit quod quicqd vt sic lucratur ius ad illud habet, & qcqd sibi ꝓ huiusmōi hominib⁹ datur iuste sibi cedit, vt. xvi. q. i. c. decimę. Notāterq; in textu dicit homo decim⁹ morti cōdēnandus hoc est anteq; cōdemnet & hoc propter id vt eo maiori prtio redimi possit, qa si sibi traderetur qui iam iudicat⁹ fuisset infamis efficeret, & ita vilioris prtij esset, vt supra li. i. ar. xxxvij. &. xxxviij. &. ff. de his q notan. infa. L. i. &. C. qui ex cau. infa. irroga. L. si furti &. L. non damnatos. Secundo quod circa hunc paragraphum notari debet vbi dicitur condemnandus, hic enim est consiliū, ex prcepto enim habetur quod mali puniendi sint, vt supra li. ij. ar. xiij. &. ff. de penis. L. respiciēdum, &. C. eo ti. L. si operis, &. xxiij. q. iij. c. quęsitum. In oppositum tamen sentire videtur sacra scriptura cum dicit quod mali tollerandi sunt vt Saluator noster iudam tollerauit, &. xxiij. q. iij. c. i. h &. qđ mali tollerandi sunt ab illis quibus iudicium commissum non est, vt ea. q. v. c. de occidendis. Illi vero quibus iudicium cōmissum est tollerare eos minime debent, vt. xxiij. q. iij. c. quęsitum, & supra li. ij. ar. xiij.

h. *Mali tollerādi sunt quomodo intelligatur*

Annona crescens in terra. &c. Intellige de annona quę in campo stat & hoc in Comitatu.

A qualibet etiam villa. &c. Quilibet em ad iudicium pertinens iudicio se prsentare tenetur si non venerit incurrit penam, vt supra li. i. ar. ij.

Articulus LVII

Electoris Regis qui.

IMperator a tēpore consecrationis ab apostoli co aut alio [a] nisi in tribus casibus potest excōmunicari, [b] qui sunt hæresis, matrimonij distractio, [c] & sacrilegij. In principis electione primus erit Episcopus Treuerensis. Secundus Maguntinēn. Tertius Colonien. [d] Primus inter illustres Regni Pallatin⁹ Rheni qui est dapifer. Secundus Dux Saxoniæ Marscalcus. Tertius Marchio Brandenburgen Camerarius, Bohemiæ Rex Pincerna est, qui non eligit quia nostræ non est nationis. Præter istos succedit etiam electio omnium Principum Imperij tam clericorum q̄ laicorum non quod sicuti prædicti secundū eorum placitum eligere debeant, sed quē omnes illustres eligunt cūdem præ ceteris in Regem nominabunt.

a. ARTICVLVS REPROBATVS.

b. *Vide supra li. i. ar. i. Iur. mu. ar. viij.*

c. *Alij legunt aut Ecclesias destruxerit. cō secratas.*

d. *Concordat Iur. mu. ar. xiij.*

Glosa

Imperator a tempore. &c. Potest etiam pater filium suum illis communem constituere Regem quoad nomen sed non quoad regimen secundum Bald. in vsibus feu. in prohe. in prima diuisione feu.

Nisi in tribus casibus. &c. hoc est errone⁹ qa non solum in his tribus casibus sed etiam ratione cuiuslibet peccati apostolicus in Imperatorem & quemliber potest & debet censuram extendere. Nam etiam vbi animę periculum vertitur potest corrigere leges imperiales quia in hoc casu leges nō dedignantur sacros canones imitari de quo puncto notatur. c. nouit de iudi. &. c. vlti. de prescripti. & in regula secunda de reg. iur. li. vi. & non solū Papa sed inferior iudex, vt de offi. iudi. ordina. c. i. & de ma. & obedi. solite. [e] Debet autē imperator defendere Ecclesiam de electi. c. venerabilem, & exaltare dominum Papam. lxiij. dist. tibi domino. Item tueri clericos. xvi. dist. c. vlti. & miserabiles personas. xxiij. q. v. Principes &. c. administratores.

e. *Imperatoris officiū.*

In Principis electione. &c. vnde de hoc dant tales versus, Maguntinen, Treueren, Colonien, quilibet imperij est Cancellarius horum

Marchio prepositus Camere, Pincerna Bohemus, sic Palatinus dapifer, Dux Portitor ensis, de hoc nota in. c. venerabilem de elect. & in. c. ad apostolice de senten. & re iudi. lib. vi. Qui non eliget. &c. Et ex hoc dicit quidam quod de necessitate non est vocandus nisi cū alij discordant, nec istud ius habent ab antiquo sed hodie de facto tenēt, de hoc per Hosti. de elect. c. venerabilem. Canon tamē dicit quod Exercitus imperatorē facit. xciij. dist. legimus.

Glosa.

Ex textu articuli presentis oritur questio de superioritate apostolici & Imperatoris quis eorum sit superior. f Arguiturq; pro & contra. Quidam enim dicunt Imperatorem esse superiorem certas pre se habentes rationes. Prima quia Imperator imperium a nullo habet nisi a deo, vt. xxij. q. iiij. quesitum, & extra de appella. si duobus & ita eum subesse alteri nō oportet. Item imperatorem eligit exercitus, vt supra eo. li. ar. ij. & non Papa, & ita subesse apostolico non debet, vt. xxxvij. dist. c. legimus. Preterea Ecclesia conferre imperatori tenetur tributū eque sicut apostolico, vt. xi. q. i. c. magnū. In oppositū sunt alij qui dicunt apostolicum esse superiorem fundantes intentionem suam super dicto Saluatoris quod habet in Euāgelio de sancto Petro. Quodcunq; ligaueris super terram. &c. Idq; deriuari volunt ad omnes eius successores, vt de re. iudi. c. ad apostolice, li. vi. Preterea apostolicus habet vtrunq; imperium coeleste & terrenum, vt. xxij. dist. c. i. Preterea Imperator Omagiū prestat apostolico, vt. lxiij. dist. c. tibi. Insuper apostolicus imperium ex Grecia hic transtulit, vt extra de elect. venerabilem, & item apostolicus deponere potest. Imperatorem. xv. q. v. c. alius. Et etiam apostolicus quandoq; intromittit se in iudicium seculare sicut quando illegittimi qui sunt legittimos efficit, vt extra qui filij sunt legittimi. c. per venerabilem. Replicant aliqui pro opinione prima in proposito persistēn. suo, quod apostolicus vtrunq; iudicium minime habere potest. Iudicia enim hec duo dominꝰ deus distinxit duabus personis illa conferendo, Apostolico videlicet & Impatori, vt. x. dist. per totum. Quod vero Apostolicus illegittimos efficit legittimos dicunt id esse ex admissiōe & indulgētia impatoris, vel dicunt illud contingere sede imperatoris vacante vt extra de fo. compe. c. licet. Ommissis tamen argumentis pro & contra militantibus g soluitur questio prout & supra li. i. ar. i. habetur & hic specialiter declaratur quod in his que sunt anime & que ad dei cultū pertinent & hoc est iudicium spirituale. Apostolicus est supior Imperatore. In illis vero que ad defensam secularem pertinent que nihilominus etiam ad obsequium dei referūtur q' iudicium seculare nuncupamus Imperator est superior tum & in omnibus que ad miliciā pertineant, vt. xxij. q. i. c. militare, &. xi. q. iij. c. Iulianus, &. c. qui resistit. Exquo itaq; apostolicus in spiritualibus est superior Imperatore quare eundem excōmunicare potest, sed nedum ipse verum & Episcopus vt hic textꝰ habet cum dicitur aut ab alio, vt. xcvi. dist. c. duo sunt quippe, &. xviij. dist. c. quoniam quidem, &. lxiij. dist. c. Valentinianus &. ix. q. iij. c. si autem. Quare & in textu ponuntur tres cause ratione quorū Imperator excōmunicari potest. Prima si a fide apostatauerit, propē id enim nedum excōmunicari sed & deponi ab imperio potest, & nedum ipse sed & apostolicus a sede sua. Et propter id Fredericus fuit ab imperio depositus, vt extra de re. iudi. c. ij. li. vi. Quod autem & apostolicus deponi possit habetur. xl. dist. c. si. Papa. Secunda causa est occasiō matrimonij, propter distractionem enim matrimonij Lotharius exautorisatus fuit qui ommissa propria vxore alteri adhesit, vt. ij. q. i. c. scelus. Tertia itē est causa Sacrilegiū seu deuastatio Ecclesiarum, ex iuramento etenim Ecclesias defendere debet & nō deuastare, vt in autē. quomo. opor. Epi. §. i. coll. i. C. de sacrosan. Eccle. L. iubemus, &. xxiij. q. iij. c. Maximianus. h Specia le enim Imperatorū est quod Ecclesias ędificent ac reficiant, vt in auten. de non alie, aut pmu. re Eccle. §. sancimus, coll. i. &. xcvi. dist. c. boni, &. xxiij. q iij. c. Maximianus. Ecclesia enim est mater sacri imperij, vt in auten. vt determi. sit nume. cleri. §. i. coll. i. &. C. de sacrosan. Eccle. L. iubemus. Imperator etiā iura re tenetur circa consecrationē Iura & dignitatem Ecclesię defendere, vt. lxiij. dist. c. tibi dño & propter id Theodosius magnus fuit excōmunicatus a sancto Ambrosio, vt. xcvi. dist. c duo sunt, &id de imperatoribus dictū est, de Regibus vero in quibus excōmunicari possunt, dic quod pro omnibus excessibus si incorrigibiles se ostenderint, vt. xv. q. vi. c. alius ¶ Impator nisi in tribus casibus excōmunicatur. &c. Contrariū istius est. xcvi. dist. c. duo quippe sunt, vbi habetur quod Innocentius Papa excōmunicauit Archadium ex eo, qd' sanctū Chrisostomū ex sede propellere permiserat sua. Respōdetur, & siquidem solus id non fecerat in illud tamen consensit, consencientes vero & facientes eadem pœna puniuntur, vt. xxiij. q. iij. c. qui aliorum, &. lxxxvi. dist. c. tanta nequitia. Sciendū tamen in generali tam Imperator q̄ Rex excōmunicari pōt pro omībus vbi iusto excōmunicatio ferri potest vt extra de maio. & obedi. c. omnes, &. c. solite, & de iudi. c. nouit. In textu tamen hic tres cause magis precipue sunt expresse ꝓ q' bus Imperator excommunicatur.

In principis electione. &c. Vnde nota quod primus Episcoporū vt pote Treuerēn. est Cancellarius Romę. Secūdus est Cancellarius Mediolani, Tertius est Cancellarius Aquisgrani

f. *Apostolicus uel Imperator quis eorum dignitate sit maior argumenta pro & contra. Cōcordat iur. mu. ar. vij. glo.*

g. *Solutio quæstionis mote.*

h. *Imperatorū specialē qđ Ecclesias edificent ac restaurent.*

142

i. *Romanorum Regis coronatio triplex.*

& id propter triplicem coronationē quodq; per id triplex imperiū sibi cedit. i Prima coronatio est Aquisgrani & illā sortitur ab Episcopo Colonien. & est vilior quia coronatur ferrea corona, efficiturq; Rex super omnem germanorū nationem, vt supra ar. lv. Secundam accipit Mediolani ab Episcopo ibidem Argenteam nanciscitur coronam & efficitur Rex super gentem Italicam. Tertio coronat Rome in solio Aurea corona ab Apostolico & efficitur imperator totius mundi & super omnem Christianum populū. Corona ferrea designat fortitudinē qua conterrere debet omnes aduersarios fidei Christianę. Corona argentea designat puritatem mētis que in Rege vt resplendeat necesse est. Aurea vero corona designat id quia sicut aurū precedit omnia metalla nobilitate valore bonitate & estimatione. Ita Imperator precellere debet omnes fortitudine, iustitia, vt extra de iureiurā. in clemen. Romani in glosa.

Primus inter illustres. &c. Exinde propositū habetur nostrum quod Principes licet seruicium hereditarium habent non tamen per id serui sunt, dato vt aliqui volunt quod condicio ministerialiū seruilis sit quia in huiusmodi officijs hereditati sunt cuius declarationē vide supra ar xlij.

Bohemię Rex. &c. Ratio autem quur Rex Bohemię eligere non debeat in textu ponitur qa videlicet non est Theutonice nationis istud tamen improbari potest, quia remota causa removetur & effectus, vt. ff. de reg. iur. L. cum principalis, &. C. de legi & consti. L. non dubium. k Ex quo itaq; fit quod Rex Bohemię Ex theutonica natione nūc eligitur quare removetur & illud quod eligere non possit. R. itaq; quod electio Regi Bohemię non cedit vbi electores inuicem concordauerint, sed si discrepent ita quod tres eligant vnum, & alij tres alium ex his duobus potest consentire in vnum quem voluerit, vt habetur in glo. Ioā. Andre. extra de senten. & re iudi. c. ad apostolice ver. illi sunt li. vi.

k. *Hec declaratio non satisfacit instante non semp enī Boemiæ Rex ex teutonica eligitur natione.*

Preter istos succedit etiam electio. &c. Et circa id introduci & limitari potest opinio Hostien quam mouet extra de electi. c. venerabilem qui dicit electionem imperatoris secundum quod hic textus habet esse ex accidēti & nō de iure. Imperatorē enim. Exercitus facit, vt xciij. dist. legimus. Quare Respōde quod Hostien. non negat electionem imperatoris fieri aprenotatis imperij electoribus esse iuridicā & legittimam, sed dunta xat illam que fit per Bohemię Regem dicit eam ex accidenti esse hoc est si fuerit disparitas electorū adinuicē. Quęritur si electores negligant in electione Imperatoris an apostolicus eundem eligere possit. R. secundum Ioannem Andree. quod id facere minime potest, vt extra de elec. c. venerabilem, & extra de re. iudi. c. ad apostolice vers. illi. li. vi. & glo. sequen. & hoc ex eo, qa electoribus nullum determinatū tempus prę fixum est Imperatorem eligēdi, nisi forsan id facere ex contemptu nollent, postquam ab apostolico auisarentur, vt extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolice li. vi. in glo. & extra de electi. c. venerabilem.

Articulus LVIII

De principibus

PRincipes Imperij nullum dominum prater Regem habere debēt Nullum est feudū uexilli de quo possit Illustris seu Princeps fieri nisi constitutus a Rege, uel nisi illud sibi a Rege conferatur. Feudum alij prius collatum sequenti Illustriam non tribuit dignitatem. Vel sic iuxta alios Codices. Quicqd alter ut sic ab eo accipit in feudū, exinde non est in feudo primus quia alter recipit ante eum & non poterit idem Princeps Imperij dici.

Glosa.

Principes imperij, &c. priuilegium illud habent isti principes ab impetatore. Papa enim & imperator possunt concedere priuilegiū, quia tales supra ius positi sunt, nec astringuntur legibus, vt in c. proposuit de concess. preben. &. C. de legi. L. digna vox, secundū Dama. Goffri. & Hostien. Et regulariter Papa dat in spiritualibus, & Imperator in temporalibus, immo & Episcopus dat priuilegium, vt in. c. cum venerabilis de reli. do. & de censi. cum venerabilis. xvi. q. ij. visis de senten. & re. iudi. c. cum inter, & de priuile. cum olim, dū tū hoc faciat de sui capituli voluntate de. iure pastoralis & de excessib⁹ prelato. c. sicut venit. Et breuiter quicunq; potest constitutionē facere, & quatenus & in quibus potest & priuilegium dare super quo vide in sum. Hostien. de cōsti. §. qs possit, &. §. qualiter. a Quinimmo consuetudo priuilegium seu priuatam legem inducit vt notatur p Hostien. in summa de consuetu. §. & de virtute. Et regulariter potest isti concedi priuilegium quem constitutio concedentis potest artare quod dic. vt plene notatur per Hostien. in sum. de consti. § qnando constitutio. b Et priuilegij interpretatio patet ad illum regulariter qui priuilegium cōcessit quia eius est interpretare cuius & concedere, ergo quouscq; is qui concesserit respondet negotium suspenditur de senten. excōmu. inter alia & de iudi. cum venissent. Et

a. *Consuetudo priuilegium seu priuatam legem induat.*

b. *Priuilegij interpretatio ad illum pertinet qui illud concessit.*

debet diligenter considerari priuilegij tenor de priuile. porro, &. c. recepimus, & cõtra cõcedentem est latissime interpretandum de dona. cum dilecti. ad fi. &. ff. de constitu. prin. L beneficiũ, nisi prejudicet iuri alieno quia tunc reducitur ad ius cõmune si fieri potest de cõsuetu. c. cum dilectis §. penulti. & fi. Sic tamẽ vt aliquid operetur alias non esset priuilegiũ vt de priuile. in his, & de verbo. signifi. abbate. C. de thesau. L. vni. li. x. &. ff. ad munici. L. i. ad fi. &. ff. de leg. i. L. si quando cum similibus. Adde & vide melius nota. per. xxv. q. ij. in glo. summe. & in. c. cum venissent de insti. & in regula priuilegium de reg. iur. lib. vi. & ibi remissiones.

Glosa.

c. *Principes duplices.*

In articulo presenti determinat q Imperij Principes sunt & q nõ, exindeq; venit notatu dignũ quod Principes duplices sunt. Quidã sunt simplices principes. Quidã vo principes imperij, vt supra dictũ est li. i. ar. iij. & in autẽ. vt ab illus. & q sup eã sũt dignitatẽ. §. i. coll. v

d. *Principes imperij dinoscuntur ex tribus*

d Sciendum preterea quod Principes imperij qui & superillustres dicuntur dinoscuntur ex tribus. Primo vt hic textus habet articuli presentis. Secundo quia bona ab imperio suscipiunt cum vexillo seu sceptro, vt infra ar. lx. Tertio quod prouincias habere debẽt que ducatus sint, vnde si plures fratres fuerint bonaq; inter se diuidant cui cedit ducatus ille imperij princeps erit, vt supra arti. liij, &. C. vbi senato. vel clarif. L. i. &. L. quocies. §. viros.

e. *Dux quis sit concordat eo. li. ar. liij. Iure mu. ar. vij*

Feudum alteri collatum, &c. hic declarare vult quid dux sit & quis dicatur & dicit qd' ille qin ducatu primarie infeudat⁹ est. e Dux em̃ nominat ille cui a principe ducat⁹ in feudum datus sit, vel dux dictus quasi prouisor prouintie sibi in feudũ date, vel dux qui bellum sequitur.

Articulus LIX

De Electione Episcoporum Abbatissarum

CVm electus fuerit Episcopus, Abbas, Abbatissa qui scuto fruuntur bellico tales primo tenentur a Rege feudum recipere, & postea ab Ecclesia curã spirituale, postq; uero receperint feudum, ius feudale cõferre poterint & non ante. Vbi Episcopus Abbas aut Abbatissa in sex septimanarum tempore non eligatur, electioq; Regi pertinet uel imperatori Electio ut sic deuoluitur ad imperatorem, & ille conferre poterit idoneos pro sua uoluntate.

Glosa.

Vbi Episcopi, Abbates. &c. de iure autẽ cõmuni electio prelati pertinet ad capitulum Vnde dicit ius Canoni. Nullus in Ecclesia vbi duo vel tres in congregatione fuerint nisi eorum electione vel postulatione presbiter ideſt prelatus eligatur, vt in. c. i. de elect. a Et hoc debet fieri infra tres menses, alias eligendi potestate pro hac vice carebunt, vt in. c. ne p defectu de elect.

a. *Electio prælati quamãto fieri debet.*

Glosa.

Articulus presens disponit de electione principum signanter spiritualium duoq; in textu tanguntur. Primum si princeps spiritualis p tempore debeat determinato eligi interimq; non eligitur electio cedit imperatori vel Pape offciumq; illud conferre potest cui vult. b Sciendum tamen circa id si electio Pape pertineat, extunc illi quibus de iure spectat electio spacium habent trium mensium. Vbi vero imperatorem attinet sex septimanarũ inducie dãtur, & si neglexerint electio post modum nulla. Sed cõferre potest vel imperator vel Papa vt extra de elect. c. ne pro defectu. Secundum quod tangitur in textu est quod principes electi feudum prius accipere debẽt & postea curam spiritualem quia dato quod electus sit, curamq; spiritualẽ habeat & cõfirmatus existat, feuda tamen conferre nõ poterit, nisi ipse prius collatum feudum habeat & iste est articuli sensus.

b. *Electores quantum spacij habent ad eligendum prælatum.*

Vnde circa id, p intellectu articuli c nota quedam electionis iura tum & electionis distinctionem & differentiam. Primo eligitur vel electio fit iudicis a populo de hoc supra li. i. ar. lvi. lvij. &. lviij. Secundo eligit patronus Capellanum seu curatum Ecclesie & circa id nota sex vtilitates. d Primo Ecclesia vacante si patronus curatum non elegerit infra quatuor menses amittit Ecclesiã & feudum. Episcopusq; illud conferet cui vult, vt extra de iurepatro. c. quoniam in quibusdam. e Secundo quod patronus potest conferre Ecclesiam vni, tandem si penituerit secundo & tertio, & sic consequenter q̃diu sibi non committitur administratio cure per Episcopũ vt extra de iure patro. c. pastoralis. Tertio quod patroni inest defensa iurium Ecclesie, ita qd' bona Ecclesie & pastoris tueri tenetur, vt xvi. q. vij. c. filijs. Quarto patronus id habet honoris quod curatorem eligere potest, vt extra de Iure patro. c. ij. &. iij. f Quinto qd' patronus potest etiam percipere vtilitates ecclesie & curati, & hoc si ad inopiam deuenerit. Curatus enim sustentare patronũ tenetur ex

c. *Electionis iura vide, concordat Iur. mu. ar. xliij. glo. & electionis differentia.*

d. *Patroni prærogatiue in conferendo beneficio.*

e. *Patronus mutare uotum potest in conferendo beneficio.*

f. *Patronus utilitates Ecclesiæ percipere potest.*

bonis ecclesie inquantum poterit, vt. xvi. q. vij. c. quicunq;. Sexto quod patronus collationem ecclesie donare cõmittere vel abscedere potest, vt. xvi. q. vij. c. nemini, & extra de iurepatro. c. i. &. ij. sed nullo modo vendere. Si vero villa vel Ciuitas vendit collatio etiã illa non nominata alienatur cum alijs bonis, vt extra de iurepatro. c. ex literis.

Tertio electio sit Regis, & ibi Principes non possunt se negligi quia illis non est tẽpus determinatum electionis nisi forsan eligere noluerint postq̃ moniti sint per Papam, vt extra de electi. c. venerabilem, & extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolice et in glo. ver. illi. li. vi. Quarto electio sit apostolici p decessum prioris & si in decem diebus non elegerint, extunc secularis potestas. Cardinales in conclauim mitter, & si qui absentes sint vel ex conclaui discesserint autoritatem eligẽdi amittũt. Illis vero sic in cõclaui positis primis quinq; diebus nõnisi vnum ferculum tribuitur, post peractos vero quinq; dies nonnisi panis & vinum porrigitur, vt extra de electi. c. vbi periculum maius li. vi. Quinto electio fit, Episcopi vel aliorum prelatorum vt textus habet.

E. *Electionem anihilãtia vel anulantia cause inueniũtur quadraginta qnq; Prima si eligitur antequam corpus predecessoris tumulatum sit, vt extra de electi. c. bone memorie.* Secũda si electio occulta sit, vt extra eo. ti. c. quia propter. Tertia si electus antehac habeat beneficiũ curatum, vt extra eo. ti. c. dudum. Quarta si infra tempus determinatum non elegerit vt hic in textu. Quinta si electus non sit legittime natus vt extra eo. ti. c. innotuit. Sexta si sit idiota, vt. xvij. dis. c. quoniam quidem, & extra de ętate & qualitate & ordine perficiendorum. c. vlti. Septima si electus sit praue vite, vt extra de electi. c. cũ in cũctis. Octaua si ille cui cõmittitur electio aliũ eligat q̃ sibi cõmissum est, vt extra eo. ti. c. cũ dilectis. Nona si electores prius verbis composuerint cum illo quem eligere volunt vel cum amicis, vt extra eo ti. c. per inquisitionem. Decima si eligitur ille qui sit minor triginta annis, vt extra eo. ti. c. cum in cũctis. Vndecima si electio sit post interpellationem iustam, vt extra eo. ti. c. considerauimus &. c. auditis. Duodecima si electores vel electꝰ cõsuris iretitus sit, vt supra eo. li. ar. liij. & extra de electi. c. venerabilem. Tredecima si electio sit ab illo cui interdictũ est officium, vt extra eo. ti. cũ inter. Quartadecima si electio sit ex coactione secularis potestatis, vt extra eo. ti. c. quisquis. Quintadecima si electio sit a minori parte capituli vt extra eo. ti. c. scriptum est. Sedecima si non sit ex pocioribus capituli vt extra eo. ti. c. licet &. c. cõgregato &. c. scriptum est. Decimaseptima si electus prius consensum prębuerit antequam eligatur, vt extra eo. ti. c. cum post petitam. Decimaoctaua si per laicos sit electio signanter in collegiatis & Cathedralibus, vt extra eo. ti. c. Massana. Decimanona si electio sit ad clamorẽ populi Ad clamorem etenim eius nullus eligendus est, vt extra eo. ti. c. Ossius. Vigesima si electus intromittit se bonis Ecclesiasticis antequã cõfirmetur, vt extra eo. ti. c. qualiter, &. c. nosti. &. c. auaricię. li. vi. Vigesima prima si postq̃ electio publicatur tandem effectus electionis protrahitur & non subsequitur, vt extra eo. ti. c. cum post petitã, &. c. in genesi. Vigesima secunda si Simoniaca sit dato quod electus nesciat, vt extra eo. ti. c. si alicuius. Vigesima tertia si Episcopus vel Archiepiscopus electũ non examinauerit, vt extra eo. ti. c. nihil. Vigesima quarta si electus non sit Diaconus, vt extra eo. ti. c. dudũ. Vigesima quinta si violẽter electus ad id veniat vt extra eo. ti. c. quisquis, &. xvi. q. vij. c. per laicos. Vigesima sexta si persona eligitur que est petenda hoc est q̃ sit ex alia dioceſi, vt extra eo. ti. c. innotuit, & extra de postula. prela. c. gratum, &. c. vlti. Vigesima septima si secundũ nouum modũ electionem faciant prout eis placet, vt extra de postu. c. gratũ. Vigesima octaua si electio ad septem personas admittitur & tres e medio sui quartum eligant, & alij tres alium extraneũ, iste obtinebit qui e gremio electus fuerit, & hoc si ad id cõsenserit, vt extra de electi. c. cũ in iure. Vigesima nona si electio alibi sit quã antehac fieri consueuit, vt extra eo. ti. c. cõsiderauimus. Trigesima si electio sit cũ conditione, vt extra eo. ti. c. cum dilectus, & extra de senten. & re. iudi. c. cum olim. Trigesima prima si electio sit cum disiunctione hũc vel illum, vt extra de electi. c. in electionibus li. vi. Trigesima secunda si sit in non determinatam personam vt pote si ille q primus venit eligatur vt extra eo. ti. c. in electiõibus li. vi. Trigesima tertia si electoribus prohibeat electio sine eorum superiore illi enim eligere vt sic non possunt, vt extra eo. ti. his quibus. Trigesima quarta si aliqui allegent eos debere electioni interesse ex capitulo qui tamẽ nõ sunt & proponant causas quur electioni interesse debeant, vt extra eo. ti. c. constitutus & extra de causa proprietatis & possessionis. c. cũ ecclesia alias electio non valet. Trigesima quinta si in electione quid cõmittatur quod per consilium prohibitum sit, vt extra eo. ti. c. qa propter. Trigesima sexta si electorũ vnus qui ad electionem pertinet despectu haberet & nõ vocaretur ad electionem electio nõ valet, vt extra eo. ti. c. bone memorie &. c. p venerabilem. Trigesima septima si electio non sit secundum quod de iure fieri debuit, vt extra eo. ti. c. quia propter. Trigesima octaua si in electione non attingitur numerus & pocior numerus electorum, vt extra eo. ti. c. cum a na, &. c. in genesi. Trigesima nona si Papa mãdauerit quod eligere debeant secũdum quorundam consilium & id prętermiserint, vt extra eo. ti. c. cũ in veteri. Quadragesima si eligitur qui eligi nõ potest, vt laicus vel excõ

municatus vel cui officium suspẽsum sit perdunt ipso facto electionem si scienter id fecerint vt extra eo.ti.c.innotuit. Quadragesima prima quod electio sit circa Cathedralẽ seu in. Sũmo ecclesie cathedral' vt extra eo. ti.cũ terra. h Quagragesima secunda si monachꝰ quis eo respectu quod eligatur postmodum in Abbatem, vt eo.ti.c.cum ad nostram & xvi.q.vij.c.per laicos. Quadragesima tertia si eligatur Abbas seu prior nondum professus, vt extra.eo.ti.c.cum ad nostram &.c.causa quę. Quadragesima quarta si ab his quibꝰ committitur electio eligatur qui non sit idoneus, vt extra eo.ti.c.causam quę. Quadragesima quinta si electio sit sub cõditione & disiunctiõe vt si eligo illum qui acceptare vellet & aliud simile extra eo.ti.c.in electiõibꝰ lib. vi.quod capi.est Innocencij quarti in cõsilio Lugdunen.

h. *Religionem accepturus eo animo ut in Abbatem eligatur electio illa inanis fit.*

Articulus LX

De potestate imperatoris in feudando principes.

IMperator confert cum Sceptro spũalibus & cũ Vexillis secularibus feuda omnia illustriæ dignitatis. Nec licet ei dignitatẽ feudo uexilli uacantem per annum & diem nõ collatam tenere. a In quã/cunq; ciuitatem Imperij Rex deuenerit ibi Thelonea uacabunt sibi & Monete. Quamcũq; etiam prouinciam seu territorium intrauerit, iudicium illius sibi uacabit, & ei licebit iudicare omnes causas quæ coram iudicio non fuerant inceptę aut finitę. In aduentu Principis omnes detenti ad faciendum cum eis iusticiã sunt Regi præstandi quanto cicius post Regis postulationem id commode fieri poterit & in eius præsentia conuincendi sunt aut ut iuris est dimittendi. Postq̃ Impator aut Rex uel eius nuncij detentori in domo illius aut curia denunciauerint, ubi detentus habetur uel antea teneba/tur ut eundem repræsentent, illi uero id facere contempserint, & citatio per nuncium Regium probari possit statim qui eos tenent & detinuerunt & castra in quibus detinẽtur pscriptioni Imperij includẽtur.

a. *Concordat iur.mu. ar.viij.*

Glosa.

Ibi Thelonea vacabunt. &c. de theloneis vide Iur.seu.ar xi. in glossa.

Sibi iudicia vacent. &c. Omnis enim iurisdictio est Imperatoris, vt in. §. hac edictali de pace iuramen.fir.coll.x. vbi dicit Bald. qd' Imperator est qui iurisditionẽ tribuit magistratus creando, vel confirmando, vel prestando autoritatem creandi vel confirmandi Alias eo.titu. §. iudices vero &. ff. de offi. prefect. august. L.i. & in auctẽ. de defen. ciui. §. interim. Ita quod etiam minima iurisdictio non potest conferri nisi autoritate principis mediata, vt notatur. ff. de iurisdi. om. iudi. L. & quia &. C. eo.ti. L. priuatorum, & per Innoc. de offi. ordi. c. cum ab Ecclesiarũ & secundũ Bald.

¶ De omni causa. &c. Iudex enim supior in territorio potest cognoscere de omnibus causis de quibus iudex inferior in ipso territorio cognoscere possit de offi. ordi. cum ab Ecclesiarum, &. C. de offi. prefec. vrb. L.i. hoc verũ nisi consuetudo ipsius terrę prefigeret certũ ordinem in cognoscẽdo quia ipso iure nõ valet quod fit contra consuetudinem informantem iurisdictionem & contra ordinẽ cõsuetũ.

¶ Cum eis iustitiam. &c. Est enim Regũ proprię facere iustitiam. xxiij. q.v. Regum & ad hoc potestas est a deo ordinata de qꝰ p Hosti. & alios in. c.i. de homici. li.vi. Summum autẽ bonum est in terris colere iustitiam. xij. q.ij. cum deuotissimam. Et iniustitia aufert nõ mẽboni & religiosi principis. Nec debet ad arma pmittere venire quos potest sua iurisdictiõe compescere. ff. de vsufruc. L. ęquissimũ. Sed cum Principi multa licent vt hic vides. b Nunquid ergo potest rem vnius alteri dare quod videtur, quia est dominus omnium. ff. ad le. rodi. de iac. L. deprecatio, igitur potest in quemcunq; transferre. Insti. de re. diuisi. §. per traditionem. Item quia ab ipso dominiũ impetratur. C. de iure. do. impe. per totũ. Prętera hoc scilicet transferre dominium potest res iudicata. ff. de re. credi. L. iij. &. ff. de publi. iudi. L.i. Et princip. rescriptum hoc potest. C. de testa. in plerisq; legibus. Et etiam vsucapio, quę a iure ciuili est inducta. ff. de vsucapio. L. vsucapio, ergo fortius Imperator hoc potest. Item ea rem aufert Imperator & dat militibus. ff. de rei. vendi. L. item si. §. i. ff. de euic. L. Lucius. Item quia ipse seruum alienũ manumittit. ff. de na. resti. per totum. Itẽ quia dat viam ad sepulchrum profundum alienũ. ff. de relig. & sumpti. fu. L. si quis. Potest etiã rem cõmunem cum alio vendere. C. de ven. re. fis. L. vna. lib. x. Item quia omnia licet principi quę sibi expresse non prohibentur. ff. ex

b. *Princeps an rẽ unius alteri cõferre possit argumenta pro & contra.*

res iudicata

Vsucapio

144

qui. cau. ma. L. necnon. §. quod eis. Tollendo enim iura imperatorũ quis auder dicere. Hęc villa mea est, mea est hęc domus. viij. dis. quo iure. In contrarium vero videtur quod non, quia dominium rerum est singulorum hominum non imperatoris, vt Insti. de re. diuisi. §. singulorum. Quod ergo Imperator non habet in aliũ transferre non potest, vt. ff. de acqui. re. dõ. L. traditio. Item quia dominiũ est de iure naturali. ff. de iusti. & iure. L. ex hoc iure. Sed ius naturale est immutabile. Insti. de iur. natu. §. penulti. &. ff. de consti. principi. L.i. Et non debet cuiquam ius suum detrahi. ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. in plerisq; legibus, hoc eam esset iniusium. Et inde nasceretur iniuria vnde iura deberent nasci, quod esse non debet, vt. C. vnde vi. L. meminerint. &c. Nam & priuatus non tenetur suum ius vẽdere principi. ff. de his qbus vt indig. L. post legatum. §. si seruum. c Solutio. Dicunt communiter doctores quod Imperator non potest rem vnius alteri dare nisi causa legittima subsistente vel ratione delicti vel cõmunis vel ratione publicę vtilitatis vt in dictis iuribus, soluto tamen prętio secundum vulga. moder. & alios.

c. *Imperator rẽ unius alteri conferre non potest nisi legittima præcedente causa.*

Glosa.

Articulus presens disponit quomodo imperator Principes infeudat eisdęq; feudum imperij ratione cuius principes efficiuntur conferent. d Vnde pro intellectu istius clariori notandum quod Principes vtriusq; status ęque feudum petunt ab imperio per genuflexionem & manus compositionẽ, & hoc designat illorũ Omagium, ibidemq; Rex vel Imperator tribuit secularibus principibus vexillum seu banerium ad manus, in signũ quod quẽadmodũ ipsi vexillum imperij obsequia prestando sua sequuti sunt, ita digni reputati vt ducatus eis conferatur vexilloq; imperij infeudẽtur, Spiritualibus vero cõfert feudum per sceptrum quod est vnũ ex quinq; clenodijs quę Imperatori Romę tribuuntur. e Vnde circa id nota quod quinq; sunt Clenodia Imperij quę cõmuniter Romę Imperatori circa eiꝰ consecrationẽ per apostolicum postquã coronatur dantur. Primum Clenodium est corona quę capiti imponitur suo Corona aũt illa est quasi sertũ quoddam superapposita quadam concauitate. Sertumq; illud instar quatuor liliorum floribus condecoratum est. Ad denotandum quod Imperator mittis, probus, timensq; deũ esse debeat, alios etiã homines qui ex quatuor elementis formati sunt ad id inducendo. Idemq; humilis, benignus, ergo probos pius, & absq; ira sicut lilium inter omnes flores est sine spina. Supra concauitatẽ vero corone est crux superapposita habens cornu deflexum in anteriorem partem, & aliud in posteriorem. Vlterior & copiosior eiusdem Clenodij in certis glossis habetur interpręta/tio & quia parũ vtilitatis affert eandem omittendam duximus. Secundum imperij clenodium est banerium insignitũ Aquilla, cui crux in pectore sculpta est, ad denotãdũ qd' Crucem ante omnes Christianos portare debet ad defensam omniũ semperq; paratũ se exhibeat mori pro Ecclesia Christiana, est enim tanquã clipeus & torax Ecclesię Christianę. Vnde, & apostolicus postquam eundẽ crismate in scapulis inũgit crucem faciẽs hęc verba profert. Dñe Iesu Christe fili dei viui sanctifica famulum tuũ. S. vt fortem clipeũ se exhibeat nobis cõtra omnes visibiles & inuisibiles hostes prout tu domine deus sanctificasti nos prętioso sanguine in ligno crucis & a potẽtia inimicorũ liberasti. Tertiũ Clenodium Imperij est Vexillum seu vt li. seu. c. iij habetur labrũ in anteriori parte rubeũ in posteriori vero glaucum. Rubeum designat verum amorem quem erga deum habere debet & erga iustos & probos homines. Per glaucũ vero designat probitas quã in hac mortali carne in se & erga alios ostendere debet, designatq; etiam mortem quam improbis inferre ex officio tenetur. Color enim glaucus mortem designat vt medici dicunt. Quarto habetur Pomũ aureum quod occludi & aperiri potest oppletũq; terra fieri solet ad denotandum mortalitatem imperatoris in dignitate imperiali. Quintum clenodium imperij est Sceptrũ hoc est virga aurea in summitate binos liliorũ flores continens insuperq; Asuerus Rex excogitauit vt habetur Hester. c v. designatq; benignitatem imperatoris, vnde spiritualibus sceptro feudũ confert ad denotandum quod spirituales feudũ a Rege ex gratia habẽt & non de iure, istud vide de cõsecratione imperatoris per totum.

d. *Cleriã quidem mulieres, rusticã, iure feudi carent. Principibus tamẽ ecclesiasticis sceptro ex gratia Regia feudum confertur, illud tamen nonnisi in tutelam accipiũt, cũq; cõtigit principibus spiritualibus ut sic infeudatis iudicare sup custim aut uitã illud cõmittere debent officialibus suis.*

e. *Clenodia imperij quinq;.*

In quamcũq; terram intrauerit Impator. &c. & hoc est ex eo, quia principes in huiusmodi negocijs nonnisi cõmissam habent prouintiã vt supra ar. lij. Et q huiusmodi iudicia a principibus conduxerit oportet damnum tollerare in aduentu Regis f quia nullus potest plus iuris conferre alteri q̃ quod solus habuit, vt ff. de reg. iur. L. nemo, hoc idem est intelligendũ de Theloneis & Moneta. Vnde & id qd' dictum est quod videlicet imperatore aduenięte iudicia sibi vacant habetur etiam supra li. i. ar. lviij. §. vlti.

In aduentu Principis omnes detenti. &c. Dicere quis posset Ius istud competere cuilibet iudici vt captiui coram eo conuincantur alias proscribere poterit illum qui eundem detinet Quur itaq; in paragrapho isto soli Regi id tribuatur. &. Quod etsiquidem iudex quilibet captiuum in sua iurisditione ad suũ iudicium repetere potest, solus vero Rex captiuos etiam a iudicibus repetit ex eo, quia suprem⁹ iudex est. Iudex enim superior potest cognoscere de omnibus causis de quibus iudex inferior in territorio cognoscere poterit. c. cum ab ecclesiarũ de offi. ordi. &. L. i. C. de offi. prę to. prefect. Afri. & hoc est verum nisi consue

f. *Vide infra ar. lxxxvij. iur. mu. artꝰ xxxvij. glo.*

tudo ipsius terre prefigeret certum ordinem in cognoscendo tunc ipso iure non valet ex facto contra consuetudinem iurisdictionis & contra ordinem consuetum.
In ipsius presentia vincendi sunt.&c. Exinde habetur quod nullus iudex quantūcunq; supremus sit absq; ordine iudicij probationibusq; sufficientibus aliquem interficere debet, vt. C. de eden. L. qui accusare volunt, & C. de ꝓbaci. L. vlti. & C. de accusa. L singli.
¶ Aut vt iuris est dimittendi. &c. hoc sit etiā ex eo. si respondens actori iure se excusauerit emendā sibi prestare cogitur actor, vt supra eo. li. ar. xliij. & Insti. de pena teme. litigā. §. ij.
g Si vero per contumeliam quid contra eum opposuerit eandem solus suferre tenetur quā ex odio & inuidia cōtra illū intentare voluit, vt. C. de his q accusare nō possūt. L. criminis, extra de electi. & electi. c. statuimus li. vi. & ij. q. iij. c. qui non probauerit, & ea. q. viij. c. qui crimen, extra de calum. c. cum dilectus.
Quod si contempserint detentores. &c. pro scribent vt hic & supra li. ij. ar. lxxi. non obstā te quod querela cōtra captiuum iam institu ta fuit. Ratio vero proscriptiōis potissima est quia mandato Regio non obediuit.
Qui eos tenent. &c. Iure enim cautum est qui alium captiuū tenet respondere pro eo teneť, vt supra li. ij. ar. xxxiiij. Quod vero & dom⁹ proscribatur vbi detinetur est ar. vlti. li. ij.
Statim qui eos tenent. &c. vbi enim iudex ꝓpter obstaculum aliquod vel impedimentum iudicare nō valet. Illud Rex solus iudicabit, vt supra li. ij. ar. xxv.

encenda citacio

g. *Vide supra li. ij. ar. viij.*

Articulus LXI

Hic ponitur infeudando iudicium

POst decē & octo hebdomadas [a] comes suū iudicium in legittimo iudiciali termio ubi scabini prefectus & præco sunt præsentes extra dies feriales & ligatos debebit pronunciare. Nemo potest prefectus esse nisi ingenuus sit [b] & de illa iurisditione oriundus. Præco adminus dimidium mansum habere debet proprietatis, Omnes illius iurisditionis ab ortu solis si iudex ibi fuerit usq; ad meridiem iudiciū debent expectare.

Præco

Glosa.

Dictum est in precedentibus, quomodo Imperator principes vtriusq; status infeudat qui & Duces esse debent Christiani populi, vt infra ar. lxiij. & li. feu. a princi. hic tandem declaratur de iudicibus qui vlterius per principes infeudantur vt sunt Comites. Isti etenim sub iudices principū sunt, vt supra eo. li. ar. lviij. Vnde in articulo presenti quatuor ex ordine tanguntur. Primo quod Comes non semper statuere & indicere potest iudicium suum, & hoc propter id ne homines iurisditiōi vel ꝓuintie subiectos destruat quotidianis mulctis & depauperet. Istud etenim & leges ipse vetant, vt. C. de modo mulctarū. L. eos. Idq; tā gitur in textu ibi post decem hebdomadas. Ponitur etiam tempus quādo id fieri debeat ne videlicet semper molestet & fatiget Bannitos qui ex eorum proprijs ad iudiciū comitis venire tenentur, vt supra li. i. ar. ij. §. ij. Ponitur preterea ꝓpter id ne agricole in suis laboribus impediantur, ididem etiam cauetur legibus & hoc ex eo ne operibus defraudentur suis, vt in autē. de quēsto. §. i. coll. vi. [c] Quilibet enim iudex prouidere tenetur ne subditi Imperij depauperentur, sed vt diuites fiant vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufra. circa medium coll. ij. & Insti. qui sui vel alie sunt iuris. §. penulti. &. C. de offi. diuer. iudi. L. nemo. ff. de offi. prēto. L. i. Statutū etiam est de terminatū tēpus propter id ne Comites negligentes sint. Quemadmodū etenim illud quod mensuram excedit vicium est, ita defectus vitio tribuitur, vt in auten. vt determina. sit nume. cleri. §. dudum quidem coll. i. & in auten. de referen. sacri Pallacij. §. fi. coll. ij. & in auten. de mensu. cleri. §. i. coll. iij. & in auten. de consul. ciuita. in prin. coll. iiij. Si etiam Comes negligens sit extunc iniurię manerēt non iudicate quod tamē fieri non debet. Publice etem vtilitati inest vt prauę medio bonorum eradicentur sicut palee a tritico separantur, vt supra li. ij. ar. xiij. &. C. de feriis. L. penulti. &. C. de penis. L. si operis, & hoc tangitur ibi post decem & octo hebdomadas.
In legittimo iudiciali termino. &c. per id ꝓuiditur quod locus determinatus iudicij sit, vt vnusquisuis sciat vbi iudiciū expectare debeat ne per ignorantiam se quis excusare posset. Ius etiam publice edici debet, vt. iiij. dis. c. erit, & in auten. vt facte noue cōstitutiones. §. i. coll. v. Notanter etiam in textu istud addicitur propter scultetum qui ibidem adesse tenetur super comitem si necessarium foret iudicaturus vel vt primam inueniat sententiam vt supra li. i. ar. lix. & li. iij. ar. lij. Banniti etiā propter id adesse tenētur, illis em proprie cōpetit sententias inuenire & nulli alteri, vt supra li. ij. ar. xij. quodq; homines sententijs cōpescant in excessibus eorū & etiam qui mulctam dare recusent, bona eorum consignari decernant, vt supra li. ij. ar. xli.
Nemo potest prefectus esse. &c. Tertium tangitur quod videlicet prefectus aut iudex liber esse debet & illius prouintię natiuus.

a. *Concordat li. i. ar. ij. clarius uero iur. mu. arti. xlv. textus uero uetustiores ita legunt articulum istum. Comes quilibet iudicium suum semper indicere debet in decemocto septimanis extra tempus feriatum in loco legaliū iudiciorū ubi sculcetus scabini & præco generalis affuerint.*

b. *Seruus enim iudex esse non potest, ut C. de iudi. L. seruus. ff. de arbi. L. pedius. § finali. ff. de offi. præto. L. Barbarius. extra de rescrip. c. sasatus & ij. q. vij. c. infamis. §. tria.*

c. *Iudex quilibet prouidere debet ne subditi depauperentur.*

Consignatio bonorum

Preco adminus. &c. Vnde preco in vulgari dicitur Buttel ex eo ga iudicis & iudicij nūcius est, necessarioq; habere debet medīū mā sum proprij, quia alias nō esset proprietarius quod tamen requiritur, vt supra li. i. arti. ij. §. vi. &. li. iij. ar. xlv.
Ab ortu solis si iudex ibi fuerit. &c. Tangitur quartum in textu q̄diu videlicet populus iudicium prestolare cogitur, & dicit quod ab ortu solis vsq; ad meridiē & non vltra [d] Ratio autem istius quia iudiciū exerceri sobrie debet, vt infra ar. lxix.

d. *Cōcordat infra ar. lxix. Iur mu. ar. xvi.*

Articulus LXII

Declarata loca vbi iudex iudicare debet

QVinq; Ciuitates quæ Palanciæ dicūtur in Saxonia inueniuntur, in quibus Rex legittimis debet præsidere curijs. Prima dicitur Grona, Werlicz secunda a qua modo in Goslariā ē translata, Walhusen tertia, Haldesthete quarta, Quinta Merseborgk, Septem etiā feuda uexillorum in Saxonia sunt definita, Ducatus Saxoniæ, [a] Palentia, Marchia Brandēburgen. Lanthgrauionatus Thuringiæ, Marchia Misnen, Marchia Luzacie, & Comitatus Ascariæ. [b] Quatuor Archiepiscopatus cum quindecim sufraganeorum diocesibus in Saxonia reperiunt, Magdeburgen subest Episcopus Neuburgen. Meseburgen Misnen. Brādenburgen. & Hawelbergen. Archiepiscopatus Magutinen. quatuor in Saxonia habet sufraganeos scilicet Halwerstaden. Hildensemen. Vuerden. & Padelburnen. Archiepiscopo Bremen obediunt Episcopus Lubicen. Schwerinen. & Raczeburgen. Episcopus uero Ossemburgen. Minden. & Monasterien. Archiepiscopo obediunt Colonien.

a. *Alij textus loco Palentia legūt Landsberg.*

b. *Textus germanicus habet duo Archiepiscopatus in Saxonia inueniuntur cum quindecim Episcopatibus.*

Glosa.

Satis abunde superioribus declaratū est quo modo Comes iudicio suo prēsse debet locusq; iudicij notus vnicuiq; vt sit, hic tandē declarare vult loca vbi supremus iudex iudicium exercere debeat quę itidem vnicuiq; nota esse oporter, quę & ex ordine in textu expressa sunt, dicunturq; loca illa alio vocabulo Palantię vbi Rex legittimis curijs residere tenetur. Qui autem ad pallantiam citari debeant & qui interesse tenentur, & quomō citandi sunt vide iur. mu. ar. xiij. xiiij. xv. &c.
¶ Septē vexilla feudorū in Saxonia sunt definita. &c. dictū est superius quod Principes imperij prouintias habere tenentur in quibus feuda vexillorum sint. Declarat tandem hic quot numero prouintię huiusmodi sint, & dicit quod sunt numero septem. Principes vero nōnisi quatuor. Marchio Missnen habet vexillum feudi in Marchia Missnen & Lansberga ac Duringia. Marchio Brandenburgen. habet vexillum feudi in Marchia Brandenburgen & Luzacia. Dux Saxonie vexillum feudi habet in Saxonia, Brandenburgen vero Dux vel ex hanhalth feudum vexilli habet in Ascaria, & ita quatuor principes septē habent vexilla feudalia. Quid autem sencien dum est de principibus ex Braunschweyck, vel de Lunenborgk. R. dimissis opinionibus quod nunc princeps Saxonię vtrunq; ducatum possidet, pro illo tempore enim Dux Braunschwiczen vtranq; possidebat prouintiam vnam vocitabat ducatū Venen, alij dicunt Sclauorum. Aliam vero ducatum Saxonię quę & palantia dicitur.
Quatuor Episcopatus. &c. Codices nonnulli tum & textus germanicus nonnisi duos Archiepiscopatus pōnūt in Saxonia, Colorien & Bremen extra Saxoniam esse dicunt, Sufraganeos tamen seu Episcopos nihilomin⁹ prenotati Archiepiscopi duo in Saxonia existentes habent suos vt textus habet, nec p id aliud innuere vult nisi explodit quorundam opinionem qui dicebant, quod Ius Maydeburgen seu Saxonicum in tantū se extendat, in quantum se iurisdicio seu bannus Episcopi extendit, nō aliud etenim textus innuere vult nisi declarat quod Episcopat⁹ huiusmodi in terra Saxonię situati sunt.
Sciendum circa id quod liber prēsens speculum Saxonum ex eo nūncupatur quia generaliter omnibus inseruit Saxonibus, & omnibus hominibus qui isto iure vtuntur. Dicit etiam ius prouinciale ex eo, quia omniū hominum istius prouintię qui cunq; sint ius est, & non dicitur ius istud Ius Maydeburgen, ꝓpter id quod omnes homines ad illam Ciuitatem se trahere debeant. Sed quia illi domini sunt iuris istius, vel super ius istud, & hoc ex eo, qa ipsi seniores sunt prouintię istius & Capitanei iuris. Ius tamen istud non ipsis sōlis statutum est.

Articulus LXIII

De Mulctis quas uti debet Iudex contra Sibi Subditos.

ONstantinus Imperator Siluestro apostolico & per eum Ecclesiæ mulctam sexaginta solidorum concessit temporalem, adiungens eam spirituali ad puniendum & constringendum omnes q deo & Ecclesiæ satisfacere contemnunt & in foro Ecclesiastio pœnas incidunt criminales, ut ius alterum alteri succurrat uicissim ad coartandum ut dictū est rebelles ac in Ecclesia contumaces. Excōmunicatio animæ non corpori est nocitura & ita corpus nō perimit.[a] Nec est excōmunicati per hoc conditio in iure Ciuili deterior neq; feudali si imperij proscriptio excōmunicationē nō subsequatur. Proscriptio hominem morti condemnat si in ea fuerit depræhensus. Ius autem sibi non aufert[b] nisi in ea diu contumaciter p̄seueret.

a. ARTICVLVS REPROBATVS. *Ad hanc materiam uide Iur. mu. ar.v. Oppositum tamen istius reperies ibidem ar.iiij.*

b. *Alij textus legunt quantumcumq; etiam in ea perseuerauerit.*

Glosa.

Constantinus Imperator. &c. Iste Constantinus ut habetur in Cronicis annis triginta imperauit suoq; tempore uigebat hæresis Arriani & celebratum fuit Nicenum consiliū, hic Constantinus magnus mundatus est a lepra & baptisatus a Papa Siluestro, ac omnes dignitates imperiales imperiumq; totius occidentis Papę Siluestro contulit, & ipse Basilicā saluatoris Romę construxit quam Papa Siluester dedicauit, & hęc fuit prime Ecclesię cōsecratio quę adhuc Romę & circumquaq; celebratur, prędicteq; cōsecrationis tēpore imago saluatoris non opere humano sed diuino omni populo picta in muro apparuit. Nycomedeq; Constantinus moritur & parum antehac cometa apparuerat.

c. *Vide ad hanc materiam abunde Iur. mu. ar.vij. glo.*

Quomodo Imperator Constantinus in Papam beatum Siluestrum & eius successores[c] Imperium urbis Romanę quoad omnem potestatē cōsenciente senatu transtulit, vide. xcvi dis. Constantinus & de elect. fundamenta. §. ne autem, li. vi. Et de ista donatione an teneat disputare graue est peccatum cum iure sit determinatū de iureiur. in cle. Romani. §. porro & ibi glo. & an per successorem imperiū reuocari potest vide in remisso. C. aſ de cal. ver. reuocatio. De ista donatione vide in. c. Constantinus. xcvi. distin. per totum, conferendo etiam imperialia sceptra simulq; cuncta signa atq; banna.

Excommunicatio non corpori. &c. hoc omnino est erroneum vt de iudi. intelleximus, & c. pia. de excep. & c. decernimus de senten. excommuni. & quę ibi notan. lib. vi. cum similibus. Vide quid de excōmunicatis & proscriptis notatur supra li. i. circa arti. i. Et domino excōmunicato hęretico vel bannito vasallus non tenetur eidē seruire vel iurare. xi. q. iij. c. vlti. in. i. glosa.

Si imperij proscriptio. &c. Et tunc sic in ipsis quę habentur, supra li. i. ar. xxxviij. non autē in agendo Iure feu. ar. xij. Alias etiam eadem ratione proscriptio repelleret, vt infra eod. §. proximo sed hoc est falsum, vt supra li. ij. ar. lxiij. §. i.

Nisi in ea perseueret. &c. vide etiam pro hoc Iur. mu. ar. iiij. & ar. v.

Glosa.

Articulus p̄sens & proximę sequens dispo nit de cohertiōibus seu mulctis quas quiuis iudex erga subditos iurisditionis sue habet, frustra enim iura condita forēt nisi essent hij qui ius promoueant & defendant,[d] vt extra de electi. c. vbi periculū maius, li. vi. &. ff. de origi. iur. L. ij. §. post originem extra de statu mona. c. ij. ver. quoniā li. vi. Vnde dicit in textu primum de mulcta apostolici quam Constātinus Siluestro Papę dedit quę est sexaginta solidi, & eosdem accipiunt habentes merū & mixtum imperiū pro criminalibus factis e Circa id notandū quod huiusmodi sexaginta solidi vocantur bannus Regius, vt infra articulo sequenti. §. iij. iiij. &. v. &. xvi. q. i. c. statuimus.

d. *Concordat Iur. mu. ar. viij. & xviij.*

e. *De banno Regio & quid sit uide supra li. i. ar. lix. li. ij. ar. xij. Iur. mu. ar. x.*

Ex textu articuli sequi videtur quod Constātinus Impator Apostolico ius seculare vltra spirituale concessit & dedit. f An autem id sit verum quod videlicet Papa vtrunq; iudiciū habeat & an donatio per Constantinū Imperatorem imperij occidētis Siluestro Papę facta sit valida nec ne habentur pro & contra argumenta. Quidam dicunt quod Imperator id facere potuit quare donatio valida. Imperatoris enim iusta voluntas ius cōstituit, vt. ff. de constitu. L. i. Si itaq; Imperatoris voluntas erat quod Apostolicus vtrunq; iudiciū habeat, quare pro iure merito id haberi debet, exquoquidem imperator de imperio tanq̄ de suo proprio donare potest quicquid voluerit, vt. C. de quadrieni prescrip. L fi. in prin. Si itaq; apostolico concessit eundē pertinebit. In oppositum alij dicunt donationem illam esse inualidam. Si enim imperator ab imperio aliquid alienaret non diceret Augustus, non enim augeret imperium sed minueret. Imperatoris vero officium est imperium adaugere, vt Insti. in prin. dato etiam q̄d Apostolico istud cōcessisset, donatio illa vergere nō posset in p̄iudicium posteritatis sue

f. *An donatio imperij ocādētis per Constantinum Imperatorem Syluestro Papæ facta sit ualida necne, uide pro & contra argumenta.*

146

vt Insti. in prin. &. ff de recep. arbi. L. nā magistratus, &. ff. ad Trebellianum. L. ille a quo. §. tempestiuū. Prēterea officium alicuius rei eiusq; autoritas destrui & in viliorem conditionem reduci non debet, vt. C. de Episco. & cleri. L. placet. Et item nulli competit duplex gerere officium. ff. de pac. L. si plures. ¶ Hic quidam respondēt quod & siquidem donatio huiusmodi sit magna propter tamen autoritatem persone cui facta est vt pote apostoli ei tollerare eam debemus. Secundum tamen rei veritatē donatio illa iure non valet, vt in auten. de non alienan. aut permutan. re Eccle. per totum coll. ij. &. C. de legi. & consti. prin. L. digna vox, & Insti. qui. mo. testa. infir. §. i. Et siquidem id contra clericos dictum sit succensere tamen non debent, cum & Accursius in communi eius declaratione itidem sentit, vt in auten. vt determi. sit nume. cleri. §. i. in glo. super vet. conferent, coll. i. §. iij. & vbi & concluditur quod et siquidem Constantinus Imperator. Siluestro Papę tribuit seculare potestatem, vel vt textus habet mulctam non tamen sibi concessit seculare iudicium.

E. *Conclusio ista non satisfacere uidetur q̄stioni proposite & argumentis in contrarium adductis.*

Vt q corporaliter deo nollent emendare. &c. vt videlicet qui citatus sit & non comparet, vel qui aliomodo se ostendit rebellē iste mulctatur vt textus habet & ita ius spirituale & seculare inuicē in eo concordant, vt supra lib. i. ar. i. & in auten. vt determina. sit numer. cle. §. i. coll. i.

Excōmunicatio non corpori. &c. Sciendum quod quemadmodum proscriptio iure seculari corpori nocet, ita excōmunicatio animę est nocitura & qa superius circa articulū. iiij. mentio facta est de excōmunicationum sentētia cuius declarationē in hunc passum distulit. Quare sciendum quod excommunicatio non est aliud nisi iudicis spiritualis sententia quam profert propter manifestos vel probatos excessus contra animam alicuius.

h. *Excōmunicatio q̄d sit, concordat Iur. mu ar. v.*

¶ Circa id notandum venit[i] quod sententię quandoq; proferūtur iniuste ex multis causis. Primo si sententia emitur prętio non valet vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua & ver. venalis. & extra de vi. & honest. cleri. c. cum ab omni, &. C. quā. prouo. nō est necess. L. venales. Secundo si sit pronunciata diebus feriatis vel festiuis, vt extra de fer. c. i. &. ff. de feri. L. si feriatis, vel in Augusto vt extra de feriis per totum. Tertio si est contra absentem qui nondū est cōtumax, vt. iij. q. ix. c. caueāt, &. ff. de p̄cu. L. absente, &. ff. de seruis. L. absens. Quarto non valet si intro non contineantur verba quę soluere & ligare possunt & similia, vt. ij. q. vi. c. ei qui. §. diffinitiua. extra de accusa. c. illa, extra de verbo. signifi. c. i. C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. preses. Quinto non valet sentencia si non sedendo pronunciatur, vt iij. q. iij. c. inducie. §. spaciū, & in auten. vt ab illustri. & qui super eam sunt dignita. §. qui/cunq; coll. v. &. C. de sen. ex pericu. recitan. L vi. Sexto si non in scripto datur, vt. ij. q. i. c. in primis in fi. & extra de sentē. excom c. i. li. vi. nisi in quibusdā causis vbi non necessario requiritur scriptura, vt extra de consue. c. ad audientiam &. C. de senten. ex peri. recitan. L. vlti. &. ff. de recep. arbi. L. diem in prin. &. I. nō distinguemus. §. quod si hoc modo. Itē si sententia pronunciata sit contra illum qui non/dū viginti quinq; annos habet & qui sine tutore est vt. C. qui legit. perso. standi. L. i. &. ij. &. C. si aduersus rem iudi. postulatur restitutio. L. cum & minores &. C. de procuratoribus. L. non eo minus. Sententia etiam non ligat si non competens iudex pronunciauerit, vt extra de consue. c. ad audientiam, & extra de iudicijs. c. at si cleri. &. ij. q. i. c. in primis, & C. si non a competenti iudice. L. vlti. Item si proferatur a seruo, iudeo, hęretico vel infide li, vt extra de hęreticis. c. excommunicamus. §. credentes. Itē si secularis iudex in causa spirituali proferat sententiā non valet, extra de foro competenti. c. si diligenti, &. c. significasti, & in auten, vt cleri. apud propri. Epif. &c. §. si vero coll. vi. Item si sententia feratur post alias sentencias quę appellate sunt, vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua, &. C. de senten. & interlo. omni. iudi. L. post, &. C. quando reuocare non est necesse. L. i. Item si lata sit in locis suspectis & inhonestis, vt extra de appel. recusa. & rela. c. qua fronte, &. C. de sentē. & interlo. L. cum sententiā, &. ff. de reg. iur. L. omnia quecunq;. Item si non seruatur ordo iuris vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua, & extra vt lite non contestata. c. i. Item sententia non valet si tramites iudicij deficiāt. Vnde nota q̄d tramites iuris sunt multiplices.[k] Primo q̄d querela in scriptis dari debet, vt. iij. q. iij. c. inducie. ver. spacium, & ver. offerretur, & extra de libel. obla. c. i. Secunda quando vnus quę relam apponit & alter recognoscit vel negat vt sic dicitur litis contestatio vt extra de electi. c. dudū, & de lite cōtestata. c. vnico, &. C. de litis contesta. L. vnica. Tertio est expetendum iuramentū calumnię[l] hoc est quod false conqueruletur quodq; etiam veritas fatetur si causa est spiritualis, vt extra de electi. c. dudum, & de lit. contes. c. vnico, &. C. eo. ti. L. ea. Sexto quod sententia pronūciari debet sedendo, vt. C. de assess. & domes. L. i. &. C. de sentē. ex pericu. recitan. L. i. &. ij. m Septimo quod sententia in scripto pronuncietur, vt. ij. q. i. c. in primis. Item sententia non valet si sit contra ius scriptum vel constitutiones, vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua, et extra de sentē. & re. iudi. c. i. &. c. inter cętera &. c. cū inter vos Item sententia non valet si proferatur a iudice qui alios socios & coniudices habet illos tamen omittit & solus pronūciat nisi forte habeat in cōmissis, vt. ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffi-

i. *Sententiæ quandoq; iniuste proferuntur ex multis causis.*

k. *Iuris tramites multo aplices uide.*

l. *Nota quod iuramētum calumniæ de iure saxonico non præstatur nisi in causis spiritualibus ut hic in glo. ibi tertius Trames, uide etiam feu. c. lxviij. Contrariū tamen sententiatur apd' Lipsen.*

m. *Vide ad hanc materiam supra li. ij. ar. xi. Iur. mu. ar. xi.*

nitiua & ver. item si plures, & extra de offi. iudi. c. prudentiam &. c. causam, & extra de senten. & re iudi. c. ad probandum. Item nō valet nisi ter citetur vel vno ēdicto pro tribus & si solus non est debet sibi in domo denunciari vel vxori eius, vt. xxiij. q. iij. c. de illicita, &. ff. quę senten. sine apela. L. i. & extra de dolo & contumatia. c. causam, &. c. prout nobis &. c. vlti.. & extra de eo qui mittit in possessi. c. vlti. Item nō valet sententia si super mortuum lata sit, vt. ff. quę senten. sine apella. rescindan. L. penul., nisi sit contra hęreticū vel infidelem quia illi post mortē etiam excommunicantur, vt. xxiij. q. ij. c. sane. Excōmunicatus autem si quis sit etiam post mortem potest super eum fieri inquisitio, vt. xxvi. q. vi. c. qui recedunt, & extra de sententia excōmunicationis. c. a nobis. Item sētia non valet si quid impossibile pręcipitur, vt. ff. quę sententię sine appella. L. vlti. Item non valet sententia si iudex solus est excōmunicatus, vt extra de senten. & re. iudi. c. ad probandum, & extra de excep. c. exceptionē, & extra de electione. c. vlti. extra de consue. c. cum dilectis, extra de concess. preben. c. quia diuersitatē. Itē sententia nō valet si procurator falsę egit, vt extra de procu. c. in nostra &. c. exinsinuatione, & extra de rescrip. c. ex pte Decani, &. C. de procura. L. licet. Ligat tamen tamdiu sententia donec super falso dinoscatur. Item sententia non valet si contra freneticum vel furiosum lata sit, vt. ff. de re. iudi. L. furioso, darq etiam quod post sentētiam a furia resipiscat. Item sententia non valet si illi qui officiū illud ex debito administrare & defendere debent pecuniam propter id accipiunt & se cōuincere permittunt, vt. C. de aduocatis diuerso. iudi. L. i. Item sententia non valet si profertur ab illo cui ex auaritia cōmissum est officium vel qui non attigerit vigesimū annū, vt extra de offici. & potesta. iudi. delega. c. cum vigesimum, nisi forsan antehac Papa vel Imperator id sciat antequam sibi iudiciū contulit. Non valet etiam sententia si commissarius iudex datus sit qui nondū vigesimū attigerit annum, & id esset contra illud quod habetur extra de offi. & potes. iudi. delega. c. cū vigesimū, & extra de elecci. & electi. c. cum in cunctis. &. tamen prout iu glo. habetur extra de rescrip. c. statutum li. vi. &. ff. de re. iudi. L. quidam. Circa id etiam sciendum est si nō verus tutor agit causam pupilli sentētia lata nō potest pręiudicare pupillo, vt. C. in qui. cau. resti. in integ. non est necesse. L. si tutor.

Quęritur vlterius [n] excōmunicatio iniuste lata an tollerāda sit vel non. Quidam dicūt quod sic. Subditus enim pręcauere debet sententiam superioris, vt. xi. q. iij. c. i. siue illa sententia sit iusta siue iniusta. Alij dicunt qđ non est curanda, vt extra de sententia excommunicationis. c. per tuas. Qui enim alium excōmunicat iniuste, seipsum excōmunicat, vt xxiij. q. iij. c. cōperimus, &. c. qui negligunt &. c. si quis, &. c. de illicita. [o] Rē. tamen soluendo argumenta prętacta quod excōmunicatio aduertenda est & timenda dato etiā qđ iniuste excōmunicatus quis sit, beri suole etiā debet seperari ab Ecclesia P nisi forsan in duobus casibus si scilicet sit lata post appellationem factam vel si huiusmodi sententia & excommunicatio in se contineat notariam & importabilem iniustitiam, vt extra de senten. ex cōmu. c. per tuas Canones vero allegati qđ sententia excōmunicationis iniuste lata curari nō debet, hoc intelligitur quod animę nocere non potest, ex quo minus iuste contra eā lata sit. [q] Vnde sciendum quod iudex iniuste excommunicans aliquē ab officio suspendit ad annū, & si exercet interim officium efficit perpetuo irregularis, vt extra de sentē. & re. iudi. c. cum ęterni Regis li. vi.

Proscriptio tollit vni vitam. &. c. hoc idē habetur supra in plerisq; locis, &. C. de custo. & exhibi. reo. L. in quacunq;.

In annotationibus in fine textus vbi habetur quantūcunq; etiam in ea perseuerauerit. &c. Vnde sciendū qui propter aliquem excessum proscriptus sit, excessus huiusmodi siue malum per eum patratum quantumcunq; etiam per longū tempus in eo perseuerauerit bonū non efficitur, quod em a principio malū est, successu tēporis non cōualescit, vt. ff. de reg. iur. L. quod in inicio, nec excessus ille minorē sequitur pœnam si quis in proscriptione seu excōmunicatione perseuerauerit, vt. C. de penis. L. impunitas.

n. *Excōmunicatio iniuste lata an tollerāda sit.*

o. *Concordat iur. mu. ar. & glo.*

P. *Excōmunicatio in duobus casibus aduertenda non est.*

q. *Iudex iniuste excōmunicans aliquem suspenditur ab officio Concordat iur. mu. ar. & glo.*

Articulus. LXIIII.

CVm Rex publicam indixerit expeditionem [a] uel suam curiam sentēciādo illustribus per sacra programmata seu literas sex septimanis antehac declarauerit ad hoc omnes generaliter conuenire tenentur ubicunq; fuerit intra Saxoniam seu Theutonicam nationē quod si ommiserint mulctando puniuntur. [b] Illustres uexillo feudali insigniti centū talenta seu libras Regi mulcte dabunt. Omnes alij decē taléta seu libras ubi pro iniuria seu pace fracta nō mulctatur. Duci decem talenta præstet quilibet Generosus seu Nobilis pro mulcta cuius est patria infra ducatum. Multæ ta-

a. *De expeditione etiā uide in usi feu. de capitulis cerradi. §. ulti. & in cōstitutione Frederici. L. hac edictali §. ulti. & L. Imperialē. §. firmiter, & supra ar. xxxiij.*

b. *Concordat iur. mu. ar. ar. xv. & xlvij.*

147

men natiōes in terra Saxoniæ sunt quæ sibi aliena competere iura dicūtur, ut Holtzacij, Haldeleri, & Stormeri, quorum iura & mulctas hic nō describo. [c] Sexaginta solidi Comiti seu aduocato si bannum a Rege susceperit pro mulcta præstantur. Bannum nemo conferre potest nisi Rex ipse solus. Rex etiam denegare non potest bannum conferre iudici cui iudicium est collatum. Si Comes partem Comicie alteri conferat aut iudex seu aduocatus partē iudicij seu aduocacie in hoc ait perperam & est contra ius attentatum nec desuper in feudatus bannū habebit regalem ita quod illud ab eo sustinere seu pati quis oporteat.

¶ Bannum cófertur sine dominio.

¶ Palāsgrauij seu Pallatini & Lādgrauij sub banno ut Comites iudicant regis & ideo eis sexaginta solidi pro mulcta dantur Cuilibet Marchioni triginta solidi mulctantur & ipse iudicat sub gracia seu Omagio suo, [d] Sculteto seu præfecto sui pagani octo solidos mulctæ præstāt. [e] Aduocato autem infeudato sine bāno regio ad maximum tres solidi dantur. [f] Gograuio solidus aut sex nummi tribuuntur. Vel secundum quod in arbitrio uillanorum continetur. Sculteto qui & prefectus rusticorum dicitur sex nummi & aliquando tres solidi pro crinis & cutis liberatione tribuuntur qui ad potandum omniū uillanorum cedūt.

c. *Cōcordat Iur. mu. ar. xlvij. & ar. cxxix.*

d. *Iur. mu. arti. xlvij. & ar. xxix.*

e. *Et illi uocantur etiam Gograuij qui ad tempus eliguntur spatiosum, ut supra lib. i. ar. lviij.*

f. *Intelligitur de iudice ad casus subitos electo cōcordat Iur. mu. ar. x.*

Glosa.

g. *Militare nō est delictū sed propter predam militare est peccatum.*

Cum Rex publicam indixerit expeditionē. &c. [g] Militare enim nō est delictū sed ꝓpter prędā militare peccatū est, nec rempublicam gerere criminosum est sed ideo agere rēpublicā vt diuicias augeas videtur esse damnabile, propterea enim quadā prouidentia militantibus sunt stipendia cōstituta ne dū sumptus queritur predo crassetur, vt. xxiij. q. i. militare. Ordo autem ille naturalis mortaliū paci accōmodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atq; consiliū penes ptincipes sit. Sed si humana cupiditate bellum geritur non nocet sanctis in quos non habet quispiā potestatem nisi desuper data, non enim est potestas nisi a deo, siue iubente siue sinente, ergo vir iustus si forte etiam sub Rege homine sacrilego militet recte potest illo iubēte bellare, si vice pacis ordinē seruans quod sibi iubetur vel non esse contra dei ꝓceptum certum est, vel vtrū sit certum nō est, ita vt forte asse reum faciat Regem iniquitas imperādi. Innocentem autē militem ostendat ordo seruiendi. xxiij. q. i. quid culpatur, & facit etiā. c. audacter. viij. q. i. § Ius enim militare est solennitas belli inferendi, nexus federis faciendi idest pacis componende, egressio in hostē, cōmissio pugne, disciplina flagicij militaris modus stipendiorum, dignitatum gradus, honor premiorum decisio prede. & personarum qualitatibus & laboribus iusta diuisio ac principis porcio, vt. i. dis. ius militare, [h] vbi dicit glo. fin. quod omnia quę acquruntur in bello sunt principis, sed ipse tenet ea diuidere secundum merita personarū. Summa autem laus milicię est obedientiā Reipublicę vtilitatibus exhibere & quicquid sibi vtiliter imperatum fuerit obtemperare, vt. xxiij. q. i. summa. Iustum namq; bellū est quod ex edicto geritur de rebus repetēdis aut propulsandorum hominū causa, vt in. c. iustū. xxiij. q. ij. In iusto enim bello vtrū quis aperte pugnet an ex insidijs nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent quę vlciscūtur iniurias, vt in. c. dominus noster. xxiij. q. ij. Vbi notatur in prima glossa, quod si cur p insidias sic & per dolum possumus licite vincere hostes nostros all. xxij. q. ij. vtilē &. xliij. dis. in mandatis. Dum tamen hosti. non rumpamus fidem, vt. xxiij. q. i. noli. Fides em̄ quā do promittitur etiam hosti. seruanda est contra quem bellum geritur quanto magis amico pro quo pugnatur. Bellū autem debet esse necessitatis vt deus liberet a necessitate & conseruet in pace. Non enim pax queritur vt bellū exerceat, sed bellū geritur vt pax acqrat. Ad hoc cōuenire tenentur. &c. Et merito qa etiam in dubio est obediendū. xxij. q. i. quid culpatur in fi. melior enim est obedientia cū victime de ma. & obedi. c. illud, & de hęre. c. ad abolendam. Nam per victimam aliena caro, per obedientiam vero propria mactatur. viij. q. i. sciendum.

Multę sunt in terra Saxonię. &c. Nota quod qui a Principe de ducatu aliquo inuestitus est dux solito more vocatur. Qui vero de Marchia, Marchio appellatur. Dicitur autē Marchia quia in archa locata cum iuxta mare plerum sit posita. Sed qui de comitatu aliquo est inuestitus hic Comes appellat, vt in vsi. feu. qui dicatur dux mar, co. c. i. in prin. ibi vide.

h. *Cōcordat supra li. i. in prolo. Iur. mu. ar. i.*

i. *Mulcta quid sit secũdum leges & alia plura de mulctis hic vide.*

Nota quod in isto articulo tractatur de modo mulctarum secundum ius municipale, i Scias autem secundum leges cõmunes qđ mulcta est animaduersio pecuniaria arbitrio iudicis statuenda. ff. de verb. signifi. L. aliud. § i. Pœna vero est & corporalis & pecuniaria, a pœna etiã nõ appellatur sed a mulcta. Et mulcta nõ dicitur nisi a maioribus magistratibus. Pœna autem a quolibet qui habet potestatẽ iudicãdi, vt in prędicta. L. &. L. si qua. eo. ti. Item si mulcta imponatur vltra modũ a lege concessum nõ tenet impositio. Secus si in pœna. C. qñ prouoca. non est ne. L. cer a &. ff. de his qui not. infa. L. quid ergo. §. pœna. Secundũ leges ergo cõmunes mulctare possũt Illustres vsq; ad. L. libras auri cũ peccatũ est grauissimũ. C. de mo. mulcta. L. illustres, Spectabiles autẽ vsq; ad tres vncias auri prẽter Proconsulem & Comitem orientis & prẽfectum Augustalem qui vsq; ad sex vncias auri mulctare poterint. Sed clarissimi puta prẽsides prouinciarũ vsq; ad duas tantũ vncias indicunt mulctas. Nullus tamen istorum in aliquem etiam si cencies peccauerit in anno secundum dictũ modum nisi ternam imponat mulctam & si excedat tenetur condẽnato in duplũ. Procurator vero Cęsaris vel curator Reipublicę non potest indicere mulctam. Sicut nec magistratus municipalis seu ciuitatis defensor. C. de defen. ciui. L. i. Nisi forte modicas non graues. C. de sportulis. L. ij. Imponũtur autem hęc mulctę pro delictis omnibus secundũ prędictũ modum prẽterq; pro peculiaribus & manubijs. i. deprędationibus, concussionibus, furtis, & alijs flagicijs quę coerceri seuerius conuenit, & ideo in eis seuerior mulcta est imponenda pro arbitrio iudicantis. k Item mulcta imposita non est remittenda nisi paupertas cõdemnati ipsum persuaserit. C. de modo mulcta. L. eos. Et mulctę applicantur fisco nisi iudex pro operibus publicis vel necessarijs causis vel lex deputauerit. C. de mõ mulcta. L. mulctarũ, &. C. de Episco. audien. L. ij. ff. de iure. pa. L. díuus. §. vlti. Et mulcta non irrogat infamiam. C. de modo mulcta. L. i. de ista materia etiam plene vide in specu. de senten. prola. §. i. ver. est etiã quarta cum sequen. vide etiam quę notantur in diuerso. respon. i. circa ar. xviij. §. ij. & per Hostiẽn in sum. de re. iudi. sub rubricella de mulct. per totum.

k. *Cõcordat Iur. mu. ar. luij.*

Glosa.

l. *Mulcta quid sit & propter quid datur.*

Pro intellectu articuli notandũ l quod mulcta nõ est aliud nisi illud quod ꝓ excessu datur cum quis in iudiciũ delinquit a mulctando seu puniendo dicta. Pœnam enim quandam & dolorem infert illis a qbus exigitur vt timeant & prẽcustodiant se in post iudicijs obedientes sint.

m. *Rex tria demandare potest.*

Cũ Rex indixerit publicã expeditionẽ &c. m Nota quod Regis mãdatũ triplex est. Primo mandare potest expeditionem bellicam, vt sibi auxilium prẽstent contra inimicos imperij & illud mandatur in instanti & absq; omni mora vt fiat, vt li. feu. c. iiij. §. ij. & . ff. de capti. & postlimio. reuer. L. hostes. Secundo mandat curiam suam ideſt iudicium suum & istud indicit sex septimanis antehac vt supra eo. li. ar. lx. Tertio indicit curiã suam hoc est seruicium quando vltra montes seu alpes expeditionem facit ad consecrationẽ consequendam, & istud indicit sex septimanis & vno anno & tres dies antehac. n Circa id notandũ etiam venit quod ab expeditione bellica vnꝰ se liberare potest decima parte bonorum suorum, vt li. feu. c. iiij. v. & vi.

n. *Ab expeditõe bellica unus liberari potest decima parte bonorum.*

Per sacra prograḿata vel literas &c. o Nuncijs etenim Imperatoris & Papę non creditur absq; literis quantumcunq; insignes sint, vt C. de mandatis principum. L. si quis.

o. *Nuncijs imperatoris seu apostolia absq; literis nõ creditur, cõcordat supra ar. xxxvi & . xxxuij. eo. li.*

Vbicunq; fuerit infra Saxoniam &c. Hoc est intelligendum de primis duabus expeditionibus quia tertiam expeditionem insequi tenentur cum Rex ad consecrandum fuerit, vt li. feu. c. vi. Et hij qui vltra Salam fluuium ex ista hic parte commorantur non tenentur obsequium Imperio expeditionis bellice prẽstare nisi in Bohemiam & Sclauoniam seu Vandaliam.

Illustres principi centum talenta mulctę dabunt, ceteri omnes decem. Duci etiam decem pro mulcta prẽstent &c. Intellige de ducibus qui Principes non sunt, sed qui duces exercituũ fuerint, vt sunt Capitanei, quare non immerito superadditur in textu & quilibet Generosus, vt in vsi. feu. quis dux Marchio. Comes &c. §. i. Vel dic quod duci mulcta datur decem talenta si nobilis sit ille qui mulctatur & iudicium illud vbi mulcta soluitur sit nobilium iudicium, vt est ius feudale feu. ar. lxviij.

Mulctę sunt in terra Saxonię nationes &c. Notandum quod illi qui in textu enumerantur inferius appellantur Lamburgeñ.

P Si bannum a Rege susceperit. Vnde bannꝰ Regius quemadmodum etiam superius dictum est non est aliud nisi coactio Regis quę est sexaginta solidi, sicut hic & articulo prędicto, &. xvi. q. i. c. statuimus. ff. de reg. iur. L. nemo. extra eo. ti. c. nemo, li. vi. ff. de penis, L. si quis forte.

P. *Bannus Regius qđ sit cõcordat supra li. i. ar. lix. li. ij. ar. xij. Iur. mu. ar. x glo.*

Rex denegare non potest bannũ conferre. &c Quamuis enim multa cõtra ius fieri possunt. Rex tamen ea plurimum obseruare tenetur ne quid contra ius sit quod ipse condidit, vt ff. de reg. iur. L. non omẽ, & extra eo. ti. c. qđ semel li. vi. & extra de consti. c. cum omnes, &. C. de legi. & consti. L. digna vox.

Palanſgrauij. Quid autem Palanſgrauius sit dictum est superius eo. li. ar. liij.

Ex quo itaq; Palanſgrauij Lanthgrauij sub eo banno Regio iudicant vt comites quare ipsis eadem mulcta prẽstatur sexaginta videlicet solidi, quia vbi est eadem ratio, ibi est eadẽ iuris dispositio, vt extra de consti. c. trãslato, & extra de rescrip. inter cęteras. Quod autem minus datur Marchioni quam comiti est ratio, quia ipse iudicium bannit sub suo Omagio & nõ sub banno Regio, vt infra articulo proximo.

148

Prẽfecto seu sculteto dantẽ octo solidi. &c. itel ligendũ est in comitatu & coram eodem iudex iustificare se cogitur si quis contra eũ agere debeat, vt supra li. eodem ar. liij.

Sui pagani. &c. de his vide supra li. i. ar. ij. & li. iij. ar. xlv.

A duocato autem infeudato sine banno. &c. hoc intelligendũ est in Marchia vbi iudicia habentur in feudũ. ℭ Ad maximũ tres solidi dantur. &c. Intelligendum est non quod aduocatus quamlibet mulctam habeat quę minor sit. Sed dicitur qđ ad maximũ hęc mulcta se extendit. Quidam etiam intelligunt iudices huiusmodi Gograuios esse qui ad tempus spaciosum eliguntur de quibus habetur, supra li. i. ar. lviij. eosdẽq; infeudare Marchiones tenentur. Opinio tamen ista stare non potest Gograuius enim ex consensu villani eligitur eundemq; dominus infeudare cogitur vt ibidem in dicto articulo habetur.

Sculteto sex nũmi. &c. & hoc est prẽfecti rusticorum vera mulcta & aliquando tres solidi, & hoc fit cum vnus crines vel cutim liberauerit infamisq; & iure priuatus pronunciatur, vt supra lib. ij. ar. xiij. Exindeq; fit quod istud cedit in communem potum rusticis. Ex isto articulo quidam intelligere volũt quod propter negligentiam, ignorantiã, inceptãq; iniuriarum quęrelam quę non continuatur mulcta & emenda coram iudicio rusticorum solui deberet sculteto tres solidi, cuilibet rusticorum sex nummi cõmunes dominoq; superiori decem solidi Brandenburgeñ. Articulus tamẽ iste non istud intendit per expressum. Iure etiam municipali in huiusmodi excessibus sculteto dãtur octo solidi, datur prẽterea in vtroq; iudicio emẽda parti li. i. ar. liij. &. lxij. &. li. ij. ar. viij.

Ex his iam declarata habetur vniuscuiusq; iudicis mulcta quę de iure propterea statuta est ne iudices mensuram mulctarũ excedant, vt C. de modo mulct. L. eos. Iudices enim subditos cohercere debent seruata pietate magis q̃ seueritate penarum, vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufra. §. quod si, coll. ij. & hoc si leuis excessus sit. Ibidem etiam parua mulcta iniũgi debet, vt in auten. de manda. princi. §. qđ li, coll. iij. Prẽcauere itaq; iudices debẽt in his & alijs ne auaricia obcecati quę & mater est omnis malicię vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufra. §. cogitatione, coll. ij. secus faciant, prẽmeditantes quod & ipsi extremo iudicio subiecti sunt, & quemadmodũ ipsi se in iudicando prẽstiterint eodem modo a supremo iudice deo omnipotenti iudiciũ susceperuri sunt. Immo magnam in eo esse differentiam, nam is quem iudex iudicat homo mortalis est, ille vero qui iudicem iudicaturus erit deus est, vt C. de iudi. L. rem nouam, diligenter itaq; actẽ dat vt ęquum se in iudicando prẽbeat.

Articulus LXV

MArchio iudicabit sub sibi prẽstito fidelitatis sacramento post sex hebdomadas, a Ibidẽ potest quilibet contra alium sententiã inuenire qui in suo iure reprobari non poterit. b Attamen ibi nullus respondebit ad duellum sibi generatione inequali. Si quis a sibi in generatione æquali infeudatur nõ suam originẽ aut Ciuilia iura sed tantummodo feudi dignitatẽ ideſt scutum bellicum minorauit.

a *Quis autem dicatur Marchio qui dux & quis Comes, notatur supra eodem libro circa art. lxiiij. ibi vide & Iur. mu. ar. x.*

b. *Textus antiquꝰ legũt post quadraginta dies.*

Glosa.

Super intellectu articuli prẽsentis nonnulle fuerunt opiniones & controuersię. Quidam enim vt Burchardus Episcopus Maydeburgeñ, & Comes Otto de Falkenstheyn intelligere voluerunt articulum Marchio iudicabit sub sibi prẽstito fidelitatis sacramento, hoc est sententię quę in Marchia inueniuntur quod videlicet inueniri debeant sub iuramẽto qđ ipsi Marchioni circa Omagiũ fecerunt. Opinio tamen ista non placet multis. Iure emꝫ ꝓuinciali nulla sententia inuenitur sub iuramẽto Omagij. Istud enim ad ius feudale magis pertinet, vt feu. c. iij. liij. Alij vero vt wolrad & Conradus de Roslaw intelligere textũ volluerunt quod Marchio iudicare debeat sub suo Omagio, hoc est sub Omagio & iuramẽto quod Regi prẽstitit. Sed istud etiã nõ placet nec enim id speciale Marchionis est. Omnes etenim iudices sub iuramento prẽstito iudicãt, vt supra ar. liij. & in auten. Iusiurandũ quod prẽstatur ab his. §. i. col. ij. Si vero id ita sit qđ Marchio iudicaret vt alij iudices mulcta eque similis esse deberet alijs iudicibꝰ qđ tamen non est ex textu articuli prẽcedentis. Palanſgrauijs enim, Lanſgrauijs, Comitibus cedunt sexaginta solidi, huic vero nõ nisi triginta. Alij vero vt Henricus & cęteri textum intelligere voluerunt quod Marchio iudicaret propria autoritate. Quemadmodũ enim alij iudices iudicia eorũ banniunt autoritate Regis, ita etiam intelligere voluerunt quod Marchio iudicaret autoritate sua, hoc etiam fieri non potest Marchio etenim nec quiuis alter iudex iudicare põt nisi autoritate ab imꝫ

Omagium qđ sit

perio concessa & secundum rei veritatē nul-
lus iudex verus est nisi Imperator ipse qui alijs
cōmunicat tandē iudicia, & hoc ex eo liquet.
Imperatore enim p̄sente iudicium omniū
cessat vt in p̄cedentibus dictum est li.ij.ar.
xv.supra eo.ar.xxvi.&.lx.
Reiectis itaq; opinionibus. Pro intellectu ar-
ticuli nota quod ibi est immutatio personarū
cū dicitur Marchio iudicabit. Intelligi enim
textus debet de iudicibus Marchioni subie-
ctis qui iudicant sub p̄stito fidelitatis sacra-
mento, Sic scz iudex iudicat sub Omagio
Marchionis. Q.d. Imperatori omnes iudices
iurare coguntur quod iuste iudicabunt, vt su
pra eo.li.ar.liij.&.C.de iudi.L.rem non no-
uam. Sed pro iudicib⁹ in Marchia. Marchio
ipse iurat, & in illum Imperator prospectum
habet pro his omnibus, [c] Hoc modo etiā p̄
curatores iurant pro principalibus & huius
iuramenti reus efficitur tam ille qui iurat cui
pro quo iuratur, vt extra de iuramento calū-
nie.c.penulti.& ti. Nec mirari debes qd hic
in textu ponitur Marchio, & per id intellige
re vult iudices, quia si quis loco Marchionis
facit & iudicat. Marchio ipse facere videtur,
sicut quicquid nomine Imperatoris quis fa-
cit Imperator ipse facere dicit, vt.C.de emen
dan. Codi.Iusti. L. Cordi nobis.§. supradi-
ctis. Ibidem potest quilibet contra aliū sen
tentiam inuenire. Oppositū videtur esse in cō
muni practica, In iudicio etenim marchionis
nullus sententiā inuenire potest nisi sit ad Cli
peum natus prout cōmuniter habetur in iu-
dicijs marchionalibus quę in cōmuni came
ra marchionū habentur. ℟. aliqui quod hoc
forsan ex eo sit, quia aliter ex cōsuetudine ve
nit, fieri em̄ potest vt consuetudo opprimat
ius, vt.ff.de legi.& senatuscon.L.non est no-
uum, & ita credunt in proposito fore. Respō
sio tamen ista non est sufficiens. [d] Iuris enim
abrogationem in glossis maxime euitare de-
bemus. Intelligēdus ergo textus est quod ibi
dem potest quilibet contra alium sententiam
inuenire, hoc est in iudicio prouinciali vel in
iudicio iudicis infeudati, hoc autem non fit
coram marchione vel in ciuitatibus vbi ca-
mere huiusmodi habentur. Vel dic cum di-
citur quod vnusquisq; sententiam contra ali-
um inuenire potest, hoc fit ex eo, quia ibi non
attenditur si sit sede scabinor⁹ dignus vel nō.
Indifferenter ergo quilibet ibidē sententiam
inuenire potest in iudicio. ℂ Attamē ibi nul-
lus respondebit ad duellū. &c. hic exponitur
illud quod prius dictū est. Q.d. velit, in mar
chia Thuringię quiuis sententiā inuenire pōt
contra aliū coram iudicibus infeudatis. Nul-
lus tñ sibi gñatiōe inequali in dignitate nobi
litatis p̄ duello rndere tenet, vt supra li.i.ar.
lxiij. Qui etiā aliū ad duellū p̄uocare vult ne
cessario sibi equalis esse debet.
Si quis a sibi in generatione equali infeudet
non suam originem sed tantūmodo dignita-
tem minorauit, &c. Ratio, origo enim & gene

[c] Procurator iuramentum explere potest pro principe.

[d] Cōcordat infra ar. lxxvij.

logia est ex natura, feudi vero dignitas est de
iure scripto, sed ius scriptū obfuscare nō pōt
ius naturale, vt Insti. de legitti. agnato. tutel'
.§. fi. [c] Vt si ego dominus sim illius cui bona
confero istud est ex constitutionibus, fieri em̄
potest quod conferre possim bona fratri meo
& ita de iure scripto essem domin⁹ eius. Iure
vero naturali esset frater meus, nec ius scriptū
auferre sibi potest quod non sit frater meus,
& hoc innitur in textu cum dicitur non suā
originem aut iura Ciuilia, hoc est emendam
quę iure prouinciali sibi debetur non minuet
vt Insti. de iniurijs. §. atrox, sed duntaxat feu-
di clipeū id est militarem dignitatem, vt.i.dif.
c.Ius militare.

[c] Vide infra ar. lxxviij.

Articulus. LXVI.

NOn liceat castrum [a] uel
forū ædificare nisi oc-
to stadia distet ab alio [b]
Non debent etiam op-
pida aut castra muniri, aut in præ-
dijs seu uillis muri fossata ualles aut
Turres ædificari absq; licentia iudi-
cis p̄uincialis. [c] Absq; licencia tamē
eius fodere licet in altum quamdiu
fossor cum fossorio terrā eicere po-
terit absq; adiutorio asseris, gradus,
aut scabelli ad ulterius proiciendū.
Licite etiam sine eius licentia trium
mansionum altitudo cū lapidibus
& lignis edificetur, dummodo una
subterranea & aliæ super terrā ap-
parebunt ita quod ianua sit in infe
riori mansiōe super terram usq; ad
hominum genua. Fūdus etiam seu
curia cum sepibus uirgis seu lignis
aut muris extensis in tali altitudine
quod sedēs in dextrario manu pos-
sit attingere summitatem circumda
ri potest, sed in his propugnacula
minime construantur. Castrū præ-
terea quod propter uiolentiam uel
iniuriam destructum est sine licen-
tia iudicis & actoris reedificari non
debet. Destruat etiam dominus ca-
strum uel propter paupertatē eius
paciatur ruinam uel si illud ammi-

[a] Pro materia istius articuli si uis scire ius commune uide .C. de edi.priua.per totū.

[b] Textus uetustiores istum textum ita legunt, nō liceat castrū forum seu ullam forē sem nisi unum miliare ab alia distet construere.

[c] Concordat Iur.mu. ar.ix.

ferit uiolēter sine licencia iudicis il-
lud licite poterit reedificare.

Glosa.

Ex textu articuli p̄sentis nonnulla colligi
possunt Ciuitatibus vel villis foralibus quę
de nouo fundari debent maxime appropria
ta. Primum quod oppidū vel villa foralis nō
debet in ꝓpinquo alteri edificari, esset enim
in damnū alterius quod fieri non debet. Ius
enim prohibet ne quis dicetur cum damno
alterius, vt.ff. de condicio. indebi. L. naturali-
ter, &.ff. de reg. iur. L. Iure. Forum enim aut
oppidū esset vilius ex erectiōe in propinquo
alterius. Item Ciuitas seu villa foralis erigi
non debet sine licencia iudicis, & in testimo-
nium istius quod voluntatis imperij sit Impe
rator mittit cirothecam suam [d] vel potius li
teras sigillatas consensum p̄beñ in locū il-
lum vt habetur Iur.mu.ar.ix. Quod autem
istud pertineat ad imperium admissio videli-
cet erectionis fori vel oppidi habet.ff. de nun
dinis. L.i.&.ij.&.C.eo.ti.L. qui exercēdorū.
Sciendū etiam [e] quod qui in huiusmodi fo-
ro vel nundinis quid emerit in instanti solui
debet, nisi aliter compositū sit, vt.ff. de nundi
nis. L. si quis. [f] Item in foro non debent fieri
contractus monopolitici, quod videlicet cō
ponant aliter mercēs non vendere nisi secun-
dum quod mercatores secū contraxerint sub
pena quinquaginta lib. auri imperio soluen
dorum. Iudices vero id admittēn. xl. libras au
ri puniuntur, vt.C. de monopolijs & conuen
tu negociatorū. L. iubemus, &.ff. ad le. Iul. de
annona. L.i. g Frumēta etiam non debent ca
rius nec alcius statui nisi secundū quod deus
illa statuit, ff. ad le. Iul. de anno. L. Impatores.
ℂ Nō debent Oppida aut Castra muniri. &c.
& hoc propter id ne augeatur numerus ino-
bedictię, h qa si pauciora fortalicia vel muni
ciones sint etiam pauciores inobedientes in-
ueniuntur, qui enim non habent propugna-
cula facilius iudici obediunt, & quia quędā
fortalicia sunt vtilia prouincijs, & quędā nō,
quare officio iudicis ꝓuincię interest admit-
tere castrū vel forum erigere vbi pro cōmo-
do sibi videtur, & hoc tangitur in textu cum
dicitur sine licentia iudicis. Potest etiam illud
prohibere propter futurū damnum, vt.ff. de
operis noui nunctiatione per totum.
Licite etiam sine eius licencia. &c. Lex ista po-
tissimū posita est pro cōmodo ciuium & si-
gnanter mercatorū, quia ex huiusmodi con-
structione seu edificatione nemini damnum
imminere potest, & ita iure admittitur, vt.ff.
de reg. iur. L. domū, &.C. de seruitutibus. L
Alcius.
Fundus etiam sepibus aut muro in tanta alti
tudine qd sedens in dextrario attingere pos-
sit summitatē circumdari potest. &c. Ius istud
ꝓpter militares positū est, illis enim licet cu-
rias suas circūmunire in quantum insidentes

[d] Cōcordat Iur. mu. ar.ix.

[e] In nundinis emens aliquid in instanti solui oportet nisi aliter contractum sit.

[f] Monopolia interdicitur. Concordat li. ij. ar. i. in anno.

[g] Frumenta carius statu non debent nisi secundum quod deus illa statuerit.

[h] Vbi pauciores munitiones ibi maior obedientia & econtra.

dextrario, gladio summitatē attingere possint
& hęc est mensura municionū illorū. Alij vē
ro munitiones faciunt vt textus habet, vt.C.
de militibus. L. penul.
Destruat etiam dominus Castrum. &c. Intelli
gesi illud prius ex admissione iudicis cōstru
ctum erat extūc reformare illud poterit. Sed
si per sententiam destructum sit reedificari nō
potest, vt textus habet, & infra ar. proximo,
& supra li.ij.ar. vlti.

Articulus LXVII

De Expugnore Castri

QVi alterius castrū mi-
nus iuste expugnaue-
rit seu occupauerit, &
ammittens hunc pro-
ut iuris fuerit prosequitur expugna
torem castrum adhuc uiolenter ob
tinentem, nulla isto tempore aduer
sus prædictum castrum poterit ac-
tio proponi propter quam in præiu
dicium ueri domini desolationis cō
tra illud sententia promulgetur.

Glosa.

Sensus articuli p̄sentis est. Si castrū alicuius
occupatū fuerit, occupator vero tandem ex
castro p̄dam committat per factum illud
suum, castrum illud demoliendū non est, nec
factum illius vero domino cui per violentiā
castrum ablatū est nocere debet. Nullus enim
ex culpa sua alteri nocere poterit vt superius
dictum est.
Minus iuste. &c. Si enim iure castrum senten-
cietur agere pro illo nō poterit nec illud ree-
dificare vt iur. feu. c. lxxiij. [a] Sciendū etiam
quod Castrum destrui seu demoliri potest ex
quatuor causis. Primo si quis violatorem pa
cis in castro hospitauerit, vt supra. li.ij. ar. lxxi
&. lxxij. Secundo si mulieres vel virgines ibi
dem opprimātur, vt supra li.iij. ar.i. Tertio si
captiuos ibidem detinuerit vltra mandatum
Regis, vt supra eo.li.ar.lx. Quarto si domin⁹
castri iurare non vult pacem ex illo castro ser-
uare, vt in auten. de pace seruan. §. hac edicta-
li in fi. coll. x.
Et ammittens hunc prout iuris fuerit prosequ-
tur. &c. idq; fieri debet coram iudice prouin-
cię cum clamore, vt.ff. de vi. & vi. arma. L. prę
tor, & supra li.ij.ar. lxxij. Tum etiam pro vio-
lētia & preda, vt supra li.ij.ar. xxv. &.ff. ad
le. Iul. de vi priua. L. hac lege, & de vi. & vi.
arma. L. prętor ait. §. necq. C. de vi. publi. &
pri. L. si quis, &. L. omnibus. Tenebitur etiam
querelā huiusmōi annuatim innouare, vt li.

[a] Castrum ex quatuor causis demoliri potest.

feu.c.xxij.ff.de vi.&.vi. arma.L.ij.

Articulus. LXVIII.

VDex siquidem debet primo in castrũ uel in tignũ [a] tres ictus uerberare quod iure extitit condemnatum,& ad hoc uillani debent excidendo & destruẽdo adiuuare.Cremari nõ debet nec lapis aut lignũ abduci nec aliquid quod intus habetur nisi per spolium fuerit inductũ,quia illud spoliato qui id iure consequi poterit tribuatur. Aggeres fossata ab incolis illius iurisditionis sub eorũ expensis in tribus diebus complanentur si ad hoc cum uiolenciarũ clamore cõuocẽt.

a. *Alij textus addũt securi,ad hanc materiam uide supra li.ij. ar. ulti.li.iij.ar.i. Iur. mu. ar. xxxix.*

Glosa.

[b] Pro intellectu articuli nota quod iudex castrũ diruere non potest nisi rationabilib⁹ adductus causis.Primo quod iudicialiter ad id citetur, vt supra li.ij.ar.lxiij. Secundo si opinantur in arce fore pacis violatores & denegetur inquisitio illorum,vt supra li.ij.ar.vlti. qui enim inquisitionem admittere nõ vult signum est quod ipse solus culpa non caret, vt Insti.de oblig.quę ex delict.nascũ.§.est etiam.Tertio si castrum non defenditur cũ perduellum alloquutum sit,vt supra li.ij.ar.vlti.&.ff.ad le.Iul.maiest.L.lex duodecim tabularum. Quarto si tenens arcem iurare nollet pacem tenere quia vt sic opinatur illum velle perperam agere,vt in auten.de pa.tenen.L. hac edictali coll.x.

b. *Iudex castrum destruere non potest nisi ex rationabilibus causis.*

Et ad hoc villani debent excidendo. &c. [c] Quid si dominus vel iudex prouincię externos milites in prouintiam adducere velit ad comprimẽdos prędones, an incole expensas illis ministrare tenentur. ℟. quod non, vt in auten. vt iudi.sine quoquo sufra.§.interdicimus,coll.ij.

c. *Iudex externos milites ad comprimendum prędones conducens incole expensas illis ministrare nõ coguntur.*

Cremari nõ debet.&c Intelligendũ est etiam de ędificijs,vt supra ar.i.li.iij.& hoc si arx cõsequi potest sine crematione, qa alias si aliter occupari non poterit cremari admittitur,vt in auten.de pa.tenen.L.hac edictali, coll.x. ¶Nec lapis aut lignũ.&c.Quãuis enim homo perperam agat bona tamen eius non auferuntur,non enim bona delinquunt,sed homines ipsi bona occupantes,vt in auten. de manda.princi.§.oportet.coll.iij.nisi spolium sit quia illud spoliator restituere cogitur, vt supra li.ij.ar.xxv.

Aggeres & fossata complanentur.&c.& hoc tunc contigit cum aggeres in fossata deiciũtur ab incolis illius iurisditionis.&c. Omnes enim violentię clamorem sequi tenentur,& qui nõ sequitur multam prestabit,vt supra li.i.ar. liij.

Sub eorum expensis.&c. Iudex nihilomin⁹ etiam suos habere tenetur quos incole expensis prouidere non coguntur,vt.C.de Epis.& cle.L.si quis.

d. *Vasallus an castrũ domini oppugnare licito possit,uide infra, ar.lxxviij.*

d Queritur si vasall⁹ dominũ habeat in iurisditiõe illa & in destructiõem castri domini sui feudalis expeditio sit,an sequi tenetur nec ne. Quidã dicunt quod non,quia qui in destructionem domini auxilium prestat feudũ perdit & honorem,vt in li.feu.qui cau.feu.amittit.c.i.℟. tamen quod sequi tenetur,vt in fraar.lxxviij.

Articulus LXIX

Quelitor sua iudex iudices exonerentur

VBi sub Regis cognoscitur banno iudices seu scabini Capucia,Pilea, aut Pepla & cirotecas habere non debent, Clamides seu mantela habeant super humeros iudicentq; inermes, [a] Ieiuni & sedẽtes etiam debent sententias inuenire contra quemlibet Theutonicum aut sclauum suo iudicio subditũ liberum aut seruum & hoc nemini alteri licet facere nisi ipsis. [b] Quod si eis in generatione æqualis sententiam eorum increpet is sedem postulet quam ei pronunctiator debebit accommodare,& postq; sederit sententiam ab eo opinatam uerio/rem promulget,& se trahat cum illa ubi de iure se trahere debet & eã ut supra dictũ est obtineat uel ammittat. [c]

a. *Vide supra eo. lib. arti.lxi.in fi. glo. Iur. mu.ar.xvi.*

b. *Textus uetustiores ita legunt & ille qui sententiam inuenerit, cedere sibi de loco tenebitur,iste uero locũ illum occupabit.*

c. *Ad hanc materiam uide supra li.ij.ar.xij.*

Glosa.

Sedendo pronunciant,&c. Sedere enim iudices non solum debent cum diffinitiue pronũciant,sed etiam cum res quę agitur plenã cognitionẽ desiderat,vt.ff.quis or.in bo. poss. ser.L.ij.§.dies,& in autẽ.vt ab illus.& q sup eos sunt.§.sanxim⁹,coll.v,& in aucten.de iu-

150

di.§.sedebunt & de re.iudi.c.fi.lib.vi.

Glosa.

In articulo presenti docetur quomodo iudex & scabini in iudicando habere sese debeant cũ sub banno Regio iudicãt,honestatem etenim prę/ferre maxime in omnibus tenentur,cui enim deus omnipotens plus donorũ impartitur etiam maiorem honorem seruare debet & maiori laude & gloria ratione donorum prestitorum deum laudare tenetur de pluri/busq; eum respondere oportet. Exquo itaq; scabini in exercendo iudicio plus honorati sunt q; alij simplices,ergo etiam plus honestatis pre se vt habeant necesse est, nec id sine quodã spirituali misterio fit.Per id quod dicitur. Caput non tectum eos debere habere. Intelligi datur illos ad imaginem dei creatos esse quare nec animas vicijs maculare pmittant,facies etiam & vultus eorũ rectos nõ habeanta d insinuandum quod iustitiam cũ iniquitate obtegere non debent, vt.xxxiij.q.v. hęc imago. Nudas etiam habere debent manus.Per manus etenim opera hominũ intelliguntur,ad insinuandũ quod ab excessibus liberi esse debẽt pro quibus alios condemnãt. Fur etenim non libenter furem iudicat,vt in auten.de sanctis,Epis.in prin.coll.ix.&.ff.de eden.L.si quis,& in auten.vt iudi.sine quoquo sufra.fi.§.fi.coll.ij.Manus pręterea eorũ immunes a donis esse debẽt,munerã etenim iustũ puerũt iudiciũ,vt.xi.q.iij.c. quatuor. Clamides seu mantella.&c.per id designatur verus amor quem habere tenentur in iudicãdo,quia sicut mantela obtegunt alias vestes & corpus,ita amor illorũ iustitiam obtegere debet in humerisq; illa gestare eos oportet,hoc est amorem & fauorem probis ostendere sicut pater fauorem filijs ostendit,vt in auten.de defenso. Ciuita.§. si qua,coll.iij.Et sine armis iudicẽt,& hoc ex eo,quia pace imperij sunt muniti,vt supra eo.li.ar.ij. Tũ etiã vt nullus eorum arma timeat,sine enim ira iudicabunt.

d. *Ebrietas origo mali.*

Ieiuni.&c.hoc fit ex eo ne ebrietas eos ad iniustitiam inducat. [d] Ebrietas etenim est sepius origo mali,vt. xliij.dis.c.i

Quemlibet hominẽ.&c.Intellige eius iurisditionis subiectũ,vt in auten.vt om.obedi. iudi.§.hęc cõsiderãtes,coll.v. Vnde nec Sclauus potest se eorum sententie defendere q̃is respõsioni defendere se poterit si actor Theutonicus sit & ille eum non intelligat,vt infra ar lxxi. Tum etiam vt sequens articulus haber,si non iudicatur sub banno Regio. Siue sit Theutonicus siue Sclauus,hoc est sententias scabini inuenire possunt contra vnumquemq; qui coram eis responderit.In oppositum licet videtur articulus sequens,vbi dicitur quod Saxo contra sclauum sententiam inuenire non potest. Intelligitur tamen articulus allegatus sequens si iudicium sit extra bannum regium,articulus vero presens disponit cum sub banno iudicatur Regio. Sedentes pronunciabunt. &c. Sententia etenim que non sedendo pronunciatur est ipso iure nulla,vt in auten,vt ab illustri.& qui super eam sunt dignita.§.sancimus.coll.v.

Articulus LXX

quomõ iudicat extra bannũ Regium

VBi uero sub banno non iudicatur Imperiali ibi quilibet contra aliũ sententiam inuenire & testimonium dare poterit,dummodo rationabiliter increpandus non uenit,Excepto Saxonæ super Sclauũ & econuerso.Sed si Sclauus uel Saxo in iniurijs uel crimine recenti pacis fracte deprehensus & cum uolentiarũ clamore iudicio fuerit præsentatus,extunc Saxo Sclaui & ecõuerso sic deprehensus testimonium & sententiam sustinebit.

Glosa.

Precedenti articulo dictum est,quomodo iudicatur sub banno Regio & quomõ iudex & scabini se habere debeant quodq; nulli sententiã inuenire licet nisi iudici & scabinis. In articulo presenti determinatur quomodo iudicatur extra bannum Regium,sicut in Marchia Brandenburgẽn,Landzbergẽn,Luzacien,quia istarum prouintiarũ ius discrepat a Saxonico quodammodo, vt supra li.ij.ar. xij.& hoc ex eo fit,quia huiusmodi Marchię habẽt speciales iudices,vt supra li.iij.ar lxiiij & ita liberiores sunt in mulcta.In comitatu enim sexaginta solidi mulcte dantur. In Marchia vero nõ nisi triginta vt in pretacto.lxiiij ar. Tum in marchia quilibet probus ferre sententiam potest.In Comitatu vero nisi bannitus,vt supra ar.allegato.lxiiij.habetur.

Dummodo rationabiliter increpandus non venit.&c.Exinde liquet duplex ius marchionatus.Primo etsiquidem cõmunes inuenire possunt sententias vnus contra alium,vnus tamen alteri duellum indicere non potest si ei sit generatione inequalis,& hoc intelligitur de illis qui in Clipeo sunt inequales,vt supra ar.lxv.& in li.feu.de pace viola.Secũdo qd̃ quilibet sententiam inuenire potest qui in iure suo increpandus non est.

[a] Circa id nota qd̃ diuersi homies sunt q̃rũ iuri derogari potest,ita quod sententias eorũ

a. *Diuersi homines in ueniuntur quibus iuri derogari potest,uide supra li.i. ar. xxxviij. li.iij. arti.xvi.Iur. mu. ar.iiij.*

tam in Marchia q̃ alibi tollerare non oportet. Primo quia occasione prede, furti, concordiam inierint, vt supra li.i.ar.xxxviij.&.C.ex qui cau.infa.irroga.L.non damnatos. Secundo qui iudicialiter conuicti sunt, vt.C.eo.ti. L.si furti,&.L.etsi. Tertio publici fures & predones.ff.de furtis per totum,& extra de testi. c.ex parte A. Quarto certantes & eorũ proles, vt supra li.i,ar.xxxviij. Quinto sunt periuri, vt extra de testi.c.sicut nobis,&.c.testimonium,& extra de presumpci.c.literas. Sexto sunt lusores, vt supra li.i.ar.xxxviij.&.ff. de his qui notan.infa.L.i.&.iiij.q.i.c.i. Septimo aleatores vt extra de excellibus prelatorum. c.inter dilectos,& extra de vita & honest.clerici.c.clerici. Octauo contra quos probari potest quod fidefragi sunt, vt supra li.i.ar.xl.&. .ff.de his qui notan.infa.L.ij. Nono proscripti, vt supra li.i.ar.xxxviij.lxviij, & aliis pleriscq; locis. Decimo illegittimi seu inhonesti, vt.C.de testi.L.si testis,extra de testi.c.ij.ver. vilissimi. Intellige tamen quod isti supranominati sententias inuenire & testificari in iure spirituali & etiã seculari possunt in tribus casibus. [b] Primo occasione simonie, sicut contra illum qui rem sacram vendit vel emit. Secundo occasione hereſis. Tertio occasiõe fraudis in imperium cõmisse, vt.C.ad le.Iul.maiest.L.nullus,& extra de Simonia.c.licet,&.ij .q.vij.c.oues.

b. *Iure priuati testificari possunt in tribus casibus concordat supra li.i.ar.xxvj.lib.iij. ar.xvi.Iur.mu. ar.iiij.*

Excepto Saxone super Sclauum.&c. Saxo enim sup sclauum sententiam inuenire & testificare non potest, [c] & hoc ex eo, quia ab antiquo semper inimici fuerunt, vt supra eo.li. ar.xliij. Posiq; etenim Saxones Sclauos qui & Thuringi dicebantur ex eorũ sedibus vsq; in ducatum vltra Albim pepulerunt, [d] magnum posthac inter eos ortum est bellum, & vsq; ad tempora Caroli Imperatoris durauit qui magno adaucto exercitu Sclauos debellauit, & ex illo ducatu eosdem per omnẽ Saxoniq; prouintiã dispersit inhabitariq; iussit. Exindeq; in hunc diem multe Sclauorũ villq; ibidem sunt. Ad hanc materiã plura habẽtur Iure municipali, exindeq; vnus contra alium testificare non potest. [e] Inimicus enim contra alium in testem non admittitur nec contra eũ sententiam inuenire debet. sicut nec vnus cõsanguineus contra alium, vt extra de Simo. .c.per tuas.

c. *Sclaui & Saxones ab antiquo inimici semper fuerunt.*

d. *Vide infra ar.lxxiij.Iur.mu.in prolo.*

e. *Inimicus in testem non admittitur.*

Sed si Saxo vel Sclauus in iniurijs.&c.quia vt sic captiuatus vnus sustinet sententiam alterius, vt.C.vbi Senato vel clarissi.L.i.& hoc intelligendũ est de iudicio prouintię vbi iudicarur sine banno Regio, quia ibi vnusquiuis sententiam inuenire poterit contra alium. In iudicio vero Marchionis vbi contra legales homines iudicium exercetur rusticus sententiam inuenire non potest, vt ex antiquo seruatum est. [f] Vnde etsiquidem antehac forsan seruabatur, consuetudine tamen aliter fit, quę & pro iure custoditur, vt Insti.de offi.iudi.§.i.ff de legi & senatusconsul.L. de quibus. C. quę sit longa consuetudo.L.preses.xi. dist. In his extra de successi. c. vbi ver. de hoc. Sed si in iniurijs deprehendatur &c. Extunc contra eũ extẽditur iudicium, vt C. vbi senato. vel clarissi. L. i.

f. *Clariorẽ huius glose declarationem uide supra eo.li. arti. lxv. glo.*

Articulus LXXI

Date doctrina ind̃ qua intelligit

Quilibet reus respondere ad actionem non tenetur si actio non innato sibi idiomate proponat. Vnde si in Theutonico cõtra unum agatur iste uero iuramento afirmet Theutonicum ignorasse respondere ut sic non cogitur. Si uero conquæratur contra eum in sermone suo sibi intelligibili, ipse etiam aut eius ferendarius respondere tenetur sermone quẽ etiam actor & iudex intelligat. Si autem in Theutonico antehac quæstus est uel respondebat, uel sententiam in iudicio promulgauit, & hoc contra eũ comprobetur, eundem in Theutonico respondere oportebit, excepto in pallacio Imperatorie Maiestatis quia ibi quilibet iura suæ genelogiæ noscitur obtinere.

Glosa.

Quilibet reus ad actionem respondere non tenetur &c. Ratio quia nemo cogitur in iudicio respondere nisi prius veraciter intelligat ea quę sibi obiciuntur, vt v.q.ij. relatum, & lxxxiij. error. Item quia nemo ex sua responsione obligatur nisi prius intellexerit ea quę ex aduerso proponebantur, vt de spon. ex literis, & de verbo. obliga.L.i.in fi.ff.

Glosa.

Exquoquidem sententia sit ex querela & responsione iudicialiter factis, vt supra li.i.ar. lxij. actorq; aliquando agere vellet sermone illo quem respondens non intelligit, quare in articulo presenti datur doctrina quo pacto in eo casu procedendum sit. ¶ Vnde nota [a] quod respondere vnus non tenetur alteri in quatuor casibus. Primo si accusatur in idio-

a. *Respõdere unus alteri nõ tenetur in quatuor casibus concordat supra eo.li.ar.xxx*

151

mate quod ignorat vt textus habet. Alij casus habẽtur supra eo.li.ar.xxx.in glo. Potest tamen actor vna lingua quęrulari, & respondens itidem alia respondere dũmodo vterq; se intelligat, vt Insti.de verbo. obli.§. in hac re.& ff.eo. ti.L.i.

Si iuramento affirmet quod Theutonicum ignorauerit &c. Allegare forsan quidã posset Theutonicum se ignorare cum tamen illud calleat. Quare tria in textu ponuntur super eo documenta. Primum si testificari contra eũ potest quod antehac in theutonico respondebat vel agebat &c. respondere vt sic cogitur vt textus habet.

Circa id quęritur quid si in Theutonico alia disposuit negotia, an testimonio vinci possit R. quod non, quicquid enim extra iudicium aliquid saxo fecerit, iuramẽto absolui potest vt supra li.i.ar.xviij. Sed si coram iudicio actum quid sit testimonio conuincitur, vt supra li. i. ar. vij. Secundum quod iurare eum oportet est, quod videlicet non intelligat pro posita actoris, si vero iurare nelluerit respondere cogitur, vt C. de iureiuran. L. in bonę, & L. cum proponas. Tertium si recognoscat linguam illam, & in ea accusatur, postmodum vero eam negare veller, illud auxiliari sibi minime potest [b] quia nullus immutare verbũ poterit in damnum alterius, vt ff. de reg. iur. L. nemo.

b. *Verbum immutari non debet in damnũ alterius.*

Quem actor & iudex intelligat &c. Iste §. cõtrariari priori videtur vbi dictum est, quod innato sermone quęrela proponi debet, quomodo id fieri potest si respondens Italus vel Sclauus sit, & actor Theutonicus vt sibi responderet sermone sibi intelligibili, videtur enim id esse impossibile, sed ad impossibilia nemo obligatur, vt ff. de reg. iur. L. verum. Ius autem & lex possibilis esse debet, vt iiij. dist. erit autem. ꝛc. prout in antiquis originalibus scriptum habetur, quod articulus iste respondentem cogere non vult, vt respondeat sermone sibi incognito, sed quod ferendarium habeat qui verba & responsionem eius notificet, quicquid enim statuitur contra actorem, hoc etiam reus facere cogitur, vt ff. de reg. iur. L. non debet.

Articulus. LXXII.

Date doctrina ind̃ ingenua proles

Legittima & ingenua proles, Clipeum patris sui & hæreditatẽ eius matrisq; obtinet si sit æqualis generationis uel melioris.

[a] *Concordat Iur.mu. ar.iij.*

Glosa.

Legittima & ingenua proles &c. [b] Sed quaeritur probetur filiacio vtriusq; dic quod maternitas legittima & naturalis potest probari per testes scilicet per obstetrices quę interfuerunt, ff. de ven. inspi. L.i. §. de inspiciendo &. §. sequen. Paternitas autem probatur per nuptias, nam postq; semen apposuerit id marito acquiritur qui est dominus ventris, & ideo patris debet sequi conditionem, patris inquam tanquam domini & tanq; ciuis. Et hoc est quod dicit lex quia mater semper certa est, pater autem est is quem nuptie demonstrant, ff. de in ius vo. L. quia semper. Nisi forte maritus anniculum inueniat in quo pateat quod suus non est, ff. de his qui sui uel alie. sunt L. filium. ff. de libe. & posthu. L. si posthumus. §. vlti. & de carbo. edic. L.i. §. Pomponius. Statur enim in hoc casu verbo viri & mulieris, scilicet paternis & maternis, si quem filium nominent & affectum paternum erga eum demonstrent, talibus enim violentis presumcionibus prima facie nisi cõtrariũ probetur statur de presumpc. afferte, & c. illud, C. de adop. L penul. §. si vero, maxime si inueniatur in possessione filiationis nisi contrarium probetur, C. de proba. L. non nudis, & de testa. L. nec professio, & ff. de proba. L. imperato, grande ergo iudicium, p filio facit professio patris. ff. de libe. agnos. L. i. §. Iulianus. Legittima autem filiatio & Ciuilis probatur per testes. ff. de probatio. L. ab ea parte. C. de adopti. L. vlti. & de emancipa. L. iij. Et idem de legittima & spirituali de cognia. spiritua. veriens. &c. vlti. Naturalis vo tatum probatur per testes & famam, & recognitionem, & affectionem, de proba. per ruas. C. de nup. L. si vicinis. ff. de ritu. nupci. L. in libere, & de concubi. L. in concubinatu, & xxxij. q. iiij. liberi.

b. *Filiacio qualiter probetur uide hic.*

Ac matris hereditatem &c. Hic clarum habes textum quod legittimus succedit parentibus non distinguendo etiam an ab initio, an ex post facto fuerit de legittimo matrimonio natus, vt in c. cum inter, & c. lator, & c. ex tenore & in c. tanta, cum ibi notatis qui filij sunt legitti. Pro quo etiam vide supra li.i.ar, li. Licet aliqui errantes dicant quod quamdiu illegittimatio in progenitores & superiores possit computari & probari, tamdiu etiam legittimus non succedit parentibus qd falsum est. [c] nam si nepos est legittimus ḡuis filius est natus ex coitu damnato, succedit tamen auo secundum quosdam, Nam vicium censetur purgatum per mediam personam secundum aliquos vide in ꝛ. ij. sub ar. ij. cum remis. ꝛ. v. ar. xxxix. & ar. li. supra li. i.

c. *Illegittimi filij filius succedit auo secundũ quosdam.*

Glosa.

Clipeum & hereditatem &c. hoc est feudum & insignia quę defert tum & hereditatem tollit, vt supra li.i.ar.xvij. & in auten. de hęredibus ab intestato, veriẽ. §. quę igitur. coll. ix.

Articulus LXXIII

a quouis alterius quis filius aut filia oriundus sit

SIucro Pagana aut Vilica bannito copulatur[a] genita ex ea proles non matri sed patri in emenda & uerigeldo coequatur, quia ius obtinet patris & non matris, & ideo nō succedunt in hæreditatē matris aut alicuius cognati ex parte matris. Istud etiā ius habebāt Ministeriales usq; ad tempora Vichmani Archiepiscopi Maydeburgeñ, quod filius patris & filia matris iura nanciscebantur, & si ministerialis existebat conditionis cos sequæbatur, nec tunc inter ministeriales erat opus permutatione.[b] A iuris autem principio hoc ius fuit quod liber partus nunquam serulem procreauit partum. A prædicti autem Archiepiscopi temporibus hoc ius inualuit,[c] quod proles utriusq; sexus tam filius q̄ filia in conditione erat matris si mater theutonica existebat, licet pater sclauus aut theutonicus nuncuparetur, Sclaue autem proles sequitur patrem sclauum. Si uero theutonicus fuerit iura nanciscitur suæ matris. Aliqui dicunt quod sclaue sint ingenuæ ex eo quod earum proles sequitur patrem sclauum, quod reprobamus, quia suis dominis quotiens copulētur præstant mercedem copulationis, quotiens etiam a uiro iuxta eorum rittum separentur, domino soluunt tres solidos, & in aliquibus locis plus secundum eorum ueteres consuetudines.

a. *Concordat Iur. mu. ar. iij. Textus tamen uetustiores hunc textum ita legunt, si mulier orta de idoneo scabinis, nubat tabernario aut colono seu ullico simplici genita ex ea proles &c.*

b. *Vide ad hanc materiam Iur. mu. ar. iij.*

c. *Alij textus hunc paragraphum ita legūt Proles utriusq; sexus in conditione matris erat & cui ipsa pertinebat ut pote si theutonica fuit proles eam insequæbatur & eidē perunebat, & p r cō sequens panebat etiā illi cui mater, siue pater sit Theutonicus siue Sclauus, Sclaue autem proles sequitur patrem sclauū, si sclauus sit. Si uero theutonicus fuerit matrem sequitur.*

Glosa.

A iuris autē principio &c. Vide Insti. de ingenu. inprin. vbi dicitur, si quis ex libera matre nascatur patre vero seruo, ingenuus nihilominus nascitur, quemadmodū qui ex matre libera & incerto patre natus est, sufficit autē liberā fuisse matrē eo tēpore quo nascit licet ancilla conceperit,[d] Sequitur em̄ part⁹ ventrem quoad libertatem. C. de rei. vendi. L. partū, de na. ex libe. ven. c. vnico. ff. de stato. L. & seruorum, & de ser. non ordi. c. vlti. Illud verum de iure communi, de consuetudine vero vel alio iure singulari posset esse secus, vt in c. licet de coniu. ser. & infra hoc eo. arti. Qualiter autem & in quibus partus sequitur patrem & matrem, vide ad plenū per Hostieñ in sum. de seruis non ordinan. §. quid sit libertas, vers. est & quarta, & de coniu. seruo. §. & an consensus, & in prin. de na. ex libe. ven. §. cuius conditionem. Illud etiam certum est, quod si dominus ancillam suā dotē sibi conscribēdo quod in liberis tantū mulieribus fieri consueuit, & non in ancillis, vt ff. de iure do. L. si mulier. §. vlti. &. L. proculus. Vel tanḡ liberam alicui libero tradiderit matrimonialiter in vxorem, vel sciēs eam duci a libero taceat, amittit propterea ius suum, & mulier eripitur in libertatem. Et idem est de seruo si sciente, tacente, vel tradente domino suo cum libera contrahat, vt in auten. vt liberti. de cętero. §. sed et si quis. coll. vi. & in auten de nup. §. si vero ab initio. coll. iiij. &. C. de Iati. liber. tol. L. vnica. §. si quis. de hoc per Hostieñ. in sum. de coniu. seruo. in dict. §. & an cōsensus. ver. verum si domin⁹. Si autem seruus vel ancilla matrimoniū contraxerint, nulla ratione propter id est dissolueñ. Sacramentum em̄ Ecclesię est quare & seruis minime denegari debet,[e] vt in c. i. de coniu. seruo. inuito domino & contradicente, dominus tamen non debet seruitijs debitis defraudari vt ibi. Et partus ancille vxorate eo iusdem domini cuius erat ancilla quicunq; etiam fuerat pater siue liber siue seruus efficitur. ff. de sta. homi. L. & seruorum. Et pecunia tradita ex parte ancille viro dotis nomine, an sit viri, quod dic vt in allega. legi. si mulier. §. vlti. & L proculus. ff. de iur. doti.

d. *Vide Iur. mu. ar. ij. & ar. iij.*

e. *Contrarium istius vide supra eo. li. ar. xxvij. Iur. mu. ar. iij.*

Glosa.

Articulus p̄sens tractat, quomodo quis alteri similis in generatione fit quę in iure magnam facit controuersiam,[f] vnde nota quod similem generatione esse alteri intelligitur quadruplicit̄er. Primo ratione officij, & de isto loquitur hic cum dicitur bannito. Bannitus enim dicitur qui proprium libere possidet vt ex illo officium scabinatus in Comitatu habere possit, vt supra li. i. ar. ij. & istud ratione officij quod habet deriuatur in filium & propinquiorem agnatum, & non in pueros filię quia illi nanciscūtur iura sui patris vt supra li. iij. ar. xxvi in fi.

f. *Similem esse generatione intelligitur quadrupliciter, ad hāc materiam vide supra li. i. ar. ij. & ar. vi. li. ij ar. xij. Iur. mu. ar. xxxe iij.*

152

Istud etiā ius &c. Tangitur secundus modus similis generationis, quod est ratione seruitij quod occasione bonorum in feudum datorū prestatur. Ex quo etenim bona conceduntur propter id quod seruitium impendatur Principibus vel Ecclesię, vt in li. feu. c. lxij. Cum ergo alter alterius ministerialis est, ille non est generatione equalis isti cuius bona accipit, & ita bona illa sibi cedere non possunt. Si enim id contingat quod bona ex quibus ministerialis ad Maideburgum esse deberet hereditare possent in illum qui in Brandeburg vel alibi ministerialis est perirent & desolarentur officia in feudatorum principum, quia iste ad seruitiū nascererur, & alter bona possideret quę loco mercedis esse deberent istius hic ministerialis quod fieri non debet, vt infra ar. lxxxi. quod etiam hic textus habet, quod ministeriales eiusdem iuris sint sicut banniti hoc in toto fieri nō potest, & hoc ex eo intelligitur. Banniti enim accipiunt hereditatem & omne ius post decessum patris. Sed ministeriales iura nanciscebantur matris, & hoc vsq; ad tempora Vichmani archiepiscopi, qui vt textus habet de cōsensu Imperatoris hoc ius immutauit, statutumq; fuit, quod filius patris & filia matris iura nāciscebantur, vt si pater liber fuit, mater vero serua, filius natus liber erat, & non filia. Si vero mater libera, & pater seruus, filia nata libera erat, & nō filius, de hoc vide supra li. i. ar. xvi.

A Iuris autem principio &c. Tangitur tertiū quomodo vnus alteri similis vel dissimilis generatione existit, & dicit quod seruus non est similis generatione libero. Seruus etenim non potest hereditare bona liberi, quia quicquid seruus acquirit domini est, vt supra eo. li. ar. xxxij. & Insti. per quas perso. acqui. §. i. & Insti. qui sui vel alieni sunt iuris. §. ij.

Quod liber partus nunquam seruilem partū &c. Tāgitur id quod a principio legibus cautum est, quod videlicet mulier libera seruilē parrum procreare non potuit, dato quod maritus fuit seruus, vt Insti. de iure perso. §. vlti. & Insti. de ingenu. §. i.

A prędicti autem archiepiscopi temporibus &c. Quidam intelligunt hunc textum quod puer seruilis conditionis non existit, q̄uis pater sit seruus mater tamen libera, secus vero intelligēdum est vt patet ex post sequētibus, cū dicitur si mater cui proles illa pertinebat theutonica existat licet patē Sclauus aut theutonicus &c. si vero sclauo pertinebit, proles illa non erit libera & ita id quod prius sequit.

g. *Vide supra eo. li. ar xx. Iur. mu. in prolo.*

g Aliqui dicūt quod sclaue sint ingenue &c. Sciendum quod sclaui ab antiquo vt in plurimum serui erant, quia cum saxonum prede cessores in prouintiam istam aduenerant Nothuringos hoc est sclauos occuparunt, & qui viui remanserunt serui & captiui effecti sunt & exinde venit eorum seruitus sicut & quęlibet alia[e] vt Insti. de iur. perso. §. serui. & Insti. de liber. §. manumissio, supra eo. li. ar. xlij. & xliij. Notandum tamen circa id quod vbi certo nescitur aliquem esse seruum pro libero reputari debet, vt supra eo. li. ar. xxxij. & ff. de reg. iur. L. libertas.

Secundum consuetudinē prouincię &c. Hoc erat tēpore quo fidem non susceperant Christianam, nam tunc temporis dimittebāt vxores pro libitu, quia tamen id repugnat Christiane charitati, cōsuetudo illa abolita est nec seruari debet, vt extra de consuetudine. c. ij. supra li. i. ar. xviij. in fi. & i. dist. c. consuetudo & viij dist. c. mala. Quarto similis generatiōe alteri fit ratione militaris originis, sicut in scuto bellico quod nobilitatem vocamus.

h. *Similis generatōis differeta iure nostro maximæ est necessaria. uide supra lib. ar. xlv. gio.*

h Notandū qd̄ hęc q̄druplex similis generationis differentia in hoc libro maxime est necessaria, sępius em̄ mētio de eadē habeť, multiq; ignorant ad quā illarū applicari aliquid debeant. Vt itaq; maior illius rotitia habeat breuiter transcurrendum est, vbi & in quibus articulis mentio de illa fit, & ad quam ex his quatuor applicari debeat. Vnde sciēdum q⁹ li. i. de simili generatione habetur ar. ij. xxij. & xxvij. § ij. & xliij. §. ij. li. ij. ar. iij. & xij. §. iij. & iiij. & li. iij. ar. xix. xxvi. liij. lxv. lxxij. hę omnes similis generationis acceptiones pertinēt ad primum modum quia ad iudicium referūtur. Quoad secundum modum habetur li. i. ar. ix. & lxx. vbi agitur de ministerialibus. Quoad tertium modum habetur li. i. ar. iij. §. vi. & ar. v. §. i. & li. iij. ar. xxij. xxxiij. xli. xlviij. & ix. Ibi enim habetur de seruorum simili generatione. Quoad quartum habetur li. i. ar. iij. §. ij. & ar. x. xx. xxiij. xxv xliij. §. iiij. & li. §. ij. & xl. §. iiij. & li. ij. ar. xv. & item li. iij. ar. lvi. li. feu. c. lxxij §. iij. & hoc pertinet ad militarem dignitatem.

Articulus LXXIIII

DIuortium si iure fuerit celebratum inter uirum & uxorem, mulier dotalitiū idest uitæ prouisionem si in proprietate uiri donatum fuerit & ædificia in ea locata obtinebit, sed ædificia huiusmodi destruere aut auferre minime poterit. Præter id nihil consequetur de ædificio sed neq; dotē. Suppellectilis sua idest utensilia & & comestibilia idest pulmētaria debēt etiā sibi reddi, & qcquid ad maritū secum attulit aut tantū sibi de uiri bonis dabitur, quantū in cōtractu matrimonij promissum fuerat.

Glosa.

a. *Cause matrimoniales diuorcij & occasione dotis ad iudicē Ecclesiasticum pertinent.*

Diuortiū si iure fuerit &c. [a] Scias quod causa matrimonialis seu diuorcij est de iure communi tractanda coram iudice Ecclesiastico sicut & causa dotis quę est accessoria ad matrimoniū, vt in c. de prudentia. de don. inter virum & vxorem. Et est huiusmodi iudex Episcopus. xxv. dist. perlectis, vel eius officialis, vel alius ab eo specialiter delegatus, de frigi. & male. c. j. de regula. c. ij. & de Instit. c. ex frequentibus, cum tunc Episcopo succedat in iurisdic. de maio. & obe. cum olim. Et etiam inferior Episcopo. puta Archidiacon⁹ Archipresbyter. Abbas. vel alius minister Ecclesię ex speciali priuilegio vel mandato Episcopi, aut ex consuetudine prescripta & sic intelligitur de tesubus. c. Albertus, & de testi. cogen. preterea.

Tempore copulationis &c̄. Et illud proprię est dos, vt in c. nuper. de don. inter vir. & vxo. vbi dicitur. Illud ỳo te nolum⁹ ignorare quod vxor dare dicitur viro dotē, vir autem vxori donationem facere propter nuptias secundum legittimas sanctiones, & illa

b. *Vide supra li. i. ar. xx. glo.*

mulieribus est restituenda. [b] Etiam de iure canonico, quod sic disponit. Mulieres cum pro aliqua licita causa a proprijs viris fuerint separate totam dotem precipimus eis reddi. Et sicut soluto matrimonio dos redit ad mulierem, ita & donatio propter nuptias redit ad virum, vt de don. inter vir. & vxo. c. i. & vlti.

Glosa.

Mulier sepekatā iure &c. vt textus habet & supra ar. xxvij. dotalicium obtinet & ędificia quę tamen auferre non poterit quod facere possit si post mortem eius ad eam venirent, quia vt sic obtinet dotem, supellectilem, & comestibilia, vt Insti. de donatio. per totum. Et eqcquid bonorum ad maritum attulit vel sibi promissum fuerit &c̄. Circa id sciendum quod mulier vt sic tollit proprium suum & donationem propter nuptias, vt in auten. de nup. §. per occasionem coll. iij. etiam si cui extraneo alienatum sit totum recuperabit c Attamen diuortio subsequto pueri si quos antehac genuerint ex vtroq; nutriri debent, apud matrem tamen manebunt q̄diu non adoleuerint, vt in auten. vt lice. ma. & aui. §. illud quoq; coll. viij. & C. de alimentis. L. i. ij. & iij. Si vero ex vnius culpa diuortium sit illud, pueri manebunt circa illum qui occasionem diuortij non dederit, vt C. de diuortijs L. i. & in autē. de nup. §. i. coll. iij. & C. de pa. potes. L. filia. Attendendum etiam quod mater per triēnium pueros fouere ex debito tenetur, vt C. de pa. potes. L. penulti.

c. *Diuortio subsequto pueri apud matrem manebunt, quoad adoleuerint.*

IN proprietatibus uera donatio seu uitæ prouisio fit mulieri & non in feudo. [a] Quia in propri etate nemo illis ad uitam ipsarum infringere potest, in feudo uero eā multis modis uiciari contingit. Feudum marito viuēte propter nuptias est mulieris donatio, ipso mortuo eius feudum appellatur. Neq; uir neq; mulier diutius feudum q̄ ad uitæ suæ tempora retinebunt, licet uir ipsum iure hæreditario et nō mulier post se relinquat.

a. *Concordat iur. mu. ar. xxij. glo.*

Glosa.

In feudo vero &c. Et si maritus concesserit vxori rem feudalem in dorationem propter nuptias viro dęfuncto, mulier ipsam rem retinere amplius non potest, nisi dominus ad quem dominium istius rei pertinet a principio vel ex post facto voluerit consentire, vt legitur & notatur in c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. Et si dominus alienationi rei feudalis consenserit, tūc non poterit postea reuocare. Ar. ff. qui. mo. pig. sol. L. sicut. §. si volūtatem, & §. si permiserit, & L. si debitor. §. si in venditione.

Et non mulier &c. Ad hoc Ar. in li. feu. si femina habēs beneficium moriatur, nullomō succedit in beneficium maritus nisi specialiter inuestitus fuerit, & si ipsa femina filios dimiserit, dicunt quidam filios non debere succedere in beneficium matris nisi specialiter sit dictum vel nisi inuestiti fuerint, nam secundum vsum regni beneficium vocatur paternum & non maternum, Sed secundum equitatem dicamus filios debere succedere, vt in libro feu. titu. An maritus succedat vxori. c. si femina, & item iur. feu. c. xxi.

Glosa.

Quandoquidem vitę prouisio mulieribus vt communiter fit in proprio aut feudo. Declaratur itaq; hic in quo potissimum fieri debeat quod non infringatur & dicit quod in proprio & nō in feudo. Text⁹ tamē articuli impugnari potest tribus rationib⁹. Primū quicquid mulier vite prouisionis habet, ius ad illud habere videtur, admissoq; quod mulieres ad feudum nullum ius habent, sed si sibi confertur ius ad illud habebunt, vt in li. feu. c. ij. §. vlti. vbi habetur si quis consequtus fuerit bonorum feudalium possessionē illa possi

153

dere debet & continuatur vsq; ad alium dominum. Secundo improbatur articulus quia mulier eque nullum ius habet ad proprium nisi iudex illud sibi tribuat, sicut nec ad feudū nisi dominus conferat, si itaq; iudice indigeat quoad proprium obtinendum sicut & domino feudali quoad feudum, quare simili iure vtrunq; consequi potest. Tertio quia maritus vxori proprium conferre non potest quoad vitę prouisionem sine consensu hęredum, vt supra li. i. ar. xxi. & ar. lij. Feudum vero confertur sine hęredum consensu, sed illud quod faciliori iure conferri potest tutius obtinetur Nec obstat declaratio in textu articuli posita vbi dicitur, vitę prouisio in feudo esse nō potest ex eo, quia vt sepius viciari & infringi potest. Declaratio enim ista falsa est. Feudum enim ipsis nolentibus ab eis auferri non potest. Proprium vero multis modis amittitur per mulierem in qua vitę prouisio sibi facta est, vt si ex possessione eam dimittat, vel ligna fructifera succidat, vel ascripticios fugiat &c. vt li i. ar. xxi. Et quia eque vtrunq; perdere possunt quare non erit potius ius in vno q̄ in alio. Soluuntur tamen instantię per interemptionem earumdem. Tempore enim Ecke qui translator priuilegij fuit, ius mulierum non erat pinguius & melius in feudo. A multis si quidē feudum habebatur sine certa possessione, & isto stante varijs etiam modis alienabatur vel per mortem domini qui illud cō ferebat, nec succedere potuerunt ad alios dominos, vt feu. c. ij. & xxiiij. Etiam prouentus certos dominis tribuebant, vt feu. c. iiij. Pręterea illi q feudum testificari debuissent illud videre & audire eos necesse fuit, & propter has controuersias ac difficultates necessaria prouisio mulieribus erat, vt vir cum vxore illud susceptabat, vt feu. c. lxxv. per translatorem itaq; priuilegij consultum est vt in proprio prouisio huiusmōi mulieribus sit. Iusq; istud Fredericus Imperator in fauorem mulierum statuit. Leges enim multa in fauorem mulierum sanxerunt, vt Insti. qui aliena. licet vel non §. i. & C. de rei vxorie actione. L. vnica. §. cum lex. C. de iure dotium. L. quotiens & ff. de donatio. inter vir. & vxo. in multis legibus. C. de fun. dota. L. i. ff. eo. ti. L. iij. & iiij. & Insti. de actio. §. fuerat. In auten. de equali. do. §. his consequenter. coll. vij. In auten. vt immobi. ante. nupci. §. ij. coll. v.

Feudum marito viuente &c. hic declarat autor priuilegij quod non securum fuit mulieribus vitę prouisionem habere in feudo, de facili enim alienari potuit ab ea, ex eo, quia expectantia feudalis ipsius fuit, Nunc autem est eius proprium feudum quia illud actualiter possident cum vir & vxor inter se possideāt bona indiuisa, vt supra li. i. ar. xxxi.

Notandum circa id quod donatio huiusmodi seu vitę prouisio quandoq; nuncupatur expectantia feudalis, hic vero dotalitium nominatur quia confertur in recompensam dotis apportate [b] nomina eīm rebus adequari debent, vt Insti. de donati. §. sed nos. C. de Episco. & cleri. L. decernimus.

b. *Nomina rebus adequari debent.*

Neq; vir neq; mulier &c. hoc fit ex eo, quia est stipendium militare quod pater hereditat in filium, si illud promereri poterit, sunt tamen nonnulle constitutiones in antiquo iure quę disponūt quod mulieres hęreditare possunt. Iure tamen saxonico constitutiones ille abrogate sunt, vt feu. c. ij. & xi.

Articulus. LXXVI

MOritur autē mulieri uir eius, [a] & ipsa si cum mariti hæredibus permanserit rebus indiuisis longo aut breui tempore, si postea diuidere uoluerit in omnibus quæ ibi tunc supersunt rebus suam accipiet propter nuptias donationem. Domestica cibaria utensilia [b] sicut accipere debuerat tpe mortis mariti sui. Si uero mulier interim alteri copuletur, copulatusq; ad eam & ad indiuisa cum hæredibus bona ingressus fuerit, & postea uxor decesserit, uir obtinet plenum ius in omnibus bonis mobilibus exceptis ædificijs & suppellectili. Qui uxorem duxerit uiduam habentem feudum, proprium, aut dotalitium, uitæ prouisionem, aut terram censualem, quicquid in bonis arando culture tradiderit, laboratūue sit, interimq; moriatur uxor priusquā uir seminet, licebit ut sic marito seminare anno, nam & metere, cēsumq; seu pensionem aut pactum soluere successori ad quem bona illa deuoluūtur tenebitur. Sed si mulier agro iam seminato & sub terra abscondito obierit, uir percipere debet fructus. [c] Censum autem sed nec quicquam de his soluere tenebitur de quibus ipsa dum uixerat nihil persolucbat. [d] Cēsus etiā & redditus, qui in mu-

a. *Vide supra li. i. ar. xx.*

b. *Fallit secundum ius mun. ar. xxij. Ibidem ad hanc materiam ut de abundantius.*

c. *Textus antiqui ita legunt si & inquantum ager huiusmodi nemini censualis sit, ita quod uxor olim censum ex eo nō prestabat &c.*

d. *Textus uetustiores ita habēt, si census aliquis multi rem pertinebat, interimq; eo non percepto obierit, maritо census huiusmōi pertinebit.*

lieris fuerint bonis si ipsa post dies ad soluendum deputatos ab hac luce decesserit, census & pensio uiro pertinet, quasi stipendium deseruitum, sicut hæredum esset si uirum non duxisset.

Glosa.

Paragraphus primus articuli presentis sufficieter habetur expositus supra li.i.ar.xx.§.iij. Si vero mulier alio copuletur &c. Quod vir mobilia post mortē vxoris retinet, est ex eo, quia nulla mobilia mulier hereditat ad hæredes, huiusmōi etem bona mulierem iure pertinebant. Quod autem ędificia & geradam seu supellectilem nō capit maritus, est ex eo, quia ex gratia illud datum est mulieri. Vnde dicitur in textu marit⁹ omne ius mulieris retinet in mobilibus. Q.d. ad quid mulier ius habet ad illud & vir, sed qđ mulieri de gratia datum fuit hoc non iuuat maritum. Geradia enim & proprium de gratia mulieribus confertur, [e] gratia autem non iuuat nisi illū cui data est, vt Insti. de iur. natu. gēci. & Ciui. §. plane. Qui vxorem duxerit viduam &c. Et ga necessario sciendum fuit quantum iuris vir habeat in bonis mulieris, [f] Quare in textu tanguntur quadruplicia bona, quę vt communiter vir collit cum vxore. Primo est proprium & illud est duplex. Primum ita cōpetit mulieri quod illud hereditare potest in omnes pueros tam prioris q̄ sequentis mariti, vt supra li.ij.ar.xxiij. & illud proprium est quod iure hereditario illis pertinet. Queritur vlteri⁹ circa id an illud alienari poterit necne ſ. sub distinctione vel illud alienare vult propinquis (glosa antiqua habet & verius extraneis) vel hęredibus, vel marito suo, Si extraneis, vel illud fit ex fauore aut ꝓpter deum, si ex fauore, necessario requiritur consensus viri & hęredum, vt supra li.i. ar. xxxi. Quid si illud det cum voluntate viri vel propinquorum & non hęredum. ℟. quod vir & mulier illis carebunt, hęredes vero illa faciliter vendicare poterint, vt supra li.i.ar. liij. Quod si dabit cum consensu hęredum sine tamē voluntate viri, donatio quidem illa valet sed ille cui donatur nullam vtilitatem ante mortem vxoris habebit, quia vtilitas vita durante vxoris apud maritum manebit. Illa vero mortua cui donatum est cedit & non hęredibus, qa quod semel placuit &c. ff. de reg. iur. L. nemo. [g] Si vero hęredibus illud dare vult consensu mariti indiget, vt Insti. de adopci. §. si vero. Item si marito donare vellet, hoc fieri non potest dato quod consensus hęredū sit. Maritus em̄ est tutor vxoris, pupillus autem tutori nihil dare potest, vt in auten. qui obliga. se habe. ꝑhi. §. quod si quis. coll. vi.

Si vero alienare vellet propter deum ideſt testamentaliter, id facere non potest sine hęredū consensu iure saxonico, secundum leges autē ei facere admittitur sine hęredum consensu si tertiam partem relinquat pueris, vt in auten. de trien. & semis. §. hoc nos coll. iij. Aliud ꝓprium quod maritus cum vxore accipit est proprium quod vxori donatur ad vitam ipsius quod & vsufructus proprie dicitur, & illud alienare non potest quia post mortem cedit ad hęredes illius qui donationem fecerat, & illa non nisi vsufructum ad vitam habebit [h] Cum dicitur feudum aut dotalitium habētem &c. hic multi errare videntur in vocabulis istis feudo videlicet & dotalitio, quia vt communiter dotalitium seu vitę prouisio feudum mulieris est ex eo, quia ad nullum illd ꝑ hęreditat. Ad declarandum itaq; errorem & difficultatem huiusmodi [i] Sciendum quod mulieres quadruplex feudū habere possunt [k] Primo habere poterint ius feudi in bonis ex quibus imperio nullum seruicium ꝓstatur, vt est feudum Castrensę seu. c. iij. Secundo quod ad vitā emitur per easdem. Tertio in bonis demortuis quando aliquid ad illas hęreditat, vel per mortem cedit quę devoluto ria bona dicuntur. Quarto in illo quę donantur sibi respectu dotis apportate quod & dotalitium dicitur.

[l] Pro intellectu ꝓterea clariori horum nota differentiam expectantię feudalis, vitę prouisionis. & dotalitij. Feudalis expectantia dicitur, quādo dominus confert bona alicui sub conditione, hoc est si vacare illa cōtigerit post mortem alicuius vasalli qui sine prole deceſſerit. Istud plerię tribuere solebant vxoribꝰ suis in feudum pro eorum dotalitio, sed quia vt plurimū viciabat & infringebatur illud idem vt pote si illud vacare dominis non contingebat nec ipsi habere quicquam in eo potuerunt. Exinde venit illud iuxta aliquorum sententiam & dictum quod maritus dotalitiū vxoris suę dimittere potest sine cōsensu eius, postq̄ etenim confertur vt sic mulieri quicq̄ in expectantia feudali aliquorum bonorum, is qui in possessione bona habet, dimittere bona huiusmodi poterit cuicunq; voluerit, vt seu. c.x. Secundum est vitę prouisio vxoris quam in possessione habet, & illam dimittere potest quando vult si sine tutore sit. Tertiū vocatur donatio propter nupcias, & est illud quod donatur in respectu dotis, & antequā illud vir mulieri donet, prius illud dimittere cogitur & postmodū dominus confert, virq; tandem illud aggrediatur in signum quod feudum hereditarium sit, quodq; vxori concessum est ad eius vitam, & de isto superiꝰ dictum habetur quod illud vir sine consensu etiam cum consensu vxoris alienare non pōt alias mulier illud recuperabit ab vnoquoq; emptore nisi sibi alia donationis recompensatio fiat, vt Insti. qui. mo. aliena. licet. §. accidit, & in auten. vt immobi. ante nupci. do-

e. Grada non iuuat nisi illum cui concessa est.

f. Quadrupliđa bona quæ uir cum uxore percipit.

g. Vidua pueros habens post mortem uiri cū pupillorum tutore cohabitare non debet ex lege xij. tabu ubi habetur Tutori cum pupillorum ma-

tre ne habitato. Agnati seu substituti qui successionem spectant tutores sumto & dari tutores possūt. Sed si aliqua sit insidiarū suspitio apud alios pupillus educator, hæc tamen lex poāus quadrat & applicari debet ad art. xxiij. supra li.i.

h. Feudū mulieribus in dotalitium datum circa uitam mariti est uitæ ꝓuisio, post mortem uero est suum feudum, & dominus illi admittere ure debet sequellam in bona cū tutore eius, Mulier dotalitum in bonis feudalibus inscriptū marito secundo nubenti dare non potest, Maritus omnes fructus capit ex bonis feudalibus uxori suæ q̄diu ipsa uiuit, & post mortem fructus colligat, uel sibi reſarari debent omnia exposita fructuum & laboris facti, & census retenta eidem cedūt, feu. c. lvij.

i. Mulieres quadruplex feudum habere possunt.

k. Secundum aliquorū declarationem hic in isto passu feudum accapitur pro dotalitio, uitæ prouisione, donatione propter nuptias indifferenter.

l. Differentiam uide expectantiæ feudalis, uitæ prouisionis, dotalitij, concordat supra li.i.ar.xxxiij.

154

natī. §.I. coll.v. & in auten. vt nulli. iudi. lice. habe. §. & illud coll.ix. & C. ad senatusconsul. Velleianum. L. antiqua, & L. si mulier. & ff. de donaci. inter vir. & muli. L.i. Si verō illud iuramēto abrenunciauerint tenet abrenunciatio quia cogeretur iure Canonico, vt extra de iureiurando. c.i.li.vi. Et huiusmodi donatio in legibus vocatur donatio propter nuptias, vt Insti. de dona. §. sed nos. Alibi tamen in quibusdam locis, vt feu. c.v. glo. donatio propter nupcias indifferenter accipitur etiam pro expectantia feudali, quę vt supra dicebatur est pactio seu promissio feudi, vt si vni tribuitur feudum actu & alteri promittitur post mortem illius si decedat sine hęrede, hic tamen dotalitium proprie est quod fit & donatur in respectu dotis quę etiam vocatur propter nupcias.

m. Bona cēsualia duplia.

Aut terram censualem &c. [m] Nota quod bona censualia sunt duplicia, & secundum hoc dupliciter vni adueniunt, vel pertinent alicui ex hęreditate vel ex bonis, si hęreditarie alicui pertinent illi ad id nati esse debent, vt supra li.i.ar. xxi. §. penulti. & in auten. de non alienan. §. hęc ergo. coll.ij. & C. de agrico. & censi. L.ij. & L. quemadmodū. Secundo bona censualia alicui pertinent cum eis vnacū iure censito tribuuntur, vt hic in textu & infra ar. lxxix.

Quicquid in bonis arando &c. nec tamen aliquid deteriorabit, nullus enim locupletari debet cum iactura aliena. ff. de reg. iur. L. iure.

Laborare debet & fructus percipere &c. hoc est si agrū illud ceperat laborare tēpore vitę vxoris debet vltra cōtinuare laborem & censum seu pactum exinde soluere, sed si vltra laborem etiam impensas fecerit circa vitam vxoris ita quod illud seminauit nihil exinde soluere tenetur, retinet siquidem fructus pro labore & impensis suis, nullus enim laborem suum alteri gratis conferre debet, vt extra de simo. c. cum sit Romana, nec aliquis cogi potest quod laboresuo alterum ditet. x.q. ij. precarie, & dignus est fructibus qui laborem prestat, sufferre enim ille cogitur damnum in segetibus, quare & commodum digne expectare eidem licebit, vt Insti. de legi. patro. tuto. §. i. ff. de reg. iur. L. ij.

Si ipsa post dies ad soluendum deputatos mortua sit &c. Est enim census deseruitus, vt li.ij. ar. lviij. & id iuste euenit exquoquidem ille vxorem vsq; ad tempora census prouidebat. Cōueniētius est quod census percipiat q̄ hęredes q nullam prouisionem sibi fecerunt, Leges etenim id fieri suadent vt equitas vnicuiq; sit, vt in auten. de non eligen. secundo nuben. §. illud quoq;. coll.i. ff. de reg. iur. L. non debet, alias ius colluderet vnum quod fieri prohibetur. C. de bonis quę liber. L. si. §. penul. In autē. de equali. do. §. hęc igitur. coll. vij.

Articulus. LXXVII.

SI agrum seminatum ex sponat quis ad annos determinatos sub cēsu aut pensione certa qđ seminatum eidem certo tempore ui ceuersa restituat, in quocunq; tempore locator infra aunos moriatur terra seminata restituenda est hæredibus, quia defunctus non potuit agrum aratori diutius uarendare ni si quamdiu uiuebat. Hæredes autē tales ad quos bona prætacta pertinent census seu redditus præstare compelluntur cui pertinent de annonis, quēadmodum locatori defuncto præstabātur, [a] eo quod mortis suæ tēpore ipsius aratrum agrū non arauit.

a. Alter textus habet sicut soluebat illi qui terram exposuit ex eo quod aratam terram eius nō coluit sed alius

Glosa.

Ager seminat⁹ est hęredibus restituēdus &c. Quia lex conductionis est seruanda, vt Insti. de loca. & conduct. §. conductor. &. C. eo. ti. L. legem, facit regula contractus de reg. iur. li. vi. Sed quid si colonus seminauit agrum, an emptor agri possit eum expellere non resarciendo ei sumptus. Quidam tenent quod possit expelli. Et cōtrarium videtur per. L. si colonus. ff. de vi. & vi arma. vide. L. si fundus ff. loca. & in specu. eo. titu. § i. ver. sed pone. Et colonus sicut emphiteota non potest incidere nisi arbores ceduas quę sunt in fructu. de hoc. ff. so. ma. L. diuortio. §. si fundum per dij. & facit. ff. de dolo. L. & eleganter. §. i. Nam de uastare arbores & deuastare domum iudicantur ad pericula secūdum Bal. vbi supra in addi. & supra li.i.ar. liij.

Glosa.

Superius dictum est quid maritus post mortem vxoris in bonis eius obtinere potest, hic tādem declarat quid iuris habeat ille cui bona per dominum locantur vel conducuntur vt textus habet.

Articulus tamen iste impugnari potest tribus rationibus. Primo superius enim dictum est quod mortuo domino censitus hęredibus cē sum exsoluere debet nec ad varēdam nisi proprio aratro indigebit, vt supra li.i.ar. lix. §. ij.

Secũdo, quia in cõducto & locato cõtractus simpliciter teneri debẽt, vt. C. de loca. & con du. L. legem. & Instĩ. eo. ti. §. cõductor. Contract? em ex cõuẽtione legẽ accipit. ff. de po. L. i. §. si conueniat. quod aũt hic non fit, nam euenire poterit quod condictamen inter eos erat agrum restituere seminatũ in triennio, interim vero mori potest in vno anno & ita cũ iniuria esset vt seminatum agrum in vno anno restituere cogeretur. Tertio, fieri ẽm po test quod ille qui conduxit moriatur, & iste agrum seminauerit, postmodũ vero hẽredes mortui cõductoris agro se intromittere pos sint soluendo censum locatario quem solutu rus esset pro agro non seminato, si forsan nõ seminatum suscepisset, istudq; iniustum vide retur, hẽredes etenim ante omnia fructus ha berent, censusq; nõ plus penderent nisi quan tum ex inculto agro soluendus fuisset, & ita ditarentur cum damno istius qui conduxerat quod fieri non debet, vt. ff. de condi. indebi. L. nam hoc natura. ff. pro empto. L. qui cum ff. de petẽ. hẽre. L. plane. ff. de reg. iur. L. iure. Rationes prętacte soluũtur, quo ad primum quod censitus varendatione non indiget nisi aratro. Intelligi debet de bonis censualibus quę vrius sunt. Bona vero locata vt textus habet non mariti erãt tantum sed illa tenebat ex parte vxoris, & ga terram huiusmõi non diutius habere potuit nisi ipsa viuẽte. b Quare nec diutius eam varendare potest illi cui locauit nisi quamdiu ipse cum vxore viue bat. Nullus enim pinguius ius in alium trãs fũdere põt nisi vt solus habuit, vt. ff. de acq. re. domi. L. traditio. C. de distracti pigno. L. si debitor. ff. de pigno. & Ipo. L. pignoris. & C. sine censu. & reliquis. L. ij. & vlti. Vel dic si terra illius sit cum eam seminat, vt supra li. ij. ar. lix. Quod autem censitus nulla varendatione indiget nisi aratro, hoc intellige quod ni hil aliud indiget ad id quod fructus colligere possit illius anni nisi quod ostendat agrum illum laborasse. In proposito autem semina re eum oportet & seminatũ restituere, & hoc si seminatum susceperat & aliter non, & per id soluitur etiam tertiũ argumentum. Secun dum argumentum vbi dicitur quod condi tiones locati seruari debent. Intellige quod obseruari debent inter eos qui contractum fecerant & etiam per hẽredes si illud tollera re volunt, sin vero successores illud infringe re voluerint hoc facere debet sine damno alte rius partis vt textus habet ibi cum dicitur hę redes autem. c Secundum autem rei veritatẽ sciendum est quod in omni conductione bo norum requiritur consensus hẽredum quan do bona sub conditionibus locantur, quia si non consenserint pactum seruare non tenen tur. d Ex conducto enim aut locato ęque bo na hẽredum alienari possint sicut per vendi tionem, vt in auten. de non. alienan. aut per mutan. rebus Eccleſię. §. alienationis, & §. ga vero, coll. i. ff. de statu. liber. L. statu liberos.

Quemadmodum etenim in vendicione pe cunia, p bonis accipitur ita in cõducto posset tanta summa recognosci quod in euum ille in domo sederet nec hęres ad hęreditatem peruenire posset. Ad obuiandum itaq; his quodq; hęres bonis non fraudetur hęredes optionem habent si locatum tenere volunt, vel illi qui conduxerat pactum soluere quẽ ipse soluturus esset, & ita hęres veniet ad suã proprietatẽ & conductor manet sine damno. Quid si ille qui conduxerit damnũ suscepit, an ista quę supra dicebantur fieri possint. &. quod sic, quia qui contractum occasione locati vel conducti faciũt ignorare eos nõ debet ius hęredum quod videlicet ipsi illud suf ferre non coguntur, vt. ff. de reg. iur. L. qui cum alio. &. C. de legi. & consti. L. leges. & C. de iur. & fact. ignoran. L. constitutiones. & L. cum ignorantia.

Articulus LXXVIII

REx & quilibet Iudex su per uitam sanitatemq; & hæreditatẽ cuiuslibet sui uasalli siue cognati [a] iudicare potest, & in his suam non disrũpit fidelitatẽ. Vasallus etiã suo Regi & iudici & alĳs omni tẽpore licite iniurĳs resistere poterit q̃uis sint sui dñi seu cognati ac si externi sint, & in his suã non frãgit fidem. Vasallus licite insequi potest domi nũ & econtra, & cognatus cognatũ in causa pacis fracte & crimine recenti, & iurare tenetur ex parte iu dicĳ eundem detinere quãdo cum clamore ad id fuerit uocatus, nec in eo contra fidem delinquit suam. [b] Vasallus etiam dominum, uel do minus uasallum, necnon cognatus cognatum, & etiã alter ad alterius munitionem domum aut castrum licite sequitur [c] & ad arrestandum eum secundũ iuris formam potest patrocinium præstare, si ad perpe tratam iniuriam per uiolentiæ cla morem fuerit euocatus, & etiã mu nitio de iniurĳs infamata per eum si non excusetur licite destruatur, &

a. Alij textus legunt iudiao punire potest.

b. Alij textus ita leguũt, similiter castrum uel domum alterius quilibet prænominatus ex parte iudicij in uadere debet, & ad terram prosternere, si non legittime excusetur manetq; ut supra dictum est absq; culpa.

c. Vide supra eo. li. ar. lxviij.

b. vide supra eo li. ar. lx. Iur. mu. ar. xxvi. gl.

c. In omni cõductione consensus hæredum requiritur.

d. Ex conducto æque bona alienari possunt sicut per uenditionẽ.

155

in his suam non disrumpit fidelitatem. Licet etiã cuilibet defendere ciuitatem, burgum, castrum & ter ram, & uitam domini sui, & cogna ti, & uasalli, & etiam amici contra dominum, cognatum, & uasallum, si uiolenter impetantur, & contra eos licebit pugnare & non delin quet ut prædictum est dummodo res ipsorum nõ rapiat. Si uulneret uel occidat dominus uasallum aut ecõuerso necessitate compulsus nõ delinquit in fide si dicta necessitas contra lesum ut iuris est fuerit com probata. Socium in uia & hospitẽ tam actiuum q̃ passiuum, hoc est apud quem hospitio susceptus est, & quem in hospitium susceperit. & item illum qui ad gratiam alicuius confugit, tenetur quisq; pro posse defendere contra quemlibet uiolen tiam inferentem, nec ut sic contra fidem agere dicetur suam. Inuadat uero Vasallus dominum suum, uel dominus uasallum nondum corã uasallis secundũ quod iuris est pro posita cõtra eum actione, hic in suã fidem noscitur delinquisse. Si non animo damnificandi contra ipsum sese expediuerit seu aduenerit & dã num ex eius aduentu acciderit ab his qui eundem concomitantur, uel ipse adiuuerit inscienter, illud secun dum formam iuris resarcire tenetur & in his suam non disrumpit fideli tatem. Qui in expeditione seu co mitiua fuerit multorum & non sit principalis seu capitaneus, ab ali isq; socĳs inuasio sit & damnũ ex inde domino suo, uasallo, aut co gnato, aut cuicunq; fuerit illatum absq; consilio suo, facto iuramento manet sine culpa & absq; dolo.

Glosa.

Vasallus etiam suo regi & iudici &c. d An & quãdo de iure cõmuni liceat iudici resistere, vide. ff. de iusti. & iure. l. vt vim. C. de appel. L. quoniam. de senten. excõmuni. dilecto li. vi, & de tempo. ordi. c. ad aures. Libertatem aũt propriã defendere quis potest etiã de iure contra principem illã sine causa auferre vo lentem, vt notat Hostiẽ. in. c. significauit. de peni. & remiſ. vide etiam in. c. sane. de excessi. prela. Et hoc scias quod quiuis potest resistere iudici & se aduersus eum tueri, etiam si sit iudex suus ordinarius, si ipse ordine iuris nõ seruato iniurietur siue clerico siue laico in re bus vniuersaliter siue persona secundũ Inno. in. c. dilectus. de senten. excõmu. li. vi. alias. C. de iure fisci. L. prohibitum li. x. & in auten. vt iudi. sine quoquo. suff. §. volumus. coll. ij. Et dicit quo ad ordinariũ processum etiam qui habitus est per modũ inquisitionis, vt extra de testi. cogen. c. super his. & de offi. ordi. c. i. Et talis processus est legittimus & secundum leges in autẽ. de coll. §. iubemus. coll. ix. & ff. de offi. presi. L. cõgruit. & ibi vide in dicto. c. dilecto. Idem etiam tenet Ioan. mon. & vide in noud.

¶ Si vulnerat etiam vel occidat &c. Ignoscendum enim est ei qui sanguinẽ suum quomodocunq; redimere vult, vt L. i. C. de bo. eo. qui. mor. seu consti.

Suum viaticum socium & suum hospitem &c. hospes enim tenetur defendere suum hospitem, vnde & lex dat actionem contra eũ vt notatur xxxij. q. vij. offerebat.

Hic in suam fidem noscitur deliquisse &c. Et est talis proditor. e Est enim proditor qui sine vlla causa diffidatione eum qui de eo confidebat gratiter offendit vel vulnerat, & maxime committendo ea contra suum maiorẽ. Item dicitur proditor qui sine vlla diffidatione mouet bella. Item qui dat alicui potionẽ venenatam. Item proditor nuncupatur reuelator secretorum. Item dicitur proditor qui proponit transire ad gẽtem inimicam, de hoc per Bal. in vsi feu. ti. qui. mo. feu. amit. c. i. §. i. Et generaliter vasallus dicitur proditor cõmittens aliqua in personam domini contra formam fidelitatis, vt in c. i. in fi. de for. fidelitatis, & vide etiam iur. feu. c. lxxvi. Etiam in reperto. Caspa. de cal. d. p. ver. proditor. Ita videlicet quod aliter periculum euitare non potuit vt nota in lib. feu. titu. in qui. cau. feu. ammitta. alias enim vasallus contra omnes dominum suum adiuuare debet, etiam contra fratrem, filium & patrem nisi contra dominum antiquiorem qui cęteris est pręferendus. Debet autem vasallus dominum guerram facientem tunc adiuuare cũ sciat vel dubitet quod dominus eam iuste facit, sed si palam est quod irracionabiliter tũc non adiuuet eum ad offendendum sed ad de

d. Iudici an resistere liceat.

e. Proditor quis dicatur.

fendendum. Nec etiam est obligatus dominum excommunicatum vel a Rege bannitū adiuuare. Vasallus insuper ad seruiēdum vel ad iuuandum non tenetur nisi domino hoc petente & sibi denunciante, excepto si vasallus sciuerit maximū periculum domino imminere, & si tunc illud renuerit perdet feudū, vt in li. feu. titu. hic finitur lex in prin. &. §. ad hoc. &. fi. in. §. licet. ti. si de feu. controuer. fuerit.

Glosa.

Ex quoquidem iudicia omnia feuda sunt vt superioribus declaratum est, nullus enim super vitam aut bonis iudicare potest nisi iudicio sit infeudatus. In presenti itaq; articulo reuertitur ad declarandū illud quod iudicibus maxime opportunum fore videtur, vt est honestas ipsa & fama bona. f Vnde homo sine honore, p mortuo habetur, vt. C. ex qui. cau. insa. itroga. L. si furti. & Insti. de capi. diminu. §. i. ff. ad senatuscon. tertu. L. i. §. capitis. Et qa honor a fidelitate deriuatur quare hic tractat de fidelitate ipsa.

f. *Homo sine honore pro mortuo habetur.*

g. *Fidelitas triplex.*

g Vnde nota qd' fidelitas ex tribus venit, seu triplex est. Prima ex beneficio alicuius iuramento subsequuto, & hanc habere debet vasallus erga dominum suum & econtra. Humilem etenim benignum & fidelem vasallus se presetare tenetur erga dominū, vt clare habet xxij. q. v. de forma fidelitatis. Secunda fidelitas venit ex natura & exagnatione, diciturq; naturalis quia ex natura venit nec a iure positiuo opprimi potest. h Ius enim naturale opprimere quidem poterit ius positiuū, sed nō econtra, vt Insti. de legitti. agnato. tute. §. vlti. & Insti. de iur. gen. §. sed naturalia. Tertia fidelitas venit de iure & vtilitate, sicut est illa quā iure suadente vel erga ius & iudicium seruare debemus, nihil etenim est sanctius & vtilius q̄ sanctissimas leges illesas fidelit seruare iniusticiā propulsando, vt. C. de vete. iur. enucle. L. deo autore. §. cum itaq;. Quis etenim probus iustum iudicem non veneretur aut amet, vt in auten. vt iudi. sine quoquo suffra. §. eos autem. coll. ij. Nulla enim vtilitas legum esset nisi sit ille qui leges defendat & manuteneat, vt extra de elecci. & electi. potes. c. vbi periculum maius. §. preterea. li. vi. Euenit etem quādoq; ex causarum diuersitate quod iustus iudex iudicare cogitur contra suum dilectū dominum, & dominus contra fidelem vasallū, vel contra cognatum. Quare dicitur in textu rex & quilibet iudex, & illud intelligi debet de Rege Romanorum. Vbicunq; etem in hoc iuris processu Rex nominatur sine appositio, vel Princeps intelligi semp debet de Rege Romanorum, vt Insti. in prohemio. §. i. &. C. de legi. & consti. L. digna vox. &. ff. ad le. Iul. maiest. L. i.

h. *Vide supra ar. lxv. eo. li.*

Circa paragraphum primum vbi dicitur iudicare potest &c. i Incidit questio an ille iudex sit qui sententiam inuenit, vel qui illam interrogat. Quidam dicūt quod is iudex sit qui sententiam inuenit, & hoc probant aliqbus rationibus. Primo ille Iudex dicitur qui causam discutit, sed is qui sententiam inuenit causam discutere & determinare videtur. Vnde merito iudex dicitur is & non ille q̄ interrogat, nomina etenim adequari rebus debēt, vt Insti. de donatio. §. sed nos. &. C. de offici. prese. vrbis. L. i. &. C. de defenso. L. defessores. & hoc non esset si is qui interroget iudex esset, quia ille non adinuenit. Secundo nulla sententia esse potest nisi exprimat eam iudex solus, sed nullus exprimere melius potest nisi ille qui adinuenit ergo &c. vt. C. de senten. ex pericu. recitan. L. vlti. &. ff. de arbi. L. diem in prin. &. L. nō distinguemus. & extra de consue. c. ad audientiam. Tertio sententia non ligat nisi per iudicem exprimatur adinuenta Ex quo itaq; illius qui adinuenit sententia ligat, quare iudex merito dicitur, vt C. si non a compe. iudi. L. vlti, & ff. de arbi. L. diem, & extra de consue. c. ad audientiam, extra de iudi. c. at si clerici, & ij. q. i. c. in primis. Secundum tamen rei veritatem iudex dicitur ille qui interrogat, & id probatur quinq; rationibus. Primo nullus iudex fieri potest nisi sibi iudicium per feudum committatur, vel ad id eligatur, vt supra li. i. ar. lv. & xxiij. q. i. c. militare, & q. ij. c. i. & xxiij. q. iiij. c. ille, & aliis multis locis, sed huiusmodi feudum confertur illi q̄ interrogat & non qui adinuenit ergo &c. Secundo si is qui sententiam inuenit iudex esset, extunc vasallus contra dominum & cognatus contra cognatum iudex esse non posset, nullam enim sententiam contra eum inuenire potest, vt supra li. ij. ar. xij. Si ergo vasallus iudex domini esse potest vt hic textus habet, quare is qui interrogat iudex est, & non qui inuenit. Tertio is cui mulcta datur iudex est, & nullus est sine emēda preterq̄ iudex ipse, vt supra eo. li. ar. liij. Exquo iudici mulcta datur & non emenda, ergo is qui interrogat iudex est & non qui inuenit. Quarto in iudicio bannito mandare & precipere est iudicis, & non illius qui mandatum seruare tenetur cum itaq; ex eius mandato sententie inueniuntur ergo &c. Quinto iudex sentētiam nullam inuenire debet. vt supra eo. li. ar. xxx. §. fi. ergo nullus iudex est qui sententiam inuenit, sed qui interrogat, & istud tenetur p vero. Argumenta itaq; in oppositū adducta soluūtur. Primum vbi dicebatur qui causam discutit ille iudex videtur, sed qui sententiam inuenit causam discutere videt, ergo &c. Nomina enim rebus cō formari debent. k qd' istud debet esse de conuenientia sed non de necessitate, nomina enim & vocabula propter res excogitata sunt, vt C. de consti. pecu. L. ij. §. penulti. ff. de adimen. lega. L. iij. Insti. de lega. §. longe. Vel &. quod is qui sen-

i. *Iudex quis sit an ille qui inuenit sententiā uel q interrogat uide.*

k. *Nomina rebus adequari debent quomō intelligitur ude.*

136

tentiam inuenit non dicitur negotium discutere, sed is qui sententiam precipit seruare, & is est iudex qui interrogat &c. Ad secundum vbi dicitur quod nulla sentētia est nisi eam solus iudex edicat. &. quod istud tenetur secundum leges, & non de iure Saxonico. Vel dic quod postq̄ iudex sententiam secundum eorū consensum cōfirmauerit, solus eam proferre dicitur, & non ille qui adinuenit. Secundum leges etenim iudex sententiam proferre non potest sed vt colloquatur cū assessoribus necesse est, vt. C. de assessori. L. i. & illi coguntur occulte iudici declarare sententiam & non publice. De iure vero nostro illi qui adinueni unt declarare iudici debēt nō occulte sed manifeste, vt supra li. ij. ar. xij.

Ad tertium vbi dicitur quod nulla sententia ligat nisi illam proferat respondentis iudex. Intelligitur de iudice qui non est competens iudex respondentis, sicut si laicus spiritualem iudicaret &c. vt in autē. vt cleri. apud propri. Epi. §. i. coll. vi. in auten. de sanctis. Epi. §. si qs coll. ix. &. xi. q. i. c. Christianis. Quare propositum verum. &. itaq; quod iure nostro sentētiam solus iudex proferre debet & nullus alter. Quāuis enim multe in eodem iudicio inueniuntur sententie nō tamen ligant aliquē, vt in exemplo, cum Scabini iudici insinuant id quod inter se ad interrogata partis inuenerunt, vtpote si in recognito debito quod solutio sit ad quindenam huiusmodi declaratio respondentem nondum cogit ad soluendum, quia non est aliud nisi declaratio mētis sue aut consilij. Sed postq̄ iudex illam declarationem expresserit precipiendo solutionē ad quindenam, extunc a primo fit sententia, vt. ff. de re. iudica. & effectu sententie per totum, & id facere iure nostro iudex solus cogitur sicut & secūdum leges, vt. ff. eo. ti. L. res iudicata, & huiusmodi sententia ligat vel absoluit, vt. C. de senten. & interlo. L. fi.

Iuste iudicet &c. Iudex etiam iuuare actorem debet contra dominum dato quod quilibet iudex iuret domino contra vnumquemq;, vt in li. feu. de forma fideli. per totum, nec vt sic efficitur periurus, nō enim iurauit sibi iuuare iniusticiam, sed & in isto casu non iuuat actori sed iusticie eius.

Vasallus etiam suo Regi &c. Per Regem hic intelligi debent alij Reges extra Regem Romanorum, vt est Rex Bohemię, Dacię, &c. illis enim contraueniri potest, Regi vero Romanorum nullomodo nisi contra Imperiū forsan facere quid velit, vt supra declaratum est eo. li. ar. liij. Ipse enim est super omnes leges & in scrinio eius pectoris omnia recondūtur iura, vt Insti. qui. mo. testamen. infirmen. §. vl. & C. de legi. & constitu. L. digna. ff. de legi. & senatuscon. L. Princeps. Resistere potest &c. vt C. de iure fisci. L. prohibitum, cum autem vasallus domino resistere debet, l caute & prudenter vt id agat necesse est, plerūq; etenim error in his euenit. Consultare itaq; prudētes homines super negotio quo pacto aggrediendum sit tenet. Tucius enim est qd' plures sapiunt, q̄ quod vnus vt extra de offi. de le. c. prudentiam, pluriumq; sententia vt communiter validior sit. C. de fideiuss. L. vl. & si tandem ex consilio plurium inuenitur quod dominus iniuriatus eidem sit iure contra eum agat, vt in autē. vt iudi. sine quoquo suffra, fiant. §. volumus. coll. ij, in auten. vt differen. iudi. §. si vero coll. ix.

Vasallus etiam dominum insequi potest &c. Quęritur quomodo vasallus dominum inse qui vel detinere potest cum tamen sententiā cōtra eum inuenire nequeat, vt supra li. ij. ar. xij. §. ij. m &. quod vasall⁹ dominum insequi potest bifariam. Primo, si clamorem audiuerit violentię, & nescit contra quem excitatus sit, euenit enim quandoq; quod ille qui clamorē excitat ignorat quis sibi iniuriatus sit, vt supra li. ij. ar. vlti. Secūdo dominum insequi potest & eum detinere, si sibi vel alteri iniuriatus est & non aliter, in alio enim casu cōtra eū agere nō poterit, vt. xxij. q. v. c. de forma, nec contra eum testificari, vt extra qui filij sunt legittimi. c. causam.

m. *Vasallus dominum insequi potest bifariā*

Quilibet etiam licite ciuitates, castra propugnet &c. Quod autem vasallus id facere potest, hoc sit ex eo, quia sepius vrius atq; alterius vasalli bona illa sunt. Quare vnus alterū in sua iustitia iuuare tenet, & hoc vult in textu cum dicit, violenter eos oppugnantem, illos vero minime defendat qui iniuste tenēt, qui em iniustitię fauet, magis eis obest q̄ prodest, vt. xiij. q. vi. c. si res aliena.

Dummodo res ipsorum non rapiat &c. quia si id faceret signum esset quod non amore iustitię & fidelitatis, sed magis ex auaricia quę mater est omnis mali id faciat, vt in auten. vt iudi.. sine quoq̄ suffra. §. cogitatio. col. ij.

Vasallus insequi potest dominum &c. Caute intelligi debet paraphus iste nec ita grosse vt in se sonat, magna enim premeditatione indiget vasallus vt id aggrediatur quod textus suadet, dictum etenim est supra li. ij. ar. xij. qd' vasallus contra dominum sententiā inuenire non potest, quod tamē tollerabilius est q̄ qd' dominū detinere debeat, si ergo ei facere non licet illud quod est minus, nec ei licebit id qd' est maius, vt Insti. q. aliena. licet vel nō & ff. de reg. iur. L. non debet. Etiam habetur in li. feu. ex qui. cau. feu. amitta. vbi iuratur domino esse auxilio cōtra vnumquemq;, quod non esset si eum detineret vt hic textus disponit. habetur etiam. xxij. q. vlt. de forma, quod vasallus dominum tueri debet ab omni damno quod hic non esset. Quidam dicunt quod lex ista corrigit & derogat alijs legibus in cōtrarium. &. tamen quod noua lex corrigit antiquiorem, sed ius feudale posterius est Saxonico, n quare istud non derogat illi. Dicunt etiā quidā quod ius feudale derogaret huic, quia lex posterius constituta quę est cōtraria priori, derogat illi dato quod mentio aliqua

l. *Vasallus quomodo domino resistere debet, ut id caute faciat necesse est.*

n. *Vide supra li. i. ar. xiiij. & li. ij. ar. xxvi. Iur. mu. ar. i. glo.*

ſibidem non ſit, vt de conſtitu. c.i. li. vi. Sed tu dic quod derogatio nulla facta eſt, abrogationem enim iuris in probationibus maxime vitare debemus in quantum poſſumus C. de apella. L. precipimus in fi. & in auten. q mo. natu. effi. ſui. §. tribus. coll. vij. & ita nulla eſt iurium pretactorum abrogatio. Conſilium itaq; eſt vt vaſallus cautein his quę hic in articulo habentur agat, ſi enim in inſequēdo dominum iniuriam ſibi feciſſe inuentus eſt, grauius ſibi imputabitur q̄ ſi in pace ſederet, illud enim eſſet periculum vitę & honoris, iſtud vero mulctam iudici apportaret, vt ſupra li. i. ar. liij. & in auten. vt iudi. ſine quo q̄ ſuſtra. §. cogitatio. coll. ij.

Si vulnerat dominus vaſallum &c̄. Dictum eſt ſuperius quomodo vnus contradicere poteſt ſi dominus vel iudex ſibi iniuriare velit, hic declarat quomodo vnus violentię contra uenire poterit.

o. Violentiæ & iniuriæ differentia.

o Vnde nota differentiam violentię & iniurię. Iniuria enim fit per falſas & iniuſtas ſententias, vel ex iudicio vel quod ius obtinere, vel habere non poteſt, vt ff. ad le. Corne. de ſicca. & veneſi. L. i. & Inſti. de obligatio. quę ex q̄ſi delict. naſcun. per totum, Violētia vero cōmittitur quando violēter contra vnum agitur, ita quod per illud corpus & bona perdere poſſit, & contra id defenſa fieri poteſt dupliciter. Cum armata & nudo ſine armis. Vnde ſi dominus te percuſſerit pugno minus iuſte & violenter vel per capillos trahat, ſi tu

p. Gladio ſi qs te impetat animo nocendi dato quod te non ledat, eum interficere licebit in defenſa.

cum gladio cedis non facis defenſam neceſſariam, p ſed ſi te impetat armis quę tibi nocere poſſint dato quod te non ledat, gladio occidere eum poteris & defenſam facis, armatā enim neceſſitatem armis repellere oportet, vt. ff. de vi. & vi. arma. L. i. q Tutius enim eſt vitam ſuam defendere q̄ poſtmodum violentiā querulare, vt. C. quan. li. vnicuiq; ſine iudi. ſe vindi. L. i. Vbi expreſſe dicit textus, melius enim eſt occurrere in tempore q̄ poſt exitum vindicare, & probatur. L. vlti. in fi. C. in qui. cau. reſti. in integ. non eſt neceſ. vbi dicit, melius eſt intacta iura ſeruare, q̄ poſt cauſam vulneratam remedium quęrere. Hoc etiam facere licet ſi dominus tibi hoſtium domus extrudere conatur, vel ad curiam violenter irruere, quilibet enim vltra ſuos parietes pacem habere debet, vt ſupra li. ij. ar. Ixvi. Si itaq; te defendis & eum occidis, non facis contra fidem tuā ſi indefenſa id fit, vt. ff. de vi. publi. L. hi qui ędes. &. C. eo. ti. L. ſeruos, manetq; ſine dāno, vt. C. ad le. Iul. de ſiccariis. L. is qui.

q. Tuus eſt uitam ſuam defendere quam uiolentiam querulare

Et hoc probet per neceſſariam defenſam quā & declarare eum oportet metſeptimus. r Vel per duellum ſi cognati mortui eum alloquūtur, vt ſupra li. ij. ar. lxiij. Si vero non probauerit perdit vitam, honorem, & feudum q̄d a domino habuit, vt infra. ar. lxxxiij. & in li. feu. titu. q. mo. feu. amitta.

r. Hodie tamen defenſa probatur duobus teſtibus non omni exceptione maioribus adde Iaſo. in rubr. ff. de iureiur. ucr. y limi

Vnde exquoquidem neceſſaria defenſa iuris admittitur, vt ff. de iuſticia & iur. L. vt vim, & ff. ad le. aquili. L. ſed & ſi. & in multis aliis legibus. & extra de ſenten excōmuni. c. ſi vero. &. c. dilecto. li. vi. & extra de homicidio. c. ſignificaſti.

s. Ad defenſam faciendam cōſideranda quædam ueniunt.

s Quare ad defenſam ſeu repulſam neceſſariā aliqua conſideranda veniunt. Primo quod fiat moderate & quod non excedat modum defēſe, vt. C. vnde vi. L. i. & extra de homici. c. ſignificaſti. Iſte modus ſeruandus eſt in rebus quibus defenſa fit, quia ſi te quis pugno percutit gladio non eſt verberandus, vt. ff. ad le. Aquili. L. ſi ex plagis. &. xxiij. q. ij. c. non inferenda. & extra de ſen. excōmunica. c. vt fame, niſi ſe aliter defendere non valeat & modum excedat. ff. ad le. Aquili. L. ſed & ſi. & in Clement. ſi furioſus de homi. Vel ſi ignoranter egerit vt extra de homici. c. ſicut dignum de reſtitu. ſpoli. olim. i. de ſenten. excom. c. cū voluntate. Secundo quod repulſa talis ſit in inſtanti & non ex interuallo, vt ff. de vi. & vi. arma, L. idē eſt, & extra de ſentē. excō. c. ſi vo & hoc intellige ſi violentia perſonę illata ſit Si vero violentia in bonis meis fit, hoc poteſt in facto vel etiam expoſt, q̄primum reſciuero congregatis amicis defendere licebit, vt ff. de acquiren. re. poſſeſ. L. clam poſſideri, & extra de reſtitu ſpoliato. olim. i. & ff. ad ſenatuſconſul. Tertullianum L. ij. Tertio requiritur quod repulſa ſit ad defenſam & propulſandum iniuriam ſeu violentiam & non vindictam, vt ff. ad le aquili. L. ſed & ſi, & xxij. q. i. c. quid culpatur, & hoc fit tunc quando pretactę conditiones ſeruantur, & qui vt ſic defenſam faciunt, iuſtum bellum gerunt. Ius enim naturale admittit violentię reſiſtere, vt. i. diſt. Ius naturale, & extra de excep. cum inter, extra dere. iudi. c. paſtoralis in cle. Et huiuſmodi bellum permittitur ęque ſpiritualibus ſicut ſecularibus, vt extra de homici. ſi furioſus in cle.

t. Ad hoc quod iuſtū bellum ſit quædam requiſita.

t Vnde nota ad hoc quod iuſtum bellū ſit, quędam neceſſario requirūtur. Primo quod perſonę ſint idoneę quę bellare poſſent, vt ſeculares & non ſpirituales excepta defenſa neceſſaria, vt ſupra dictū eſt, &. xxiij. q. viij. clerici. & exttra de homici. c. ſicut. Secundo q̄d ſit ex admiſſione iuris, vt Principis, Imperatoris, vel apoſtolici, vt. xxiij. q. i. quid culpatur. &. q. ij. c. i. &. ff. de capti. & poſtlimi. L. hoſtes. Tertio vt ſit propter iuſtas cauſas, vt pro pace, pro fide, obedientia, bono reipublice, & his ſimilia, & nō ex inuidia, vt in dicto. c. quid culpatur. &. xxiij. q. ij. c. i. &. q. iij. c. fortitudo, &. q. viij. c. ſi nulla, & q̄quid in huiuſmodi bello acquiritur ab inimicis iuſte retineri poteſt, vt. xxiij. q. v. c. dicat. al's enim ſi alio propoſito bellum inferatur, tam illi qui faciunt, tam iſti qui conſilio & auxilio adſunt, damna reſarcire cogūtur ex iniuſto bello ſubſequentia, vt extra de re. iudi. cum. i. & extra de ęta. & quali. c. tuam. de ſenten. excōmuni. c. cum inter. xi. q. iij. c. quoniam. extra de reſti. ſpo. cum ad ſedem in glo. &. xvij. q. iij. c. omnes, & ij. q. i. c. notum.

157

Socium in via, &c̄. Mirabile quidem videtur ſocijs in via nobiſcum exiſtentibus hanc atribui prerogatiuam, quod in defenſa illorum etiam contra dominū ſe opponere vaſallus poteſt cum tamen maiorem fidem preſtiare domino tenetur q̄ filio ſuo, filius etenim ex natura ſibi pertinet dominio vero obligatur iuramento, vt li. feu. quemadmodum feud. amittitur. &. tamen quod ſocius vię ſignanter ille qui longumiter cum alio facit tanq̄ peregrinus & quaſi frater eius eſt, quod autem eidem admittatur vt ex parte ſocij ſui contra dominum ſe opponat eſt magis pre anguſtia & propter periculum corporis ſui q̄ ſocij neceſſitate. Poſtq̄ em ſocius ſuus violenter imperitur quis ſcit quid ſibi tandē eueniat, quare ſibi defenſa admittitur, vt C. quan. lice. vnicuiq; ſine iudi. vindica. L. liberam. Quid ſi dominus dicat ad vaſallum quod tutus eſſe debeat. &. quod ſibi credi non debet. Quia qui ſemel male facit preſumitur mafora facere ſi poſſit, vt in auten. vt. iudi. ſine quo quo ſufra. fiant. §. cogitatio. coll. ij.

Et ſuum hoſpitem &c̄. Hoc eſt qui in domū eius vel intra quatuor angulos curię ſuę fugeritvel de facto ibi ſit, Qui enim quatuor angulos curię tutatur iſte defenſam facit ac ſi vitam defenderit ſuam, vt ff. ad le. Iul. de vi. publi. L. hi qui.

Intradat vero dominus vaſallum &c̄. Hic clare habetur quod vaſallus nullibi poteſt dominum accuſare ſuum niſi coram vaſallis, vt in li. feu. titu. ſi inter dominum & vaſallum lis oriatur, & hoc intelligein cōtrouerſia quę ſit occaſione feudi vel alicuius rei, vt in li. feu. ſi de feudo cōtrouerſia fuerit &c̄. In aliis vero caſibus querulari debet coram iudice p uincialj, vt in auten. vt om. obedſ. iudi. prouin. §. ſi igitur. coll. v.

Quid ſi vaſallus dominum accuſet an eum hoſtiliter inſequi vel contra eum procedere poſſit, quidam dicunt quod ſic quia illud ius non prohibet, ſed quicquid iure non vetatur illud nec nos prohibere debemus, ergo &c̄. vt C. de reſta. & quemadmodū teſtamen. ordi. L. ſancimus. Oppoſitum tamen iſtius ſupertius dictum eſt vbi habetur quod nihil fieri poteſt niſi ex admiſſione imperij, ſed ſi poſt querelam vaſallus dominum inſequi poſſet contra eum bellare videretur. Quod autem vaſallo bellare contra dominum non liceat habetur ff. de capti. & poſtlimi. reuer. L. hoſtes. q. itaq; quod vaſallus non conſequitur ex querela quod contra dominum bellare deberet, in eo enim prouidet fidelitati ſuę.

Illud ſecundum formam iuris reſarcire tenetur &c̄. Hoc eſt ſecūdum eſtimationem illius cui damnum illatum eſt niſi ille iuramento minuerit, vt ſupra eo. ar. xlvij, & li.

Si quis in expeditione, &c̄. Ille enim contra quem equitatur defendere ſe poteſt.

Manet ſine culpa, &c̄. Quia damnum ſoluere tenet. Et impunitus &c̄. hoc eſt ſine mulcta & abſq; verigeldo. Exinde ium liquet, quid & quomodo vaſallus erga dominū ſibi precauere debeat, vt ſine damno manere poſſit, ſi quid interim iniurie domino eueniat, vt li. ſti. ad le. Aquili. per totū, & ff. eo. ti. L. ſi putator. & xxxi. q. ij. c. de neptis.

Articulus. LXXIX.

VBi ruſtici in radicibus deſertorum uillam ſeu prædium ædificant terram de nouo excolendo, licebit domino uillæ ius cęſuale in eadem terra eiſdem cōferre q̄is ad ea bona geniti non uideantur. Nulla autem iura eis dominus dare poteſt aut ipſi eis eligere poterint per quæ ordinarij ſeu prouincialis iudicis iura aut mulctæ minuantur aut augeantur. Nullus extrancus in prædijs ſecundum ſpecialia & diſcreta eorum iura reſpondere tenetur, ſed ſecūdum ius commune niſi conquæratur ſuper hæreditate ſiue bonis aliis aut debito. ¶ a Vbi quis aliquem conuenit ibi licite reconuenietur, ſi actio in duellum nō extendatur.

a Cōcordat ſup. li. i. ar lxi. li. iij. ar. xij. Iur. mitur. xxviij.

Gloſa.

Conferre poteſt, &c̄. Sed quid ſi quis accepit inſtrumentū Emphiteoſis pro ſe & vxore & liberis, Dic q̄d vxor habet dimidiam, & vir aliam dimidiā, quia liberi partem non faciunt viuis principalibus, de hoc vide in ſpecu. titu. de loca. §. vlti. ver. cxlviij. & ibi etiam per Bald. in addicio. Et ſi emphiteos, eſt cōceſſa duobus fratribus, vt poſt mortem corū ad eccleſiā reuertatur, vno mortuo pars eius fratri accreſcit non eccleſię, vt in dict. §. ver. lxviij. Et iſtud ius accreſcendi trahit ſecum ſuum effectū ſine noua poſſeſſiōe, vt in allega. §. ver. lxx. Et ſi duobus pro indiuiſo res conceditur vno non ſoluente tota reuertitur ad eccleſiā, vt in dicto paragrapho, ver. lxxi. & lxxiij.

Gloſa.

Supersus declaratum est quomodo dominus respectu vasalli & econtra ratione bonorum feudaliū obligatus sit, hic tandem habetur de rusticis, vbi domini ratione bonorū censualium desuper dominium obtinent.

b. *Christianitatis status in tria genera hominum diuisus est.*

b Vnde p intellectu istius nota, quod status Christianitatis pro bono reipublicę diuisus est in tria hominum genera. Primi sunt spirituales, de quibus supra li.ij. ar.lxvi.§.i.& iij. Illorumq; officium est orare pro militibus & rusticis. Orationibus em̄ eorū totus mundus gaudere debet, vt in auten. quomo. opor. Epi seo. §.ij.col.i. Secundo sunt milites glorioſi, illorumq; ius est tueri & defendere sacerdotes & agricolas, vt in auten. vt necq; miles, necq; federatus, §.i. coll.viij. Tertio sunt agricolę, & illi tam spirituales q̄ milites laboribus suis enutrire debent, vt in auten. vt nullus mutu. agrico.§.i. coll.iiij.& hic in textu. Vnde si qs prędiū culturę de nouo tradiderit rusticis, potest ipsis ius hereditariū in bonis censualibus dare, q̄us silua illa suum feudū sit, & hoc ex eo, vt illud qd excrescit vltra cēsum, sit prę miū pro labore suo & possessione, c vtile em̄ & conueniēs est reipublicę quod agricole sint quodęq; agri instaurētur, vt in auten. de quęsto, §.i. coll.vi.

c. *Agricolę reipublicæ plurimum utiles*

Circa id nota quędam necessaria de bonis censualibus, & de cēsu pecuniario. d Bona em̄ cēsualia neq; sunt ptoprium, nec hereditas, nec feudum, conferruntur; bona huiusmodi in Saxonia illis qui ea emunt absq; aliqua infeudatione. Collatio tamen illa non aliud designat nisi voluntatē domini. Quod autem bona censualia propriū non sint, patet, quia dominus habet censum desup, vt supra ar.lxxvi Proprium autem est sine aliquo censu, quod autem non sit hereditas. Iudex enim illa resignare non potest, sed nec est feudū, quia census ex eo soluitur, ex feudo autem census non prestatur vt feu. c. xiij. lv. & lxxiiij.

d. *De bonis censualibus & de censu pecuniario unde quædam necessaria.*

e. *Rusticorum censualium iura quædā specialia.*

e Nota etiam quod rustici in bonis residētes censualibus quadruplicia quędā iura specialia habent. Primū quod liber ab illis esse non potest, q̄diu aliquis inuenit natus ad illa bona, sed nec ab illis alienari possunt, vt supra li. ij.ar.xxi. f Secūdo quod nullum ius scire tenentur nisi naturale, vt C. de in ius vocando L. venia, & C.de agri.& censi.L.ij. Tertio qd in quęrelis statim experiri iudicialiter debēt, ita qd in instanti respondere per affirmationē vel negationem eos oportet, & hoc ex eo, ne in laboribus impediant, vt in auten. de quęsitu.§.i. coll.vi. Quarto quod mense augusto ad nullum ius vocari possunt, vt ff. de feriis. c. vlti. § ¶ Notandū etiam quod censualia bona duplicia sunt, Quędam quę diuēdi & alienari nō possunt, & illa habent originariī seu latini qui ad id nati sunt, & qui vt sic succedere debet necessario ad id natus esse tenetur, multiq; in hunc diē reperiūtur q & serui plurimum sunt, vt C.de agri.& censi.L.vlti. & isti etiam nūcupantur proprietarij. Alia bona censualia sunt quę vt cōmunitet rustici alij omnes habent, & isti hereditant & succedunt in bona quę vltra censum sunt extimata, venderecq; possunt cui volunt, dominis tamen prius suis denunciando, vocanturq; bona huiusmodi melioratio bonorū vltra cēsum quia videlicet labore eorum bona adaucta sunt, & isti liberi rustici dicuntur, vt C. de iure Emphiteo, L. Cum dubitabatur.

f. *Rustici nullū ius scire tenentur, Concordat supra li.i. ar.xxviij.li. ij.ar.lv.li.iij.ar.xxxx. glo.*

g. *Bona censualia duplicia.*

Articulus LXXX

a. *Concordat iur. mu. ar.lix.*

SI proprietas a pagano relinquatur ad quam hæres non existat quæ se ad tres mansos extē/dit uel minus a hoc præfecture id/est sculteciæ adiciatur. Sed si trigin/ta mansorum uel minus se summa extēderit Comitatui aplicetur, si uero hunc numerum transcendat ad Regalem pertinebit Maiestatem. Si rex aut alter dominus ministeria lem uel seruum faciat liberum ille ius obtinet ꝓuincialium liberorū.

Glosa.

b. *Consanguineis defunctibus fiscus succedit affinibus exclusis.*

Vel minus, hoc prefecturę idest sculteție adiciatur &c. b Deficientibus em̄ omnibus consanguineis post virum & vxorē, etiam secundū leges cōmunes succedit fiscus affinib⁹ exclusis, vt C. vnde vir & vxor L.i.& C.debo. vaca. L. i. li.x. Et notat Hostiēn. in sum.de succes. ab intesta.§.fi. in princi. & vide etiam supra li. i.ar.xxviij.& li.ij.ar.xxxi.& xxxvij.

c. *Mors euenit alicui dupliciter, uide supra li.i.ar.xxv.glo.*

Glosa.

c Pro intellectu textꝰ nota quod mors euenit alicui dupliciter. Primo quando moritꝰ mortē iuris, & hoc dupliciter. Vnomodo si seruum det, idq; de consensu agnatorum faciat proprium domino vacabit, quia per seruitutem mortuus efficitur, vt li.iij.ar. xxxij. & ff.de reg.iur.L.seruitutē, vbi habet quod seruitus mortalitati comparatur. Secundo moritur iure cum in imperij illegalitatem supremam incidit, vt sic enim ptopriū imperio vacabit, vt supra li.i. ar.xxxviij.& Insti. de capi. diminu. §.ij. & C.de bonis proscrip.L.Deportati.ff.de senten.pas.L. Si deportatus. Secunda mors dicitur naturalis, & huiusmodi bona cedunt libere domino, si nullū consanguineū reliquit vsq; ad septimum gradum, vt su-

158

d *Concordat iur. mu. ar.lix. glo.*

pra li.i. ar.iij. in fine. d

Si Rex ministerialē &c. vt habetur Insti. de liberti. §. libertinorum.

Aut seruum &c. Ex isto passu cum dicitur, si Rex ministerialē aut seruum manumiserit per istam disiunctiuā, aut, clare habet quod ministeriales serui non sunt. Dicunt tamen quidam hoc non esse, & hoc liquet ex his quę vltra sequuntur, Rex enim ministerialē imperij liberum dimittere potest. Si itaq; seruus non esset non necessario manumitteretur, quia qui liber est non opus est vt manumittatur, nihil enim differentiam maiorem in hominibus facit nisi libertas & seruitus, vt Insti. de iur. pso. §.i.& Insti. de liberti. §.i. Soluitur istud vt supra li. iij. ar.xlij.

Articulus LXXXI.

e *Concordat iur. mu. ar.xxxiij.*

SI banniti alicuius comitatus obierint a Prin/ceps Romanus mini/sterialē imperij per sen/tentiam licite manumittet, & eum bannitū in eo comitatu efficiat ne ius defectum paciatur, & ut bannū ibidem seruetur Regium. Vnicuiq; autem de Regali proprietate tantū donare tenetur ut officiū Scabina/tus exinde per eum exerceri possit, quæ donatio in tribus māsis uel in plus cōtinetur. b Hanc etiam pro/prietatem licite tollit a prædicto co/mitatu ubi comiti uacat, eo quod bā nitorum defunctorū proprietas in eo comitatu noscitur permansisse. Ministeriales hereditant & heredi/tatem accipiunt sicut liberi secun/dum ius prouinciale, excepto quod extra dominium suorū dominorū nemini succedunt, nec habēt succes sorem.

b *Alij textus ita legūt hanc proprietatem Rex a prædicto comitatu ubi eam uacare contigit licito tollit, eandem tandē ministeriali manumisso et ad scabinatum electo conferendo ex eo, quia proprium illud scabinorū qui decesserant ad comitatū per uacantiam deuenerat.*

Glosa.

Articulus presens innuere quodā modo vult quod ministeriales serui sunt, quia si serui non essent liberi forent, nihil enim magis distinguit homines nisi libertas & seruitus, vt Insti. de iur. perso. §. summa. Si ergo liberi essent manumitti eos necesse non esset, vt Insti. de liberti. §.i. & ff. de acquirē. re. domi. L. adeo. §. cum quis. Soluitur tamen in istantia ista secundum quod habetur supra ar. xlij. li. eodem ¶ Ministeriales sicut liberi succedūt &c. Quādoquidē dei adiuuante gratia ius Saxonicū in finem perductū est, differendū q; status hominū, dignitatis, & honorū sufficiēter declarata, tum quomodo seruus liber esse possit. Hic in vltimo articulo huius inclyti priuilegij amplissimis viris Saxonibus ipsis largiti celaratur ius ministerialium, ponitur; in calce huius operis ex eo, vt priuilegiū presens cū notabili finiat materia prout & in signe sumpsit exordiū, tum etiam vt ius ministerialium apertius declaretur & publicetur, est em̄ mirabile & diuersum, vt supra, ar. xlij. in prin. Illud vero qd bene deliberatur optime etiam exprimitur ac declarat, vt C. de senten. ex pericu. recitan. L. hac lege, & in aute, vt iudi. sine quoquo supra. §.i. coll.ij. Etiam propter id in fine ponitur ius ministerialiū vt melius memorię teneatur. Illud enim quod est vltimū memorię melius cōmendatur, vt de cō secra. dist. ij. .c. liquido.

Ministeriales vt liberi &c. Ex isto textu iterū colligit quod ministeriales serui sunt, & hoc ex eo liquet cum dicitur Ministeriales vt liberi succedunt, vbi enim hęc dictio assimilatiua, sicut, apponitur, denotare videtur differentiam illius cui assimilatur. Si ergo ministeriales hereditant sicut liberi, signum est qd liberi homines non sunt. Omnes enim homines aut liberi sunt aut serui, vt Insti. de iur. pso. §. i.

Vnde & siquidem supra ar.xlij. sufficienter id declaratū est, ex superabundanti tamen in istantia ista hic soluitur, vbi dicitur. Ministeriales vt liberi succedunt, non per id distinguere vult eorum generationem, sed tantum iuris eorum diuersitatem, quare notanter hic addit excepto quod extra dominium suorum dominorū succedere non possunt, hoc enim exeo fit, qui enim ad seruitiū natus est ratione cuius bona habet, eadē etiam hereditare potest. Qui ergo ministerialis alterius nō est, ius huiusmodi bonorū habere non poterit, & ita nec succedere ad bona sup; quę seruitiū insticitū est. Qui em̄ sentit commodū, damnū etiā sentire tenet, vt Insti. de legitti. patrono, tute, §. i. in fi. Etiam dicitur ideo quia iste ex potestate domini venire non potest, & hoc ex eo intelligi datur, quia cum nulla re sua Comiti vel sculteto cedere aut in eius potestatem venire seu adici possunt si sine hęrede decedāt, quēadmodū res per mortē aliorum addiciuntur, vt in precedenti articulo habetur. Proprium etiam eorū iudici deuenire nō potest, ex morte vel propter excessum eorū, vt supra li.i. ar. xxxvij.§.iij.

Articulus. LXXXII.

QVi iuri suo coram iudicio in uno derogauit loco [a] ubiq; in eo erumnã sustinebit, dũmodo per iudicem & scabinos probetur. Nemo tamẽ hanc probationẽ seu hoc testimoniũ ad alium iudicem producere tenetur, nisi iudex coram cuius iudicio ius fuerit amissum. Iudex siquidem coram quo proponitur huius infamiæ exceptio, duos nuncios ad iudicem coram quo id esse actũ perhibetur transmittere cogitur. [b] Et postq; testimoniũ eius audiuerint ipsũ coram iudice qui eos miserat testimonium perhibeant ueritatis.

a *Concordat iur. mu. ar.iiij.glo.*

b *Testimonium ex auditu fieri potest, ut hic.*

Glosa.

Qui iuri suo coram iudicio &c. Sic etiam qui est excommunicatus in vna ecclesia censetur excõmunicatus quantũ ad omnes ecclesias, vt xi.q.iij.c.ij. & c. iij. & iiij. q.v. quisquis, & notatur de appel. pastoralis in vlti. glo.

Glosa.

Qui iuri suo in vno derogauit &c. Id enim est possibile & conueniens, sententia siquidem quę contra excessiuũ extenditur, facit eum iure priuatum. Vnde in quemcunq; locum venerit, ibi iure priuatus erit. In oppositum istius instare vnus possit textum articuli minus esse verum, quia si sic, extunc ille qui in vno loco proscriberetur, in omni loco proscriptus esset, quod est cõtra articulum xxiiij. eo. li. & quod hic non loquitur de proscriptis sed de iure priuatis, qui ideo priuati dicuntur, quia vnus eorum sententias aut testimonia sufferre non cogitur. Vel quod inter probos homines locum habere minime possunt, de his abunde supra li.i.ar.xxxviij. & li. habetur. Sic etiam excõmunicatus in vno loco vbiq; pro excõmunicato reputabitur, vt xi.q.iij.c.ij. & vij.q.i. c. si quis presbyter, & iij.q. v.c. quisquis.

Dummodo per iudicem condemnatio comprobetur &c. Vt sic enim negare illud non poterit quia testimonio conuincetur vt supra li. i.ar. vij. Iudex tamen sex viros sententias inuenientes circa se habere tenebitur vt supra li. i. ar. viij.

Testimonium autẽ iudicis nemo tenetur &c. Hoc dicitur propter id quod superius tactũ est, qui se per testes probaturum offert, ille in sex septimanis testes afferre tenetur, vt li. i. ar. lxij. §. iij. Hic vero iudicẽ afferre vel statuere nõ teneẽ exeo, qđ nullꝰ iudex officiũ iudicis habet nisi in sua iurisdicione, vt ff. de iurisdi. om. iudi. L. fi. & ff. de offici. presi. L. iij. & de con. li. vi. c. ij. Nullibi etiam testificari potest vt iudex nisi in sua iurisditione. Si ergo in testem adduci deberet ad aliũ iudicem, extunc testificari ibidem non poterit vt iudex. Exindeq; venit nonnullorum hominũ opinio qui dicunt quod testes per campũ ducẽdi nõ sunt, quod verum est in casu presenti, & etiã qui ponuntur extra de testibus c. si qui, & extra de iudicijs c. mulieres, li. vi. In aliꝭ vero causis per campũ duci secure possunt, hoc est in aliam iurisditionẽ apportari, vt C. de testibus, L. si quando, & ff. eo. ti. L. i. & extra de testibus cogendis in .c. delictorũ. [c] Iure etiam municipali seruatur quod testimonium datur & porrigitur ad aliam iurisditionẽ per literas iudicis & scabinorum. Iudex etiam testificari potest literis suis si locus adeo longinquus sit ita quod cũ difficultate illic equitandũ esset.

¶ Iudex corã quo proponitur duos nũcios mittat &c. Hic habetur tertius casus vbi iudex nuncios suos mitterere potest. [d] Vnde nota quod in tribus casibus iudici pro inquirẽda veritate nuncios transmittere admittitur. Primo cum sententia increpatur, vt supra li. ij.ar. xij. Secundo cum quis se trahit ad domi num occasiõe feudi, vt supra li. ij.ar. xlij. Tertio vt hic in textu.

Testimonium eius audiuerint, & ita testificabunt illud quod audiuerunt. Contrariũ tamen huic uidetur extra de testibus. c. causam c. licet ex quadam, extra de succes. ab intesta, c. cum dilectus. Rz tamẽ quod nunciꝭ istũ non vincunt testimonio sed iudex ad quẽ missi sunt, qui vidit & audiuit quod iure priuatus declaratus est, quod vero isti contra eum testificari videntur, hoc ex declaratione iudicis venit. Nunciꝭ em testificantur quod presentes fuerunt cum iudex ille testificatus est, & hoc bene fieri potest, vt iij.q.ix.c. testes, & v.q.ij. c. relatũ, & xxx.q.vlti.c.vlti.

c *Testimonium per literas fieri potest.*

d *Iudex in tribus casibus nuntios transmittere admittitur.*

Conclusio priuilegij.

[e] Priuilegium presens largitũ est Saxonibus in Saxenburgo ab Imperatore Carolo, Ab anno domini octingentesimo decimo, anno septimo imperij sui, die decima Ianuarij, meritoq; nomen diui illius Imperatoris Caroli huic operi preponitur. [f] Iura enim & leges iuuadent, vt priuilegijs omnibus nomina Imperatorum preponantur, [g] vt in auten. vt põna. nomen Impera. documen. & vt lati. lite. aper. tempo. describan. §. illud omniũ col. v. & C. de testibus, L. omnibus, & in auten. de questo. in princi. coll. vi. & in auten. de armis, §. i. coll. vi. extra de rescriptis, c. eam te, & vlti. regula iuris li. vi. in glo. Ioan. And.

e *Priuilegiũ presens Saxonum, quando & a quo largitum sit.*

f *Vide supra ad hanc materiam li.i.ar. xiiij glo. & iur.mu in prologo.*

g *Priuilegijs omnibus nomina Imperatorũ uel principũ prepo nantur.*

h *Priuilegium q.t. Ad hanc materiam uide iur.mu.ar.i.*

[h] Priuilegiũq; ideo nuncupatur quia priuatã legem tribuit, vt in̄ dist. priuilegia. Est enim priuilegiũ priuatum seu singulare ius contra cõmune indultum. Nec priuilegium diceret nisi aliquid indulgeat speciale, debet em̄ sem per aliquid operari specialiter de priuilegio, in his, C. de thesau. L. vni. li. x. & ff. ad munici. L. i. ad fi. & ff. de lega. L. si quando. Qualiter autem amittatur priuilegiũ, vide in sum. Hostiẽn. de priuile. §. qualiter, & de deci. c. suggestum in glosa, vide etiam pro materia supra eo. li. circa ar. lviij.

i *Caroli Imperatoris uitam descriptã uide, ad hanc materiã etiã nonnihil inuenies, iur mu. in prolo.*

Iste Carolus de quo hic mencio, fuit filius Pipini, qui (vt legitur in chronicis) Regno Francie xl vi. annis prerat, xli. vero annis imperabat, temporeq; Adriani Pape fuerat inunctus, & erat primus qui inungebatur inter imperatores, ipse etiam fundando erexit episcopatum Bremeñ. Halberstadeñ. Padelburneñ. & Monasterieñ. Estq; sepultus in manasterio beatę Marię virginis Aquisgrani. Auus eius vocabatur Carolus, qui fuit etiam Rex Francię, & Lombardorum, & fecit quasdam leges in Lombar. per totum, qui etiam postea habuit imperiũ. De nostro autẽ auctore videlicet Carolo magno qui Saxones priuilegiauit in iure plene legitur, & notatur in c. venerabilem de electione, & lxiij. dist, Adrianus. Et plenius de ipsius statura moribus & actibus vide in historijs. Iste Carolus confirmauit omnia quę pater eius dederat beato Petro apostolo, hic etiam ad petita Romanorũ est factus imperator, subiecitq; imperio, & ecclesię Saxones & alios Germanos. Et detulit usq; ad pedes barbam, cibo atq; potu fuit tẽperatissimus. Et filios suos quamcito ętas patiebatur equitare & armis intendere curabat, filias vero asuescere lanificio colo videlicet & fuso ad repellendũ ocia, hic cultum Christianũ summa pietate semper coluit, & Romã veniendo ad miliare de equo descendit, pedibusq; eundo per vrbem omnes ecclesiarũ postes humiliter osculatus fuit, & ipse terrã sanctam a Saracenis occupatam recuperauit, in reditucq; per Constantinopolim impetrauit partem de corona domini, & vnum clauum passionis Christi, & camisiã beatę Marię, vnde & ad numerũ literarum alphabeti cenobia fundauit, & in vnoquoq; per ordinem vnam literam alphabeti de auro fabricatam plusq̃ centum lib. Thuroneñ. valentem reliquit, quę literę ad huc in plerisq; monasterijs reperiuntur. Hic Carolus etiam quatuor Archiepiscopatus, Threuerensem, Coloniensem, Maguntinẽsem, & Salisburgensem, diuitijs ac honoribus ampliauit, prędictasq; reliquias concomitãtibus miraculis secum detulit, & in Aquisgrani in Basilica beatę Marię, quam ipse construxerat, & vbi honorificẽ est sepultus recondidit. Qui Carolus relicto filio suo primogenito Ludouico coronato plenus bonis operibus est mortuus, & quãdo moriebatur prelatis ecclesiarũ, quos habere potuit omnes thesauros dedit per necessitates ecclesiasticas distribuendos.

a *Textus uetustiores ita legunt & rectius, qui alteri bona donauerit, eidemq; per iudicem possessionẽ dari procuret, solus uero eorundẽ bonorũ nullam habet possessionẽ, licebit huiusmodi assignationem possessio-*

Articulus LXXXIII. 83

QVi alteri bona donauerit aut uendiderit, [a] & alter in eorũ per ipsum et iudicẽ præsentet possessionẽ, cũ ea primus adhuc persona liter non possedit. [b] Possidens huic licite cõtradicat dummodo pro eisdem bonis in primo iudicij termino se præbeat responsurũ, quia possessionẽ suam nullus tenetur relinquere, nisi ipsa ei ueris actionibus et sententijs prohibeatur. [c] Donata uiro uel mulieri per tres dies possideri oportet. [d] Quæ uero per querelam euincuntur aut hæreditario per successionem ueniunt non est necesse possessorio illud obtinere. [e] Qui alteri feudale prædium confert aut dimiserit per annũ & diem illorũ uarendator esse debet. [f] Qui uero prorium aut res mobiles uendiderit quousq; uixerit illorum uarendator esse tenetur, res tamen illa pro qua litigatur ad manus tradi debet uenditoris ad defendendũ uel perdendum q̃diu illud defendere tenetur. [g] Cui autem quid donatũ est in eo donatarius probare non poterit nisi donationem.

b *Vide supra ad hanc materiam, li.i.ar.lxx. li.ij.ar.lxx. iur.mu.ar. xxix.ar. cxxxix, & c. xl glo.*

c *Q. si uni abiudicata sint, & alter iudicaliter in eorũdẽ mutetur possessionẽ eccere eũdẽ nisi per ueras fenẽtias haud licebit.*

d *Concordat iure mu. ar.xxx.uide c.tã li. ij. & ibi, altee.C. si propter pub. pens.*

e *Concordat supra li. i.ar xxix.li.iij. ar.iiij. iur mu.ar.xxi. & ar. xxx.*

f *Vide supra li. ij. ar. xliij.*

Glosa.

Qui alteri bona donauerit &c. Auctor istius constitutionis & duarũ sequentiũ, fuit Otto primus magnus imperator Teutonicorum, hic potens cũ esset in Almania pñs operibus in allodio apud Maydeburgeñ. ecclesiam mire pulchritudinis in honorem sancti Mauricij fundauit, h & maximis possessionibus ampliauit ibidemq; est sepultus. Iste Otto habuit duos filios, scilicet Guilhelmũ Episcopum Maguntinẽn. & Ottonem qui sibi successit in regno, qui cum non haberet nisi septem annos vnctus fuit in regem Aquisgrani, de vonis uero possessori cõ tradicere, aũmodo p eisdẽ bonis in primo iudicij termino &c. ut textus habet concordat iur. mu. ar. xxxix. ar. lx. & lxij.

g *Nota quod possessorio obtinere, & per cũdũ determinatos annos præscribere assimilantur iure. Saxonico. Bona enim tantum possideri debent quousq; præscribantur, scilicet mobilia per annũ, ut hic. Immobilia triginta uno anno & die, ut sit pra li.i.ar.xxix. & cõuenienter id fit, ex prescriptione etenim ille a primo tutus erit bonorum, & ita necessario eũncere ille tenetur, quod & consuetudine confirmatur.*

h *Ottonis magni laudes, & gesta Egregia.*

luntate & consilio principū, & hoc in prēiudiciū Ludolphi senioris filij sui, qui se sibi opposuerat cū Vngaris & Sueuis ℭ Nisi donationē &c. Quasi velit dicere quod donator de euictione seu varēdatione non tenetur. An autē & quando donator teneatur de euictiōe. Sic distingue, aut enim donatio incepit a traditione, & tunc dicit quod donator de euictione nō tenetur, vt ff. de edi. edic, L. ad res donatas. Si aūt donatio incepit ab obligatione, tunc donator tenetur de euictiōe, vt ff. de donatio. L. Aristo. §. vlti. de hoc notatur in c. inter cętera. de prēben. Et licet donator regulariter non teneat de euictione. [i] Donatarius tamen donatori ad antidona, idest remuneratione naturaliter est obligatus, vt ff. de petici. hęredi. L. sed & si lege. §. consuluit, & viij. q. ij illud, & notatur in c. cum in officijs de testamen. in glo.

[i] *Donatarius tenetur donatori ad antidona.*

Est enim de natura emptionis & venditionis prēcium, & res sine quibus emptio esse non potest, ff. de contra. empci. L. i. & L. nec empcio, & vt venditor de euictione teneatur, etiā si non sit promissum, vt hic & supra, eo. li. ar. iij. & C. de euictio. L. non dubitatur. Et tenet emptor ad hoc vt prēciū soluat & ipsum faciat accipientis ff. de actio. emptio. L. ex empto. Sed venditor non tenetur rem facere recipientis, nam ipse tenetur in specie, & ideo sufficit quod de euictione teneat. Emptor autem tenetur in genere, ideo cogitur nummos facere venditoris. Venditor vero tenetur ad traditionem prēcise secundū Mar. ff. de acti. empcio. L. si quis alienā, & L. ex empto. Alij dicunt quod condemnetur ad interesse vt ff. eo. L. i. Et tenetur tradere vacuam possessionē vt emptor potior sit, ita quod ab eo nequeat aduocari alias perinde est ac si tradita non fuisset, & si alius sit in possessione. ff. de acti. empci. L. i. §. i. L. iiij. & L. emptorem, §. inde Neracius. Ante traditionem vero rei debet satisfieri de prēcio, vt ff. de cōtrahen. empci. quod vendidi, & de tributoria, L. procuratoris, §. sed si dedi. Et contrahitur emptio & venditio solo consensu cum de prēcio conuenit Insti. eo. in princi. & inter prēsentes & absentes per nunciū vel epistolam, vt ff. eo. L. i. §. vlti. & L. ij. §. i. & prēciū debet esse in certa quantitate non in spe, C. de contrahen. empci. L. empci. & ff. eo. L. hęc venditio. §. huiusmodi, vide etiā pro materia supra eo. li. circa. ar. iiij. & supra li. ij. circa. ar. xxxvi. & C. de acti. empci. & vendi. per totum.

Glosa.

Constitutio prēsens est Ottonis imperatoris, quę pro confirmatione & roboramento iuriū per Carolū imperatorem Saxonibus sancitorum lata est. [k] Iste Otto imperabat, Anno Christi noningentesimo trigesimo octauo historię tamen veriores habent, quod anno noningentesimo quadragesimo quinto, prę-

[k] *Tempus imperij Ottonis.*

fuitq; imperio annis triginta, constitutionēq; prēsentem tulit anno imperij decimo, prima mensis Iunij in loco vbi nunc ciuitas Maydeburgk locata est. Motiuum aūt huius constitutionis fuit. Iuris em periti inter se disceptare cœperant super possessione. Quidam & illorum maior pars asserebat quod ille qui corporalem possessionē in aliqua re habet melius & efficacius ius desuper obtineret, q̄ ille q̄ per iudicem in possessionē intromittatur. Alij vero oppositum tenentes dicebant, quod qui per iudicem in possessionē mittitur, ius potius habeat. Ad sopiendum itaq; controuersiā lata est constitutio prēsens per imperatorem, sensusq; illius est, quod ille qui possessionem rei habet, ius potius obtinet, vt si de facto in possessione sim, Iudexq; alium intromittere velit, cedere sibi ex possessione non teneor & econtra, si iudex aliquē intromiserit, alter tandem veniens priorē eicere non potest, nisi iure contra eum agat, dato quod iniuste possideret &c, vt textus habet, de hoc etiam vide supra li. ij. ar. xxiiij. & ff. ne vis fiat ei qui in possessione, L. i. Qui em aliquid possidet illud tenere debet, quoad sibi per veram actionem euincat, vt ff. vti possi. L. ait prętor, & C. eo. ti. L. i.

Vnde circa id sciendū quod possessio rerum triplex est. [l] Primo possidet vnus rem seu bona quę sibi vendicat absq; iudicio ad quę nullum ius ante hac habuit, & hoc sit dupliciter. [m] Primo si nullus illud defendit, illa bona fiunt illius qui primū occupat, vt Insti. de re diuisi §. insula, & ff. de aquiren. re domi, L. qd enim. Secundo quando vnus occupat aliqd quod antehac alterius erat, sed illa dimiserit, & illis abrenunciauit proieceritq; a se, vt ff. de acquiren. re. domi. L. qua ratione & aliis multis legibus. Secundo possessio fit quando bona alicuius sibi per mortē cedunt, & illa bona in possessionem accepit, quę tamen per sententiam non sunt sibi tradita, & huiusmodi possessio venit ex iuriū constitutiōibus vt Insti. de hęre. quę ab intesta. deferun. per totum, & Insti. de hęre. quali. & differ. §. sin autē, & in auten. de hęredi. ab intesta. venien. §. si vero coll. ix. Tertio acquiritur possessio bonorum cum coram iure nobis absceduntur vel donātur, vt supra li. ij. ar. xxiiij. & Insti. de re. diuisi. §. per traditionē. Et quia multi homines vendunt bona quę ipsorū non sunt, quare obuiatur his per articulum prēsentem, nullus em ius potius alteri dimittere potest q̄ solus habuit, vt ff. de aquiren. re. domini L. traditio. & Insti. de re. diuisi §. per traditionē. C. de distractione pignorū L. si debitor. & C. sine censu. vel reliquis fundum comparare non poss. L. ij. Si ergo nullū ius habuit ad illa bona, nec ius possessorium in illum transfunde. re potuit. Si vero per iudicem prēsentet, ex tunc qui possessionem habet iure contradicere potest, vt textus habet.

Circa id nota quod possessionē impedire vo-

[l] *Possessio rerū triplex concordat iur. mu. ar. xxix.*

[m] *Possidere bona secundum ius seu contigit triplicīter. Primo cum per mortem alicuius nobis uenit. Secundo si coram iudicio nobis absceduntur. Tertio per querelam iuridicam, & hoc dupliciter, secundū quod querela duplex est, Ciuilis uidelicet & criminalis. Ciuiliter tunc fit si bona impignorantur, ut sū debet certam summā ad tempus determinatū inscriptūq; in omnibus bonis, creditor inuestitur in bona iuxta huiusmodi obligationem. Inuestituraq; huiusmodi quandoq; fit in prǽsentia respōdentis, & hoc cum debitum recognoscit, & ille tandem quǽrit quǽcito soluere debet sententiatur in quindena. In defectu solutionis inuestitur tandē. Criminaliter uero sicut si sit ꝓscriptus, & interim bona sibi abiudicentur. Tertio possidētur bona ex inuestitura, ut cū qs q̄ritur super feudo alterius, & tria astitit iudicia, mittitur tandem in possessionē, etiam in absentia eius feu. c. xliij.*

[n] *Possessionem impedire uolens tria in se habere debet, concordat iur. mu. ar. xxix. glo.*

lens tria in se habere debet. [n] Primo quod solus iuste & legittime illam possessionem haberet, vt superius declaratum est. Secūdo qd ad illam intromissionem iudicialiter non sit interdictus, vt etiam superius declaratum habetur, & ff. de re iudi. in plerisq; legibus. Tertio quod prēsens non sit quando bona illa donabantur & intromissio adiudicabatur, qui enim sententiam audit, debet illi in instāti contradicere, vt supra li. ij. ar. vi. & qui tacet cōsentire videtur, ff. de reg. iur. L. q tacet, & in auten. de sanctis Epis. §. si seruus coll. ix. Dummodo pro eis bonis se prębeat responsurum, hoc est vt in proximo iudicio declaret ius suum & iudici scabinisq; id quod iusto pertinet soluat, vt ff. vti possidetis L. ait prętor. §. hoc interdum.

[o] *Emptori iura uenditoris prodesse debēt*

Si vero in varenda deficiat &c. Scilicet ille q̄ donauit aut vendidit. [o] Emptori etenim venditoris iura prodesse nemo ambigit, vt C. de euictionibus. L. emptori. Si vero aduersario possessio adiudicetur, extūc venditor emptorem indemnem seruare debet, & hoc si iure sibi abiudicentur alias non, vt C. de euictio. L. non dubitatur, & L. qui rem, & C. de periculo rei vendite. L. i. & C. de actio. empci. L. si pater.

Donata viro vel mulieri. Intelligendum est de bonis mobilibus quia ad illa non plus requiritur nisi fauor & gratia illius qui donauit, vt Insti. de re. diuisi. §. sed & si quidem §. interdum. §. item, & C. de peri. rei. vendi. L. post perfectam.

Hoc possident tribus diebus &c. Quęrere aliquis posset quid istud iuuabit ad rei possessionē. ℟. aliqui, quod exinde prescriptionē acquirit sed contra istud opponi potest quod videlicet prescriptio nulla erit. Mobilia enim isto modo prescribi non possunt, immo vt articulus prēsens dicit, euincere illa vnusquisq; tenetur quoad vixerit, etiam esset contra articulū xxiiij. li. ij. P ℟. itaq; quod id vbi loquitur de possessione trium dierum non per id intelligere vult quod mobilia prescribantur tribus diebus, quia contrarium huius declaratū est, sed dicit hic quod tribus diebus possidens non potest de furto accusari in illis reb⁹ si non occultando illa tenuerit q̄uis forsan ille qui sibi douauerat eadem furatus sit, vt Insti. de vsucapi. §. res fisci, & supra li. ij. ar. xxiiij. Nec opinio illa quę in prima responsione huius quęstionis tacta est, q̄d videlicet possessio trium dierum conduceret ad prescriptionem locum habere potest, quia & infra sequenti §. tangitur quod annus & dies faciunt possessionem, vt etiam supra li. ij. ar. xxiiij. ar. xliij. ar. xliij. habitum est.

P. *Concordat Iur. mu. ar. xxx.*

Quę vero per querelam euincuntur aut hęreditario cedunt &c. Illud enim quod hęreditario ad nos deuoluitur illius mortui possessio adminiculo est hęredi quo ad prescriptionē, vt Insti. de vsucapi. §. res fisci. & ff. eo. ti. L. possessio. C. de annali. prescripti. siue exce-

pci. L. i.

Qui proprium aut res mobiles vēdiderit &c. Hęc est secunda diui Ottonis Imperatoris cōstitutio. Estq; sancita propter controuersiam iurisconsultorum. Exquoquidem enim ius Saxonicum disponit quod prō bonis mobilibus se vnus trahere potest vsq; ad illum qui educauit ī pecus est, vel si solus fecit, vt supra li. ij. ar. xxxvi. Dubitabatur itaq; quādiu proprium varendare vnus debeat, ex quo vera prescriptio non nisi in triginta annis, & anno & die fit, vt supra li. i. ar. xxix. huiusmodiq; controuersia & dubitatio, partim venit ex legibus quę disponunt quod prescriptio mobilium sit in triennio. Immobilium vero in decennio inter prēsentes. Inter absentes vō in viginti annis, vt Insti. de vsucapi. §. & cum hoc. Aliq; vero leges, vt C. de vsucapi. transforman. L. i. disponunt quod prescriptio terminatur triginta annis. Ad sopiendum itaq; has cōtrouersias Imperator Otto statuit, qd ille qui mobilia aut proprium vendiderit varendare illud deberet quamdiu viueret, & hoc ex eo, quia ille qui proprij alienare vult cum consensu hęredum id facere tenetur, vt supra li. i. ar. lij. Nec est textus prēsens contra articulū xxix. li. i. vbi habetur quod proprietas in triginta annis & anno & die prescribit. Loquitur em ibi de bonis quę per successionē ex admortuo cedunt, hic vero intelligitur de bonis venditis.

[q] *Nota passum istum diligenter.*

[q] D. a. posser. Quid si pater meus moriatur, & eodem anno mortis vel precedenti antehac proprium alienet me nesciente an carere illo debeā. Quidam dicunt quod sic. Prędecessor em meus illa varendauit quoad vixerat, nec vlterius varendare tenebatur, vt textus prēsens. Esset tamen cōtra articulū Inj. li. i. vbi habetur quod sine hęredū consensu proprium alienari non debet. ℟ sub distinctione quod hęres alienationi illi contradicere potest ex eo, quod de alienatione ignorabat, vel quia ex necessitate contradicere non potuit, pecuniā tamen restituere cogitur, quia si proprium eidem restitui deberet, non per soluta viceuersa pecunia, efficeretur ditior cū alterius damno, quod fieri non debet. vt ff. de conditi. indebi. L. naturaliter, & L. vlti. & ff. pro emptore, L. qui cum, & ff. de petione hęreditatis, L. plane.

Res tamen illa pro qua litigatur &c. Hoc est res ille dari libere debent venditori, in lucrū em & damnū illa tueri tenet, vt C. de euictio. L. auctore. & L. si prędium. & Insti. de empci. & vendici. §. prēciū. ¶ Quęritur qd si vnus vt sic in possessionē viceuersa restituatur rei illius an iurare possit, quod bona illa ipsius sint. [r] ℟. quod sic, non em vendidit bona illa nisi illa varendare potuisset, & dato quod non varendauit adhuc sua manent, vt C. de periculo, & comodo rei vendite. L. i. & Insti. de actionibus. §. rursus. Illius etem interest defendere & quęrulari, cuius damnū vel lucrum

[r] *Aliæ glosæ habent an res huiusmodi illius adhuc sint.*

imminet, vt Insti. de obligati. quę ex delict. nascun. §. furti, & Insti. de vi bono. rapto. per totum, & ff. eo. ti. L. ij.
Cui autem quid donatum est, non aliud probare poterit nisi donationem, hoc idem supra habetur, li. i. ar. Ij. & Insti. de donatio. §. alie autem, & ff. de donatio. L. aristo. ait. & C. de iure dominij impetrando. L. i. Vel dic quod desuper non aliud probare tenetur nisi donationē, per idq; differentiā innuere vult inter donationem & emptionē, ille em̄ qui vē dit, varendare tenetur vel restituere pecuniam si varendare non poterit, hoc is facere non tenetur q donauit, vt patet ex legib⁹ allegatis, & Insti. de actio. §. rursus. & C. de iure doti. L. euicta. Idq; intelligendū est de donationibus simplicibus. [f]

[f] *Aliæ glosæ addunt et nō de illis donationibus quæ coram iudicio fiunt.*

Articulus LXXXIIII.

84 Ratione successionis occisorum quę pena

VI bona alterius uiolēter aufert seu occupat ante mortem unius, seu sic occupata uiolēter tenet usq; in istius mortē, omne ius perdit quod habere debuit in bonis illis post decessum spoliati. Vasallus si interficit dominum suum in uita honore & bonis cū quibus ab ipso fuerit infeudatus cōdemnetur Idem etiam de domino censendum est si occidit uasallum. [a] Et superior dominus sic occisi uasalli natos ad prædictum dominum cum inuestitura dicti feudi dirigere non ualebit. Qui occiderit patrē, matrē, frātrē, aut aliū quēcunq; de cuius morte proprietatis aut feudi successionē expectet, hanc se noscat perdidisse nisi forte id ignoranter, uel causa necessarie defensionis accidisse prout iuris fuerit super mortuum comprobetur.

[a] *Textus antiq ita legunt, & dominus superior nō poterit ulterius pueros occisi remittere ad dominum, ut sibi seruiąo astringantur.*

Glosa.

Qui occiderit patrem &c. Immo lex erubescit filios esse castigatores parentum, vt in auctē de nup. §. si vero. ver. si.
Hanc se noscat perdidisse &c. Sic etiam vxor quę facit occidi virum, perdit dotem, vide ff. de adimen. lega. L. penul. & alias causas propter quas quis perdere debet ius hereditarij, vide notatas in. c. quinta vallis de iureiuran, & supra li. i. ar. xvij.

Glosa.

Hoc modo etiam filius exheredari potest si bona parentis occupat ipso viuente, vt in cōsti. imperatoris Alberti habetur. Indignum em̄ est quod is alicui bona relinquere deberet a quo antehac lesus est, vt Insti. de donatio. §. sciendū & C. de reuocan. donati. L. finali.
Vasallus si interficit dominum suum &c. Est tertia constitutio imperatoris Ottonis, propter auaritiam maliciāq; nonnullorum sancita. Adeo etenim quorundam creuerat auaricia, vt cum eis bona in feudum de futuro ꝓmittebantur vel in expectando fuerūt, mortem illis ministrabant vt eocius bona consequi possent. Vnde etsi quidem omnibus sicarijs pœna statuta sit, vt supra li. ij. ar. xiij. & qa excessus & homicidiū huiusmodi grauius & maius est, quare de mente iurisconsultorū pœna deberet esse grauior, vt Insti. de publi. iudi. §. alia, & ff. de pœnis. L. capitalium, & L. Si quis, ff. de priuatis delictis, L. runq̄. C. de pœnis, L. cum reis. L. ne quis. L. si vindicari. Leges allegate disponunt quod pœna esse debet iuxta enormitatē excessus. [b] Alij vero dicunt quod exquo iure Saxonico nulla grauior pœna sancita est, quare nec maior imponi debet. Iudex em̄ nullam pœnam pro excessu imponere audeat, nisi quę de iure sup excessu descripta habetur, quod si in aliquo dubitatur magis moderare debet q̄ exacerbare, vt ff de pœnis. L. respiciendum, &. L. penulti. & ff. de reg. iur. L. semper in obscuris. ff. de re. iudi. L. inter partes de arbitris. L. diem. ff. de liberis & posthu. L. cum quidam. ff. de exceptione rei iudicate. L. si ex testamento. Soluuntur tamen leges allegate vbi dicitur quod pęna adaugeri non debet, nisi quę descripta habetur. Minorari tamē etiam non debet nisi cum dubitatur, sicut si iudex dubitet inter duas leges irrogare debet mitiorem pęnam. [c] Tutius est enim est & melius q; vnus ex opinione liber dimittatur, q̄ quod ex dubio occidatur. vt ff. de pœnis. L. absentem. Ex quo itaq; de huiusmodi excessibus occisione videlicet parentū, agnatorū & aliorum quorū bona quis in expectando est, tum dominorū suorū nulla maior pęna statuta erat. Quare Imperator Otto supplendo defectum iuris nostri pręsentem superaddidit constitutionē, quod is vitā amittat, vt precedentes leges suadent, vt supra. li. ij. ar. xiij. & C. ad le. Corne. de Sicarijs. L. i. ff. eo. ti. L. iij. Insti. de pub. iudi. §. item lex Cornelia. Et cum hoc honorem, & id superaddit constitutio pręsens & hoc propter periurium eius quod circa Omagiū fecit, vt xxij. q. vlti. de forma fidelitatis. Quod autem periuri infames sint, habetur extra de testibus. c. sicut

[b] *Concordat supra li. ij. ar. xiij. glo.*

[c] *Tutius est unum ex opinione liberum dimittere quam ex dubio occidere.*

Periuri infames

161

nobis, & c. testimoniū ver. pręterq̄ pro reatu periurij extra de iureiuran. c. querelam. & iij. q. vij. c. infamis.
D. quis posset, quid nocet quod quis honorem perdat cum iam vitam amiserit. & qđ is etiam perdit honorem quamuis vita sibi condonetur, vt. C. ex qui. cau. infa. irroga. L. ad tempus, perdit etiam cum hoc bona sua & illa cedunt domino, & non illius homicide heredibus.

[d] *Regulam successionis bonorum attende.*

Circa id nota regulam in successione bonorū d Si vasallus feudum perdit ꝓpter excessum erga suum dominū patratū, feudum illud cedit heredibus domini, & non heredibus occisoris. Qui vero perdit feudum ex causa contra alium extraneū, feudum cedit heredibus qui sunt in expectando, hoc idem etiam fit in excessu domini respectu vasalli, eandem enim fidelitatem etiam dominus tenetur vasallo, vt in li. feu. qui. mo. feu. amitta. & xxij. q. vlti. de forma fidelitatis. & xcv. dis. esto subiect⁹, extra de iureiurando. c. peruenit, & xxij q. vi. c. nihil.

[e] *Ad hanc materiam vide supra li. i. ar. xvij abundantius.*

[e] Qui occiderit patrem, matrem &c. Hic colliguntur causę propter quas puer exheredari potest Prima si manus iniecerit in parentes. Alias vero causas vide sup̄ li. i. ar. xvij. in glo.
¶ Perdit omnē expectationē &c. Idem em̄ quod aliquis in expectando bona alicuius est, hoc sibi tribuit gratia illius, vel ius quod ex illo habet, qui ergo interficit illum cuius gratiam vel ius expectat gratia illius carere debet, vt Insti. de dona. §. sciendū, & C. de reuocan. donati. & in auten. vt liberti. de cetero. §. propter ea. coll. vi. & xx. q. iij. c. constituit, & extra de donatio. c. propter eius ingratitudinem.
Nisi forte id ignoranter &c. hoc declaratū habetur supra li. ij. ar. xiij & Insti. ad le. Aquili. §. iij. iiij. & ff. eo. ti. L. iij. & C. ad le. Corne. de sicarijs. L. eum qui.

Articulus LXXXV.

85 Bnis scribus et fideiussoribus quid sit agendū

VBi plures uerigeldum seu aliā cōiunctim promiserint pecuniam, [a] nō quilibet in totum sed in uirilem condemnetur portionem, nisi forte aliquis in soluendo deficiat sociorum. Si plures pro uno debito ponerent promissores, & promissio a pluribus recipiatur satisfacto soli creditori ab omnibus liberatur, Qui pecuniā soluere promittit, & fideiussorem ad hoc quod promisso satisfiat statuat, soluente principali fideiussor liberatur, dummodo per eūdem id comprobetur. Qui autem per seipsum pecuniam soluere pro alio promiserit sibi incūbit probatio facte per se uel ex parte eius per alium solutionis. [b]

[a] *Textus uetustiores ita legunt omnes sunt astricti per iustiaam ad soluendum quamdiu non sit persolutū non quuis totum sed quilibet quantum ad se pertinet, & q̄diu p iudicium cōstringi poterit cui fuerat promissum, uel huic qui cum eo stipulatus est & soluere est coactus. Concordat Iur. mu. ar. xxxi. glo.*

[b] *Iur. mu. ar. xxxi.*

Glosa.

Vbi plures verigeldū &c. Ad materiam istius articuli dicit ius cōmune, ex huiusmodi obligationibus & stipulationibus solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenentur, tamē in vtraq; obligatiōe vna res vertitur, vel alter debitum accipiēdo vel alter soluendo omniū per imit obligationem, & omnes liberat, vt Insti. de duobus reis stipulan. & promit. [c] Vnde dicit glosa, quod reus stipulandi dicitur ille qui rem vel pecuniam aliquam stipulatur, a re non a reatu dictus. Et econuerso reus promittendi dicitur qui aliquam rem promittit. All. ff. eo. L. i. ita dicit lex cōmunis alibi. Creditor prohiberi non potest exigere debitū cum sint duorei ꝓmittendi eiusdem pecunię a quo velit. C. eo. L. i. Et sicut ex beneficio diui Adriani scindit actio inter plures fideiussores, mādatores, & constitutores, q̄is quilibet in solidum obligatur qui sunt soluendo, & litis contestatione prȳsentes, vt C. de cos. sti. pecu. L. diui Adria. & Insti. de fideiusso. §. si plures, & sequen. Sic & inter pluresreos debetur per beneficiū nouę constitutionis. vt C. de duobus re. per totum, de his vide plene per Hostien. in summa de fideiuss. §. quid si beneficiū, & tribus. §. sequen. & in specu. de renunci. §. i. ver. nota ergo, & multis ver. sequen.

[c] *Reus stipulandi dicitur à re non à reatu.*

d Nota autem quod illud nomen fideiussor est ita generale vt contineat in se mandatorē & constitutorem, & eum qui ex toto in se alienam obligationē transfert, quod & promissum vocatur, ff. ad vell. L. quamuis. §. si mulier. Sed tamen mandator precedit obligationem, constitutor sequitur, & fideiussor precedit, & sequit aliquando per Hosti. in sum. de fideiuss. §. quis dicatur.

[d] *Nomen fideiussoris est generale.*

Promiserint pecuniam &c. Si duo sunt ab aliquo stipulati in solidū, & vni est totum solutum, an alter de iure cōmuni possit petere partem eius quod solutum est, & an vnus creditor negare possit quod alteri iam est solutum Vide in addi. specu. de obliga. & solu. super rubrica. vers. est & alia, & sequē. p Ioan. And.

Glosa.

Constitutio pręsens est imperatoris Ottonis. Ruffi, magni Ottonis filij, anno septimo imperij sui. Motiuum huius constitutionis fuit, quod homines quidā quibus multi fideiusso

res super solutione extiterant, a quolibet illorum solutionē aut verigeldū expetere volebant fundantes opinionem suam in eo, quod quicunq; quid promiserit adimplere tenetur. Exquo tacq; glibet eorum verigeldū promiserat, ergo &c. Habebantq; pro se articulum septimū libri primi, & Insti. de obliga. §. obligatio, & Insti. de obliga. ex consensu. §. vlti. & Insti. de fideiussori. §. si plures, & ff. quod iussu, L. finali. Alij dicebant quod quilibet eorum non plus teneret nisi partem suam exsoluere, & habebant pro se. Auten. §. i. coll. vij. de duobus reis promittendi, & ff. eo. ti. L. reos. Hanc vero controuersiam sopire volēs Imperator Otto mediam statuit viam, & est, vbi plures manu coniuncta solutionē promiserint vnus soluere tenetur, & hoc sub distinctione si socius suus in soluendo potest. Vel si ad iudicium haberi non posset, sed si ad ius vocari possunt omnes, debet quisq; pro sorte impeti sua, nec vnus ad solutionem totius cogi. Si vero contingat quod vnus pro omnibus totam summā soluere compellatur, illi dabitur actio contra alios fideiussores extorquendi sortes illorum, vt in auten. de duobus reis promittendi, §. i. coll. vij. Leges enim in contrarium allegate sunt iam correcte, vt Insti. de fideiusso. §. si plures in glo.

c. *Promittens decem uel uiginti, c non tenetur soluere nisi illud quod est minus.*

Nota cum promittitur indistincte decem vel viginti, c non tenetur soluere nisi illud quod est minus. f Et in obscuris sequitur minimum vt ff. de reg. iur. L. semper in obscuris, & extra eo. ti. c. in obscuris li. vi. & ita in simili qlibet iurisconsultus medium eligere debet in omnibus, vt C. de iudi. L. rem non rouam, & Insti. Qui ex cau. manumit. non pos. §. Iuste. & ff. de offici. procon. L. solet

f. *In obscuris sequitur minimum.*

Satisfacto soli creditori &c. Vt sic enim satisfaciens principali seipsum & si qui alij pro eo fideiusserunt tam contra principalem q̄ cōtra alios qui fideiussorem & promissum acceptarunt liberat, vt insti. de duobus reis stipulandi, §. ex hiusmodi, & ff. de arbi. L. si duo. Sed si solutio in vno defecerit, alij rependere teneretur, vt in auten. de duobus reis pro. §. nouimus, coll. vij. & ff. qui ex cau. ad eun. iudi. eatur, L. ii. & C. de fideiuss. & manda. L. iij. & C. ad senatusco. Velleia. L. antique.

Dummodo solutionem probare poterit &c. huiusmodi autem probatio fieri debet cum duobus testibus qui solutionē viderunt & audiuerunt, factaq; probatione fideiussores liberantur, vt supra declaratum est li. i. ar. lxv. & li. ij. ar. vi. & C. de solutio. L. solutionem, & ff. de negotijs gestis, L. soluendo, & id facere tenetur principalis ipse vel alter ex parte illius qui loco eius solutionē fecerat. g Et ex isto passu habetur quod eque valet solutio p subdelegatum sicut per principalem, vt Inst. qui. mo. toll. obliga. §. i. & C. de solutio. L. vl.

g. *Soluēdo æque ualet per subdelegatum sicut per principalem.*

Articulus LXXXVI

Indebiti repetitio qua pena puniendo 86

QVi terram seu communem agrum suorum uil lanorū, arat, fodit, aut sepit incusatus pro eo coram sculteto tres solidos mulcte persoluet. a Qui si ibidem quod iuris est reddere negauerit & causa ad superiorem trahatur iudicem, eidē mulctam dabit, & cum hoc triginta solidos uillanis emende cum agri restitutione. b Sic etiam uilla uillæ cū triginta solidis & damni restauratione, si ut iuris est coram circumsedentibus hoc conqueratur & ostendatur emendabit, quod si uilla hoc facere noluerit, & coram superiori iudice pro eo accusentur, sculteto eorum communem mulctam pro eis sustinere debet, & ipsi cum triginta solidis & damni restauratione suis aduersarijs emendabunt.

a. *Textus uetustiores ita legunt quod si coram sculteto respondere aut id quod uoris est exsoluere recusē, causaq; ad superiorem deuoluta fuerit iudicem &c.*

b. *Textus alij habent eodem ctiam modo uidelicet &c.*

Glosa.

Hic nota quod ad hoc vt cōmunitas, vniuersitas, villa, vel ciuitas delinquere dicat. c Requiritur quod conueniant maiores seu consiliarij quocunq; nomine nuncupantur, siue iurati seu consules, siue prefecti, & habita deliberatione id concludatur, in quo maior pars cōmunitatis concordat, & quod hoc fiat ab eis congregatim, & vt a corpore non tanq̄ a singularibus ad id, vt C. de sacrosan. eccle. L. iubemus, & ff. de reg. iur. L. aliud. §. refertur ver. de hoc, & facit etiam quod notatur de symo. dilectus. & secundum Ioan. Andre. in c. felicis de pœnis, li. vi. in nouellis, & dominū Pan. & Ioā. de lig. post eum in Cle. si gs suadente de pœnis, facit etiam ad hoc supra li. ij. ar. lv. vide plenius de hoc in li. repetitionū, §. ex narratis in numero xxij, in repetitiōe, c. omnis de pœni. & remissi. super verbo omnis in numero, xxvi. & per Bald. in vsibus feudo. titu. qui. mo. feu. amit. in i. R. & per Ioan Andre. in nouel. de pœnis f. licis super verbo ciuitas li. vi.

c. *Ad hoc quod uniuersitas uel ciuitas dicatur delinquere dicatur que requiruntur.*

Glosa.

Constitutio presens est Ottonis Rufi Imperatoris. Quidam etenim opinabantur quod ille qui alterius bonis se intromiserit, huiusmodiq; bona cōmunia sunt quod vnicuiq; ex cōmunitate mulctā soluere deberet, & respectu vniuscuiusq; emende mulctam iudici, vt supra, li. ij. ar. xlvi. Alij vero opinabantur quod liberari posset cum vna emenda, vt etiam superius tactum est, li. i. ar. liij. Vbi enim unus partem non habet determinatam, non poterit etiam pro ea agere, vt feu. c. viij. sancitaq; est constitutio presens vt aboleretur auaricia iudicum que in extorquendis mulctis maxime inoleuerat, vt in auten, vt iudi. sine quoquo. suffra. §, cogitatio circa mediū coll. ij. d. Auaricia enim est origo omnis mali, & mater peccati, vnde dicitur in textu tres solidos mulcte dabit, facile etenim euenire potest quod vnus agrum vicinū suo agro ex limitibus adiacentem limites excedendo suos aret aut sepiat. Quare & secundum id ius expressum ac determinatum habetur, ne ratione illius difficultas habeat. e Iudex enim maxime curare debet, ne quid aut durius aut remissius pro excessibus q̄ quod constitutum est fiat, vt ff. de pœnis L. respiciendū. In oppositum istius videtur esse articulus xiij. li. ij. & tamen quod ibi loquitur de mulcta in criminalibus causis, hic vero agitur de emendatione in causis ciuilibus. Preterea contrariū etiam videtur esse supra eo. li. ar. lxiij. vbi habetur q̄ Sculteto pro nulla alia re tres solidi mulcte dantur, nisi in causa furti pro cute & crinibus. Ex quo tacq; is nullum furtū cōmisit, quare iniuste sibi soluuntur tres solidi. & quod iste soluit tres solidos non ratione mulcte sed ratione emende & melioration is. Preterea contrarium huius etiam videtur supra li. i. ar. ij. §. vij. Vbi habetur quod Sculteto in omnibus legittimis iudicijs iniurias, clamores, &c. inquirere & accusare debet, nec ibidem exprimitur quod coram eo accusari debeat quis. f & q̄ quis ibi expressum non sit, tamē nec interdictum habetur ne id fiat, sed illud quod iure non interdicitur ius admittere videtur, vt C. de testamen, L. sancimus. Vel dic quod Sculteto huiusmodi inquisitionem & scrutinium bene facere potest propter cōmodum villanorum, quicquid enim in commodum cōmunis vtilitatis statuitur tenendum est, vt supra li. ij. ar. lv.

d *Auaritia est origo omnis mali.*

e *Iudex maxime curare debet, ne quid aut durius aut remissius pro excessibus quam quod constitutū legibus sit, fiat.*

f *Quicquid iure non interdicitur, illud ius admittere uidetur.*

Triginta solidos, hoc fit ex eo, quia magnę impensę desuper facte sunt, vt insti. de pœna. teme. liti. §. hæc autem.

Et cum agri restitutione &c. Quando enim aliquis iniuste in bona alterius se intromittit, emendare sibi cogitur, ante omnia tamē ablatum restituendo. g Iniuria enim & furtū non dimittitur, nisi prius ablatum restituatur, vt ff. de vsuca, L. sequit. §. quod autem, & xiij. q. vi. c. si res, extra de reg. iur. c. peccatum, li. vi. de pœ. dist. i. si peccatum.

g *Iniuria uel furtū nō dimittitur, nisi ablatū restituatur.*

Sic etiam villa villę &c. h In similibus etem simile ius obseruari debet, vt Insti. qui ius patri potes, §. pari ratione. ff. de edendo, L. quedam. Insti. quod cum eo qui in aliena, §. ista. ff. ad le. Aqui. L. illud.

h *In similibus ius simile obseruari debet.*

Si vt iuris est ostendatur. &c. hoc est cum duobus viris vt supra li. ij. ar. xlvi. cōmunē mulctam, ideſt cōmunem rusticorum mulctā soluit sculteto tanq̄ iudici.

Articulus LXXXVII.

De competenti causarum iudice 87.

SI quis laicus laicum coram Ecclesiastico iudice impecierit in causis ibi de iure non tractandis a & ei damnū dederit, si is pro eo ciuiliter accusetur, iudici ad mulctam b & damnū passo ad emendam, & ad prioris iudicij indemnitatis obseruationem condemnetur. c Idem soluet paganus si contra alium in extraneo uel municipali iudicio egerit, dum sint unius uille uel iurisdicionis incole, nisi forte eidem a iudice uel a parte ius fuerit denegatum d Ius autem iudex denegare dicitur, cum iudicare non uult aut suos debitos iudiciales terminos non obseruat. Ius etiam reus denegat quando de ipso fit quærela postq̄ fuerit proscriptus, aut alteri adiudicata debita non persoluit, nec habet ut pro his pignoretur, uel per uadium ad soluendum astringatur, contra huiusmodi hominem licebit actori querulari ubicunq; eum reperire posset ipsis autē nullus respondere cogat.

a *Vide supra eo. li. ar. xv. glo. iur mu. ar. xxo viij. & ar. Ci.*

b *De mulctis uide supra li. i. ar. liij. li. ij. ar. xl. xli. li. iij. ar. lxiij. & alijs plerisq; locis.*

c. *Textus uetustiores legunt idem soluit uir prouincialis, si contra alium sibi parem, &c.*

d *Ius quando denegare dicitur.*

Glosa.

Constitutio presens est Fredetici de Stupsen Imperatoris. Motiuum eius fuit. Quidam enim putabant quod quiuis passim corā quolibet iudice posset accusari fundantes opinionē suā super ar. lix. & lxx. li. i. Alij vero dicebant, quod quilibet non nisi coram suo iudice respondere tenetur, super ar. xxv. li. iij. Propositum ponentes suum, hęc cōtrouersia limitatur per constitutionem presentem.

Vnde pro intellectu textus sciendum, quod

e *Iudicium duplex est. Concordat iur. mu. ar. xxvij.*

iudicium duplex est. e Spirituale, & coram eo spirituales agere debent, vt xi. q. i. c. peruenit. Et seculare & corā illis secularibus actio venit, vt xi. q. i. c. te quidem. In contrarium istius sunt certa iura, vt xxvi. q. vlti. c. his quibus. Et tamē quod iudicare quidem seculares possunt, in causis tamen ad Ecclesiam pertinentib⁹. Sed si in alijs causis clericus agere vellet contra laicū, vt id coram competenti suo iudice faciat necesse est, vt xi. q. i. experientię, C. de iurisdi. om. iudi. & foro compe. L. iuris ordinem.

f *Cause quædam in quibus secularis corā spirituali iudice respondere tenetur, concordat iur. mu. ar. xx. viij glo.*

In causis ibi de iure non tractandis. f Circa id nota quod sunt nonnulle causę pro quibus secularis coram spirituali iudice respondere tenetur. Prima est occasione fidei vt extra de senten. & re. iudi. c. ad apostolici. ver. de heresi li. vi. Secūdo occasione pacis fractę. Ecclesiasticis vel ecclesię, vt extra de foro competenti. c. cum sit. & etiā supra li. i. ar. liij. Tertio occasiō periurij, vt extra de iudi. c. nouit, & extra de foro competenti, c. vlti. Quarto causę matrimoniales, vt xxxv. q. vi. c. multorum. Quinto occasione usurę, vt in dicto c. cum sit de foro competenti.

g. *Ad extraneum ius aliquem trahens quæ pœna.*

Et ei dānū dederit &c̄. g Hoc est si in damnū aliquem inducit coram extraneo iudice, pœna eius est quod actio c̄ & querelā amittere cogitur, & istum indemnem reddere, vt hic, & C. ne filius pro patre in constitutiōe noua Frederi L. habita. Is vero qui accusat & se iure nō defendat quod ibi respondere non cogatur, si sententia contra eum processerit ligat, vt C. de iurisdicio. om. iudi. L. in criminali, & xi. q. i. c. inolita, & c. placuit.

Si vero cogatur quis ad respondendū sententia nulla, vt ff. de iudi. & vbi qs agere debeat L. ij. Sciendū etiam venit si actor ante responsionē facti penituerit, & causę renunciauerit, non subibit pēnam istam, vt ff. de inoffici. testa. L. Papinianus §. meminisse.

Si is pro eo ciuiliter, vel coram iudice prouinciali accusetur &c̄. Vt sic etem coram iudice prouinciali querulare cum oportet pro illo quod in iudicio spirituali intentatum est. Contrarium tamē istius videtur militare lus commune quod disponit, vt iudex secularis manutenere debeat sentētias spiritualis iudicis, & econtra, vt extra de exceptio. c. cum quidam li. vi. h & tamē quod videlicet vnus iudex alterius sententias manutenere & exequi tenetur in causis quę iudicio pertinēt suo loco isto etiam casu actor reo respondere teneī, nisi causa eius prius discussa fuerit, vt supra eo. li ar. xij.

h *Iudex unus alterius iudicis sententias manutenere debet quomodo intelligendū.*

Nisi forte ius denegatum sit, &c̄. Ius denegare dicitur vni i cū se adius trahi non permittit. Iudex etiam ius denegare intelligitur cum iudicare nō vult, vt supra li. ij. ar. xiij. k vnde circa id cōmunē nota regulā, cōueniri p quę relā vbiq; pōt siue clericus siue laicus, & alter quiuis quē suus iudex ordinarius ad iudicū trahere nō potest, & ita vbiq; actio cōtra eum intentari poterit, vt xvij. dis. c. nec licuit & xi. q. i. c. si quis sacerdotum, & in auten. vt clerī, apud propri. conueni. Epis. §. i. coll. vi. & in auten. de sanctis. Epis. §. si quis, coll. ix.

i *Ius denegari quando dicitur, concordat iur. mu. ar. xxvij.*

k *Ad extraneum ius quādo unus trahi potest, nota regulam.*

Articulus LXXXVIII.

a *Concordat iur. mu. ar. xi.*

a Vicquid aliqs iudicialiter probare debeat, iudex testimoniū sub imperij deponere tenetur fidelitate, postea scabini hoc idē facient negocium sub eadem declarātes fidelitate. Cæteri uero ad iudiciū seu iuri pertinētes sub suo deponēt sacramento. b Vbi proscriptus sine manuali facto in iudiciū deducitur, & ab actore positio eius postulet, & si reus se proscriptū fore nō fateatur, iudex cum sententiarū representatoribus proscriptionem ante positionis permissionē debebit cōprobare. Actor tūc non iurabit, qa ubi cum iudicio cōprobabit, suo nō indiget iuramento. Facta autem positione actor prius iurare debet eū facti reum esse, pro quo passus est proscriptionem, sic deus eum adiuuet & sancti eius, deinde iurabūt testes iuramentū actoris iustum purum, mundum esse, & immune. Sic etiam actor cum suis testibus pro iurīs proscriptū, & in manuali facto depræhensum, iudicioq; præsentatū & positum iurando superabit. Vbi autem quis testibus probatus est coram iudicio uel contra iudicium siue pro bonis, siue pro uarenda, deponens prius intentū suum exprimere debet testibus, & postea iuret. c

b *Alij textus ita legunt, quādo proscriptus in recenti scelere deprehēsus iudicio statuitur, & actor petat positionē, reus uero p scriptionem neget, p scriptio in eo casu an tehac debet per iudicē & scabinos probari, nec oportet actorē sup proscriptione iurare, si per iudicē ut dictum est posit probari.*

c *Alij textus habent hoc debēt testes inpriuis sacramento testari, & actor ipse hoc esse uerum postea iurabit.*

Glosa.

Quicquid aliquis iudicialiter &c̄. Intellige tamen quod iudicium bannitum sit, & iudex

iudicio p̄sideat vt iudex, vt sic em testificari & testimoniū dare cum scabinis poterit alias non, vt in auten, vt nulli li. habe loci. conser. §. & hoc. coll. ix. ff. ad sena. consul. Trebe. L. ij. C. senten. rescin. non pos. L. neq;. In manuali facto &c̄. De hoc uide supra eo. li. ar. xxv, Actor enim id probare tenetur metse primus si est actio criminalis, vt supra li. i. ar. lxx. Vel mettertius si actio sit ciuilis, vt li. ij. ar. xxxvi. §. penultimo.

Articulus LXXXIX

a *Antiqui textus addunt aut rasorium.*

a Vi alterius gladiū, uestimenta, peluim a aut quid aliud pro suo simili opinatiue de balneo seu alio loco abstulerit, b uel de molendino saccum plenum aut uacuū, aut huiusmodi quid deportauerit et suam rem ibi dimiserit, hocidemq; non celando tenuerit, suamq; rem fore opinatus sit, si innocentiam in eo suam sacramento afirmet, alter quidem rem suam ciuiliter poterit uendicare. Criminaliter autē si pro huiusmodi accusetur suo absoluitur sacramento, dummodo ipsam rem se non occultando tenuisse testibus poterit comprobare, nec etiam tūc de manuali facto poterit incusari.

b *Textus uetustiores ita legunt, aut saccum de molendino uacuū, aut plenū, sellam aut filtrum, frenū, calcaria, lectum, de plumis cussinum, aut linteamen alterius, uel quic quid aliud huic simile ea intentione, & opinione, quod res huiusmodi sua sit ceperit exportauerit, &c.*

Glosa.

c *Balneum de cōmuni iure edificari potest.*

De balneo &c̄. c Scias qđ potest de iure cōmuni balneū edificari, dum tamen fiat secundum consuetudinem. Vnde dicit lex cōmunis, & balneū vt desideras extruere, & edificium ei supponere potes, obseruata tamen forma qua cęteris super balnea edificare permittitur, idest vt concameratas superinstruas, & ipsum concameres, nec modū usitatū altitudinis excedas, vt in L. i. C de edi. priua.

Glosa.

d *Furtum q. t.*

Si vero illa occulte tenuerit furtiua res nuncupari possit, & furto inculpari poterit, d Furtū etenim est voluntaria contrectatio rei alienę, vt Insti. de obligati. quę ex delict. nascū. in prin. qui enim non occultando rem inuentam seruat denunciare eam non tenetur, vt supra li, ij. ar, xxxvij.

Articulus XC.

Iuris variam complectitur acceptionem. Iuris item & Iusticię deffinitionem, Prę cepta iuris quę sint, Preterea longa inuenitur declaratio Iuris Diuini, Naturalis, Humani, & item Iuris gentiũ. Preterea Ius Prouinciale, Ciuile, Militare, Feudale, Publicum, Ius Quiritum, quid vnum quodq; illorum sit. Item Lex, Consuetudo, Mos, quo differãt, & earum deffinitio. Legum insuper primi inuentores qui fuere. Item, Plebiscitum, Senatusconsultũ, Constitutio, Responsa prudentum, Priuilegium quid sit. De consuetudinibus etiã & constitutionibus plura, Finaliter in calce articuli sufficienter declaratur quod p ius municipale nõ derogatur iuri prouinciali quod Speculum saxonum vocitatur.

Artic. secundus. fol. iij.
De seruitute & vnde originem seruitus habeat per longum tractat varias recitando opiniões, Libertas & seruitus q̃d sint, & vnde serui appellentur, & item quod Adam ex lapsu duplicem pœnam reliquit generi humano.

Artic. tertius. fol. iiij.
De seruitute natiuitatis seu Genelogię disponit. Seruorum et famulorum seu ministerialium differentia. Et item seruitium duplex, Serui etiã efficiũtur tripliciter, Si homo liber se vendat in seruum ad hoc quod vendicio illa valeat quę requirunt, Serui necessario manumittũtur ex certis causis, Flagitium in seruum cõmissum domino emenda cedit, Serui item incommoditates expressas ibidem vide.

Artic. quartus. fol. v.
Quomodo vnus Iure Municipali libertatem debeat obtinere suam, & quo pacto libertas probetur. Impetitio item seruitutis quadruplex, & quod cognati & alij consanguinei in certis casibus testificari possunt. Annus & dies q̃d sit Honor & sc̃a dalum nisi in tertiam deriuatur generationem. Excõmunicatis respondere nõ oportet, ipsi vero respondere omnibus cogũtur. De iure priuatis & infamibus multa ibidẽ vide, & quę sit eorũ pœna quodq; iure priuati testificari possunt in certis casibus, Iure priuati & matrimonio inhabiles quo differant, Pueri duplices legitimi & naturales.

Artic. quintus. fol. vi.
De excommunicatis & proscriptis abunde disponit, quodq; excommunicatus dato quod anno & die in censuris perseuerauerit per id contra honorem non facit nec vitam amittit, nec iuri derogat suo, secus est de proscriptis quibus & vita & honor adimitur, & alia de excommunicatione & proscriptione. Excommunicationis item & proscriptionis deffiniciones ibidem vide.

Articulus sextus. fol. vi
Ius Municipale vnde originẽ habeat q̃a ex Babilone, & quo pacto nomen sortitum tenet.

Artic. septimus fol. vij.
De transmutationibus regnorum, & quo pacto Imperium vltimo ad Romanos translatum fuit. Imperiũ Assiriorum, & item Imperium Medorũ, Persarum, Grecorum, Romanorum, quo tempore vnũ quodq; illorum cœpit, & quantum durauit, Idolatrie origo. Item Pape Syluestri à Constantino Imperatore sublimitas. Papa an Imperator quis illorum est dignitate superior. Legum duodecim tabularum origo. Nomina item decem virorum quĩ leges corrigebant. Legum imperialiũ origo. Dux vnde dictus. Ius Emphiteoticũ quid sit, & alia ad id plura.

Artic. octauus. fo. viij
De iure Imperatorum & eius confirmatione, tum & in quibus casibus vitam demeretur, & quis imperatoris iudex sit. Iuramentũ item Imperatoris descriptum ibidem inuenies. Nobilitatis seu militię dignitas duplex innata & acquisita, & Clypei militaris gradus. Iudices in iudicio residentes domini nuncupantur. Nummorum item origo. Thelonea preterea ob quam causam statuta sint. Et item causę propter quas Imperator excommunicatur.

Artic. nonus. fol. ix.
Qualiter super Imperatore iudicatur &

quod Pallatinus Rheni eius iudex sit, Tũ & quo pacto Ius municipale in prouincia Saxonię statutum fuit, quodq; triplex nomen sortitũ habet liber presens. Municipio, Municipiũ, quid vnum quodq; illorum sit. Ciuitas extrui non debet sine consensu presidis prouincię. Ecclesia & cimiterium defendit omnes illic confugientes, quinq; tamen genera hominum minime. Cõfugientes ad cimiteriũ quomodo exin de tolli debent & quomodo non.

Artícul. decimus fol. xi.

De locatione Maideburgeñ ciuitatis Iure municipali, quodq; Maideburgum prima saxonię ciuitas est. Iuris Prouincialis & municipalis differẽtia, Mulctę Burgrabio & scultreto, quantũ prestatur. Scabini vndecim numero esse debent, scultetus duodecimus. Ad cuius instantiam ius municipale confectum sit, & quis autor operis fuit. Priuilegium Imperatoris Ottonis Ruffi super confirmatione Iuris municipalis Maideburgensium ac prerogatiue scabinorum ibidem inserte habentur, Iuris Prouincialis, Municipalis, Imperialis, & Spiritualis differentia. Sub banno Regio iudicare quid significet, Scabinus unde nomẽ accepit suum, Iudicium in certis locis exerceri non potest, Locum iudicij imitare volẽs Iudex insinuare & publicare illud per preconẽ populo tenebit.

Articulus xi. fol. xij.

Vnde Hallenses ius suum reportare debent, & quo pacto id fiat. Appellationis triplex modus. Scabinis quantum exsoluitur cum profertur sententia, & quid Notario. An scabini solidos iusto pro sententijs accipiunt argumenta pro & contra, Multa iure admittuntur quę in se locum non habent. Iudex triplex incommodum incurrit si iudicare non vult. Iudices quatuor virtutes in se potissimum habere debent. Sententia reportata vbi aperiri debet, & quo pacto procedendũ, ibidẽ vide quędam specialia in reportatione sentẽtię.

Articulus xij. fol. xiij.

Si Maideburgi sententia reprobetur vbi ius querere debeant, in Schartaniam eñ vltra albim se trahere coguntur, quodq; ciuitas principalior in qualibet prouincia caput esse debet iuris aliarum ciuitatum illius prouintię.

Artícul. xiij. fol. xiij.

Quo pacto & per quem modum palãtia Maideburgi per Ottonem fundata sit, et quicquid in pallantia decernitur in causis appellatis id pro iure Municipali obseruari debet. A sentẽtia in palantia lata an appellare quis possit.

Articulus xiiij. fol. xiiij.

Quomodo palantia congregari debeat, et qualiter ad palantiam pertinentes citandi veniunt. Scabini propter id quod sententia eorum increpatur, malum animũ contra appellantem habere non debent. Appellatio nulli denegãda. Iudicis cautela in sententijs ferendis. Ex opinione sententia ferenda nõ est. Si statutũ sit alicuius ciuitatis quod à sententia nõ appelletur, quid faciendũ, doctrina pulchra. Plebiscitũ contra ius scriptum minime statui debet. Appellatio si denegetur quid faciendum.

Articulus.xv. fol xv.

Quo pacto citatio pro congreganda palantia formanda sit, quodq; sententia ferenda est per hos, qui presentes sunt, non obstante absentia aliquorum. Marca auri quantũ valeat. Iudices palantie si dubitauerint vel concordare non possint in ferẽda sententia, negotium relegandũ erit ad Regem ipsum.

Articulus.xvi. fol.xv.

Quo pacto Iure Municipali iudiciũ banniri debet. Scabini cur vndecim numero eligantur. Pro iudicio banniendo extra Maideburgũ in alijs ciuitatibus tres Scabini sufficiunt. Maideburgi quis Scabinos officio prefficere debet, Episcopus Maideburgeñ an feudum scabinale negare poterit. Defectus aliquis in officio existenti superueniens, deponi propter id ab officio non debet, Scabinorũ sede dignis requisita. Scabini solidos scabinales iusto accipiunt. Scabini Maideburgeñ si moriantur Imperatorq; coronatus non sit vt alij infeudentur quis interim iudiciũ prouidebit. Scabinus nouiter electus est administrator negotiorum scabinalium, Scabini singulis quatuor tẽporibus anni solidos diuidunt, Scabinis quantum pre-

statur à sententia, & quantum notario. Actio duplex Ciuilis & Criminalis. Iudices triplices, in pronunctianda sententia tã iure Saxonico q̃ Cęsareo. Iudicis in iudicando requisita. In loco iudicij depictum habeatur extremũ iudicium, Iudex est locum Dei tenens. De ferendariorum vtilitate & eorum cautelis, & item qui ferendarij esse non possunt, & an ferendarius recusare poterit verba loqui alicuius.

Articulus xvij. fol.xvij.

De excessu iudicis, & ipsius graui imposita pœna. Ex iudiciaria potestate si ausu/gerit captiuus preter iudicis culpam, iudex quomodo euadet. Verigeldus quantum valeat. Excessus nobis illatos quomodo dimittere debemus, & quõ non.

Articulus xviij. fol.xviij

De querela contra iudicem iusticiam facere denegantem instituenda. Iudex non dicitur iudex nisi cum iudicio preest. Iudex triplex nomen habet. Iudex à quibus potissimũ precauere debet, & alia de iudicibus plura. Practica etiam ibidem habetur quo pacto iudex de loco mouẽdus erit iudiciali, cũ qs sibi actionẽ intentare vult.

Articulus. xix. fol. xix.

De electione Proconsulis, eiusq; autoritate & iuramento. Reuenditorum constitutio. Mensurę potabilium & aliarum rerum debent esse sub insignio ciuitatis. Pondera adminus semel in mense conspici debent. Ciues in generali omnes dato quod Principem vel Regem habeãt, subesse mandato ac obedientię Proconsulis, & consulum tenentur. Ciuitas ex diuerso hominũ genere constituitur.

Articulus. xx. fol. xix.

Quo pacto proprium seu hereditas Iure Municipali resignanda venit. Resignationisq; solennitates vide amplas, & quę hereditas sine consensu heredum resignari potest, quę vero non. Ante quatuor scãna venire quid per id intelligatur. Bona desinit vnus possidere trifariam. Pignus nunq̃ prescribitur. Resignatio iuridica bonorum vtilis ad quatuor. Practica ibidem habetur quo pacto ferendarius seu procurator à iudice expeti debet, & alia de officio procuratoris. Solẽnitates itẽ circa resignatiões hereditatũ fieri cõsuetas ibidẽ inuenies, & quo pacto militaris ordinis homini, alienatio proprij admittitur, quomodo Ciui, quo pacto rustico, & item quo pacto mulieri. Solennitas resignationum vnde ortum habeat.

Articulus. xxj. fol. xxj.

Quanto tempore proprium resignatum varendari debet. Annus & dies quid sit. Venditor quomodo emptorem varendare tenetur. Proprium seu hęreditas duplex est, stans & iacens.

Artícul. xxij. fol.xxi.

De iure dotaliciali mulierum post mortẽ viri. Differentiam Iuris Prouincialis & Municipalis occasione dotalicij ibidẽ vide, & item de donationibus quę in fauorem matrimonij fiunt. Dotaliciũ reformatum in bonis indeterminate vir bona illa nihilominus oppignorare poterit absq; mulieris contradictione. Dotalicium accipitur ante omnes creditores, quibus vir post reformationẽ dotalicij contraxerat. Dotaliciũ reformatum in bonis cum reseruatione dominij & bona illa oppignorentur, mulier vero precustodiat sibi, ne uidelicet iuri noceat suo, precedit dotaliciũ Dotalicium mulier habens inscriptum in aliquibus bonis, & postmodum cum marito obligationem faciat in bonis huiusmodi vel fideiussoriam, libera esse nõ potest à solutione. Debitorem non pluralitas verborum sed simplex efficit promissum. Promissio fieri debet ore & manu, Dotalicium reformatũ in bonis censualibus etiam vidente domino censuali, census antehac perfessus precedit solutionem dotalicij. Dotalicium denominatum vxori quę tandem moriatur sine liberis mariti superstite, cui cedit dotalicium huiusmodi, Dotalicium per fideiussoriam reformari promissum postq̃ etiã dos extradatur mortuo marito non facta reformatione, an consequi possit. Dotalicium denominatum coram viris fidedignis, siue sit postmodum inscriptum siue non, vxor illud probabit iuramento. Dotaliciũ si non sit denominatũ q̃uis mulier apportet pecuniam ad virum, dotalicium extradi non oportet, datur tamen actio contra heredes super pecunijs apportatis. Dotaliciũ vxoris ex priori marito vir secundo nubens, & eam superuiuens, q̃uis à pueris diuisa non erat, obtinet in bonis mobilibus. Cõsuetudo Maideburgensium occasione do-

talicij. Dotalicium si denominatum non sit vxori, & bona habent labore acquisita, vxor tertiam bonorum accipit portionem. Ibidem causas vide quando mulier vitę prouisionem amittit, quodque testimonio vinci potest, tum & quando vir dotem perdit donationem tamen propter nuptias nihilominus dare cogitur. Diuortio facto qd bonorũ viri vxor retinet.

Articulus xxiij.fol.xxij

De Gerada seu Paraferna, & quę ad eam pertinent. Cognata geradam accipiens ex parte fusi descendere dicitur. Geradam ante tricesimum expedire non oportet. Ibidem practicam vide quo pacto procedi debet in consequenda gerada, quodq; mulieri cum testibus admittitur probatio. Prętera ibidem practicam vide cũ quis tribus vicibus citatus iudicio non cõparuerit quo pacto actor mittitur in possessionẽ. Donatione inter virum & vxorem mutuo facta omnium bonorũ nullis exceptis, an gerada post mortem vxoris, per virum necessario cognate extradi debeat. Mechanicorum diuersi status; geradą quę sit. Res ad geradam pertinẽtes impignorate tempore vitę vxoris, ille exemere cogitur, cui iure cedunt. Gerada per vxorem oppignorata quis eam exemere debeat. Gerada à primo nomen sortitur suum post mortem cognate, itidem & arma bellica seu hergeweth post mortem agnati. Gerada alienata tępore egritudinis etiam cum consensu viri non valet alienatio, immo vir super eo respõdere cogitur. Vir per negligentiam alienare vxorẽ aliquid admittens in damnũ illorũ qui sunt expectantes respondere pro illo tenetur. Cognata geradam tollẽs cur stratũ lectũ marito relinquere tenetur. Geradę expedicio prędcedit expeditionem armorũ bellicorum.

Articulus xxiiij.fol.xxvi

De cibarijs domesticis, & quę cibaria domestica dicuntur.

Articulus xxv.fol.xxvi.

De armis bellicis, & quid ad arma bellica pertinet. In diuidenda hęreditate & armis bellicis. Agnatus ante omnia gladium accipit, & quare id fit ibidem vide rationẽ.

Articulus xxvi.fo.xxvij

Quę ad hęreditatem pertineant, hęreditas quid sit, hęreditas carere hęrede dicitur trifariam. Seipsos interficientes bona illorum cui cedunt. Succedentes in bona aliqua obligantur semper ad aliquid. Gladiũ tutor accipit in signum tutelę interpretationem huius ibidem vide. Tutores in triplici genere inueniuntur. Tutores eligi possunt ōmisso agnato. Agnatus tutoriã suscipiens, satisdare cogitur cautionemq; facere pro bonis pupilli. Condicio ius limitat omne. Tutorũ prerogatiua, & alia de tutoribus plura. Bona pupillorum diuendi non debent. Bona pupillorũ quãdo diuendi possunt causas vide. Pupilli quando prescribunt in bonis per tutores diuenditis. Pupillotum prerogatiua. Creditori in bona pupillorum datur possessio & quo pacto bona illa eliberari posthac poterint. Tutoris potestas & autoritas erga pupillos. Pupilli sine tutore nihil facere possunt, dato quod in commodũ vergat eorundem, habenti tutorem quãdoq; tutor dari potest. Tutor ex officio eligi debet, ex proximioribus pupilli agnatis. Ex duobus agnatis ex equo ad tutelam pertinentibus in arbitrio est iudicis eligere ex eis quem vult. Iudex cogere vnum potest, ad tutoriam acceptandam. A tutela se vnus ex certis causis excusare poterit. Tutor per quem & quomodo accusatur. Tutela quomodo interdicitur. Tutela multis finitur modis. Quomodo probatur quod vnus pubertatis attigit annos. Tutoria viri respectu legittime vxoris, differt ab alijs tutorijs. Mulier sine consensu mariti nihil facere potest, nec marito aliquid dare. Tutor vnde nomen habeat suum. Tutor accipitur multis modis.

Articulus xxvij.fol.xxx.

De actione iniuriarum & debitorũ, ibidẽ practicam vide quo pacto detentus extra manuale factum ad iudicium adducitur, & item pro debito arrestatus. Manuale factum quid sit. Patibuli inuentor Tarquinius, & torturas idem excogitauit. Iudex etiam nullo instigante malefactores cohercere potest. Nullus sibipsi iudex esse debet. Carceribus iniectus ob defectum fideiussorię, honori minime derogat suo, fideiussorię varietas, fideiussoria in Ciuilibus actiõibus, grauior est q̃ criminalibus Pignore si quis tueatur sese contra credi-

175

torem. Pignus taxari per iudicem debet, an valet summam debiti necne.

Articulus xxviij.fol.xxx

Quo pacto vnus defendere se debet vt in extraneo non respondeat iudicio. In extraneo iudicio respõdere vnus cogitur, ex certis causis. Accusatus in extraneo iudicio, & non se excipiens, quę pœna. Iudex extra iurisditionem existens, etiam suę iurisditionis homines vt iudex iudicare non potest. Secularis etiam iure nostro corã spirituali iudice respondere cogitur in certis casibus. Ius denegare qñ iudex dicitur

Articulus xxix.fol.xxxi.

De donatione seu absscessione bonorum in quibus veram possessionem solus non habuerat. Possessionis specialia. Possessio multis acquiritur modis. Possessor iudici intromissionem defendere volens, tria in se habere debet ne pœnam incurrat.

Articulus xxx.fol.xxxij.

De donationibus vel absscessionibus coram iudicio factis, & q̃diu bona sic absscessa vel donata varendari debeant.

Articulus xxxi.fol.xxxij

De fideiussoria debiti vel iniuriarum, & quo pacto fideiussor liberatur. Obligationis definitio.

Articulus xxxij.fo.xxxij

De testimimonio contra aliquem producendo cum illum quis accusat esse illegittimum ortu aut iudicio vel quod furto aut spolio Iuri dero get suo. Quodq; iudex si moriatur eius successor testis esse debet omnium quę coram ipso acta sunt. Sed nec Iudex aliquẽ à querela repellere potest sine voluntate accusati. Iure priuatorum incommoditates.

Articul. xxxij fol.xxxiij.

De libertate Scabinorum, & quando eã probare oportet, quando vero non Libertas scabinorum omnium vilior. Rusticus ad officium aliquod electus, officiũ illud eum non nobilitat, testimonium vnius quandoq; valet.

Articul.xxxiiij.fol.xxxij.

De exigendis debitis, & quomodo debitor impeti debet Debitorum solutio quomodo decernitur.

Articulus xxxv.fo.xxxij

Duellum quomodo fit, & quo pacto duellum infertur alteri per longũ vide. Querellę tres in duello proponende. Ante varendam potest quiuis querelam meliorare suam, posthac vero nõ. Duellum denegari potest deteriori se sed non econtra. Duellariter alloqui quid sit. Duellum an iure diuino admitatur. Duelli definitio. Contra querelas duellariter propositas, poterit vnus testimonio absolui. Clericus duellum promittens an illud explere tenetur. Clericus duellariter interficiens aliquẽ an deponi ab officio debeat. Clericus per pugillem duellariter vnum interficiens, an efficitur irregularis. Duellum indicens tria in se habere debet. Obiecte alicui prędę aut furti quo pacto vnus se expurgare debeat, secundum diuersos hominum status

Articul. xxxvi.fol.xxxv.

De actionibus Criminalibus, quod cum clamore violentiarum proponi debẽt & septem testibus probari.

Articul.xxxvij.fol.xxxv.

De querelis violentiarum, domusq; irruptionum, quod itidem cum clamore proponende sunt.

Articul.xxxviij.fol.xxxv

De violentijs ex irruptione domorum illatis. Clamor inchoatio est querele in actionibus criminalibus. Furtum manifestũ quid sit. Fur deprehensus in facto quomodo iudicio presentari debet. Furto accusatus iudicioq; presentatus nocumentũ habet ex tribus. Fures quibus pœnis afficiuntur. Fur nocte deprehensus in domo alicuius, licite occidi potest. Pœna contra fures & raptores statuta. Homicidiũ contigit trifariam. Occisus in campo in furto vel preda, quomodo conuincitur. Homicidium casuale contigit multis modis. Puer equo impositus irrefrenato si interficitur cui culpa datur. Puer vel freneticus occidens aliquem quomodo punitur. Irruptiones & obsidia viarum quomodo puniuntur. Stuprum iure ipso est peccatũ grauissimum ex tribus. Cauendum est ne vnus cum clamore queruletur cum manuale factum non apparet. Virgo vel mulier stupratam se esse allegans, dispersis crinibus si iudicem agrediatur extra manuale factum, accusatus citius absoluitur quã

quod conuinci possit.
Articul. xxxix. fol.xxxvi.
De querelis ex necessitate propositis & p Burgrabium iudicandis, quodq; edificia propter excessum violentię sententiata, destrui debent.
Articulus xl. fol. xxxvi.
Contra quas iniuriarum querelas quis iuramento absolui non poterit.
Articulus xli. fol.xxxvi.
De querela contra aliquem in eius absentia facta, vbi & terminus reo assignatur, an interim arestari seu detineri per actorē possit. Accusatus pro iniuria varendam inprimis expetere debet. Edificia prędiorum Arcis, ex tribus destruuntur causis. Reus facti potest esse vnus quadrifariam Furis detenti practicam ibidem vide. Temeritas triplex. Varēde vtilitas et effectus
Articulus xlij.fol.xxxvij
Quo pacto ferendarius iure obtinetur in causis & querelis violentiarum ac manualis facti. Ferendariorum doctrina. Ferendariorum vtilitas & eorum laus. Ferendarij qui esse non possunt. Quo pacto ferendarius cogi potest, vt verba alicuius loquatur practicam vide. Cautela pro expetendo ferendario. Ferendarius quid prę custodire sibi debet ne incurrat damnum Ferendarius excedens commissum domini potest ad mulctam impelli.
Articul. xliij.fol.xxxviij
De Consulum electione eorumq; auctoritate ac potestate. Iuramentum Consulū. Ad Consilium vocatus si negligat quantum demeretur. Sclauonica marca quantum valeat. Electionis seniorum ex mechanicis, preterea electionis consulum apud Maideburgē consuetudo. Eligēs ad officium aliquem quid precauere debet, & quę circa electionem considerāda. Nec diuites nec nimium pauperes, verum mediocris status homines ad officia potissimum eligendi sunt. Extraneus & qui domi raro moratur, sed & nonagenarius in Consulē eligi minime debet. Quo pacto Consules Ciuitatis Maideburgē. nouiter electi confirmari debēt eorumq; iuramentum. Plebiscita & consuetudinis differentia. Plebiscitum ciuitati constitutum publicari debet, Mechanici plebiscitum minime facere possunt in commodū contubernij sine consensu Consulū. Mechanici constitutionum suarū literas a Cōsulatu expetere debent. Laniorum in mactandis & venundandis pecoribus ordinatio. Nullus ad statuam virgis ceditur, nisi pro furto & preda. Institorum & aliorū mechanicorū ordinationē ibidē inuenies. Preterea institores & alij artifices minime prohibere possunt alios extraneos, quominus res suas venundent in ciuitate nisi speciales desup habeāt prerogatiuas.
Articul. xliiij.fol.xxxviij
De penesticis reuenditoribusq; ac eorum pœna.
Articulus xlv. fol .xl.
De Iudice supremo hoc est burgrabio ciuitatis Maideburgē Iudicijsq; legalibus
Articulus xlvi.fol.xl.
De pœna seu mulcta Burgrabij & Sculteti.
Articulus xlvij. fol.xl.
De Sculteto & eius iudicijs. Iudiciū Burgrabij vnde ortum habeat. Legalia impedimenta quę sunt. Legale impedimentū fideiussor declarare tenetur. Libra quantum valet. Quibus nummis exsoluenda sit mulcta, & emēda. Citationis forma de consuetudine Maideburgē. Querele triplices. Gladius portatus contra statutum ciuitatis cui cedit.
Articulus xlviij. fol.xlj
De officio Scabinorum. Tutores habere contigit dupliciter. Iudex ius ciuile habere debet omnibusq; libertatibus Ciuitatis vti & item oneribus subici, Ibidem vide de exactionibus & contributionibus ciuilibus, quia videlicet exigi debent iuxta laudum, plebiscitum, consuetudinemq; vniuscuiusq; ciuitatis.
Articulus xlix. fo. xlij.
De tutoribus tractat, ibidem practica habetur tutelę acquirendę.
Articulus. l. fo. xlij.
De pœnis & emendis origenarium, & item seruorum triplex iuris beneficium.
Articulus. li. fol. xliij.
De causis ex consensu euenientibus, ibidemq; arbitrorum cautelę ānotantur.

Articulus lij. fo. xliij.
De transactionibus seu concordijs.
Articulus liij. fo. xliij.
De transgressoribus transactionū. Trāsactionis virtus triplex. Transactio sub pœna vallata fieri debet. Arbitrorum cautela & autoritas. Transactio violatur bifariā.
Articulus. liiij.fol.xliij.
De bonis per Iudicem consignatis seu arestatis. Mulcta dimitti non debet.
Articulus. lv. fol. xliiij.
De donationibus.
Articulus. lvi.fo. xliiij.
De donationibus itidem iudicialiter factis disponit. Pecunia publice oblata dato quod in scrinio occludatur, eque publice seruari dicitur ac si equus in campo.
Articulus.lvij.fol. xliiij
De dotalicio & vite prouisione mulierū, ibidem mulier in testem admittitur. Hereditas in dotalicio mulieri inscripta an alienari per eam possit, & practicam ibidem vide quo pacto mulier dotaliciū oppignorare potest. Donum mulieri per virū eius factum cui cedit mortua muliere. Quomodo mulier donationem probare debet in bonis viri. Emancipatio quid sit. Emācipati si diuisionem habere volunt cum nō emancipatis omnia quę cœperunt importare tenentur. Emancipati certas res importare non tenentur. Clerici quare gerā dam tollunt. Dotalicium mortua vxore cui cedit.
Articulus lviij. fol. xlv.
De successione hereditatis, & quę ad hereditatem pertineant.
Articulus lix. fol.xlv.
Hereditas nullo herede extāte relicta cui cedat. Iudex prouidere debet, carceres, patibulum. Iudicis officium in enutriendis pauperibus. Bona herede carere dicuntur multifariam.
Articulus lx. fol. xlvi.
De donatiotibus iudicialiter factis pueris suis vel vxori.
Articulus lxj. fol. xlvj.
De dono in bonis censualibus facto, & an bona ex successione deuoluta siue sint mobilia siue immobilia alienari possunt.
Articul. lxij. fol.xlvi.
De bonis censualibus ab ecclesia possessis
Articulus lxiij. fol. xlvi.
De pueris emancipatis. Bona ex admortuo aduenientia post mortem illius cui cedunt.
Articulus lxiiij.fo.xlvij.
De possessione bonorum mobilium seu mercium, et quomodo probari debet possessio.
Articulus lxv. fol.xlvij
De dono in lecto egritudinis, & an eger in lecto decumbens quicq; bonorum alienare potest sine heredum consensu. Preterea an mulier dare aliquid potest sine cō sensu mariti. Donatio duplex. Donatio causa mortis quomodo valet, ibidem annexa habentur argumenta pro & contra occasione donationis in lecto egritudinis Donatio trifariam inutilis redditur.
Articul. lxvi. fol. xlviij.
Nullus in extraneo iudicio impeti iudiciaaliter debet.
Articu. lxvij. fol. xlviij.
De fideiussoria occasione debiti & quo pacto probetur. Tum etiam debitū post mortuam manum quomodo probari debeat.
Articu. lxviij. fol .xlviij.
De querela hospitis contra hospitem pro debito. Ciuis mercatum equitans, an pro debito in alia iurisditione impeti poterit. Accusatus pro debito post manum mortuam, quomodo absoluitur.
Articulus lxix. fol.xlviij
De querela occasione bonorum hereditariorum, & quo pacto defendere se debet contra illum qui ea impetit.
Articuluslxx.fol.xlviij.
De actione vulnerum clamore protestatorum.
Articulus lxxi. fol. xlix.
De Guerra nocturna quomodo vnus super facto accusatus euadere debet.
Articulus lxxij. fo. xlix.
De querela vulneratorum cum factū sit pernoctatum. Vulnus duellare quid sit.

Summarius Articulorum

Articul. lxxiij.fol.xlix.
Scabinum in sede iudiciali improperans quid demeretur.

Articulus lxxiiij.fo.xlix.
De sententiarum reprobatione disponit.

Articulus lxxv. fol.xlix.
Testibus se probaturum aliquid offerens quantum inducíarum habeat.

Articulus lxxvi. fol.xlix
Pater an filium accusatũ intercedere possit. Quatuor specialiter attendenda quando pater filium iudicialiter accusatum excipere vult.

Articulus. lxxvij. fol. l.
Accusatus pro potu quomodo euadet.

Articulus lxxviij. fol. l.
Famulus mercedem suam quomodo probare debeat.

Articulus lxxix. fol .l.
De mercede item famulorum.

Articulus lxxx. fol. l.
Dominus si mercenarium expellat vel econtra si mercenarius importune dominum relinquet, quomodo merces exsoluẽda est, & alia de mercede famulorum in glosa plura.

Articulus lxxxi. fol .l.
De vulneribus duellaribus & quo pacto querela occasione vulnerũ instituenda sit.

Articulus lxxxij. fol.l.
De duello occasione vulnerum & quomodo in eo procedendum.

Articulus lxxxiij. fo. l.
De duobus mutuo vulneratis vbi vterq; ad iudiciũ veniat, quis eorum duellũ primũ nanciscitur, Vulnerũ differentia.

Articulus.lxxxiiij. fol.li.
De duobus mutuo vulneratis, quorum vnus coram iudice in domo priuata, alter vero ante quatuor scamna coram Scabinis vulnera declarauerit, quis eorum primam nanciscitur querimoniam.

Articulus. lxxxv. fol. li.
Vulnerent si se mutuo, vnus gladio alter cultello, quo pacto super eos iudicatur.

Articulus lxxxvi. fol. li.
De fideiussoria occasione vulnerum vbi in illa fideiussoria vnus occidatur, quomodo accusatus euadere debet.

Articulus lxxxvij fol.li.
De stipulata pace occasione vulnerum.

Articul. lxxxviij. fol. li.
In actionibus pro vulneribus pernoctatis quomodo procedítur.

Articulus lxxxix. fol. li.
De vulneribus liuidis seu flaueis baculo illatis.

Articulus xc. fol. lij.
De probatione stupri & violentiarum.

Articulus xci. fol. lij.
Homicidio accusatus si expurgauerit se vni ex pueris occisi, alijs respondere non cogitur. Iniuria quid sit. Iniuria triplex. Iniuriam augumentantia. Iniuriarum specialia, & item de homicidio & vulneribus quędã notatu digna. Homicidio accusatus simplici querela euadit suo iuramento. Mulier in certis casibus vincitur testimonio, sed & expurgare sese quandoq; testibus cogitur.

Articulus xcij. fol.lij.
Quo pacto procedendum est cum alicui res furto ablata sit, & practicam ibidem annotatam vide quomodo procedítur occasione rei furtiue. In inuestigando fure quę consideranda.

Articulus xciij. fol. liij.
Debitum iure acquisitum q̃cito exsolui oportet in defectu solutionis quid faciendũ est. Debitor efficitur vnus multis modis, Bannus & proscriptio quo differunt.

Articulus xciiij.fol. liij.
Mulier filium intercedere non potest pro debito accusatum.

Articulus xcv. fol. liij.
De dotalicio mulieris inuadiando.

Articulus xcvi. fol.liij.
De muliere impregnata quod expelli à bonis viri non debet, nec iudicari super eã nisi ad cutim & crines. Vir pueros habens si superducat viduam pueros itidem habentem, acquirant tandem bona mutuo labore, mortuo viro nulla donatione vxori facta, filius mortui mariti

propior est circa talia bona remanere, q̃ pueri vxoris. Mulier pregnans in maleficio deprehẽsa quo pacto super ea iudicaꝛ.

Articulus xcvij. fol.liij
De iuramento coram iudicio prestando & cautelis circa id obseruari solitis.

Articulus xcviij.fol.liij
De mulcta ratione iuramenti soluenda, quodq; iuramentum fieri debet, secundũ quod querulatum sit, & alia de iuramentis plura. Iuramentum testium quo pacto fieri debeat.

Articulus xcix. fol.liij.
De arestatione & varendatiõe equi. Merces falsas vendens quid demeretur.

Articulus c: fol.liij.
De autoritate Consulatus in accusando.

Articulus ci. fol. liij.
Maideburgeñ ad extraneum ius trahi nõ debent.

Articulus cij. fol.liij.
De pœna scabinorum si sententiam pecuniis corrupti pro voto alicui decernant Recognitio consularis quo pacto coram iudicio peragi debet. Transgressoribus ciuitatis saluus conductus dari non debet sine consensu ciuitatis.

Articulus ciij. fol.lv.
De probatione debitorum post manum mortuã quodq; ꝑ debito ex alee ludo cõtracto respondere vnus non tenetur, nec iudex pro eo iudicare.

Articulus ciiij.fol.lv.
De aleę ludo, & quod nullus accomodare pro ludo alteri debet, alias sibi actio in repetendo denegabitur. Ibidem plura vide de aleatoribus, & quod lusus aleę prohibetur.

Articulus cv.fol.lv.
De solido scabinali in iudicio solui consueto.

Articulus cvi. fol. lv.
De testimonio occasione hęreditatis quo pacto fieri debet.

Articulus cvij. fol. lv.
De testimonio solutionis debitorum super proprio alicuius.

Articulus cviij. fol. lv.
De probatione solutionis debitorum.

Articulus cix.fol. lvi.
De testimonio in conuincendo falsario.

Articulus cx. fol. lvi.
De testimonio occasione vulnerum.

Articulus cxi.fo.lvi.
De testimonio occasione iniuriarum.

Articulus cxij. fol. lvi.
De querelis occasione prędę vel furti. Nullus violenter res sibi ablatas recuperare debet. Innocens quandoq; reus facti efficitur quadrifariam.

Articulus cxiij.fol. lvi.
Quo pacto vnus à proscriptione sese liberare debeat, & alia de proscriptis ibidem plura. Tum & de manuali facto specialia quędam.

Articulus cxiiij.fol.lvij
In manuali facto detentus nullum nominare potest varendatorem.

Articulus cxv. fol. lvij.
De manuali facto, & quid sit factum manuale. Querela duplex vbi necessario varendator habetur. Malefactum cõmittẽs ex mandato alicuius an eum excusare illud potest. Manualis facti iudicium triplex. Manualis facti ius periculosum extribus. Actio facti manualis etiam est triplex.

Articulus cxvi. fol.lvij.
De pœna illius qui varendam promisit varendare tamen non potest.

Articulus cxvij.fol.lvij.
De fideiussoria pro aliquo prestita & quo pacto fideiussor liberatur. Fideiussoria duplex. Fideiussores tripliciter efficiũtur. Tum & quędam fideiussorię specialia vide.

Articulus cxviij.fo.lviij
De fideiussoria occasione iniuriarum.

Articulus cxix. fol.lviij.
De fideiussoria pro aliquo homine facta interimq; principalis moritur, quomodo absoluitur fideiussor. Preterea si equus vel aliud pecus quod statui debuit mo-

Summarius Articuloum

natur quo pacto fideiussor absoluitur.

Articulus cxx. fol. lviij.
De auibus & volatilibus si ex potestate euolauerint tua, an iure recuperare illa possis.

Articulus cxxi.fol. lviij.
Apes ex alueario euolantes an inuestigari in curiam vicini debent.

Articulus cxxij.fo.lviij.
Galli in domo vicini si damnum faciant, quid faciendū. In bestijs furtum comitti potest. De falconibus & alijs auibus, tum & gallis ibidem vide plura. Furtum quid sit. Falconem alterius occupans non propter id suspenditur.

Articulus cxxiij.fol.lix.
De animalibus feris, & nocumenta inferentibus, tum & de canibus ibidem vide Bestię fere damnum facientes an resarcire is qui eas fouet tenetur. Animalia domestica damnum itidem facientia, an satisfacere dominus cogitur. Bestię q̄uis fere sint venari tamen non possunt.

Articulus cxxiij.fol.lix.
De fornacibus, cloacis, caminis, stabulisq; porcorum.

Articulus cxxv. fol. lx.
De fabris & eorum officina, Tum & de pistoribus quędam. Constitutiones item omnes triplices sunt.

Articulus cxxvi. fol. lx.
De stillicidijs & alijs vrbanorum seruitutibus. De edificio ruinoso.

Articulus cxxvij. fol.lx.
De limitibus seu granicibus.

Articul. cxxviij. fol. lx.
De humulo & ramis arborum, quodq; cloacę versus vicini curiam extructę prę-muniri debent, ne vicino officiant.

Articulus cxxix. fol. lx.
De verigeldo & emendis.

Articulus cxxx.fol. lx.
Verigeldus vbi solui debeat. Verigeldi, emende & mulctę differentia. Pœna duplex, corporalis & pecuniaria.

Articulus cxxxi. fol. lx.
De viarum & semitum latitudine.

Articulus cxxxij.fol.lxi.
De arestatione equi.

Articulus cxxxiij.fol. lxi
Pro quibus rebus se ad varendatorem vnus trahere non cogitur.

Articulus cxxxiij.fol.lxi
Pecunia & merces citius obtinentur per possessorē q̄ quod per actorem euincātur

Articulus cxxxv. fol.lxi.
De vendicatione rei furtiue.

Articulus cxxxvi. fol lxi
Ab inchoatione causę nullus soluere iudici aliquid tenetur. Non omnes furto accusari debent apud quos furtum inuenitur. Alloqui vel arestare rem aliquam volens quid obseruare debet. Rem possidēs duplicem defensam habet contra vendicatorem. Vim vi repellere decet. Ibidem vide modum quo pacto obseruari debet in vendicatione rei perdite. Res vendicari non possunt nisi ex natura differentiam inter se habeant. Res efficitur furtiua multis modis.

Articulus cxxxvij. fo.lxi
Iudęus vbi conueniri per quęrelam debet tum & iuramentū decretum vbi exequi.

Articulus cxxxviij.fo.lxi
Iudęus an varendator alicuius esse possit & quomodo testimonio conuincitur. Iudęus Christiani varendator ex certis causis esse non potest. Iudęis admittitur res emere furtiuas ex rationabilibus causis. Christianus interficiens Iudęum quę pœna.

Articulus cxxxix fol.lxij
De iuramento Iudęorum quomodo peragi debet. Tandem in fine articuli conclusio priuilegij Maideburgē dati, annexa habetur. In glosa ibidem practicam vide quomodo in vendicatione rei proceditur. Iudex etiam si certo sciat, quod aliquis rem male possederit demandare non potest vt ea cedat nisi per sententiam vincatur.

Articulus cxl. fol. lxij.
Declarat modos quo pacto res vnius esse desinit. Venditor q̄diu emptorem varendare tenetur in re vendita. Resignatio bonorum fieri non debet nisi in iudicio

cui bona huiusmodi subsunt. Vendicio vt valeat quę requiruntur. Venditionis & emptionis cautelas ibidē vide. Domus si vendita sit quam & in possessione cœpit emptor nondumq; facta iuridica resignatione cōburatur cui cedit damnum, Equus emptus & apud venditorem locatus si interim moritur cui dānum venit. Regulas emptionis & venditionis ibidem vide. Quopacto ex oppignoratione res vnius desinunt esse. Oppignoratorum bonorum proprietas cui cedit. Venditio & oppignoratio quibus differunt. Regulę obligationis. Bona obligata diuendita si sint an varendare illa venditor valeat. Res oppignorata nullam patitur prescriptionē. Edificia in bonis obligatis facta an repetantur. Prouentus & vtilitates ex bonis obligatis percepte an ad summā capitalem defalcari debeant. Bona oppignorata vni & postmodum diuendita alteri ille primus an in persona principalis vel potius in bonis debitū querere debeat suum. Bona oppignorata certo instrumento ad id confecto, an heres eius illa repetere poterit. In bonis obligatis damnum si eueniat, quis illud tollerare cogitur, Conductor seu dominus domus aut fundi citius censum ad sacra obtinebit, q̄ inquilinus negare valeat. Quędam res ex seipso efficiuntur pignus. Bona tutoris sunt pignus pupilli. Bona obligata in summa debiti tempusq; prefigatur illa exemendi condicione adiecta, si ad prefixum tempus non exemerit vt cum illis faciat pro libitu suo an illico tempore adueniente diuendi possint. Bona dotalitionalia si diuendita sint, etiam de consensu vxoris, conditione tamen reseruata ne iuri noceat suo an dotalitiū repeti posset. Tutor an bona pupillorum diuēdere aut oppignorare valeat. Res Ecclesię an oppignorari possunt. Homines liberi in pignus dari non debent, nec puer. Res per inquilinum in domum loco pignoris apportate, an oppignorari valeant. Ex resignatione quomodo res vnius desinunt esse, & item ex negligentia prescriptionis quomō res ammittuntur. Impetat si quis bona & nullum ius habens ex negligentia partis aduersę mittatur in possessionē an vero domino nocere quid posset. Ex iuris strepitu aliqua admittuntur quę tamen in foro conscientię non valent.

Proemium.

IVRIS CIVILIS MAIDEburgeñ. interpretationē facturus. Necessario ab initijs ciuitatis illius, rum & quo pacto leges illic aduenere repetēn curaui, non quidē vt longā texere velim historiā cōmētarioscq; eiusdē verbosos, sed vt sequentium facilior ꝓfectiorq; habeat notitia. Perfectū etenim omnibus in rebus id esse censetur, qđ ex cunctis suis cōstat ac resultat partibus, potissimā ꝙ cuiuscq; rei partē, initiū principiūq; esse nemo ambigit. Nam & dimidiū facti qui bene cepit habet. [a] Preterea si forēses causas ꝓnūciantibus, probro vt ita dixerim esse videtur nulla facta prefatione. Iudici rem exponere, quāto magis interpretationē promittētibus incōueniens erit, ommissis initijs atq; origine non repetita, ꝓtinus materiā interpretationis tractare. Nam & (nisi fallor) ipse prefationes & libētius nos ad lectionē ꝓ posite materię ꝓducunt, & cū ibi venerimus euidētiorē prestant intellectū vt habet ff. de origine iuris. L. i. Et quia Maidеburgii: Saxonię vrbs est, originē statūq; eius gentis breuibus explicare placuit, solā pene famā in hac parte sequeñ. nimia vetustate omnē certitudinē obscurāte. Alij quidē de Daunis Nortmanisq; originem duxisse Saxones arbitrantur. Alij vero de Grecis ortū habere, Saxonesq; reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui sequutus Alexādrū magnū immatura ipsius morte ꝓ totū orbē sit dispsus, hisq; regionibus vbi nūc incolatū habent: nauibus aduectos & eo loco primū applicuisse [b] q Hodolan appellabat. Turingi eius loci incolę fuere cū qbus magnū & atrox ꝓ agris subsequutū est bellum, ꝓ astutiāq; principibus [c] Turingorū interēptis, ꝓuinciam occuparūt Saxones, tandē & Britanniā nūc Angliā dictā subiugarūt, sed & Francis orientalibus sępissime cruentas intulerūt clades. Gens Saxonū tempore illo bellicosa, omnibus ferme formidabilis: demoniq; cultrix: eosdē tandē circa annum domini trecentesimū vndecimū. Constantinus Magnus, primus Christianorū Imperator, qui & totī Germanię maximā edidit stragē ꝓdomuit, fideiq; [d] Christianę iniciauit non tamē in toto cōuertit, legesq; ac iura secundū eorū arbitriū edidit. Ad vltimū vero Carolus Magnus Francorū Rex, circa annū octingētesimū. Impator Romanorū electus, Saxones nūc blanda suasione, nūc bellorum impetu, ad verā Christū fidē, imperijq; subiectionem summo studio inducere satagebat, vtq; vita eiusdē Caroli magni testat: cōtinuis triginta tribus annis sanguinolentū inter eos gerebat bellū: victi tandē Saxones: & abiecto demonū cultu, q adhuc inter eos multū vigebat, relictisq; patrijs cerimonijs, Christianę fidei atq; religionis sacramenta ꝓceperunt, & Francis adunati vnus cū eis populus effectus: posthac & Sclauos qui Velatabi, Sorabi, Abotriti, Boemanicq; protunc dicebant, linguę quidē vnius, sed diuersorū morū vltra Albim fluuiū ad littus vsq; septemtrionale Occeani inh abitantes Saxonibus multū infestos, ꝓdomuit ac fudit. [e] Ius prouinciale, qđ Speculū Saxonū [f] vocatur, apud nosq; in vsu habetur, Saxonibus ipsis iuxta eorum arbitriū dedit. Sed vel maxime nomē Saxonicū ampliarūt eorū gentis principes gloriosi Ottones, primū Otto magnus circa annū domini noningentesimum quadragesimum quintum. Imperator Romanorū declaratus, qui & assumptis secum quadraginta millibus Saxonicorum militum, Italiam intrauit, omniaq; turbulenta paccauit, Germaniam a ferocia Hungarorum liberauit, multaq; egregia Saxonico milite egit. Contra Sclauos Saxonibus vicinos, eorumq; acerrimos hostes vario Marte certañ, eosdem vicit ac sub iugum cœgit: opera & pfidia potissimū cuiusdā principis militię Sclaui Tugumir nūcupati, q iure gentis paterna successiōe dominus eorū se esse asserebat: hic multa pecunia captus & promissione maiori ꝓsuasus, regionē se prodere ꝓfessus, in vrbēq; Sclauorū nūc Brādeburg dictam veniens, nepotem suum, qui ex omnibus principibus gentis superat ad se inuitās dolo captum interfecit, vrbēq;, ac regionē ditioni subiecit regię. [g] Quo facto omnes Sclauorum nationes vsq; ad Oderā fluuium simili modo tributis regalibus se subdiderunt, Sed & post temporis vetustate gens Sclauorū in regionibus illis paucis extantibus ferme eradicata, aliudq; nomē sortita est prouincia prętacta secūdum certas & determinatas eius partes, Noua etenim Marchia, Lusatia, Pomerania tēporibus nostris appellitatur. Preterea Imperator ille glorioſus Otto inter alia pręclara opera [h] Maidеburgum erexit, Iusq; Municipale, quod pręmanibus habemus ex Speculo Saxonum seu iure prouinciali excerptum, appositis etiam nonnullis iuxta eorū arbitriū plebiscitis ciuitati statuit, illudq; tenendū priuilegio quod statim annotabitur confirmauit ibidem sepultus iacet. Sed & filius eius Otto Ruffus, circa annū noningētesimum septuagesimum quintum, Imperator Romanorum creatus Ecclesiam Cathedralē Maidеburgi fundauit, amplis prouentibus eandem dotando, Iusq; Municipale pręsens per patrem eius magnum Ottonem ciuitati datum confirmauit, nonnulla superaddendo iuxta tenorem priuilegij desuper dati quod annotatū inuenit infra circa articulum decimum. Quia etenim super his quę hic breuit exarata sunt & hic in Iure Municipali ac prouinciali frequens habetur mentio quare prefationis loco illa annotare visum fuit.

a. *ff. de origine iuris L. i. hoc idem in forma uide.*

b. *Concordat Spe. Sa. li. iij. ar. xliiij. & infra Iure. Munia. ar. x.*

c. *De origine Saxonū et rebus ab eis gestis, uide witichindum. Et item Albertū Crantz in eo quē de Saxonia ac wandalia scripserunt libro.*

d. *Spe. Sax. in prolo. & ar. i. li. i. & item li. iij. ar. lxiij.*

e. *Spe. Sax. li. iij. ar. lxx & lxxij. glo.*

f. *Spe. Sax. li. i. ar. xiiij. & li. iij. ar. lxxxij. gl. finali.*

g. *Vide witichindum gesto Saxo. li. ij.*

h. *Maidеburgi fundatio.*

PRIVILEGIVM OTTONIS magni Romanorum Imperatoris, super locatione Maideburgen. ciuitatis.

IN NOMINE DOMINI Amen Nos Otto magnus Romanorum Imperator semper Augustus. Significamus hoc scripto nostro omnibus qui illud vel visuri vel audituri fuerint, quod accedentes nostram Cesaream maiestatem fideles ac strenui. Imperij Romani subditi egregij Saxones, declararunt cōstituisse in animo in tranquillitate dei sedes simul locare suas, ciuitatēq; extruere vbi & autoritate nostra locum sibi delegerunt quem colere inhabitareq; vellent, supplicantes vt gratię prærogatiuis primū condonati, simul & perpetua pace firmati a Maiestate nostra legibus quoq; & iuribus instituerentur. Nos illorum precibus moniti simulq; expendentes, tum illorum amorem & ardorē quē erga fidem Christianam gerunt, tum etiā illorum strenue gesta atq; indefessa obsequia quę & nunc prestant & antea Romano Imperio prestiterunt, cum scientia sanctissimi patris nostri Papę Martini, q ad hęc autoritate sua & sancti Petri pacē suam largitus est, quam & nos confirmamus de scitu & consilio Principū Imperij & accedente consensu terre, eisdēq; Saxonibus fidelibus nostris dilectis facultatē concessimus cōcedimusq; ciuitatem extruēdi & muniēdi atq; in ea Ius Municipale instituendi ita vt antiquitus Ius Municipale obseruari solitū est. Concedimus preterea fidelibus nostris dilectis atq; illorum successoribus perpetuā in ea ciuitate pacem, gratiam, & libertatem, qđ eo iure prout a Nobilibus & Generosis Constantino & Carolo egregijs Saxonibus atq; prouincię datum est, uti, & frui, debeant ad honorem & emolumentum ciuitatis, secundū iuris formam generaliter & specialiter, nisi forte quis iuribus carere declaratus fuerit iureq; existat priuatus. Insuper liberos pronūctiamus illos perpetuo a nobis & successoribus nostris, ita vt ciuitas atq; eius incole perpetuo liberi sint ab imperio quādiu ipsi suam libertatem vt iuris est seruauerint. Ad hęc illi ciuitati quę Maideburgum vocatur ex nostra concessione liberum esse volumus vt quicquid illius prefecti cum insigniorum ac prudentiū consilio & populi assensu ad ciuitatis honorem emolumentū & tranquillitatem statuerint, id firmū & stabile esse debebit, perinde ac si ab ipso Imperio concessum & statutum foret, atq; illud ipsum plebiscitū si annū & diem duruerit seruari debet si ipsimet voluerint, quod si pacifice post id tempus iudicialiter seruatum sit, robur iuris scripti obtinebit, si quidem non repugnet iuri scripto & sacro sanctę fidei Christianę. Quare auctoritate nostra Cęsarea serio mandamus omnibus principibus nostris & imperij subditis, dominis, Equitibus auratis, Ministerialibus, & omnibus officialibus, tam spiritualibus, cq; secularibus, ne eandem ciuitatem Maideburgen atq; illius incolas in illorū iure libertatibus, & immunitatibus a nobis gratiose concessis impediant aut ulla ratione grauent siue violentia, mandatis, exactionibus, siue etiam bellicis subsidijs, aut alijs quibusuis grauaminibus. Damus insuper illis potestatem dominandi iure municipali, circa quod conseruare illos volumus, & proinde nemo huic contrauenire audeat. Alioqui quisquis id fecerit succumbet potestati nostrę Cesareæ, & si quid preiudicij eis inde accideret, uolumus nos & successores nostri eandem ciuitatem atq; eius incolas indemnes reddere, Cęterum damus eidem ciuitati atq; eius incolis in verum tutorem sacro sanctum Ius, Iustitiam, Romanorū denicq; imperatorem, cum principibus electoribus, spiritualibus & secularibus, qui adstent clipeo militari in omnibus vtilitatibus atq; emolumentis. Ad perpetuam igitur memoriam cum assensu sacri Romani imperij, hoc est Pontificie potestatis, Principum imperij, cumq; voluntate terrę iuxta illorum laudum, omnes gratiarum prerogatiuas libertates, Iura, articulos, instituta, & plebiscita confirmauimus, ratificauimus, & obsignauimus, sigillo aureo Maiestatis nostrę Cesareæ qđ appensum est. Datū a natiuitate Christi Anno Noningētesimo quadragesimo septimo Imperij nostri Anno secundo, die septima mensis Iunij, eo in loco vbi nūc Ciuitas Maideburg situata est.

Anno 947. d 7 Junij Maideburgū

180

Articulus I

Iuris uariā cōplectitur acceptionē.

IVs ipsum, aut diuinū est aut ciuile, aut prouinciale. Ius diuinum quod Deus ipse a mundi primordio naturali quadam lege statuit, ut in Adam & Eua, suam etiam sponsam ecclesiam catholicam lege confirmauit. Ius ciuile seu municipale quod homines unius ciuitatis seu fori concluserunt inter se teneñ iuxta eorum arbitrium & antiquas consuetudines, quemadmodū Colonieñ circa Rhenum Ius Caroli cōfirmatū habēt. Saxones uero iuxta eorū laudū & plebiscitū. Ius prouinciale qđ homies alicuius prouinciæ inter se sanxerunt, quēadmodū tēpore Alexādri Magni, & antehac bellis exortis, statutum fuit, ut bello captus, alio redimeretur captiuo, uel auro argento, in defectu uero seruire cogebatur.

d. *Iuris præcepta tria*

e. *Spe. Sax. in proe.*

f. *Ius Diuinum.*

g. *Ius Naturale.*

Glosa.

a. *Iustiā quid sit.*

b. *Ius quid sit.*

c. *Vide Budeū in Pande. multa enī pulchra in hūc passim disserit.*

ORIginem iuris indagantibus, simul & eidē operā daturis, vtq; textus articuli pśentis qui obscurus quodāmodo est clarior appareat, nosse prius oportet vnde nomen Iuris descendat, ab ipsa em Iustitia veluti a matre, & stipite ius ipsum deriuari & appellari cōstat: vt habetur. ff. de Iusti. & Iure. L. i. Et quia vt Romani eloquūt princeps Cicero primo Officiorū libro meminit, omnis quę a ratiōe de aliqua re suscipitur institutio, a definitione eā profiscisci necesse est, vt intelligat quid sit, de quo disputetur. Operepreciū vtriusq; definitionē subiūgere uisum est. Iustitia [a] em vt habetur, Insti de iure. natu. §. i. Est constans & ppetua voluntas ius suū vnicuiq; tribuēs. Vel sic, Iustitia est habitus animi cōmuni vtilitate seruata, suā vnicuiq; tribuens dignitatē, deo religionē, parentibus reuerentiā, maioribus obediētiā, equalibus cōcordiā, minoribus disciplinā, sibīpsi castimoniā, paupibus & indigentibus cōpassionē operosam. Ius [b] uero ipsum vt elegāter Celsus definit: est ars [c] boni & equi. Iustitię etem pcepta & volūtatem seruāmus, cū boni & equi noticiā pfitemur, & docemus, equū ab iniquo separātes, licitū ab illicito discernentes, bonos non solū metu verū premioꝝ quoq; exhortatiōe efficere cupiēs: vt ff. de Iustitia, & iure L. i. §. nam vt elegāter. [d] Iuris aūt pcepta sunt hęc, honestę secundū deū & nature legem viuere, [e] alterū nō ledere, ius suū cuiq; tribuere, vt insti. de iure natu. genti. §. iuris pcepta. Est & alia secū dū quosdā iuris definitio. Ius est pceptum seu ordinatio principantis, seu domini circa subditos, talis aūt vel est deus ipse, vel est natura, vel homo ipse, & secundū id Ius in suo genere triplex habet, vt pote, Diuinū, Naturale, & Humanū. [f] Ius diuinū vt textus articuli habet, est quod ipse solus deus statuit a mūdi principio naturali quadā coniūctione, vt in Adam & Eua, & etiā Christianitatē in recta stabiliuit coniūctione. Vel potius ius diuinū, est qđ a solo deo hominibus pmulgatū est, qđ in veteri & nouo continet testamēto & est pcipuū & sanctissimū. [g] Ius naturale est qđ a solo nature instinctu & nō humana cōstitutiōe omnibus in cōmune venit: vel qđ natura omnia docuit animalia. Nam ius istud nō solū humani generis ppriū est, sed & omniū animaliū quę in cœlo: quę in terra: quę in mari nascūtur, hinc descendit maris atq; fœminę cōiunctio, q̄ nos matrimoniū appellamus, hinc liberorū procreatio & educatio. Videmus etem cętera quoq; animalia feras etiā bestias, istius iuris peritia censeri. Preterea his annumeratur cōmunis omniū possessio, & omniū vna libertas, acqsitio eorū quę de cœlo, terra, mariq; capiūtur. Iusq; istud, [h] naturale ex quadā cōnexiōe dicitur etiā quādoq; ius diuinū ex q̄tuor causis. Primo ex eo, quia originē habet a natura, naturā vero deus ipse sic & nō aliter instituit & ordinauit, ex ordinatiōeq; dei omnipotentis natura omnibus creaturis hoc ius inspirat & suadet. [i] Secūdo ius naturale dicitur ius diuinū ratiōe cōmunis libertatis, iure em naturali omnes homines sunt liberi, & omnibus omnia cōmunia, vt insti. de re. diuisi. §. singulorū. Tertio dicit ex eo ius naturale ius diuinū, quia honestatē & pbitatē suadet, ut si qs aliqđ pmiserit est naturale & honestū vt illud exequat, hoc idē ius diuinū docet. Quarto naturale dicitur ius diuinū, quia suadet ne pximū decipiamus, nemini noceamus, insanos ne colludamus, hoc em itidē ius diuinū in Euangelio nos docet. [k] Differt aūt ius naturale a iuribus humanis origine: dignitate: amplitudine & sentētię rigore, nam cepit ab exordio naturalis creaturę & nullā patitur immutationē & sibi omnia cōmunia sunt, nec cōtra ipsum dispensatio fit, secus est de iuribus humanis. Sed et naturalis ac humanę legis differētia ex alio manifesta. Iura em naturalia apud omnes homines p eque obseruātur, diuinaq; quadā prouidētia, cōstituta sunt: firmaq; & inuiolabilia manēt. Humane vo leges seu cōstitutiōes sę-

h. *Ius Naturale etiam dicitur ius diuinum ex certis causis.*

i. *Iuris & iustitiæ definitionē tū & eius multiplicem acceptionem ac alia quæ hic circa articulum primū annotata habētur. Vide abunde ff. de origine iuris. Insti. de iure natu. gen. & diu. per totum, & l. ij. dist. ac sequētibus, tum in prol. Spe. S. & feu. in prol. & item Spe. Sax. li. i. ar. 1y.*

k. *Iuris naturalis à iuribus humanis differentia.*

pius immutari solent, vel tacito populi consensu, vel alia supueniẽte lege, l vt Insti. de iure.natu. §. Sed naturalia quidẽ iura. Cõstitutio m etẽ ius humanũ immutare solet non naturale, vt Spe. Sax. li. iij. ar. xxix. glo. n Ius aũt humanũ dicitur qđ ab hominibus ꝓpter societatis humane conseruationẽ cõstitutũ est, & perficitur moribus legibus & consuetudine. Quod quidem a naturali recedere facile intelligere licet, quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se cõmune sit.

l. *Spe. Sax. li.i.ar.iij. & li.ij.ar.xxvi.*

m. *Sp.S.li.i.ar.iij.li.iij. ar.xxix. infra ar.viij. eodem li.*

n. *Ius humanum q. t.*

Iurisq; humani varia & multiplex accipitur drũtia & diuisio: vt ex seqñtibus apparebit. Quoddam o eñ est ius gentiũ, quo oñes ferme gentes vtunt, & ab oĩbus per ẽque custoditur. Vsu eñ exigẽte & necessitatibus humanis, gentes iura quędã sibi cõstituerunt: vt religio erga deum, vt patrię pareamus, vt violentię resistamus. Item pacta & cõtractus quę apud omnes gentes valent, emptio, vẽditio, locatio, cõductio, societas, fediũ occupatio, ędificatio, munitio, fœdera pacis, inducię, legatorũ non violandorũ religio, exinde subsecuta bella, discrete gentes, regna cõdita, dominia distincta, agris termini positi. Iure eñ diuino omnia sunt cõmunia. Iure vero gentium hoc meum, hoc alterius iudicat. Superuenere tandẽ & captiuitates, seruitutes, q̃ iuri naturali sunt cõtrarię. Naturali eñ iure oñes homies ab initio liberi nascebant: vt Insti de iure natu. gen. §. Ius aũt. Temporibus aũt cũ bella cepta sunt statutũ est, vt quicq; bello captus sit, alio itẽ seruo redimeret, vel auro aut argento, quod si non faceret, seruus illius mã sit, iusq; istud originẽ quodãmodo a iure naturali habuit. Positq̃ eñ vnus cõtra naturalẽ libertatẽ alium in seruitutẽ redigere voluit, naturale fuit & est: vt violẽtię resisteretur, qđ si forsan violenter subactus sit, quo libertati naturali subueniatur, statuta est captiui redẽptio vel eius manumissio, ex his etiã venerũt inimicicię, & damna, ratione quorũ quęrelę siunt, q̃ omnia iuri naturali contrariant.

o. *Iuris humani uariã acceptionẽ uide. Primo diuiditur Ius gentiũ.*

p. *Ius prouinciale.*

Ius p Prouinciale dicit quod homines vnius regni vel prouincię statuũt & inter se tenent, vt est ius prouinciale Saxonicũ, quod Speculũ Saxonũ nuncupat, vel etiã ius prouinciale seu terrestre nobilitatis regni Polonię &c.

q. *Ius ciuile seu municipale q.t.*

q Ius ciuile seu municipale dicit, qđ qsq; populus vel ciuitas sibi diuina humanaq; causa cõstituit: q̃si ius ꝓpriũ illius ciuitatis vel fori. Positq̃ eñ populus habitare inuicẽ cepit, ciuitatesq; erigi & cõstrui ceperãt, qcqd inter se iuxta eor arbitriũ cõstituerũt: ius illor erat, vt fuit ius Athenienſiũ, Lacedemoniorũ, vt etiã in p̃sens est ius Maideburgen, quo Crascouia & multę ciuitates regni vtũtur. Generaliterq; ius vniuscuiusq; ciuitatis ius ciuile seu municipale illius ciuitatis dicit: & plerũq; ius huiusmõi, partim ex iure gentiũ cõmuni partim proprꝛs plebiscitis constituitur.

r. *Ius militare.*

Ius r Militare: est belli inferẽdi solennitas, fœderis faciẽdi nexus, signo dato egressio in hostiem, vt pugnę cõmissio, signo dato ꝛceptio, flagitꝛ militaris disciplina, si locus deseratꝛ, stipẽdiorũ modus, dignitatũ gradus, p̃miorũ honor, veluti cũ corona vel torques donat. Itẽ prędę decisio, ꝓ psonarũ q̃litatibus & laboribus iusta diuisio & principis portio vt dist. i. c. Ius militare, & exinde venit, nobilitas, stipendia, &c.

s. *Ius feudale.*

s. Ius Feudale qđ & militare etiã dicit, cũ cõferuntur aliq̃ bona alicui militi vtenti clipeo bellico, aliquãdo ad vitã, aliquãdo ad hęredũ eiusdẽ stirpis successionẽ, vt exinde obsequiũ prestent Imperio vel domino, eo iure gaudẽt Duces: Magnates: & mꝛi militaris ordinis homines, p̃sertim Impio Romano subiecti: iuriscꝛ istius feudalis primi inuẽtores Romani fuere: vt p longũ habeẽ Spe. Sax. li. ij. ar. lviij. & hic infra Iure municipali ar. vij.

t. *Ius publicum.*

Ius Publicũ dicit, vt est in sacris, t sacerdotibus, magistratibus, vnde q̃ ledit sacerdotes res sacras, ab omnibus tanq̃ pro publico crimine potest accusari. i. dist. Ius publicum.

Vel sic, Ius publicum est quod generaliter ad publicam deseruit vel spectat vtilitatẽ: veluti ne in portis vel muris ciuitatis & aliꝛs sacris locis aliquid committatur referri, iudicibus, Sacerdotibus, Magistratibus, ne quid inferatur contumelię.

u. *Ius quiritum.*

¶ u Ius Quiritum a Quirino dictũ est: & est proprie Romanorũ quod nulli tenent nisi Quirites Romani, vel q Romano imperio subiecti erãt, in quo agitur de legittimis hęreditatibus, de contractibus, de tutelis, vsucapionibus: vt. i. dist. Ius Quiritũ.

¶ Ex his colligi potest quod Priuilegium p̃sens Maideburgẽsibus datum dici potest Ius Ciuile seu Municipale, proprię eñ datũ est ciuitati Maideburgen, partim excerptum ex Iure prouinciali Saxonico, partim proprꝛis eorum statutis, constitutionibus & plebiscitis sancitum: vt infra declarabitur.

Et quia iuris, legis, cõstitutionis, consuetudinis, plebisciti, priuilegꝛ &c. frequẽs interuenit mentio, quid vnumqdq; sit, & eorum differentiã breuibus declarare placuit.

Ius quidem superius definitum est, nec vlteriori expositione indiget, dictum eñ est Ius, quia iustum est: constarcq; ex legibus & moribus, & est nomẽ generale, multas sub se continens species. Vnde & lex Iuris est species.

x. *Leges duplices diuinæ & humanæ.*

Leges x aũt oñes aut diuine sunt, aut humanę. Diuine natura, humane moribus cõstant: ideoq; hęc quandoq; discrepant, quoniã alię aliꝛs gentibus leges placẽt. Fas lex diuina est, Ius lex humana, transire per agrum alienum fas est, ius non est, & ex eo liquet eorum differẽtia, cum omne quod fas est nomine diuine vel naturalis legis accipitur, nomine vero legis humane, mores iure conscripti & traditi intelliguñt.

y. *Lex, mos, consuetudo quid sit.*

Y Vnde Lex est cõstitutio scripta. Mos est longa cõsuetudo, de moribus tantũ modo tracta. Consuetudo aũt est ius quoddam moribus cõstitutũ quod pro lege susci-

182

principes ex genelogia Cham processere, immo plures q̃ ab aliꝛs duobus eius fratribus, in principibus uero seruitus locũ non habet. Plures seruitutẽ ab Esau exiuisse commemorãt, sed & hoc non, quia q̃is Iacob a patre benedictionem cepit, nec tamẽ per id Esau maledictioni seruitutis supponebatur. In antiqꝛs etiã legũ codicibus inueniẽ qđ primus Babiloniæ rex Nemroth hoies suæ subicere potestati primũ cepit, idq; non iure aliquo sed uiolentia & affectu libidineq; dominãdi ac consuetudine praua, sed nec id locũ habere potest. Iure enim nostro prout in uetustissimis legũ uoluminibus habetur f nullus se in seruũ dare potest quin suus contradicat hæres, quomodo ergo Noe seu Isaac ac cæteri aliũ in seruitutẽ redigere potuerũt cum nec se ipsum qs donare in seruũ potest. Secundũ ergo rei ueritatem: seruitutem, ex bellis, Captiuitatibus: oppressionibusq; ortum habere inuenimus. Seruig enim ex eo appellati sunt h qđ Imperatores captiuos uẽdere ac ꝓ hoc seruare nec occidere solent, qui & mãcipia dicti sunt, eo quod ab hostibus manucapiãtur. Seruitutẽq; ipsam i principes antiqui ex longi temporis consuetudine tanq̃ iuris esset usurparunt. Id tamen contra equitatem fit. Altissimus enim deus hominem ad suam creditur imaginẽ condidisse, & unũ sicut alium beatissima redemit passione liberumq; fecit glorioso sanguine, quomodo ergo tam præclara ac magnifica libertas in seruitutem redigi possit. k Orta itaq; ut prætactũ est seruitus ipsa ex principum statuto de cõsensu communitatis ex captiuitatibus & bellis pro iureq; sta-

f. *Spe. Sax. li. iij. ar. xxxij. §. Qui se in iudicio.*

g. *Spe. Sax. li.i.ar.xvi. & li. ij. ar. xxxuij. li. iij. ar. xlij.*

h. *Serui unde dicti.*

i. *Insti de iure pers. §. Serui autem.*

k. *Seruitus unde ortũ habeat secundum rei ueritatem.*

tutũ. Quamcumq; enim legem communis populus inter se statuit, hoc imperator confirmare solet, in qua/libet prouincia, & in eo Saxonũ Iura a legibus aliarum prouinciarum discrepant potissimum.

Glosa.

Declarata precedenti articulo habetur Iuris & Iusticię deffinitio, & quomodo ius positiuum a iure naturali ortũ habeat, hic videndum erit de iure personarum. Quia etenim naturali Iure omnes homines liberi sunt, & eis omnia cõmunia: vt Insti. de iure. natu. gen & ciui. Multiq; fuere qui libertatem hominis naturalem in seruitutem commutare iure etiam ipso volebant. Quare ad refrenandum proteruiã eorum ponitur lex presentis priuilegij per Imperatoriam maiestatẽ cõfirmati, recitanteq; aliquę occasione seruitutis opiniones cũ earum refutationibus vt textus habet. Circa id tamen de mente autoris priuilegij quędam pro & cõtra super seruitute ipsa formari possunt argumenta. Primum quod seruitus iure admittitur. Arguitur sic. l Quicquid communis populus inter se statuit, hoc pro iure seruabatur, sed id ex communi consensu populi sancitum est bellis exortis, qui aliũ bello cepit & redimi non potuit pro seruo habebaꝛ, ergo seruitus iure fit. Maior argumenti patet ex definitione iuris gentium. Minor habetur. Insti. de iure. perso. §. seruitus autem. In oppositum vero arguitur ex textu Altissimus deus hominẽ liberum creauit, & ita iure diuino & naturali libertas eidem inest nec ius aut statutum aliquod condi potest cõtra naturalẽ libertatem eius, dato quod bello cum capiat, m nulla eñ cõstitutio fieri potest cõtra ius scriptum vel naturale ergo &c. Pro solutiõe argumentorũ & si forsan adhuc alia possint adduci similia. Notandũ venit quod ius n est duplex Naturale & positiuum seu scriptum. Iure quidẽ naturali omnes homines liberi sunt, nec vnus subest alteri: vt in multis legum locis habetur, et de isto loquit pars vna articuli & argumentum secundum Aliud est ius scriptum quod ex constitutionibus ortum habet, o istoq; iure seruitus venit quia serui exinde venerunt cũ populus vnus erga alium pugnando, alium captiuabat & redimi noluit vel non potuit, eosdẽ interficere volebant, ne ergo interficiant seruabantur perpetuo seruitio, & istud statutum fuit a cõmuni plebe, tandem cõfirmatum pro iureq; acceptatum: vt Insti. de iure. perso. §. serui.

Et merito istud admittitur, si etẽ ex legum admissione ea quę ex hostibus capimus bona seu res vsurpare nobis possumus: vt Insti. de re diuisi. §. Itẽ ea quę ex hostibus. A fortiori hostẽ si detineo seruare possum. p Majus

Seruitus

l. *Seruitus an iure admittatur, argumenta pro & contra.*

m. *Spe. Sax. li.i.ar.iij.*

n. *Ius duplex naturale & positiuum.*

o. *Spe. Sa. li. iij. ar. xlij.*

p. *Spe. Sax. li. iij. ar. xlij. glo.*

etenim ius super hoste habeo, qui in me deliquit & malum cõtra me machinatus est, q̃ ad bona sua, quę nihil deliquerunt: vt in auten. de manda. prin. §. Oportet. coll. iij. Concluditur ergo quod iure scripto seruitus admittitur, nec vnum contrariatur alteri.

q. *Seruus à seruando dictus.*

Notandum circa id quod seruus ꝙ a seruãdo venit, quia bello captus seruabatur ac seruituti subiciebatur vel venundabat: vt Insti. de iure. pers. §. Serui. Seruitusq; prout & textus articuli habet, non est aliud, nisi quãdo vnus dominat alteri, & ab eo liber esse minime potest sine volũtate illius in cuius est potestate. Possent quidẽ nõnulla cõtra conclusionẽ textus formari argumẽta, quia tamẽ parum vtilitatis afferũt, ea missa faciemus, vnum duntaxat contra Paragraphũ illum vbi dicit qđ Deus ad imaginẽ suam homines condidisse creditur annotari placuit qđ & proponit sic. ℂ Homines non ęque omnes deo assimilant ergo &c. quia de quãto sapientior vł virtuosior est quis, de tãto deo similior, quantũ vero criminibus obuolutus sit & recedit a deo, tãto dissimilior: vt dicit sapiens. ℟. qđ ante lapsum Adę omes homines erãt adęq̃ti in sapientia & deo ęque similes, post lapsũ ꝙo secus factũ est, nam ꝓpter peccata vnus sapientior altero, & ita vnus seruit alio. Christus tñ gloriosꝰ: vt textus habet: omes redemit sanguine. Q. d. q̃is ex lapsu Adę nõ omes similes facti sunt, q̃re ad rectificandũ ęqualitatẽ omnium cõmunem proprio nos redemit sanguine.

r. *Adam ex lapsu duplicem nobis reliquit penam.*

Circa id notandũ quod [r] Adam ex lapsu duplicem penã reliquit generi humano. Vna est pena animę, alia corpis, a pena cõrpis nõ sumus liberati, nec per Christi passionẽ huiusmodi pena moderata est, [f] sed hñ animã a pena hoc est a peccatis redimere dignatus est, ex q̃ itaq; seruitus corpalis pena est, quã Principes de cõsensu populi tpe exortorũ bellorũ statuerũt, nec aliq̃ iure abrogata est, quare stare potest & iure admittitur. Exinde tandẽ sequitur, quod ad consequendã ęternã beatitudinẽ omnes nos deus ęque diligit, nec vnus ibi seruire alteri cogit, in hac tamẽ vita secus fit, verũ vnus subicit dominio alterius.

f. *Spe. Sa. li iij. ar. xlij. uide clarius hũc passum in glo.*

communitatis sanxerũt si ingenua mulier seruũ superduxerit quod filij iura nanciscebantur patris & filiæ matris. Recitatur tñ quod tpe Frederici Impatoris statutum fuit, si liber homo seruã supduxerat, uel ingenua seruũ qđ proles illa utriusq; sexus matrẽ sequi deberet & nõ patrem. A iuris aũt principio hoc fuit ius qđ liber partus nunq̃ seruilem procreauit partũ. A tẽporibus uero Wickmani Episcopi iure frequentatũ est & per Henricũ Impatorem statutũ qđ utraq; proles filius & filia nascũtur scđm matrem, & nõ patrẽ, hoc est uentrẽ ipsum sequuntur siue pater sit Theutonicus siue Sclauus. Qui etiã libertatẽ cõmutauit in seruitutẽ utrunq; tã libertatẽ q̃ seruitutẽ ammisit. Textus antiqores habẽt utrũq; pdit, hoc est tam libertatem [b] q̃ proprium.

b. *Spe. Sax. li. iij. ar. xxxij. §. Sed si dona.*

Articulus III

De Seruitute Natiuitatis, seu Genelogiæ.

a. *S. sax. li. iij. ar. lxxiij*

Constitutionibus [a] antiquorum principũ cautũ esse legimus, si homo liber seruã in matrimonium duxerit, proles ex ea genita patri & nõ matri æquari debet. Principes aũt potentes de consensu

Glosa.

In prędcedentibus declaratũ est de seruitute q̃ pacto iure positiuo statuta sit. Articulus pñs tractat de seruitute natiuitatis seu genelogię. Quidã em̃ seruitutẽ deriuari a matre dicebãt: quidã vero a patre, nõnulli ab vtroq;: sic videlicet intelligẽdo, qđ filius sequat patrẽ: filia vero matrẽ in gñatione. Concludit tamẽ qđ utraq; proles, tã filius q̃ filia matrẽ sequũtur. Partus em̃ ventrẽ imitat matris, cõsuetudinis em̃ tũ & legis erat qđ ventres impgnatarũ inspiciebant & exinde seruitus decernebatur, vnde si ex matre nascit libera qs, patre vero seruo, ingenuus nihilominus nascitur. Quãdmodũ q ex matre libera & incerto patre natus qm̃ vulgo cõceptus est, sufficit autẽ liberã fuisse matrẽ eo tẽpore quo nascitur, licet ancilla cõceperit. Et ecõtrario si libera cõceperit deinde ancilla facta pariat, placuit eũ qui nascit liberũ nasci, qa nõ debet calamitas matris ei nocere q in vtero est. Ex his & illud quesitũ est, si ancilla pgnãs manumissa sit: deinde ancilla postea sctã pepit, liberũ an seruũ pariat. Marcellus probat liberũ nasci, sufficit em̃ ei qui in vtero est liberã matrẽ: vel medio tpe habuisse vt liber nascat, qđ & verũ est: vt Insti. de ingenuis. §. sed & si qs. & seqñtibus.

c. *Spe. Sax. li. iij. ar. xlij*

ℂ Et quia de seruitute in prẽsens agitur, multiq; [c] arbitrati sunt, quod ministeriales seu famuli [d] serui sint, opinionem fundãtes suam

d. *Famuli an serui dicantur.*

z. *Horũ & sequentũ ampliorẽ declaratiõem Vide Insti. de Iu. natu gen. & aiuli.*

[e] *Leges quare sanãte sunt.*

a. *Lex qualis esse debeat.*

b. *Spe. Sax. in Pro. & infra ar. xxij. & xliij Iure Munia.*

c. *Legum primi inuẽtores qui fuere.*

d. *Spe. Sax. in prolo.*

pitur cum deficit lex, & vocatur consuetudo ex eo, quia in communi est vsu. Vel [z] sic Lex est cõstitutio populi qua maiores natu simul cũ plebe aliquid sanxerunt, vel qđ populus Romanus: Senatorio magistratu interrogãte: veluti cõsule cõstituebat: vt Insti. de iur. natu. gen. §. Lex est. [e] Factę aũt sunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocẽtia, & in ipis improbis formidato supplicio, refrenet audacia & nocẽdi facultas: vt iiij dist. c. Factę aũt leges.

Erit [a] autẽ Lex honesta, Iusta, possibilis, secũdum [b] naturam & consuetudinem patrię, loco tẽporiq; conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoq;, ne aliquid per obscuritatem incautum captione cõtineat, nullo priuato cõmodo, sed pro cõmuni ciuium vtilitate conscripta, considerariq; hęc omnia in lege seu constitutione potissimũ debent, quia cum leges iam institute fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed iudicare oportebit secundum ipsas: vt iiij. dist. c. Erit aũt lex.

Legum [c] etiã qui primi conditores fuere hic annotare visum est. Moises gentis hebreę primus omniũ diuinas leges sacris literis explicauit. Hymnosophiste Indis. Caldei Babilonijs. Magi Persis. Druide Gallis. Zaleucus Locrẽsibus. Phoroneus [d] rex Grecis primus leges iudiciaq; constituit. Mercurius Trimegistus Egiptijs primus leges tradidit: scđm alios prophetę seu sacerdotes. Solon equidẽ primus leges Atheniẽsibus edidit. Ligurgus Lacedemonijs iura ex Apollinis autoritate primus confinxit. Minos Cretensibus. Phidõ Corinthijs. Zamolsis Getis Androdamus rheginis. Hippodamus Millesiis. Carũdas Thurijs. Philolaus Thebanis. Phaleas Carthaginẽsibus. Numma Pompilius q Romulo successit in regno primus Romanis leges edidit, deinde cum populus seditiosos Magistratus ferre non posset, decem [e] viros legibus scribẽdis creauit quodq; leges ab Atheniẽsibus & Lacedemonijs in latinũ translatas apportarẽt ordinauit, quę & duodecim tabularum leges nuncupabantur.

e. *Nomina uirorũ huiusmodi, uide infra ar xij. & alia plura de origine legis xij. tabu.*

Plebiscitũ [f] est quod plebs plebeio Magistratu [g] interrogãte, veluti Tribuno cõstituebat. Plebs [h] autẽ a populo eo differt quo species a genere. Nam appellatione populi vniuersi ciues significant cõnumeratis etiã patricijs et senatoribus, plebis aũt appellatione sine patricijs Senatoribus ceteri ciues intelliguntur: vt Insti de iur. natu. §. Plebiscitũ. & §. Plebs aũt.

f. *Plebiscitũ q.t.*

g. *Spe. Sax. li. i. ar. lxij li. ij. ar. xlvij. Iure Munia. infra ar. xiiij.*

h. *Plebis à populo differentia.*

ℂ Senatus [i] cõsultum est quod senatus iubet atq; constituit vt Insti. de iure natu. gen. §. Senatus consultum.

i. *Senatus consultum.*

Constitutio [k] vł edictum est quod tantũ Rex & Imperator cõstituit vel edidit [l] qcquid em̃ principi placuit legis habet vigorem, & hoc siue p epistolã illud constituat vel cognoscẽs decreuit, vel edicto pcepit legẽ esse cõstat.

k. *Constitudo. q.t.*

l. *Sp. Sa. li. t. ar. lv. glo.*

Responsa [m] prudẽtum sunt quę iuris consulti respõdere dicuntur consulentibus. Vel responsa prudentum, sunt sententię & opiniones eorũ quibus permissum erat ius cõdere, data em̃ facultas ab Imperatore fuit quibusdam ius interpretandi quorum sententię & opiniones eam autoritatẽ obtinebant vt iudici recedere a responsis eorum nõ liceret.

m. *Respõsa prudẽtũ.*

Priuilegiũ [n] est lex priuatorũ: vel leges priuate, nam priuilegium dictũ est ex eo quod priuatim datur & cõceditur. Est [o] em̃ priuilegiũ priuatum seu singulare cõtra cõmune indultum, nec enim esset priuilegium nisi aliquid indulgeat speciale & illud vel datur prouincię, ciuitati ꝑ vel personę. Prouincię vel ciuitati datum priuilegium manet semper. Personale vero vna cum persona interti.

n. *Priuilegium q.t.*

o. *Spe. Sax. li. iij. ar. lxxxij. glo.*

p. *S. Sa. li. iij. ar. xxxiij. glo.*

Exindeq; liquet iuris scripti seu legum originem quadrifariã. Primo ex responsis Imperatorum, vt cũ q Imperator vel alter qui potestatẽ habuit ius condẽdi super dubio aliquo interrogaretur responsum illud pro lege habebatur. Secundo cũ causa ꝑ Imperatorem decisa fuit partibus altercantibus decisio illa pro lege seruabat. Tertio quicqd Imperator de per se & propria autoritate tenendũ mandauit. Quarto quod ex gratia alicui tributũ est, sicut in ꝓposito, ius illud municipale qđ & cõfirmatum est Imperatoris autoritate.

q. *Spe. Sax. li. iij. ar. xliij. glo.*

r. *Iuris scripti seu legum origo.*

Notandum prẽterea venit, ex quoquidẽ vt supra dictum est, Consuetudo ius & legẽ qñdoq; facit. Ex non scripto em̃ ius venit quod vsus approbauit, & diuturni mores consensu vtentium approbati legem imitantur: vt Insti. de iure natu. §. Ex nõ scripto. Non tamẽ omnis consuetudo quantumcunq; etiã lõga legẽ facere dicitur. Perniciosa [f] enim consuetudo radicitus est euellenda, recdum quod ꝓ iure seruari non debeat nec contra ius naturale quicq̃ ex consuetudine agere licet, immo veritati & rationi cõsuetudo postponi debet. Sed & si veritas obfuscet, ex consuetudine nec contra eam actum sit aliquid, reuelata veritate consuetudinẽ sibi cedere oportet, frustra etiam consuetudo rationi opponitur, & supuacaneum hi qui ratione vincuntur consuetudinem obiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, nec em̃ consuetudo impedire debet quo minus prqualeat veritas & vincat. Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est: vt viij. dist. per totum. Sola ergo illa cõsuetudo legis vigorem habet & inconcusse seruari debet, quę nec iuri diuino, naturali, aut humanis legibus contrauenit, immo in his rebus de quibus nihil certi ex scripto habemus. Mos populi & instituta maiorum ꝓ lege tenenda, diuturni enim mores nisi legi sunt aduersi consensu vtentium approbati legem imitantur. Vnde [t] & consuetudo prędcedens & ratio quę consuetudinẽ suasit tenẽda est, & quicquid cõtra lorgam consuetudinẽ fit ad solicitudinem suã reuocabit Prędses prouincię: vt. xij. dist. c. Consuetudo.

f. *Non omnis consuetudo legem fait.*

t. *De consuetudinibus uide abũde Insti. de Iure natu. §. Ex non scripto ff. de legi. et sena. con. L. de qui cau. & post in sequentibus legibus p totum. C. quæ sit longa consuetudo L. i. & Spe. Sa. in pro. glo. & ar. lv. glo.*

Ad hoc autem quod Consuetudo legis habeat vigorem & alia de cõsuetudi[illegible]us plu-

ra Spe.Sax.in prologo lib.i.
Premisso eo quod Consuetudo quedã est mala & peruersa quedã vero bona, elici pótest cur & ꝓpter quã causam ius potissimũ scriptũ venit et adinuentũ est, [u] Adducta etem generis humani multitudine, quidã vtpote boni. Ius naturale immutabilit seruabãt consuetudinẽ bonã & honestã imitãtes, bonũ simul ac honestũ custodiẽtes, alij perperã faciẽtes a iure naturali deuiabant malã inducẽtes consuetudinẽ & ꝓpter has duas cõsuetudines necessario introductũ est ius scriptũ & cõstitutiones Imperatorũ ad auxiliandũ bonorũ cõsuetudini, & reprimendum arcendumq; malos a consuetudine eorum pessima.
Constitutioq; seu ius istud scriptũ ex electiõe venit. Imperator em pẽsatis duabus cõsuetudinibus, illã que melior fuit acceptabat, pro lege q; statuit: vt.xi.dist.c. Vsus autoritati cedet. Vel etiã quod quidã constitutionẽ facientes cõfirmationẽ ab Imperatore petierunt: vt Instí de iure.natu. §.plebiscita. Tum & Imperatores quãdoq; statuerunt & edixerũt speciãlẽ consuetudinẽ pro bono, vtili, cõmuni: vt Instí. de iure.natu. §. Sed & qd Princi. placuit. Ex his sequit per modũ Epilogi [x] quod iuri naturali & consuetudini bonorum adminiculo ius scriptum introductum est: vt Spe. Sax.li.1.ar.liñ.glo.latius habetur.
Poterit etiã ex hac glossarum declaratiõe insãtia facile solui, si quis forsan dicat Textum articuli esse insufficientẽ quo ad diuisionẽ iuris, quod tantũ videlicet triplex posuit. Naturale ius & alia plura ommittendo. [y] Autor etem priuilegij id quod ad propositũ magis cõcernebat suũ breuibus licet, sufficienter tñ explicuit. Virtualiter em alię iuris acceptiões in hac trina diuisione includuntur. Sub iure em diuino, ius naturale includere vult. Sub prouinciali, ius gentiũ, militare etsic deiceps. DVBITARE quis posset. [z] Quandoquidẽ Saxonibus antehac Ius prouinciale datũ sit & prouincię eorum confirmatũ an per iã pręsens priuilegium posterius datũ iuri eorũ prouinciali quod Speculũ Saxonũ vocitatur derogetur necne. Iure em [a] nouo seu constitutione posteriore supueniẽte. Ius antiquius cedit & annullatur. Pro exoluenda hac dubietate. Respondendum, quod posttq; ciuitas Maidẽburgen pręsenti priuilegio qd & breue quodãmodo in se est, dotata & cõfirmata fuerat, de consensu Imperatoris, Principũ & prouincię totius, Ex iure prouinciali quod Speculũ vocatur extractũ est, certis quibusdã plebiscitis superadditis, nec tamẽ per id derogatũ est iuri prouinciali, nec etiã ciuitas renunciari Speculo Saxonũ per id voluit, verũ hoc factũ est ex certis & rationabilibus causis. Primo quia hic quędam constitutiões speciales habentur quę in Speculo Saxonũ tradite nõ sunt, vt quãdo [b] increpatur ortilegiũ in Maideburgo, nõ appellatur pcise ad Regem, sed ad Palantiam. Secundũ vero ius prouinciale appellatio pcise ad regem fit: vt li.ij. ar.xij. [c] Secundo priuilegiũ pręsens sancitum est ad supplementum prouincialis iuris: vt si quid breuibus in iure prouinciali cõplexũ habet hic expressius enodat. Tertio quod sensus & declaratio iuriũ quę in iure prouinciali sparsim in diuersis locis habetur, hic summatim et breuit exprimit. Ex his & alijs causis pñs priuilegiũ confirmatũ est, nec cõtradicit Speculo Saxonũ: sed est declaratio illius, intellecto em priuilegio pñti qd est minus & facilius, intelligi facilit ius prouinciale poterit, est em priuilegiũ istud qsi instituta seu elemẽta iuris prouincialis, sicut Instituta Imperialia sunt elemẽta legum. ℂ Notandum finalit quod sicut ius omne quo vtimur vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiões: vt Instí. de iure.natu. §. vlti. Itidem & ius pręsens municipale hoc idem in se cõplectitur. Quare primũ de personis quod & ius personarũ runcupatur videndum erit in articulo sequenti, nãparum ac inutile est ius nosse, si personę quarum causa constitutum est ignorentur.

[u] *Ius scriptũ quur ad inuentum.*

[x] *Spe. Sax. li.i.ar.ỹ. glo.*

[y] *Instantiæ solutio.*

[z] *Iuri prouinciali an derogatur ꝑ Ius Municipale.*

[a] *Spe.Sax.li.i.ar.xiiij. & Lege.xij.tabu.*

[b] *Spe.Sax.li.ij.ar.xij.*

[c] *Ius Municipale supplementum est iuris Prouincialis.*

Articulus II
De seruitute & unde originem seruitus habeat.

SVmma [a] iuris personarũ diuisio hæc est, qd omnes homies aut liberi sunt aut serui. Libertas quidẽ [b] ex qua liberi uocãtur, est naturalis facultas eius qd cuiq; facere libet, nisi qd ui aut iure ꝓhibeat. [c] Seruitus uero, est cõstitutio iurisgẽtiũ qua qs dominio alieno cõtra naturã subicitur. Seruitus autẽ [d] unde initiũ habeat, uarij diuersa sentiebãt. [e] Quidã a Caym cũ fratrẽ suũ Abel interemit seruitutẽ primũ incepisse asserunt, hoc tamẽ minime esse potest, genelogia enim Caym per diluuium generale deleta est, nec in posteros successit. Seruitutẽ aũt ipsam in hunc diem apud nonnullos durare cernimus. Alij seruitutẽ exoriũ habere a Cham filio Noe propter dedecus qd patri intulerat suo dicebant, quod tamẽ non est ut scriptura testatur, multi enim Reges et

[a] *Instí de iure perso. §.Summa.*

[b] *Libertas q.t.*

[c] *Seruitus q.t.*

[d] *Spe. Sax. li. iij. ar. xlij.*

[e] *Seruitus unde oriri habeat, opiniones.*

18?

[e] *Seruitũ duplex est.*

[f] *Spe.Sax.li.iij.ar.xlij.*

Serui et famuli differentia

[g] *Serui & famuli differentia.*

[h] *Serui effiãtur trifariam.*

Subditi Palatini sunt Serui

[i] *Spe.S.li.iij.ar.xxxij. glo.*

[k] *In seruum se donãs aut uendens, quæ requruntur, ut ualeat uenditio uel donatio.*

[l] *Serui necessario manumittuntur ex certis causis.*

[m] *S.S.li.i.ar.xvi.glo.*

super ar.xliij.li.iij. Spe. Sax. vbi de ministerialibus agitur, opinanterq; autorẽ Iuris prouincialis ibidẽ per Ministeriales intelligere velle seruos ipsos. Vnde ad absoluendũ errorẽ illorũ. Notandum venit qd seruitiũ [e] duplex est, quoddã em seruitium est ratione personę & illud proprie seruitus est, & q vt sic seruit, seruus & mancipium dicit. Aliud [f] seruitiũ est ratione bonorũ quę possidet ex qbus seruire cogitur, si illa tenere vult, nec tñ seruus proprie dici poterit: vt.C.de agri.& censi.L. Ne diutius. Sed [g] & alio differunt, illud em ꝑ quo seruus seruit est substantiale, qa subsłat seruitio, & seruit ꝓ vita sibi cõcessa. Seruitiũ vero qd famulus vel ministerialis pñstat est accidẽtale, seruitiũ em illd facit ratione bonorũ accidentalit sibi collatorũ, & ita ministerialis seruit ꝓ bonis, seruus vo vt viuere possit.
Preterea & ex alijs multis liquet eorũ drñtia. Ministerialis em miles esse pótest, sacriscq; initiari & religionẽ intrare absq; consensu domini, quod seruus minime facere poterit, nisi sit consensus dñi sui, etiã ministeriales bona sua feudalia dimittere possũt, secus fit de seruis.
ℂ Circa id notandum etiã venit quod serui efficiunt tripliciter. [h] Quidam em fiunt serui iure positiuo, quidã vero nascunt serui. Nati serui dicũtur qui ex seruis matribus nascunt. Iure positiuo vero efficiũtur dupliciter, quia vel capiuntur bello, vel liber existẽs seipsum in seruum dat per venditionem aut sponta[k] neam donationem.
Sciendum ꝑterea venit si liber homo vendat se, [i] vel donet spontaneq; in seruũ, ad hoc qd vẽditio vel donatio illa valeat q̃tuor necessario requirunt, quinimo ad quãlibet verã venditionẽ ista potissimum ptinent. [k] Primo qd ille qui se vendit, debet esse viginti annorũ, vt Instí. de iur. pers. §. Serui aũt. &. C. de liberali causa. L. Non ideo. Secundo qd id sit de cõsensu hęredũ: vt Inst. Ex qui cau. manumit. nõ pos. §. ꝫ. & Spe. Sax. li. in. ar. xxxij. Tertio quod pecunia illa sibi cedat, alias emptio nõ valebit: vt Instí de iur pers. §. Serui aũt. &. ff. qui ad liber. ꝓcla. nõ li. L. i. Quarto qd emptor nesciat de libertate illius quẽ emit, vt. ff. de liberali causa. L. Liberis. §. si qs scies Quintum supaddit ur, quod vẽditio illa iudicialit cõfirmetur, quia alias ꝓclamare eidẽ licebit ad libertatẽ, imo & alia q̃ ad verã venditionẽ requirunt ad id ptinere maxime videnẽ.
Quia em articulo precedenti habitum est qꝓ nullus se in seruum dare potest quin suus contradicat hęres &c. Sciendũ tamen quod istiũ qui vt sic se in seruum dat, hęres liberare non potest, nisi soluat precium quod pro ipso expositum est, & id sit cum voluntate illius qui eum emerat, ita quod eum viceuersa liberum dimittat, in loco illo vbi se in seruum dedit: vt. ff. de statu hominum. L. Homo liber.
[l] Serui etiam ipsi necessario manumittẽdi venũt & libertatẽ iure consequunt ms vlciscuntur mortẽ domini sui, quã hęres occultauit, [m]

Si falsam monetã publicauerint: si detegunt crimẽ raptus virginũ: si desertorẽ militię prodiderint. vt C. qui ex cau. serui. premi. liber. cõsequũtur: per totũ. Seruus vero q nõ manumittitur ꝓpetuo seruire cogitur: scilicet pro vita sua: & si qd [n] in seruum cõmitatur flagitij o domino emẽdare oportet, ꝑ dominus etiã seruũ in iudicio intercedere, & eũdẽ excipere potest. ℂ In textu cũ dicitur: qui etiã libertatẽ cõmutauit in seruitutẽ &c. hoc est si forsan seipsum vendidit vel donauerit sine heredum cõsensu, ꝓdit vtrũq; libertatẽ videlicet & propriũ, ita qd liberi hominis ius habere nõ possit in ꝓprio, in emẽda nec verigeldo vt li.i. ar: xvi Spe. Sax. & li.ñ.ar.vi. Etiam liber homo in hereditatẽ serui nõ succedit: ad dominũ em deuoluitur ex ar. xxxij.li. iij. Spe. Sax. §. Sed si donatũ dominus. Ex quo itaq; vt supius habitũ est: nullus se in seruũ dare potest: sine heredum cõsensu. Seruitus etiã natiuitatis esse nõ potest nisi mater serua sit Quare sequitur q qd inter seruũ & liberũ matrimonium esse nõ potest: immo si seruus supducat liberã & ecõtra ignoranter, nec a domino suo liber factus dimittatur: separari possunt, & vnus supducere potest aliũ si vult: vt xxix.q.ij. Si qs ingenuus & si seruus religionẽ intrauerit cõtra volũtatẽ domini: illũ domino reddere tenentur, vt liij. dist. i.c. generalis querelę. Ex his sequitur ꝑ modũ Corolarij. qd ius positiuum in cõtrariũ iuris naturalis sancitum est, omnia em hec iure naturali licent, quę iure positiuo prohibentur.
Patet ꝑterea ex hac glossarum declaratione clarissimeq; colligi potest, Paragraphũ articuli pręsentis vltimũ iuxta originalia vetusti ora melius sonare cũ dicit q etiã libertatẽ cõmutauit in seruitutẽ, vtrũq; ꝓdit tã libertatẽ q̃ propriũ, q̃ quod intelligatur vt aliq textus habẽt; vtrũq; ꝓdit tam libertatẽ q̃ seruitutẽ.

[n] *Flagitium in seruũ cõmissum domino emenda cedit.*

[o] *S. S. li.ij.ar.xxxiij.*

[p] *Spe. Sa.li.ij.ar.xix.*

[q] *Serui incõmoditates.*

Articulus IIII
Quo pacto unus Iure Municipali libertatem debeat obtinere suam.

QVicunq; [a] homo in municipio: iureq; municipali anno & die sine allocutione liber cõsederit, ille libertatẽ suam metseptimus cũ suis cognatis facilius retinebit, quorũ tres ex parte patris, & tres ex parte matris esse debent, q̃ quod quis eum in seruum conuincere possit.
[b] Quicunq; etiam puer liber est &

[a] *Spe. Sax. li. iij. ar. xxxij. §. Si tamen is.*

[b] *Spe.S.li.iij.ar.lxxij.*

legitime natus iure municipali iura retinet patris sui.

Et qui municipali iure sederit anno & die nō allocutus, nec diffamatus in iure suo, eū uullus abigere a iure suo potest, nisi ius suū perdiderit ita quod sit homo suspectus. ¶ [c] Sí qs etiā homo liberū se dixerit, ille p̄ libero haberi debet & liberi hominis emendā, & eundē ut liberū hominē tractare oportet, quia omnes uno liberorū iure subiecti sunt q in municipio cōmorantur. ¶ [d] Qui etiam ex quatuor progenitoribus suis, ex duobus auis & duabus auūs indiffamati iuris est, ille a nullo inculpari potest in iure suo. ¶ [e] Potest tamen aliqs in sua generatione & in officio argui suo, a iure tamen reici suo non poterit, nisi ius suum perdiderit, furto, præda, spolio, uel simili, q/ bus ius demeretur quis suum [f] uel excōmunicatus sit, aut proscriptus. [g] Potest etiā increpari in generatiōe sua qs, ut pote quia minus tempestiue, uel nimis tarde natus sit. Dicitur [h] etiam qd̄ nullus puer matris illegitimus esse possit, hoc tamē non est, quia mulier potest illegitimos ac legitimos nobilesq; p̄creare pueros. Si est serua, potest manumitti, si est fornicaria, potest nubere & legitimos procreare.

c. *Spe. Sax. li. iij. ar. xxxij.*

d. *Spe.Sax.li.i.ar.li.*

e. *Spe.Sax.li.iij.ar.xxviij.*

f. *Vide oppositū li.iij. ar. lxiij. Spe. Sax. & hic iure Munia.ar.seq. ibidē uide interpræ tationē huius clariorē*

g. *Spe.S.li.i.ar.xxxvi.*

h. *Spe.Sax.li.i.ar.li.*

Glosa.

Supius declaratū est de seruitute, & vnde oriri habeat, hic tandē autor priuilegij p̄cauet si forsan qs super seruitute alloquatur, qualiter libertatē probare debeat suā. Si em̄ impetrat vnus aliū, quod mancipiū suum sit, & iste dicat nō ita se habere, sed se esse liberū profitetur, Probare debet vt iuris est, si etiā impetratur testibus, p̄ior erit obtinere libertatē suam cū suis cognatis vt textus habet.

Pro intellectu articuli p̄sentis ampliori: notandū [i] q̄druplicē esse impetitionē seruitutis & vniuscuiusq; specialē p̄bationē. [k] Primo alloquatur si vrus aliū quod seruus suus sit, ex eo qd̄ se ipsum in seruū dedit: probaturūq; se offert prout ius decreuerit. Considerandū erit an ille se in seruū dederat corā iudicio, si sic, extunc actor propior erit donationē obtinere, q̄ iste negatiua absolui: vt Spe. Sax. li. i. ar. vij. & li. iij. ar. xxxij. glo. & hoc est verum si sit viginti annorū, si pecunia cessit in cōmodū suum, si cōsensus heredū subsequatur & alia quę precedenti articulo tacta sunt cōcurrant, ibidē uide. Residuas vero tres seruitutis impetitiones cum ipsarū p̄bationibus: vide Spe. Sax. li. iij. ar. ar. xxxij. in glo. abunde.

In textu cum dicitur facilius libertatē obtinebit metseptimus cū suis cognatis. [l] Contra id argui potest, cognati em̄ testificari nō possunt. C. de testi. L. ij. R. qd̄ in causis quidē cōmunibus amici testificari nō possunt. [m] Dantur tamē speciales causę in qbus testimonium eorū admittitur vt ordinationem testamētaria. Item pater filij & cognatus testificare potest vt ff. de testi ordi. L. qui testamēta. Item in causa matrimonij vt extra q matrimonio accusa. c. videtur. Item vbi testificari debet Genelogia legittime nationis vel progenitorū, ibidem etiā amici & consanguinei admittūtur vt extra q filij sunt legittimi. c. transiuisse.

Qui in municipio sederit anno & die nō allocutus &c̄. infra em̄ annum potest imperi vnus sup libertate, sed exacto anno & die propior erit iste [n] ex possessione libera suā obtinere libertatē. Vnde [o] annus & dies in proposito est spatium vnius anni & sex septimanarum.

Qui etiā ex quatuor p̄genitoribus &c̄. dictū est in p̄cedētibus istius articuli paragraphis quomō vnus libertatē testibus obtinere debeat. Is paragraphus tāgit de his q generatione similes aliis sunt, & dicit quod q ex duobus auis & duabus auūs indiffamatus est, diffamari nō potest. ¶ Ex isto sequit̄ dato quod p̄auus fuisset diffamatus: nocere minime poterit pronepoti, qa p̄ predecessorū honor vel scādalum nō q̄ nisi in tertiā deriuat̄ generationē, si ergo pater & mater, ac eorū vtriq; parētes liberi fuerunt sup seruitute accusari nō poterit vnus dato quod proauus seruus fuit.

Circa id notandum etiā, quod seruo respondere [r] vnus non cogitur sed actio cōpetit domino ipso vt articulo p̄cedēti habetur.

In textu cū dicit̄ ille a nullo inculpari potest iure suo &c̄. quia vt sic p̄ior est testimonio euadere. Accusetur etiā ratione officij vel genelogię accusatus euadet testibus. Si vero ius amittat suum furto: spolio: vt textus seqñs habet vel quod cōcordauerit pro furto conuincitur citius Iudice & Scabinis q̄ qd̄ se excusare posset. [f] Qui em̄ iuri suo in vno derogauit loco vbiq; in eo erumnā sustinebit, dūmodo per Iudicem condemnantem: vt iuris est condemnatio cōprobetur. li. iij. ar. lxxxij. Vel excōmunicatus sit &c̄. Vnde nota, qui iuste in sententias venit excōmunicationis, est separatus a cōmunione Christi & fidelium, nec

i. *Impetitio seruitutis quadruplex.*

k. *Spe.S.li.iij.ar.xxxij.*

l. *Spe.S.li.iij.ar.xxxij.*

m. *Cognati testificari possunt in certis casibus, itidem & alij cō sanguinei.*

n. *Spe.Sax.li.i.ar.xxxviij.glo.infra iure muna.ar.xxi.glo.*

o. *Annus & dies qd̄ sit.*

p. *Spe. Sax.li.i.ar.li.*

q. *Honor & scandalum nisi in tertiā deriuatur generationem.*

r. *Spe.S.li.ij.ar.xxxiiij*

f. *Spe.S.li.iij.ar.lxxxij*

r. *Excōmunicatis respondere nō oportet ipsi uero omnibus respondere coguntur.*

u. *Iure priuati dicuntur multis modis.*

x. *De infamibus & iure priuatis, inde abunde C. Ex qui.cau. nota.infa. per totū.ff. eo.ti. & vi.q.i.c. Infames. Spe. Sax.li.i. ar. xxxviij. & lxv. & li. iij.ar.xvi.et lxx. in gl.*

respondere [r] eidem oportet: ipse vero omnibus de se querulantibus respondere cogitur, vt. xi. q. iij. c. Quicunq; infra anni spacium, hoc idem intelligendum est de proscriptis, vt li. iij. ar. xvi.

Notandum [u] circa id venit, quod iure priuati dicūtur multifariā. Primo qui in fama & honore notati sunt macula aliqua, & qui occasione furti concordiā ineūt: [x] vt sunt fures, prędones: vt. C. Ex qui cau. alicu. infa. irroga. L. Non damnati. & Spe. Sax. li. i. ar. xxxvij. & xxxviij. Secundo qui anno & die in proscriptione permāserit: vt Spe. Sa. li. i. ar. xxxviij. Tertio qui cutim vel crines in iudicio condēnatus redimerit: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxv. Tum etiā qui fidefragus sit: vt li. i. ar. xl. Spe. Sax. Quarto si dominus seruū iudicialiter cōdemnatū iuramento eliberauerit: seruus vt sic infamis fit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xix. Quinto pugiles, certantes & eorum proles, hilirionesq; & omes illegittimi: vt li. i. ar. xxxviij. Sexto omnes qui tutorīā iniuste administrarunt: & sup eo iudicialiter condēnati sunt: vt Spe. Sax. li. i. ar. xli. Septimo qui perperā in societate existentes faciunt: vt. C. Ex qui cau. infa. L. vlti. & Spe. Sax. li. i. ar. xij. Octauo: Lusores simf & periuri: vt Spe. Sax. li. iij. ar. vi. Nono si qs dolum faciat in re q̄ sibi in depositū data est vt Spe. Sax. li. iij. ar. v. Decimo omnes siccarij venefici, & qui aratra: molendina, ecclesiaue, et cimiteria spoliāt: vt Spe. Sax. li ij. ar. xiij & vi. q. i. c. Infames. & C. Ex qui cau. infa. alicui irroga. p totū. Vndecimo vsurarij, simoniaci, faliumq; testimonium p̄beñ, simul etiā illi, qui parentibus suis improbe resistere volunt: vt C. eo ti. L. Improbum fenus. & vi. q. i Infames. Duodecimo, hęretici, ludei, infideles, infames etiā sunt: vt C. de lude. &. ccli. co. extrā de testi. & attesta. c. ex tenore.

y Pena iure priuatorum inuenit etiā triplex.

z Prima quod testificari non p̄nt, nec iure spirituali, nec ciuili: vt. ff de his qui nota. infami p totū. et. vi. q. i. c. Imfames. & extra de testi c. testimoniū: exceptis tamē tribus casibus. [a] Oc casiōe fraudis Impij: vt [b] C. ad le. Iul. maiest. p totū. Occasiōe simonię. vt extra de simoni. c. Licet Heli. & occasione fidei seu cōtra hęreticos: vt ij. q. vij. c. Oues. Secunda pena illorū est, quia tutorē habere non possunt, aut ferendarij, neq; in actiōe duellari pugilē: vt Spe. Sax. li. i. ar. xl viij. Et hoc fit ex eo, ne confidētia habeant in aliquo: vt eos a malefacto defendere possit. cum nec seipsos defendere poterint. Tertia pena est quia innocentia suā iuramento declarare minime p̄nt, nullus etem̄ delictum seu excessum iuramento defendere poterit, qui crimine notatus est: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxxix.

y. *Iure priuatorum pena.*

z. *Spe.Sax.li.i.ar.viij. & li.iij.ar.xvi.*

a. *Iure priuati testificari possunt in certis casibus.*

b. *Spe.Sa.li.iij ar.xvi. & lxx. & li.i.ar.viij.*

c. *Spe.Sax.li.iij.ar.xvi*

d. *Huius glose ampliorem declarationē &*

c Sciendū etiā circa id qd̄ proscriptis nullus respōdere cogit̄, c illos aūt omībus de se q̄rulātibus respōdere oportet: vt ij. q. i. c. p̄hibet. ¶ Considerandū p̄terea: quod iure priuati & matrimonio inhabiles [d] seu illegitimi inse differunt. Quinimmo & iure priuati ipsi triplicem inter se differentiā habent. [e] Primo iure priuati sunt, qui in iudicio testificari non possunt, vt sunt lusores: vt. ff. de his qui notā infa. L. i. & ff. de testibus L. iij. extra de accusa. c. omipotens deus. Spe. Sax. li. i. ar. li. glo. Secundo sunt, qui priuātur iure in eorum bonis ita quod illa vēdere aut alienare nō possunt: vt Instit. de capi diminu. §. Maxime. & C. de sen. pas. L. cum patrē, vt sunt illi q cōtra regiā maiestatē deliquerint: & ita bona eorum cōfiscant, prout etiā habet. Spe. S. li. i. ar. xxxviij. Tertio sunt quidā iure priuati in corpore & bonis. In corpore quidem, quia impune occidi p̄nt: vt C. Quan. li. vnicui. sine iudi. vindi. L. Liberam. & in auten. vt li. ma. & auie. §. His quoq; coll. viij. Priuatur etiā bonis, ita quod non hęreditat in successores: vt. Instit. de hęre que ab intesta. deferun. vt sunt pacis violatores & ictii duplices. Quidam per Iudicem pronunciant esse iure priuati, vt sunt proscripti, adulteri. Quidam seipsos iure priuant facto suo, sicut illi qui noctu in domos alienas irruptiōes faciunt, vel cū vxoribus aliorum secreto congrediuntur: vt in auten. Vt li. ma. & aui. §. His quoq; coll. viij.

In textu cum dicit. Quidam senciunt quod puer illegittimus matris esse non potest &c̄. Sciēdum circa id quod pueri [f] quidam sunt legittimi, [g] & quidam illegittimi, legittimi q ex vero matrimonio p̄creant, illegittimi vero seu naturales, qui extra matrimonium nascunt, & isti ex natura eque filij sunt sicut illi priores, legibus tamē Imperatorum, qui homines ad matrimonia cogere nitebantur, hoc sancitum est, quod legittimi duntaxat succederent, & nō naturales. Vnde & legittimi duplex ius in succedenda hereditate habent, ui delicet ius naturale & ius matrimonij. Naturales vero filij non nisi vnum ius: vtpote naturale habent, quare illi potiori iure succedunt in bona patris vel matris quam isti, hoc tamē fit de iure positiuo non naturali.

Cum vero diligenter reuoluere volumus leges et canones: aperte inuenit. Quandocunq; constitutio aliqua est contra ius naturale. Imperatores [h] seu legislatores inuenerunt & statuerunt modum ad opprimendum sub conditione constitutionem huiusmodi, prout & in proposito fit, quia & siquidē iure positiuo illegittimi non succedunt, dantur tamen cōditiones cōtra id quod succedere possunt, vt quando rediguntur in potestatem patris, vel cum matrē superduxerit, vel si per Principem legittimantur, vt habetur clarius li. i. ar. li. Spe. Sax.

e. *Iure priuati & matrimonio inabiles differunt.*

f. *Spe.Sax.li.i.ar.li. inde de copiosius materiā*

g. *Pueri duplices legittimi & naturales.*

h. *Spe.Sax.li.i.ar.li.*

Articulus V

De Excommunicatis & proscriptis.

SI quis bonæ famæ homo in municipio actionē habens minus iustæ in censuras papæ inciderit uel ab alijs spiritualibus excōmunicatus sit, & a congregatione Christifideliū sepa-
ratus, dato quod in his perseueraue-
rit [a] anno die & ultra, non delinqt per id contra honorem, nec uitam, nec Iuri derogat suo, quia excōmunicatio animæ quidem nocet, sed nulli adimit uitam quantumcunq; etiam in ea permanserit.

a. *Vide Spe.Sax.li.iij. ar.lxiij.*

Proscriptus uero si quis sit, uel in bannum positus Regium, & perseuerat anno & die, ille perdit honorem, uitam, ius, libertatem, si procedit cōtra eū rectis iudicijs, [b] quocunq; etiam modo qs proscribitur, si in proscriptione detentus fuerit cedit sibi in uitam.

b. *Vidē Spe. Sax.li i. ar.lxviij. & lxxi. & itē ar.xxxviij.eodē li.*

Glosa.

ARticulus presens declaratiuus est articuli pcedentis, dictū cm est. Qui iure priuati sint & qui iuri derogarunt suo, quodq; etiā excōmunicati & pscripti in numero illoꝝ habent interq; iure priuatos connumerantur, intelligendum tamen sane est de excōmunicatis, qui iuste excōmunicati sunt: friuoleq; in ea pseuerant. Hic tandem in presenti articulo habetur de excōmunicatis, qui minus iuste excommunicantur, isti etenim iuri non derogant suo:, vt textus habet.

Notandum circa id q̄ uis vnus minus iuste excōmunicatus sit, ommittit tamen declarare innocētiam suam, & pmittit censuras graiores vlterius ferri, etiā friuole censuras tolerare dicitur. [c] Aduertenda itaq; ac timenda excōmunicatio etiā iniuste lata, qnimmo beniuole separi debet ab ecclesia, ne sit scandalo Christifidelibus, & incurrat penam pteruię, nisi forsan in duobus casibus: scilicet si sit lata post appellationē factā, vel si huiusmōi sentētia excōmunicatiōis in se cōtineat notoriā & iportabilē iniustitiā: vt extra de senten. excōmuni. c. Per tuas. ¶ Vnde sciēdū: qd iudex vl' prelatus iniuste excōmunicās aliquē ab officio suspēdit [d] ad annū, si ꝙo exercet interim officiū, efficit ppetuo irregularis, vt extra de senten. & re.iudi. c. Cum eterni regis li. vi. Vn de excōmunicatio p similē nocet animę, quēadmodū pscriptio corpi. [e] Excōmunicatio eterē nō est aliud nisi iudicis spiritualis sentētia, quā ppter notorios excessus pfert cōtra animā, quę corrigi non potest, nisi qd cōpelIatur p obedientiā. [f] Quę autē excōmunicatio sit iusta & quę iniusta, aut quā pcauere seu timere debeamus, & alia de cēsuris seu excōmunicationibus, vide Spe. Sax. li. iij. ar. lxiij. ¶ Notandū pterea g qd pscriptio nō est aliud nisi sententia iudicis secularis [h] ppter inobedientiam vel excessum cōtra aliquē data. Et illa quādoq; est maior quandoq; minor. [i] Proscriptio minor seu simplex: est cū vnus ppter excessum: vel ppter non comparitionē iuris contumax pnūciat, q & iure infamis sit anno primo: illū tamē interficere nō licet. Proscriptio vō maior: quę & Bannitio dicit: Est cōfirmatio p Impatorē prioris pscriptionis, bonaq; vt sic eius cōfiscant, efficitq; infamis, & occidi potest: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxxviij. Quomodo aūt id fieri debeat: qd proscriptus simpliciter in proscriptionē Impatoris incurrat: vide Spe. Sax. li. i. ar. lxviij. & lxxi.

c. *Spe.Sax.li.iij.ar.lxiij.glo.*

d. *Vide Spe.Sax.li.iij. ar.lxiij.*

e. *Excōmunicatio.q.t.*

f. *Excommunicationis sententiæ quando ualent & quando non unde abunde Spe.Sax. li.iij ar.lxiij.*

g. *Proscriptio.. q. t.*

h. *S.S.li.iij.ar.xxiij.*

i. *Sp.Sax.li.iij.ar.xvij.*

Articulus VI

Ius Municipale unde originem habeat.

IVris municipalis origo: & quo pacto terræ Saxoniæ largitū ac ex beneplacito Imperatoris principūq; cōcessum sit Ius illud, ex sequētibus faciliter apparebit. In [a] Babilonia enim primū imperiū stetit, omnibusq; dominabatur prouincijs urbs illa, Nemroth siquidē gentilium regū fortissimus, Ciuitatem prætactam fundauit, ac Turrim mire altitudinis erexit, urbēq; magnis & amplis terminis menibusq; circūsepsit, quædā propugnacula ac municiones extruēdo, [b] exindeq; a munitionibus, Ius ipsū municipale nomen accepit. Rex ipse solus magnanimus & animosus eandem inhabitauit, multiq; cū eo principes & duces & alij pleriq; inhabitatores honorati uiri qui & mercatores dicebātur, omnesq; uno & eodē iure utebantur, quod Municipale dicebatur prout ex sequentibus apparebit, &

a. *li. iij.ar.xliiij.Spe. Sax. uide hoc idem.*

b. *Ius Muniāpale unde nomen sortiū habet uide.*

exinde nomen accepit, quod nondum immutauit.

Glosa.

Articulus presens nō aliud intendit: cā quod originem iuris municipalis declarat. Ex ipsa em Babilone ius municipale initium habere dicit. [c] Ex sacris nāq; codicibus, tum plerisq; historicorum libris legimus, quod post diluuiū illud generale, Noe patriarcha deo amabili ex Archa egresso, tres eidem filij fuere. Cham, Sem, & Iapher, E qbus duę & septuaginta prodiere [d] gentes, licet multorum filij nón cōnumerentur: qui nascendo tribubus alijs accessere: nullam ex se gentem facientes. de Iaphet xv. descenderunt generationes, de Cham triginta, de Sem primogenito & omnium patriarcha viginti septem, qui cum in magnum creuissent populum, totā mundi huius terram inter se diuiserunt. Sem cessit Asia. Iaphet Europa. Cham qui & Soroastes dictus est Africa. Ex Cham processit Chus, Ex Chus vero Nemroth: qui & potēs in terra esse cepit, Gigas permaximus corpore vastissimo: audacissimusq;: & manu fortissimus inē oēs filios & nepotes Noe: libidine dñandi admodum succensus, primum imperiū & tyrannidem in suos apud Babilonios sibi vsurpauit, cuius regni principium fuit Babilon ipsa, quam ille fundauit cum alijs ciuitatibus: videlicet Arath, Archad, & Calamię. In terra Senaor, cōbrem dei venator: idest deceptor ac humani sanguinis effusor oppressorq; cognominari meruit, vrbem illam vt textus habet fortissimis propugnaculis et munitionibus circumsepsit, iusq; in habitatoribus statuit, quod a munitionibus illis ius Municipale nominauit. Imperio itaq; hoc p tyrannidē adepto: cognatos suos: videlicet lectā ex filijs Sem & Suphne: ex filijs Iaphet: vt itidē in suos exercerēt: exemplo hortatus est suo. Horum aūt trium principū ductu et auspicio [e] vniuersa Noe sanctissimi posteritas regebatur. Conueniētibusq; illis cū innumerabili suorum multitudine in campo Senaar, Nemroth vir audacissimus & lingua disertissimus multitudinē illam totam a timore dei auertere satagens, Turrim quę celos tangat edificare consuluit; deus tamē stultitiam eorum miratus: vt sacrę testantur scripturę linguam eorum cōfudit; per totumq; disperso orbem habitationes quesierunt. Ex declaratis itaq; liquet [f] Ius Municipale ex Babilonę originē habere; omnes etenim illic inhabitantes vno & eodem iure locati erant, quod Ius Municipale seu Ciuile dicebatur. Vrbsq; illa initium & radix fuit imperij & iuris municipalis. Constitutiones tamen in Babilonę & Persia sancite: omnes periere: & in abusum venerunt. [g] Iusq; Municipale prętactum: priuatum ius etiam dicitur, sicut & presens ius Maidedurgeñ: priuatum ius ciuitatis illius [h] nominat. Itidē etiā Speculū Saxonū ius priuatum prouincię Saxonicę est, & pro priuilegio apud illos habetur.

c. *Genes. c. ix. & sequenti.*

d. *Septuaginta duæ gentes ex filijs Noe prodiere.*

e. *Vide in suplemen. Cronicar. mundi.li.ij.*

f. *Ius municipale ex Babilone originē habet.*

g. *Ius Muniāpale ius priuatum dicitur.*

h. *Speculum Saxonū ius priuatum prouinciæ Saxonicæ est*

Articulus VII.

De trasmutationibus Regnorum, & quo pacto Imperium ultimo ad Romanos translatum fuit.

DEclarationem Municipalis iuris lucidiorem facieñ. necessario recitandum uenit, quādiū Imperium in Babilone immutabiliter stetit, anteq; ad Græcos translatum sit, ad ultimum eteni Persarum Regem Darium, quē Alexander Magnus Macedonum Rex pugnando uicit, ab eoq; tempore mutatum est Babilonis regnū Græciamq; translatum, ac illic stetit quousq; Romani Imperio totius ferme orbis se itromiserūt. Iuliusq; Cæsar Impator creatus, & hucusq; Roma Imperiū tenet ex parte Sancti Petri, quæ & caput Christiani- tatis est, [a] duosq; gladios, potestatē duplicem designañ. Spiritualem ui delicet & Secularem Romanū obtinet Imperium. Papa Spiritualem, Imperator uero Seculare, ad defendendum Ecclesiam sanctam. Et si quid apostolicus corrigere non possit, Imperator eundem iuuare tenetur, & econtra, ita quod unus alteri, pro defensa Christianæ ecclesiæ auxilio esse debet. ¶ Cum uero ut supra tactū est, Imperium ad Romanos translatum fuit, nulla lege uiuebant Romani, sed quiuis pro libitu faciebat prout alicui placuit, etiam absq; querela & immutatione. Nullum enim ius habebatur apud eos, uigore cuius querela institui possit, idq; tamdiu stetit, quoad ab Athenien sibus Romam leges apportate

a. *Spe.Sa.li.iar.i.& li.iij.ar.xliiij.*

sunt scripte. Extruereq; ac erigi mãdarũt in ciuitatibus & foralibus signa quædam ad modum manus, pacẽ designañ. exindeq; in hũc usq; diem pacem manualem habemus. ¶ Cogitañ insuper Romani ipsi ut Imperium eorum amplius extendi posit.[b] Hostes & ab Imperio alienos subiugando, castra & munitiones in prouinciis edificarunt, exindeq; prouincias infestabant, subiugabantq; uicinas. ¶ Consultabãt præterea, ut arces illas pro commodo inhabitantium iure aliquo communirent ac locarent. Acceptisq; nõnullis militaris ordinis uiris illos fortaliciis & munitionibus præfecerunt, ac sub eo iure, quod castrense seu Emphiteoticũ ius dicit, sub feudo castreñ collocarunt. ¶ Vlterius tandem prouinciis subiectis, prouidere uolentes, cogitabãt quas leges & iura eisdem conferre tribuereq; deberent. Sancitaq; prouinciis iura secundum plebiscita illoq; quemadmodum & Saxonum prouincia a Constantino & Carolo tradita iura habet.[c] Prouiciæq; huiusmodi ut est Saxonia, Bauaria, Sueuia, & Franconia, anteq̃ a Romanis superate sunt regna fuere, postq̃ uero Imperio subiugate sunt in Ducatus nomina transmutarunt.

b. Spe. Sax. li. ij. ar. lviij & item li. i. ar. liiij.

c. Spe. Sax. li. iij. ar. liij.

Glosa.

Declaratio textus articuli præsentis magis ad historiographos q̃ legistas pertinet, de transmutationibus etenim regnorum, & quomõde vna gente in aliam imperium transferebaẽ tractat, vt tamẽ materia articuli eo clarius intelligi possit, mentẽ autoris priuilegñ insequẽdo, q̃dã breuibus subinferre placuit. Assirij primũ post tẽpora Nemroth Imperiũ tenuerũt: quod & omnibus insignius fuit: p annos mille trecentos durans. Belus Nemrotides quem Assirij Saturnũ deum falso nominauere,[e] Primum eo in regno imperare cepit, Babilonẽq; inhabitauit,[f] ab ipsoq; nefandissimũ idolatrię genus inicium habuisse legimus, eo emortuo, Ninus eius filius ex patris obitu merore cũ torqueret, in solatiũ doloris, paternã imaginẽ sibi sculpere fecit, cui mox tantam reuerentiã exhibuit, vt quibusli bet excessiuis ad eam cõfugientibus parceret. Regnicolę tandem simulachro ipsi diuinos impẽdere ceperunt honores. Durauitq; Assiriorum regnũ usq; ad tempora Sardanapali vltimi ipsorum regis, qui & luxuria deditus: omniumq; mulierum corruptior fuit, per Arbacem prefectum inter scortorum greges repertus, occisus. Exindeq; imperiũ per Arbacẽ q̃ & Medus fuit, ad[g] Medos trãslatũ durauitq; per annos ducentos quinquaginta nouem: vsq; ad tẽpus Astiagis vltimi Medorum regis, quem Cirus Persarum rex vicit, regnumq; in[h] Persiam transtulit, sed & Balthazar Chaldeorum ac Babiloniorũ regem: cuius predecessores ab Assiriis defecerant: deuicit, eiusq; regiam Babiloniam superbissimam vrbem statim subuertit. Postmodum et aduersus Cresum Lidorum regem, qui Babilonijs auxiliũ tulerat profectus, eidem sine vllo negocio fudit, durauitq; imperiũ apud Persas annis ducentis quinquaginta quatuor: vsq; ad vltimum eorum regem potentissimũ Darium: quem Alexander Macedo, ter cum eo cõgressus: cruento victo prelio, imperiũq; occupauit, post mortemq; suam, re quis in potentia eidem par apud posteros legeretur, Monarchiam inter duodecim quos ab adolescentia Comites habuerat partitus est, & amplissimi regni successores cõstituit, exindeq; imperium Babilonię cessauit, & [i] Greciã translatum: ibidem stetit vsq; ad Perseum ultimũ Macedonum regem, qui a Romanis victus, pro triumphoq; p Paulum Aemilium vna cum liberis, & omni regia gaza Romam adductus, spectaculum grande prębuit, & ita imperiũ Grecorum [k] ad Romanos transportatum, Romaq; in huncusq; diem: vt textus habet imperium tenet ex parte Sancti Petri, qui & caput Christianitatis est, duosq; gladios potestatem duplicem designañ: Spiritualẽ videlicet & Secularẽ Romanum obtinet imperium, Spiritualis apostolico, Secularis vero Impatori ipso tribuit.[l] Sed vel maxime tempore Constantini magni, qui a beato Siluestro baptizatus: & exinde a lepra mũdatus fuit. Dignitas & potestas creuit ecclesię. victo eñ in signo crucis: quod cęlitus vidit, Maxẽcio, reliquis preterea tyrannis fugatis, pacatoq; imperio: pro exoluẽdis deo gratijs, ipsi Siluestro & successoribus suis: pallatium Lateranense imperij sui, premio dedit, deinde coronam capitis sui simulq; & frixium: & superhumerale, clamidemq; purpuream, atq; coccineam tunicam: & alia omnia imperialia indumenta, dignitatemq; imperialium presidentium equitum. Contulit preterea sceptra imperialia: simul & cuncta signa ac banna

d. Imperiũ Assiriorũ.

e. Regnorum imutation em Vide hic & item Spe. Sa. li. iij. ar. xliiij.

f. Idolatriæ origo.

g. Imperium Medorũ

h. Imperium Persarũ.

i. Imperium Grecorũ.

k. Imperium Romanum.

l. Pape Siluestri à Constantino Imperatore sublimitas.

et omnẽ processionem imperialis culminis. Et quẽadmodum varia dignitatũ adornabaẽ militia, ita Clerum sacro sanctę Romanę ecclesię statuit adornari. Ordines Cardinaliũ, Officialiũ Cubiculariorum &c̃. statuendo. Decreuit pręterea vt ille dignissimus Pontifex et eius successores diademate: idest corona quam ex suo capite illi concesserat ex auro purissimo & gemmis preciosis vti deberet.

m. Spe. Sax. li. i. ar. i.

[m] pro honore beati Petri Apostoli. Insuper pro reuerẽtia diui Petri christianissimus Constantinus sub papa Siluestro frenum equi tenens in subiectionis signum, stratoris officiũ illi exhibuit, ac sic deniq; tã vrbẽ Romanam q̃ pallacium suum & omnes Italię prouincias loca & ciuitates Siluestro Pontifici, suisq; successoribus Constantinus Imperator tradidit. Imperium suum in Orientales prouincias trãsferendo, vrbemq; egregiam ex suo nomine Constantinopolim appellatam ibidẽ construxit. ¶ Circa id dubiũ exoriti potest. Quandoquidem [n] Imperator apostolico potestatẽ tradidit Imperij, o quis eorum sit maior & superior, multaq; super eo pro & cõtra formantur argumẽta. Quidam apostolicum superiorem esse dicunt, intentionem fundantes suam super dicto saluatoris, quod habeẽ in Euangelio de sancto Petro. Quodcunq; ligaueris super terram &c̃ idq; deriuari volunt ad omnes eius successores, ex quo itaq; apostolico potestas cœlestis: quę dignior est q̃ secularis data est ergo &c. Secundo quia apostolicus quandoq; vtitur gladio & iudicio seculari, exercet siquidem ea, quę Imperator exercere solet, illegittimos em efficit legittimos, vt extra: qui filij sunt legittimi, c. Per venerabilem. Item Imperator cõsecrationem suam ab apostolico accipit, eundem etiam excommunicare & deponere potest: vt xv. q. vi. c. alius item Romanus. Pręterea apostolicus Imperium ex Grecia hic transtulit: vt extra de electi. c. Per venerabilem. In oppositum sunt alij qui dicunt, Imperatorem esse superiorem, certas pro se habentes rationes. Primo Imperatori enim gladius commissus est, Ius iustitiam, viduas, & orphanos defendendi, vt xxiij. q. v. c. Regum est officium. Exercereq; iudicium potest: vt ira dei mitigetur: hoc vero apostolico denegatum est, vt legimus de sancto petro: vbi saluator dixit. Mitte gladiũ tuũ in vaginam, per id intelligere volens ne potestati se immisceat seculari: vt extra. Ne clerici vel Monachi secka. nego. c. Multa sunt. negocia. Secundo si Papa deberet esse superior Imperatore, extunc appellatio esset ab Imperatore ad apostolicum, quod tamen nõ fit vt extra de appellationibus. c. Si duobus litigantibus. Et item Imperator tributum quandoq; accipit de ecclesia & non papa: vt xi. q. i. c. Magnum hoc quidem. P Omissis tamẽ argumentis pro & cõtra militantibus, soluitur quęstionis dubietas. Quod in his q̃ sunt animę: & quę ad dei pertinent cultum, apostolicus est superior Imperatore: illa etẽm ad iudicium spirituale accomodantur, in illis vero, q quę ad defensam spectant secularem, quę nihilominus etiam ad obsequium referuntur dei, quod & iudiciũ seculare nuncupamus. Imperator est superior apostolico, nec ista contradicunt, immo quandoq; tã Papa in ius seculare, q̃ etiam Imperator in ius spirituale in certis casibus sese intromittere possunt: vt habetur Spe. Sax. li. i. ar. i. glo. vnusq; alium in defendenda christianitate iuuare debet: vt textus habet.

n. S. S. li. iij. ar. lvij. glo

o. Papa an Impator quis eorũ est dignitate superior.

p. Solutio quæstionis

Cum dicitur in textu nulla lege viuebãt &c̃. [r] Romani etenim ab vrbe condita nullas leges habuerunt scriptas. Postmodum Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus Romanis edidit leges. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre nõ posset Decem viros legibus scribendis creauit, qui leges ab Atheniẽsibus & Lacedemonijs in Latinum translatas apportarent, quod & factum est, legesq; sic in latinum transpositas in decem tabulis eburneis Romam attulerũt, tam de iure scripto Athenienſium, q̃ consuetudinario Lacedemoniorum, in his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, vt [s] Lacedemonij quidem, ea quę pro legibus obseruarent, memorię mandarent. Athenienses vero, ea quę in legibus scripta comprehendissent custodirent. Sed quia postea aliquid deerat, vel emendatione desiderabat, data fuit potestas per vnum annũ Decem uiris, ius & leges corrigendi, detrahendi, & si opus esset interpretandi. Qui vt ea facerent, duas tabulas addiderunt, & sic lex. xij. tabularum ex accidẽti dicta est: vt. ff. de origine iuris. L. ij. §. i. Illi autem Decem viri [t] quibus facultas corrigendi huiusmodi leges data erat [u] hi fuere. Appius Claudius. Titus Genutius. Publius Festius. Spurius Posthumius. Publius Sulpitius. Aulus Manlius. Lutius Veturius. Caius Iulius. Publius Curiatius. T. Romulius. Qui vero legum inuentores fuerunt: vide. vij. distibidẽ etiam de his Decem uiris expresse habetur. Abundantius tamen de ipsis legum primis inuentoribus vide supra eo li. ar. i. in glo. tum & Spe. Sax. li. i. in prologo. [x] Leges autẽ redierein libros, primus Consul Pompeius instituere voluit, sed non perseuerauit obtrectatorum metu, deinde cepit Cęsar id facere, sed ante interfectus est. Paulatim autẽ antique leges vetustate atq; incuria aboleuerunt, quarum etiam nullus est vsus, notitia tamen necessaria videtur. Y Noue autem leges a Constantino Cęsare, a quo & Saxones ius habent suum ceperunt & reliquis eius successoribus, eraṇq; permixte & inordinate Postea vero Theodosius mino. Augustus ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani, Codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusq; Imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocauit. Supervenit tandem

q. Hæc & his similia abunde uide Spe. Sax. li. iij. ar. lvij. glo.

r. Legum xij. tabularũ origo.

s. Athenienses scripturã. Lacedemonij uero memoria leges asseruabant.

t. Nomina decem uirorũ qui leges corrigebant.

u. Vide ididem Spe. Sax. in prolo.

x. Leges in libros redigere, Pompeius primum curauit.

Y. Legum origo.

nobilissimus Imperator Iustinianus, qui omnes leges illuminauit, abrogatisq; minus necessariis, & superadditis quę oportuno videbantur, in elegantem redegit formã: vt Insti. in prohe. §. Cumq; hoc deopropitio.

Acceptisq; nonnullis militaris ordinis viris &c̃. Romani etenim prouincias subiugantes duces illis prefecerunt: agricq; illorum omnes erant. Ducem propterea preficiebant, vt presit subiugato populo. [a] Dux em̃ dicitur, qui bellum sequitur, vel cui ducatus [b] ab aliquo principe cõmittit, ducibusq; huiusmodi seu principibus milites adiunxerunt pro [c] defensa prouinciarum, quos & expensis prouidebant, in recompensamq; prouisionis militũ principes agros & possessiones occupabant: & quicquid ad locandum vel cõducendum videbatur, sub determinato cõmodo & vtilitate faciebant, & exinde milites fouebant, quicquid superfuerat Romanis tribuentes. Cum vero [d] Romanis displiceret, milites cõtinuis expẽsis fouere. Principibus ipsis prouincias & castra in feudũ dederunt, vt exinde obsequiũ impio p̃starent, sub iure Emphiteotico seu feudali. Principes vero vlterius bona certa militibus conferebãt sub eodẽ iure, ex indeq; verit quod vasalli effecti sunt. Milites tandem cõsequenter locabant agros rusticis, sub determinato censu, & rustici huiusmodi qui ad talia bona nascebantur, ascriptitij dicebãtur: vt. C. de agri. & censi. L. Ne diutius Iusq; inter eos iuxta contractum mutuum super damno & super censu statuebatur, & quicquid inter eos conclusum fuit occasione huiusmodi bonorũ pro iure habebatur: vt Insti. de loca. & condu. per totum. Vnde [e] Emphyteosis seu ius Emphyteoticũ, dicitur esse contractus quidam liber & voluntarius occasione bonorũ, [f] quę dantur sub conditione hoc est sub certo censu vel aliquo obsequio, quod illa bona laborare debeat ex radicibus quę antehac inculta fuere, huiusmodiq; obligatio quę promittitur occasione bonorum fit ius vtrorumq;, & dicitur Emphyteosis. Nunc vero etiam bona elaborata tribuuntur sub contractu, & exinde census soluitur, & alia quę in contractu exprimuntur, cõdictamenq; illud pro iure inter eos habetur: vt. C. de iure Emphyteotico. Emphyteosis ſcdum alios dicitur, cum alicui res conceditur mercede in pecunia vel in specie constituta a locatione & emptione differẽs: vt Insti. de loca & conduc. §. Adeo aũt. ¶ In textu cum dicitur. Iste prouincię regna fuere &c̃. Saxones etenim, qui & Petraculi iuxta ar. xliij. li. iij. Spe. Sax. dicebantur, reliquię Macedonici exercitus fuerunt, nauibusq; in hanc prouinciam aduecti Thuringos subiugarunt, [g] regnaq; cõstituerunt, quę & illese permanserant vsq; ad tempora Constantini Imperatoris, qui eosdem subiugãdo, Christianę fidei iniciauit, Iuraq; prouincię statuit, sed & nomen regnorũ in Ducatus immutauit: vt li. iij. ar. liij. cętera vide super hac materia ibidem.

a. Dux unde dictus.

b. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. lviij. & li. i. ar. liij. & li. iij. ar. liij.

c. Spe. Sax. li. ij. ar. lviij glo. uide.

d. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. lviij.

e. Emphiteosis siue ius emphitecticũ q. t.

f. Ecu. c. n.

g. Vide Spe. Sax. li. iij. ar. xliij. supra iure Munia. in pro.

Articulus VIII

De Iure Imperatorum & eius confirmatione.

PRincipes tandem & liberi domini ac omnes militiæ nomẽ habentes cum Romanis conueniendo consultarunt ut iure alicuo imperiũ stabiliri possit. Sanxeruntq; regi Ius, quod sedem Romanã gubernare & [a] defendere debeat ex parte sancti Petri gladio seculari, a quo & adhuc aduocatus Romanus dicitur. Et sibi Ius ac iudicia omnia uacãt in ciuitatibus singulis ubi aduenerit Theutonicã [b] ,puinciam. Itidem moneta & Thelonea etiam uacant quia aduocatus ut dictũ est Romanus dicit̃. Nec potest uitam suam demereri aut honorẽ debilitare [c] nisi in tribus. [d] Primo si sedẽ imperij Romani destruere uellet. Secundo si infideles fortificaret & eis auxilio esset. Tertio si legittimam dimiserit uxorẽ, si ex his tribus in uno reperiatur super eo iudicari debet & caput eidem amputari cũ aureo dolabro, [e] seu bipenni aut securi, ex eo quia ipse gladium secularem habet iudicandi super omnes iniuste agentes. Eundem etiam gladium Impator cõmisit omnibus iudicibus [f] (alĩ textus & uerius habẽt omnibus qui nomen militis habẽt) uiduas ac pupillos defendere & Ecclesiam dei, Iustitiãq; deprimere, & Iusticiam fortificare. [g] Iudicium etiam commisit omnibus Iudicibus ut iudicẽt super illos qui perperam agunt, idq; soli p se iudices omnes uel eorum præco facere debent cõtra omnes illos qui in iuriis detenti sunt & conuicti,

a. Spe. Sax. li. iij. ar. liiij

b. Spe. Sax. li. iij. ar. lx.

c. Spe. Sax. li. i. ar. i. li. iij. ar. lvij.

d. Imperator in quibus uitam demeretur & quomodo exercetur in eum iudicium.

e. Ecu. c. iiij. uide de hoc copiosius.

f. Militum officiũ uide

g. Spe. Sax. li. iij. ar. liij.

187

prout Iuris est.

Per simile etiam quemadmodum Iudices habent secularem gladium a rege, ita spirituales habent spiritualem gladium ab apostolico..

Glosa.

h. Vide infra ar. xviij. Spe. Sax. li. iij. ar. lxiij.

Dictum est superius de origine Iuris, [h] & qa frustra iura & leges cõderent, nisi sint illi, qui leges defenderent, inter omnes autẽ qui potissimum iura defendere debet: est ipse Romanorũ rex, qui ex parte beati Petri gladium secularem tenet, estq; communis iudex omnium: vt habetur li. iij. ar. xxvi. Spe. Sax. Positq; vero Rex eligitur, [i] eum iurare oportet, quod iusticiam exaltet, & iniuriam deprimat pro posse. Omagiumq; prestare imperio tenetur.

i. Spe. Sa. li. iij. ar. liiij.

Forma autem huiusmodi iuramenti Imperatoris aut regis infrascripta habetur.

k. Forma hæc iuramẽti, magis pertinet ad Iudices & Vasallos, q̃ ad Imperatorẽ. Vide hoc idem Spe. Sax. li. iij. ar. liiij.

Juramentum

[k] Iuro ego per deum omnipotentẽ & filium eius vnigenitum dominum nostrum Iesum Christum: & Spiritum sanctum: & per sanctam gloriosam dei genitricem semper virginẽ Mariam & per quatuor Euangelia quę in manibus teneo meis, & per quatuor Euangelistas, & per sanctos Archangelos, Michaelem, Gabrielem, puram conscientiam, ingenuũq; seruitium me seruaturũ. (Textus germanicus habet quod Ius habere & tenere volo secundum conscientiam & probitatem) in seruicio. Serenissimi principis domini. N. occasione tradite mihi ab illo in eius bonis administrationis, & omnem laborem ac sudorem sine dolo suscipiẽs, omnemq; artem malam & dolum in commissa mihi ab eo administratione vitare volo, & quod Catholice fidei sum, & nullomodo vel tempore ei aduersabor nec alium permittam quantum possibile fuerit mihi, & quod nulli penitus quicq̃ dedi, neq; dabo occasiõ, dati mihi cinguli seu officij, sed neq; quicquã promisi, quodq; probe me in eo ostendere volo in subiectis domini mei, cõtentus in his quę statuta mihi sunt, de fisco annonis, & iura Imperatoria scire volo, nec illa ommittendo propter amorẽ compatientiam, inuidiam, odium, commodum, vtilitatem. Iuro etiam quod probos & bonos in eorũ probitate: paterne seruare volo subditosq; a prauis tueri, in iudicijsq; equus iudex esse volo, excessus omnes inuestigãdo, equitatẽq; tenendo. Iustos in iusticia conseruando, iniustis vero debitam infligẽdo penã: id iuro ita tenere & obseruare: aliterq; non faciam, & si istud non seruauerim, extendatur super me horribile iudicium domini nostri Iesu Christi, & sim particeps iude, inuadatq; me Iesi lepra: & tremor Caim, & gladius seu iudicium seculare sit super me, quod super falsos iudices statutum est, Vide hoc idem in

Autẽ. ius. iuran. quod p̃statur ab his. p. totũ. Iuramentumq; [l] huiusmodi, est iuramentum officij, siue sit Imperator: siue alter quiuis iudex, spiritualis vel secularis.

Regem etiã eligere Theutones debent: istudq; Ius a Carolo Imperatore eis concessum est, antehac enim facultas regem eligendi Senatoribus erat Romanis, postmodũ data erat facultas militibus i bello, propter periculũ, ne exercitus sine ductore maneat, ut mortuo Imperatore belli: alter eligeret. [m] Carolus vero magnus: posthac attenta dexteritate & militia Theutonicorum, pro illo tempore quam indefesse & fideliter circa Imperium extendebant: electionẽ regis illis decreuit.

In textu cum dicitur. Quia Aduocatus Romanus est &c̃. Est etiã supremus & cõmunis iudex omnium: vt li. iij. ar. xxvi. Spe. Sax. & primum obtinet clipeum dignitatis. Spe. S. li. i. ar. iij. Estq; nobilior omnibus.

Vnde circa id notandum venit, [n] quod Nobilitatis seu militę dignitas [o] duplex est, innata & acquisita. Acquisitam habent Episcopi, Abbates. Innatam vero habent Principes superillustres, & ista originem habet a rege Romanorum: estq; nobilior q̃ acquisita. Acquisita etenim venit ex constitutionibus. Naturalis vero ex natura. Sed cõstitutio iuri naturali minime derogare potest. i. dist. c. omnes. Insti. de legi. agna. tute. §. vlti. P Vnde Rex ipse, liber, nobilis, & legittimus esse debet: vt Spe. Sax. li. iij. ar. liij. ex eo quia ab eo ortum habet militaris dignitas. [q] Et primũ clipeum seu cingulum militarem obtinet. [r] Secundum vero ab ipso Spirituales Principes, Episcopi, et Imperij electores: ex eo quia nullius vasalli sunt, qui & in legibus superillustres nuncupantur. Tertium clipeum obtinẽt laici Principes, ex eo qa sunt Episcopõrum & superillustrium vasalli, & vocantur illustres & simplices principes. [s] Quartũ obtinẽt liberi domini, qui & Nobiles dicunt̃. Quintum liberorum dominorum vasalli vocanturq; barones. Sextum liberorum dominorum vasallorum vasalli, qui & simplices sunt in clipeo: & dignitate militari.

¶ Dubitant tamen aliqui, an clipeum septimũ obtinentes feudum habere possint nec ne, nulla tamẽ super eo venit dubitatio, Principes enim feudales clipeum septimũ annullarunt cum Episcoporum facti sunt vasalli, quod antehac non fuit: vt S. S. ti. i. ar. iij.

Sciendum etiam: quod omnes qui in clipeis includuntur, dignitatemq; clipei habent militis nomẽ preseferunt, ideo quod milites esse possunt: vt supra in gradibus clipeorum declaratum est.

Iudicium etiam commisit omnibus &c̃. Ex quo qdẽ em̃ Rex in omnibus locis solus per se iudicium exercere non potest, ideo illustribus confert comitatus, [t] iudicesq; statuit, illi tandem Comites substituunt. Comites vero vlterius exse subdelegatos seu pedaneos iudi

l. Alia ad id plura, ui de Spe. S. li. iij. ar. liij.

m. Ad id alia plura ui de Spe. Sax. li. iij. ar. lij. & in glo. ibidem.

n. Sp. Sa. li. i. ar. iij. glo.

o. Nobilitas duplex.

p. Spe. Sa. li. iij. ar. liiij.

q. Spe. Sax. li. i. ar. iij.

r. Clipei militaris gradus.

s. Vide Sp. S. li. i. ar. iij.

Judices Vr.

t. Vide Spe. Sax. li. iij. ar. lij. abundantius tamẽ li. i. ar. lviij. glo.

ces locant.vt.C.de peda.iudi.L.Placet.
Notandum preterea: ex quo quidem Iudices
u. Sp.S.li.iij.ar.lij.glo
in loco dei sedent, u iudicium enim dei exercent. x Quare & domini a circumstatibus &
x Iudices in iudicio residetes domini nũcupari debent.
iudicium eorum expetentibus vocari debẽt tempore quo iudicio president. y Si quãdo uero contingat, quod quedam persona notabilis ad iudicium veniat, illum Iudex adsedere faciat, z Nisi forsan actionẽ habeat, ita quod agere vel respondere eum oportet: vt Spe. Sax. li.i.ar. lviij. glo.
y. S.S. li.i.ar. lviij. glo.
z. Actionẽ in iudicio habens stare eum oportet.
Moneta & Thelonea vacãt &c. Iuris a origo seu incrementum secundũ aliquos tunc primũ cepit, cum Enoch filius Caim ciuitatem primã constituxit, sancitũ etem ibidem fuit, qcquid vnus labore acquisiuit suo, eidẽ nullus accipere potuit, sed nec ille alteri dare presumpsit, b Excogitatum tandem fuit signũ, in quo principis imago exsculpta habebat, signũq; huiusmodi ostendere cogebatur is: qui aliquid alienare voluit, ad denotandum quod cum consensu Imperatoris id facit, representabatq; obedientiã. Romanis vero imperare & dominare incipientibus: Nũmaq; Pompeio presidente regno: idem nũmos instituit iuxta prius allegata, quos ex suo nomine Nummos appellauit, cũ illisq; cõmercia fieri fecit, c antehac em vsus nũmi non erat, sed tota substantia hominũ in pecoribus fuit, vẽditioq; & emptio: non nisi per cõmutationẽ rerum exercebatur: vt.i.q.iij.c. Totũ.
a. Inris origo secundũ aliquorum opinionẽ.
b. Nummorũ origo.
Nummi Vr appellati
c. Vide Sp.Sax.li.ij.ar xxv.& li.iij.ar.lx.
Crescente vero hominũ copia, cumq; regna etiam longinqua possidere ceperant: nũmisq; & res sine periculo de vna regione in aliam deportari non poterant, ex gratia & fauore Imperij admissum est nũmos cudere principibus prouinciarũ: vbi necessitas postulauerit vtilitasq;, in signũq; quod de voluntate regis id sit. Imperator seu Rex signũ aliquod mittere solitus erat.
Cyprus greca
d. Thelonea ob quam causam statuta sint.
Thelonea etiã sic vacant &c. d Vnde notandũ quod Thelonea pro cõmodo cõmuni adinuenta sunt & statuta, hominibus em inter se bella gerentibus, populus negotia & mercantias inter se exercere non potuit. Romani tandem adinuenerunt Boletos, is vero qui boletum offerebat, ab omni dãno & periculo seruabatur, & id etiã ex fauore imperij principibus cõcessum fuit, vt ex illa collecta & datione, milites eo facilius seruari & fouerí possint: ad custodiendum vias publicas: vt hospites ex longinquo, tuto ad illos venire possint. Cum itaq; Imperator ad prouinciã
Thelonea vn.
e. Vide Spe. S.li.ij. ar. xxvij. & li.iij.ar.lx.
venit aliquã: vbi Theloneũ habetur. e Thelonea huiusmodi sibi vacãt. Ad inuestigandum aũt quod t heloneũ sit iusum vel iniusum vide. C. Noua vectigalia per totũ.
Sciendũ preterea, quod qui thelonea, monetariam, aut iudicia ab aliquo dominorũ conduxerit, f eaq; in aduentu domini vacare cõtigerit, damnũ tollerare oportet, nullus enim plus iuris alteri conferre potest, q̃ quod solus habuit. ff. de reg. iur. L. Nemo.
f. Spe.Sa. li. iij.ar. lx.
In textu etiam ponuntur tres causę propter quas Imperator excõmunicari potest. g Prima si sedem Romani imperij destruere vellet. Imperatoris em officiũ est, quod sedem imperij tueri, Ecclesiasq; imunes seruare debet: vt in auten. quo.opor.episco. vel cleri. §.i. Ecclesias etiã non destruere: sed restaurare tenetur: vt in auten. de non alienan. re. eccles. §. sanctis. & xcvi. dist. c. Boni principis. Et ꝓpter id Theodosius magnus excõmunicatus fuit: a beato Ambrosio. Et Archadius Imperator, quia consensit: vt sanctus Ioannes Chrisostomus a sua sede pelleretur, itidẽ censuris grauatus fuit: vt dist. xcvi. c. Duo sunt. h Secunda vero causa: si infidelibus auxilio sit: vel apostotauerit, is nedum excõmunicari, sed et deponi debet, & non solum Imperator: verũ & papa ipse: vt xl. dist. c. Si papa. Et propter id Imperator Fredericus fuit Imperio priuatus. Tertia vero causa propter quã Imperator excõmunicari potest. Est causa matrimonij, & ꝓpter id Lotharius Imperator exautorisatus fuit, quia ommissa propria vxore: alteri adhesit: vt ij. q.i.c. Scelus qd' Lotharius.
g. Cause propter quas Imperator excõmunicatur.
h. Vide Spe.Sax.li.iij. ar.lvij.
Si ex his tribus in vno repiat &c i. Iudicãdus itaq; Imperator erit: caputq; aurea securi sibi amputatur, idq; k Palatinus Rheni facere debet q & Iudex toti prouinciç: & regi ipso datus est: de cõmuni omnium consensu, sane tamen intelligi hoc debet, quia nõ prius super Imperatorem iudicium exercetur, nisi positq; a sede Imperiali per sententiã exautorisetur. Quod autem securi & non gladio caput sibi abscinditur, ratio est, gladius etenim cõmissus sibi fuit cum eo iudicandi defendendiq;, viduas, pupillos: & orphanos, eundẽq; & ipse alijs cõmisit iudicibus, eo tamen abusus est, nec iudicium prout ex debito tenebatur: defendit, & ita dignitatẽ Imperialẽ coinquinauit, quare nec dignus est hoc digniori genere penę: puta gladio puniri. Tum etiã quia per sententiam sibi gladius abiudicatus est, subest tamen sententię & penę: vt textus habet: & xxiij. q.v.c. Ad fidem nullus.
i. Spe.Sa.li.iij. ar.lij.
k. Palatinus Rheni iudicat Imperatorẽ & quomodo

Articulus. IX.

Qualiter super Imperatorem iudicat, & quo pacto Ius Municipale in his prouinciis statutum sit.

o. Spe.Sax.li.iij.ar. lij.

IMperator itaq; ut prædenti articulo tactum est iudicandus erit, si conuictus Iudicio sit, a sed & iudicium huiusmodi contra imperatorem exercere debet pallatinus Rheni, qui in Iudicẽ Regi & toti prouin

ciæ de communi omnium consensu & laudo statutus est prout & infra clarius apparebit, hoc pacto etiam Burgrabius, Iudex est Marchionis, scultetus uero Burgrabij.
Conuenientibus tandem & mercatoribus prouinciarum coram imperio, exposuerunt. Ex quo quidem ut supra habitum est unicuiq; prouinciæ Ius sancitum ac statutũ sit, affectabant & illi scire quo potissimum Iure uti debeant. Imperator uero de consilio Romanorum demandauit & indicauit ut Ciuitates firmas cũ muris, turribus, ac propugnaculis, municionibusq;, circa aquas nauipotẽtes, & flumina nauigabilia extruerent. Ipsis reiterantibus instanterq; postulãtibus, declarari, ac statui eis Ius quo uiuere debeant, ad instantiam tandem eorum. Imperator dedit ac largitus est eis Ius quod quottidie in curia ustatũ fuit sua, illudq; cum ueridicis confirmauit signis & manum desuper extendit suam stipulatione facta. Et pax sancti Petri cum signo crucis eisdem concessa. Idq; signum hucusq; seruatur ubi ciuitates uel foralia nouiter fundãtur, figitur crux in testimonium pacis quodq; ibi cernatur municipalis pax, appenditurq; Imperatoris signũ, ut appareat de uoluntate eius id factum fore, Ius enim municipale ab antiquo originem habet suam, A tẽpore etenim Nemroth Regis stetit b quoad Roma Imperium subiugauit & tandem ad Romanos deriuatũ est Ius illud, & hucusq; inconcusse manet.
b. Vide supra eodem ar.vij.

Glo.

Paragraphus primus articuli, est continuatiuus precedentis. Vnde & potiori ordine ibidem inserri deberet, declaratioq; eius supra in precedenti articulo sufficiens habetur. Secundus etiam paragraphus dependet ex articulo sexto supra, esticq; continuatiuus articuli septimi, vnde & ibidẽ copiosior liquet eius declaratio, nõ aliud em intendit, nisi vt ostendat vnde liber presens nomen sumpsit, quod videlicet Ius Municipale vocitat, sortiti etem nomen suum a Iure, quod populus ipse sibi statuit, vt supra habitum est, & non est aliud nisi Curię imperij ius: quod Imperator in curia frequentabat cõmuniter sua.
An autem supplicatio ista, quam Mercatores apud Imperiũ fecerant fuerit iusta: vt eis ius traderetur, ommissis in contrariũ argumentis: respondendũ breuiter quod petitio huiusmodi fuit & iusta, honesta, vtilisq;, quare merito exaudiri debuerant. Omnis etenim supplicatio, quę nihil doli aut damni in se habet exaudiri debet: vt extra. de electio. & electi. potest. c. positq; & infra confirmationem, sed mercatores prętacti, petierunt rem iustam: nemini nocumentum afferentem, immo magis cõmodum, quare merito exaudiri debuerãt. nec aliquam repulsam pati.
Circa id notandũ venit, quod liber presens triplex sortitur nomẽ, c triplicique appellatur vocabulo. Primo dicitur esse Ius Municipale, nomenq; istud ex antiquo sortitum habet, a tempore illo, positq; Memroth filius Cham Ciuitatẽ Babilon extruxerat, iusq; omnibus largitus est, quod Municipale nuncupauit, a munitionibus deriuatum, interpretaturq; ius municipale: quasi ius iurisditionis illius. Ius em huiusmodi in tantũ extenditur in quantũ iurisditio ciuitatis, vel loci illius cui ius illud largitũ est: sese protendit, nomenq; istud hucusq; habet, incõcussęq; manet, habetq; originẽ ius istud a iure naturali, qd' manet immutabile: vt Insti. de. iure. natu. §. Sed natu. Secũdo vocatur ius istud, Ius sanctum, vel ius dei, sicut em deus est incognoscibilis & iintelligibilis in sui natura, potest tamen intelligi sub eo quod est cõmunicabilis omniũ bonorum: ita per simile, ius presens ad id sancitum est, quod nullus in eo propriũ debet querere cõmodũ, sed in cõmune ius istud debet esse omnibus. Vnde nõ ineleganter Plato d Ciuitatẽ illã iustissime ordinatã fore tradit: in q̃ quisq; proprios nescit affectus. vt vij. dist. c. Differt autem. Tertio vocitatur ius istud, Ius Ciuile, ex eo quia ciuitatibus ipsis datum sit. Ciuitatesq; circa Imperium firmiter & inconcusse fideliterq; pro viribus stare debent. Vnde vt textus habet, Imperator cõmisit ciuitates extrui ad aquas nauipotentes, vtq; muniantur fortalitijs, ꝓpugnaculis, alijsq; muntiõibus.
c. pręsens liber triplex habet nomen.
d. Elegãs Platonis dictum iude.
e Munitio in ꝓposito: quę in Saxonico antiquo vocabulo wighaus nuncupatur, triplicem interptationem habet. Primo dicitur esse ꝓpugnaculum in muribus ciuitatis constructum, nullũ habens tectum. Secundo dicitur esse domus publica in ciuitate, in qua Iudex iudicium exercet suum. Tertio dicitur esse locus vbi executio iudicis fit: vel vbi pene infli-
e. Munitio triplicẽ habet interpretatiõm.
Municio

gũtur noxijs. Primo modo accepta, munitio dicitur ex eo, quia inimicis ciuitati nocere volentibus, ex illa contrauenitur ciuitasq; defenditur. Secundo modo accepta muritio, quę & Prętorium appellatur: est ex eo, quia homines ibidem in municipio conuenientes, arceri debent a prauis consuetudinibus, consulereq; continue ad seruandum vera iuris pręcepta, & signanter naturalia iura, vt nemini nocere, alteri tribuere quod suũ est, honeste viuere &c. Tertia veto munitionis acceptio iam declarata patet, accipi eñ debet pro loco vbi pene infliguntur, & qui in terrorẽ construitur seu pręfigitur, vt homines a malo pręcustodiant se, & accipitur locus ille pro pręcustoditiõe seu pene cõminatione: vt Sp. Sax. li.ij.ar. xiij.

Et quia de iure municipali seu municipio frequens hic habetur mentio, quare declaratio/nem vocabulorum clariorem hic annotare placuit. ¶ f Vnde Ius Municipale dicitur esse ius priuatum vniuscuiusq; ciuitatis: vt supra habitum est. g Municipalia magisteria vocantur administrationes & officia sui municipij.

Municipiũ h vero quandoq; accipitur pro loco seu oppido in quo pacis obseruande causa milites constituuntur, & qui vt sic loci illius custodiam tenent, municipes dicuntur, deriuanturq; a capiendis muneribus: hoc est stipendio, non obstante etiam quod munus nõ capiat, ibidẽq; municipes dicunt: q in eodẽ municipio nati sunt. ff. ad municipa. L. municipẽ. et ff. d verbo. signifi. L munici. Municipiũ seu municipia dicunt etiã ciuitates suo iure & legibus proprijs vtentes, vt hic in proposito: & municipes vt sic cuiusq; ciuitatis ciues appellantur. De Municipalibus copiosius vide ff. ad munici. per totũ. &. C. de munici, & origi. itidẽ per totũ li.x.

In textu cũ dicitur, vbi Ciuitas nouiter fundatur crux figitur &c. intelligendũ est vt ibi sit municipij pax, quę & confirmata sit: de cõsensu Imperatoris. i Nulla etem Ciuitas extrui debet sine cõsensu pręfecti prouincię, nec k Pręses cõsensum pbere potest, nisi voluntas Imperatoris vel Regis aduenial, vnde & Ciuibus iusto prohiberi potest a Pręfecto alicuius arcis, ne ciuitatẽ muro cingãt: vt fortalicia edificent, si sentitur id in damnũ illius fore, quilibet eñ damnũ suum tueri potest, iureq; defendere: vt. C. Vectigal. noua. insti. nõ pos. &. C. de nundi. L. Vni.

Ad locandũ etiã & fundãdũ Ciuitatẽ aliquã necessario consensus venit vtriusq; iudicij, tã secularis, q̃ spiritualis, & per consequens tam apostolici q̃ Imperatoris, qui vtrunq; tenent iudicium. Per crucẽ itaq; quę figitur in foro vel oppido, quod erigitur assensus iudicij spiritualis apostolici, per signũ vero Imperatoris ibidẽ appensum, vel prout alię glosse habent: & textus aliqui per Cirotecam, quę per Imperatorem illic missa in loco fori appenditur, potestas iudicij secularis & eius consensus denotatur. Per hęc enim duo signa intelligi datur illic esse verã pacem, libertatem, Iusq; municipale esse sancitum: vt Spec. Sax. li.ij.art.lxvi.

Notandum pręterea, postq; Cemiteria consecrantur, cruces ibidem etiã apponuntur: vel sculpuntur, ad denotandum pacẽ & immunitatẽ loci illius. l Vnde si quis Ecclesiã vel Cemiterium venerit, vel illic confugerit ab Ecclesia defendetur, m nisi forsan ille pacem in Ecclesia vel Cemiterio fregerit: vt. C. de his qui ad Eccle. cõfu. & xxiij. q. v. c. Reos sanguinis, & Spe. Sax. li.ij.ar. x.

Vnde sciendũ, quod quinq; genera hominũ: Ecclesia vel Cemiterium non defendit, immo libere ex ea trahi possunt. n Primo Iudei, vnde si Iudeus aliquid mali patrans in ecclesiam fugerit, dato quod baptisari vellet, accipi debet, signanter si se armis defendat, arma etem Iudeis sunt interdicta: vt Spe. Sax. li.ij. ar.ij. Secundo ecclesia non defendit seruos fugitiuos, extradi eñ libere debẽt: vt. C. de his qui ad eccle. confu. L. Si seruus. Tertio Ecclesiarũ & sacri loci violatores etiam defendi minime debẽt. Quarto violatores & oppressores mulierum. Quinto adulteri & publici scortatores. Tum etiam q̃ deodicatas virgines opprimunt non defenduntur ab ecclesia, vt in auten. vt licc. ma. & auie. §. Quia vero. coll. viij. Vnde o & fugientibus ad Ecclesiam Cemiteriũ, vel Cenobium, pax vt supra seruabitur, sed & illi vicissim custodire debent, ne quid seditionis, guerre, tumultus illic faciant. Tum vel maxime a sanguinis effusione vel homicidio abstineant: vt. C. de his qui ad eccle. confu. L. Denunciamus vobis.

P Notandum etiã, si quis pacis violator, vel maleficus, Ecclesiam, Cemiterium, vel Cenobiũ aufugerit, in manualiq; facto, vt iuris est insequatur, si illi qui vt sic violatorem insequuntur, eundem detineri possint in fuga, in cemiterio sine tumultu, vel armorum strepitu, ecclesiarumq; ministri vel sacerdotes illic non adsint pręsentes, qui illum in defensam suscipiant, potest exinde capi, pręcaueri tamẽ debet, nẽ tumultus sanguinolẽtus eueniat. Si vero presbyteri sint pręsentes, siue sit plat⁹ parrochus, monachus, monialis, illudq; phibẽt nomine dei, & priuilegiorũ ecclesię, abstinere tenent ex obedictia. Ius eñ & officiũ ac facultatẽ non habẽt, vt istũ exinde violẽter trahere possent, ex quo eis prohibitũ est: vt Insti. de re diui. §. Sanctę quoq; res.

Ecclesiarũ etiã ministri, si prohibẽt qd vnus ad cemiterium non intret, hoc facere iure possunt, quiuis eñ phibere potest ingressum in domum suam, ex quo ergo illi sunt ministri dei, ecclesiaq; eis in administrationem cõmissa est, ergo id facere possunt. Si quis vero ausu temerario in contrarium fecerit, censuras ecclesię incidet: vt lxxxvij. disti. c. Eos q ad eccle. Malefactores etiam ecclesiam confugientes, extradi non debent, nisi eis vita promittatur in facto illo, & quod libere sine aliqua captiuatione, & absq; dolo exinde exire possint. Si etiam spiritualibus istud promittatur, seruari firmiter debet, quia alias sacerdos particeps erit mortis istius, & irregularis efficitur. Quod si libere exiẽs de ecclesia, posthac forsan comprehendatur, nulla culpa sacerdoti ascribetur.

f. *Ius Municipale quare dicatur*

g. *Municipalia officia.*

h. *Municipiũ qd sit.*

i. *S.S. li.iij.ar.lxvi.glo.*

k. *Ciuitas extrui nõ debet sine cõsensu Prælatis prouinciæ.*

l. *De his quæ hic et de alijs quæ infra ad finẽ usq; articuli præsentis annotantur. uide Spe. S.li.ij. ar. x.glo.*

m. *Ecclesia & Cemiteriũ defendit omnes illic confugientes.*

n. *Ecclesia non defendit quinq; genera hominum.*

o. *Superadditur secũdũ aliquos qđ agrorũ depopulatores ex Ecclesijs libere tolli possint, sed et homiade ut in auten. de man. prin. coll.iij. §. Neq; autem. Segtur textus. §. Neq; autem homiadis, neq; adulteris, neq; uirginũ raptoribus delinquẽtibus terminorũ custodies cautelam, sed etiam exinde extrahes & suppliaũ inferes.*

P. *Confugiẽtes ad Cẽmiteriũ, quomodo exinde tolli debent, & quomodo nõ, uide doctrinam.*

Articulus X

De locatione Maideburgeñ. Ciuitatis Iure Municipali.

Maideburgeñ Ciuitatis locatio declaranda sequitur, Imperatoris etenim Ottonis magni consilio accedente etiam seniorũ totius prouinciæ consensu, primum fundata est & erecta. Iureq; municipali præsenti cõfirmata. a Estq; Maideburgum Ciuitas totius prouinciæ Saxonum præcipua capitalis ac senior & ciuitas Hallensis super Iure illius fundata est ac utraq; uno utitur iure. Ea propter omnes de Polonia, Bohemia, de Marchia Misneñ. & Lusacẽñ Ciuitatibusq; illis subiectis qui iure maideburgeñ locate sunt. Ius suũ in appellando ex Halla reportare debent. Si uero Halleñ in sententia deficiant, uel inuenire ignorauerint, eandem querere & reportare ex Maideburgo coguntur ex eo quia utraq; iure uno fundata est, & Maideburgũ omne Ius Municipale protegit prouinciæ Saxoniæ & supplet b hoc tamẽ iure prouinciali fieri non potest, quod uidelicet ex Marchia ad comitatũ cum sentẽtia reprobata appelletur. Marchia etenim Iudicium bannire solet & iudicia exercet sub sua fidelitate. c Comes uero id non facit, d uerum sub banno iudicat Regio. Hoc idẽ etiam obseruatur in ciuitatibus antiquis ubi bannũ habetur Regium.

a. *Maideburgum prima Saxoniæ ciuitas.*

b. *Iuris prouincialis & Municipalis differentiam uide.*

c. *Vide Spe. Sax. li.iij. ar. lxv.*

d. *Spe. Sax. li. i. ar. lix.*

e Sub banno etenim regio mulctæ præstat tres libræ Burgrabio, f Sculteto uero octo solidi, ex sententijs scabinorum. Hoc idem intelligitur de Aduocato, qđ uidelicet octo solidi sibi præstantur in iudicio ex sententijs scabinorum.

g Notandum circa id, quod Scultẽto extra iudicium bannitum, & Aduocato dantur sex solidi mulctæ, in iudicio uero bannito octo solidi. h Scabini numero debent esse undecim, & Scultetus duodecimus.

i Scultetus etenim Comiti seu Burgrabio primam inuenire debet sententiam. Nec Burgrabius aliquod exercere potest sine sculteto iudiciũ. Itidem Scultetus sine undecim scabinis prætactis nullum legitimũ habere poterit iudiciũ in determinatis iudicij temporibus locoq; iudiciali, ubi Comes bannit ut iuris est sub regio banno. Necessario ergo uenit, ut ex utroq; id obseruetur, prout supra tactum est.

e. *Spe. Sa. li.iij. ar. lxiij.*

f. *Mulctæ Burgrabij & sculteti quantum præstatur.*

g. *Vide Spe. Sax. li.iij. ar. lxiij. Secus etenim ibidem habetur et hic inferius in glosa præsentis articuli.*

h. *Scabini xi. numero esse debẽt, Scultetus quoq; duodecimus.*

i. *Spe. Sax. li.i. ar. lx. & li. ij. ar. lij. infra iure Muni. ar. xvi. et xvi j.*

Glosa.

Declarata superius habetur origo iuris municipalis, & vnde nomen habeat suũ, quod immutabiliter hucusq; manet. Hic tandem in presenti articulo ostenditur, vnde aliud nomen ius prętactum sortitum tenet. Vocatur etenim etiam ius Maideburgeñ. Ratio istius in promptu est. Datum etenim aclargitum est ius prętactum ciuitati Maideburgeñ, quę & principalior vetustiorq; ciuitas est prouincię, confirmatumq; ab Ottone Rufo Imperatore, & ita a ciuitate illa Maideburgeñ, nomen sortitum tenet.

Pro intellectu articuli clariori. Notandum venit, quod regnãte Nabuchodonosor rege Babiloniorum, qui & multas sibi subiugauerat prouincias, Siriam, Mezopotamiam, Siciliam, & alia q̃plurima regna, k Consurrexit tandem Cecilię dominus, Petraculus nominatus, potentiorq; factus, regem Babilonię debellauit, illiq; a Petraculo descendentes Petraculi appellabantur, Alexandro tandem magno Macedonum rege contra Persas expeditionem faciente sibi auxilio fuere. Alexãdro vero rege mortuo populus Asię contra Petraculos cõspirauit, triplicię com-

k. *Vide Spe. Sax. li.iij. ar. xliij. & supra in pr. logo.*

missa pugna: feliciter dimicarunt, saluti tamẽ eorum precauentes, ne a tanta hostium multitudine posthac forsan opprimantur, nauibus repletis, vasto mari sese commiserunt, nauesq; propter imperitiã nauigandi, a fluctibus maris obrute perierunt: relictis quinquaginta quatuor, ex quibus deceõcto Prussiam venerant ibidẽq; consederunt, duodecim Rugiam aduecte, viginti vero quatuor in hanc prouinciam applicuerant eandẽq; occuparunt. Post modum vero longo elapso tempore regnante eorũ gentis Ottone magno, Romanorum Imperatore prestãtissimo, qui & multa egregia pro cõmuni Christianitatis vtilitate: tum & laude Saxonũ egit, forta licium seu arx quedam cõstructa habebatur vltra Albim fluuiũ, eamq; inhabitabant virgines & puellę, quę tam arci q̃ prouincię vicinę imperabãt. Arxq; pretacta Maideburg, hoc est puellarũ arx nominabatur ex eo, quia puellę & virgines eam construxere.

Cum vero per Ottonem prouincia impugnabatur, colonięq; positę, virgines vltro arcem dederunt, vnde & in hunc diem Maideburgeñ in vexillo seu bannerio desculptã habent virginem expansam, stantem inter duas turres, deferentemq; in vna manu crinile, in alia florẽtem ramum, ad denotandũ quia inuictę fuerunt. Imperator tandem ibidem circa Albim fluuium Ducatum fundauit, Schartaw cognomine, sed & ciuitatẽ Maideburgum ibidẽ locauit, cõmunicq; priuilegio Iuris Municipalis, de cõsensu totius prouincię dotauit. Filius eius tandem Otto Ruffus priuilegium, iusq; municipale, per patrẽ eius Ottonem magnũ ciuitati concessum auctoritate Imperiali confirmauit, nonnulla etiam iuxta eorũ plebiscita ac de consilio prudentium illius prouincię: ex iure prouinciali, qđ Speculum Saxonum vocatur extrahendo addidit.[l] Quinimmo illa quę in Speculo Saxonum obscuro habebantur, hic clarius enodauit. Cm Huicq; operi ac prouincię presecerat. sequestratorẽ sacri sui pallatij Burchardum de Manphelt, professorem, sacrę theologię, ac vtriusq; iuris doctorem. Is etiã ex mandato Imperatoris, in ius prouinciale seu Spe. Sax. commentarium fecit, legibusq; & canonibus adornauit, idq; in conclaui sedendo facere coactus. Presens etiam Priuilegiũ vt supra tactũ est congestum, glosis & interpretationibus lucidius declarauit. Sed & processum iuris compilauit, quem tandem Gerko consumatius peregit.

[n] Ecke vero de Repkaw: Speculum Saxonũ latinis literis illuminauit, ad instantiãq; Comitis Henrici de Phalkensteyn in germanicũ traduxit. Corpusq; vt sic Iuris Maideburgeñ congestum, reuisum, diligenterq; interpretatum, per Imperatorem Ottonem confirmatũ fuit. Sed & per successores eius illese cu stodiebatur, ac quedam superaddebãtur pro commodo & vtili ciuitatis Maideburgeñ.

Priuilegium etiã quod Otto Ruffus ciuibus de Maideburg, ac prouincię, qnimo & aliis ciuitatibus super Iure Maideburgeñ fundatis, & qui ius a Maideburgeñ reportãt largitus est, hic subinferre consulto videbat.

PRIVILEGIVM IMPERAtoris OTTONIS Ruffi, super confirmatione Iuris Municipalis Maideburgensiũ ac prærogatiua Scabinorum.

NOS OTTO Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus, Significamus publicę per presentes, quod honesti & fideles ciuitatis nostrę Maideburgeñ. incolę ad nos venientes, humiliter declararunt nobis, Patrem nostrum vita functum, Cęsarem Ottonem magnum, Ciuitatem Maideburgũ Iure Municipali instituisse, ad vtilitatem & emolumentũ regionis Saxonię, vt dei atq; imperij nomine illud ius manuteneant, & iniusticiam comprimant omnium ciuitatum & terrarum, quę a Maideburgo initium & fundationis originem ducunt suam, o vtq; omnibus iura petentibus, sententiam suam pronunciẽt. Rogaruntq; nos vt ea illis confirmaremus. Nos itaq; habentes rationem illorum fidei & prudentię, confirmamus Maideburgensibus, & potissimum terrę Saxonię omnes libertates & priuilegia, quibus sunt nominater a patre nostro instituti. Et presertim concedimus illis, quod debeant ciuitatis commodo consulere, & ciuitatis nostrę officia sub iuramento conferre. Quod equidem iuramentũ, seniotes & prudentissimi quiq; eiusdẽ ciuitatis suscipere debent, ea cũ auctoritate, perinde ac si nos presentes adessemus. Ad hęc concedimus eiusdẽ ciuitatis Scabinis, eam facultatem, quod possint & debeant feudum suscipere ab Episcopo, si quidem ille sua regalia [p] seu feudum a Romanorum rege collatum habuerit. Porro Scabini nulla ratione a functione sua reiciendi sunt, nisi eorum quispiam contra iura sua deliquerit, vel ius ammittat suum. Verũ ad sedem Scabinalem succedere debent iure feudali. Quin eam quoq; gratiam illis concedimus. Si contingat scabinales sen

l. Vide supra eodem li. ar. i.

m. Ad cuius instantiã ius præsens Municipale cõfectũ est, & quis autor operis fuit uide

n. Spe. Sax. in prolo. glo. li. i. & item li. ij. ar. xxxvi. li. iij. ar. xxxix. & ar. xly. glo.

o. Priuilegiũ præsens nedũ Maideburgensibus, uerũ & aliis ciuitatibus, quæ iure Maideburgen. utuntur, ad miniculo est.

p. Quomodo autem feudũ ab Imperatore à spiritualibus expectatur, & itẽ quomodo eisdem cõfertur, uide Spe. Sax. li. iij. ar. lix. & lx.

180 tentias reprehendi, illos non posse propterea ad ulla alia loca protrahi, prætercq; ad palantiam nostram, ante principes nostros electores, q̃ ad eã citandi sunt, quod si principes non comparuerint, Imperio erunt obnoxij. Preterea hac prerogatiua & auctoritate eos insignitos esse uolumus, quod propter latas sententias nihil prorsus damni perpeti cogantur, immo q̃quid ipsi pro iure inuenerint, huic nos, & omẽs successores nostri assensum prestare, & id pro rato habere uolumus. Quare mãdamus omnibus Imperij subditis, siue sint spirituales, siue seculares, ne supramemorate ciuitatis iuribus & libertatibus uoluntarie, uerbis, operibus aut permissione aliqua incommodent. Omnes uero edictum hoc nostrum transgredientes, pena corporis, & facultatum omnium erunt mulctandi, perinde si contuicti forent. Et ad perpetuũ huius rei testimonium præsens hoc Priuilegium cum appensili Maiestatis nostrę Sigillo corroborauimus. Datum cum consilio, Prefectorum Imperij, & prudentissimorum quorũuis, denicq; cum consensu etiam terrę. Anno post Christi natiuitatem 975. Anno primo imperij nostri feria secũda ante Pentecostes in Palantia Maideburgeñ.

Et hęc est generalis omniũ libertatũ Maideburgensium confirmatio per Imperatorem Ottonem Ruffum facta, omniaq; Maideburgensium, municipalia iura ex eo dependent: vnde in testimoniũ huius Maideburgeñ ipsi habent insignium (seu vt alij textus) effigiẽ eius sculptam in foro stantem vna cũ electoribus Imperij, quę pro ornamento ciuitatis seruatur. Ciuitasq; pretacta vt supra habitũ est: in suis iuribus, & signanter municipali iure de consensu totius prouincię cõfirmata: estq; antiquior omniũ ciuitatũ prouincię, & Halla in iure istius fundata est. Quare vt textus habet, omnes de Polonia, Bohemia &c. ab Hallensibus ius suum reportare debent, ex eo: quia secundũ obtinet locum post Maideburgum, estq; nobilior in locatione q̃ alię ciuitates, in defectu vero: si sententiã Hallenses inuenire ignorauerint, ex Maideburgo eam apportare debẽt, ex eo: quia ciuitas illa primatum habet. Imperatorq; Otto primariam supremamq; sedem iuris municipalis illic locauit.

q. Iuris Prouinãalis Municipalis Imperialis & spiritualis differentia.

¶ Circa id notandum: Iuris prouincialis, municipalis, Imperialis, & spiritualis differentiam, in appellando. [r] Municipali etem iure appellãde vna ciuitate in aliã; secundũ qđ ciuitates locate sunt, & venit tãdẽ vsq; ad Maideburgum, finaliterq; ad palantiam vel ad Regem, sicut in exemplo: de Lipsio appellatur in Hallam, exinde ad Maideburgum ex Maideburgo ad pallantiam in Schartaw: Iure vero Imperiali, prouocatur ab vno iudice ad alium, quod si ab inferiori prouocauerit ad supremũ: intermediũ ommittendo: relegandus est ad intermedium: ad quẽ prius appellare tenetur. ff. de appella. L. Imperator. Iure autẽ Spirituali: potest omnes intermedios iudices ommittere: & ad supremũ appellare, vt accionem habẽs corã officiali, prouocare poterit ad Papam: alios ommittẽdo iudices: vt ij. q. vi. c. Ad Romanam. Iure etiam Prouinciali appellatio aliter obseruatur: vt Sp. Sax. li. ij. ar. xij. §. Sententia in comitatu reprobata ad Marchionẽ appellare non licet, ibidẽ habetur: quod & si qdẽ Marchio superior sit, q̃ Comes, quia feudum Comes habet a Marchione, nõ tamen appellatio fit ad Marchionem: sed ad Regem, & hoc ex eo quia Marchio iudicat sub sua fidelitate. Comes vero sub banno Regio, quod Bannum a Rege eum habere oportet: vt Spe. Sax. li. i, ar. lix. Cogitur nihilominus Comes iurare Marchioni ad iudicium exercendum, & exinde liquet, quod appellatio iudicialis cõuenientius fit ad Regem ipsum: q̃ad aliũ Principem, vtq; id melius intelligatur: exemplũ annotari potest. Si Iudex curię alicuius ius cõstituat, appellatioq; a sententia subsequat, illa non ad ius ciuile continuabitur, verum ad aliquem superiorem dominũ, & vltimo ad Regem: sic in proposito.

[s] Vnde sub Banno Regio in ppositio iudicare, non est aliud nisi sub regia coactione: vel iuramẽto: aut sub Omagio Regi prestito iudicium exercere. [t] Nullus enim sub Banno Regio iudicium exercere presumit, nisi bannũ a rege habeat: vt Spe. Sax. li. i. ar. lix. Notandum cũ sub banno regio iudicatur, octo solidi Aduocato mulctẽ dãtur: vt Spe. Sa. li. iij. ar. lxiij. [u] In legittimis iudicijs octo itidem solidi tribuuntur, extra bannitum iudicium sex nummi, in iudicio vero bannito octo solidi.

Scabini esse debent numero vndecim &c. [x] Scabinus aũt nomẽ accipit suum a scamno, scamnis enim seu sede iudicij residere debẽt: sententiã inuenientes. Vnde & sententia inueniri debet inter verba duorum: hoc est actoris & rei: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxij.

Scabinus etiã in iure suo inculpatus esse nõ debet, [y] quare & liber: scabinalicq; sede dignus appellatur, omnibusq; vitijs abstinere: ita quod nullus eũ in eius honore, iure, officioq; inculpare posset: Quod autem scabini sint numero vndecim, istud ex constitutione Imperatoris venit.

Circa id notandum est, [z] quod sunt quędam certe actiones, cũ & loca specialia in quibus iudex secularis iudiciũ exercere non potest,

r. Spe. Sax. li. ij. ar. vi.

s. Sub banno regio iudicare quid significet.

t. Spe. Sax. li. i. ar. lix. li. ij. a. xij. li. iij. ar. lxiiij

u. Vide. Spe. Sax. li. iij. ar. lxiij.

x. Frigida uidetur istius uocabuli & nominis hæc interpretatio nam si sic, extunc omnes scamno residentes scabini dicerentur.

y. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xij. & li. i. ar. ij. li. iij. ar. lxix.

z. Iudiaũ in certis locas exercere nõ potest.

a. Spe. Sax. li. i. ar. lix

b. Locū iudicij immutare uolēs Iudex iſinuare & publicare illud per præconem populo tenebitur.

a. Articulus præſens & ſequentes quatuor parum afferunt utilitatis nobis. Appellatio etenim in Hallam uel Maidеburgum ex regno Poloniæ abolita eſt in Anno domini. 1356 per diuū olim Cazimirum Magnum Poloniæ regem locatumq; eſt Ius pro uindale in caſtro Cracouen. ut illic omnes in appellando recurſum habeāt, ab illis uero tandē pro inſtantia ultima ad tribunal regium uel Commiſſarios ſex Ciuitatum ad id deputatos prouocatio ſit uexta priuilegia deſup data, & diuerſus ſuper eo proceſſus habetur q̄ hic, ut ex cōmuni praxi liquet.

b. Spe. Sax. li. ij. ar. xij.

a Primo in locis ſacris: alīs habēt in locis ſpiritualibus. Secundo in proſtibulis. Tertio in locis vbi pene inſligunt, & aliās in omnibus locis inhoneſtis: vt. C. de ſenten. & interlo. omniū iudi. L. Cum ſententiā. & ff. de reg. iur L. omnia quęcunq;. & extra de appella. c. Quia fronte.

Sciendum etiam, ſi contigerit Iudicem, Aduocatum, ſeu Scultetū, locum iudicij ex certis cauſis immutare: finito in illo priori loco iudicio, cunq; illud reſignare voluerit, tenebitur ex nomine locū declarare, vbi poſthac iudicio reſidere vellet. b Ibidemq; etiam per ſententiā pręcuſtodire: cauſamq; exprimere, cur iudicij locum tranſmutat: vt Spe. Sax. li. iij. ar. lxi. In omnibus itaq; locis: exceptis illis: quę ſupra notata habentur, iudiciū exercere poterint, pręcuſtodito vt dictum eſt, & inſinuato per publicam pręconis proclamationem, vt locus ille vnicuiq; ſit notus.

Articulus XI.

Vnde Halleñ. Ius ſuum querere debent.

DE a Hallenſibus uidendum erit, unde Ius ſuū reportare coguntur, ſi forſan illud ignoraverint, aut ſi apud illos ſententia fuerit reprobata. Querere enim illud debent, in Maidеburgo, ſententiāq; eis dabunt Scabini Maidеburgeñ. ante quatuor ſcamna, hoc eſt in loco ubi Scabini reſidētiam habent, ſed & Scabinis, id quod iuris eſt exoluetur. Ipſi etenim in poſterum teſtes eſſe debent, quod ſententia rite & rationabiliter prolata ſit, ſine cuiuſuis contradictione. b Nuncij etiam ibidem præſentes eſſe debēt, ubi ſentētia definitur parte ex utraq;, tempore quo ſententia illa pronunciatur, qui audiant & uideant. q̄ utriq; iuſtitia fiat. Et Iudex ipſis in expēſis prouidere debet, in eundo & redeundo.

Si ſententia ſub banno regio fuerit reprobata, reportari debet ad proximum Burgrabij iudicium, niſi legale eundē excuſet impedimentū. Si uero ſub Comitis banno reprobata fuerit, extunc reportari debet in quindena. c Scultetus enim habet bannum a Comite, & ſcultetiā a domino terræ. d Ita etiā Burgrabius habet bannum a Rege, iudicium uero a domino terræ.

c. Vide infra ar. xlvij.

d. Spe. Sax. li. i. ar. lix.

Gloſa.

De appellationibus

Pro intellectu textus ampliori. Notandū venit, quod appellationis, quā nos iure noſtro increpationem ſentētię vocitamus, e triplex inuenitur modus. f Primo quod quędā ſententię etiā non appellate, nihil valent, & hoc in quatuor caſibus. Primo ſi ſententia continet expreſſum iuris errorē, eſt ipſo iure nulla, nec appellatio eſt neceſſaria, ſecus ſi error nō ſit expreſſus: licet ſit lata contra ius, quia tunc valet, ſed eſt iniqua, & niſi prouocetur: tranſit in rem iudicatā: vt. C. Quan. prouo. non eſt neceſ. L. Si cum inter te. Sciendum tamē quod iure noſtro appellatio debet eſſe in inſtanti: vt Spe. Sax. li. ij. ar. vi. Secundo ſi ſentētia empta ſit, hoc eſt: ſi donatur aliquid Scabino in priuato, vt ſententiam huic pro voto inueniat: vt ij. q. vi. Venales, & C. quan pro vo. nō eſt neceſ. L. Venales. Tertio ſi pronunciatur ſententia ab illo: qui eſt inhabilis ad id: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xij. § i. Quarto ſi diebus feſtiuis ſeu feriis pronuncietur: vt Spe Sax. li. ij. ar. xij. §. vlti. & extra de feriis. c. vlti. & ff. de feriis. L. Si feriatis. Secundus appellationis modus, quod ſententia q̄uis appelletur, manet tamen ſententia, & hoc quadrifariam. Primo, quando edicitur ab illis qui ſuperiores ſe nō habent: vt eſt Papa, Rex &c. g Appellatio enim fieri debet ad ſuperiorē: vt ff. A quibus appella. L. ij. Secundo ſi appellent ſeu increpent ſententiam illi, qui increpare non poſſunt, vt ſunt hi, qui in manuali facto comprehenſi, iudicioq; pręſentati, criminaliter accuſantur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xij. §. vlti. & C. Quorū appella. nō recipi. L. Obſeruate. Tertio ſi tempus neglexerint increpandi. Iure enim noſtro tempus appellandi eſt in inſtanti, & iudicio durante: vt Spe. Sax. li. ij. ar. vi. §. vlti. h Iure vero ſpirituali & legibus decem dies dantur: vt in auten. de appella. & intra quę tempo. §. i. coll. iiij. & ij. q. vi. anteriorū. Quarto a iudice, qui fit per electionē, vt eſt arbiter. illum etenim ſibi elegit, & ita ab eo appellare non poteſt: vt ff. de arbi. L. Diem. §. ſiari. Tertius appellationis modus, quando appellatur, & ſententia iure mediante increpatur, Iudicemq; ſiſtere vnus facit, vſq; ad tempus illud quoad ſententia declareť ſi iuſte vel iniuſte edicta ſit, & iſtud adinuentum eſt ex duplici cauſa, vel propter

e. Vide hoc idem Spe. Sax. li. ij. ar. xi. glo. & li. iij. ar. lxiij.

f. Appellationis triplex modus.

g. Spe. Sax. li. ij. ar. xij.

h. Spe, Sa. li. ij. ar. vi.

191

i. Scabinis quantum exoluatur cum profertur ſententia & quid notario.

k. Spe. Sax. li. ij. ar. xij.

l. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xij. de hac materia abunde.

m. An Scabini ſolides iuſto pro ſententijs ac apiūt uide pro & cōtra argumenta.

n. Multa iure admittuntur quæ in ſe locū non habent.

o. Vide infra ar. xxx. ij. in fine glo.

malicia, vel propter ſtultitiam eorū qui ſententias pronunciāt: vt. ff. de appell. & rela. L. i. ¶ In textu cū dicitur, & ſcabinis ius ipſorū exoluatur &c. i Ius aūt ſcabinorum iſtud eſt, quod cuilibet eorum vnus ſolidus. Notario vero duo ſolidi dentur.

Appellatione etiā facta. Iudex nuncios mittere debet, vt textus habet. Intelligitur iure noſtro, & ſecundum aliquos iure Imperiali, ſecus vero obſeruatur iure Canonico, ibi em̄ porriguntur litere, quę & apoſtoli dicuntur: vt ij. q. vi. Ab eo. k Quod aūt iure noſtro per nuncios declaratio appellatiōis ſtatuta fuit. Ex gratia Saxonibus ipſis largitū erat. Tempore em̄ quo ius pręſens eis datū eſt, ignari literarū fuerunt. Nunc vero rem poribus iſtis, nouus appellationis modus vſitatus habetur. Si em̄ ſententiā vnus increpauerit: ſedēq; obtinuerit aliam inuenturus ſententiam, inuentamq; probat: prout iuris ordo expoſcit. Scabini tandem vtranq; in ſcripto ſententiam obſignatam tranſmittūt in locum vbi de iure tranſmittere debent. l Iu dexq; nuncios mittere tenebit ſuos: & iſti eſſe debent duo ſcabini, qui audiant & teſtes ſint illorum omniū. Iudex etiā eis in expenſis prouidere cogitur. Si vero Iudex id recuſauerit, officium perdit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xij. & ar. xiij.

Contra id quod in textu habetur. Quod ſcabinis ius ipſorum exolui debet, argui poteſt, Iure id minime fieri debere, nec ſcabini ſolidos pro ſentētijs accipere poſſunt. m Primo: Iure em̄ cautum habemus, tum & articulo prędicti ſuperiūs declaratū eſt, quod ſentētia nulla via venalis eſſe debet, vt. C. quan. prouo. nō eſt neceſ. & ij. q. vi. Venales. Secundo ſi em̄ ſcabinis eorum ius exoluitur propter id: vt teſtes ſint: quod ſententia rite data ſit, hoc iure fieri minime debet, teſtes enim precio conducti reiciuntur: vt extra de teſtibus in multis ca. habetur. Tertio, quia nullus ingenium & prudentiam ſuam vendere debet, eſt enim donum dei, alias ſimoniacus efficitur: vt. i. q. i. Gratia. & ff. de calumnia. L. i. Concluditur ergo, quod ſcabini ſententias diuendere, pecuniamq; pro eorum ortiligijs accipere minime debent, ſed & Iudex ipſe alīs efficitur infamis, & falſus iudex: In oppoſitum tamen eſt textus articuli, qui admittit ſcabinis a ſententijs ferendis precium accipere, quare et iuſto id facere poſſūt. Multa n etenim iure admittuntur, quę alias in ſe locum non habent, o vt in exemplo, prędictum diuinum eſt, quod vnus alium non occidat. Iure tamē admittitur, quod Iudex malefactorem occidere poteſt: vt xxiij. q. v. c. ſi homicidium, & hoc ſit ratione eius officij. Multa etenim officio admittuntur, quę alīs nulli priuato facere licet: vt xxiij. q. v. de occidendis hominibus.

Itidem etiam ſit in propoſito. Scabinus accipit pecuniam & ſolidum ſcabinalē ratione officij cui prędi. Alias ſi Scabinus non eſſet donumq; gratuitum ſapientię & prudentię diuenderet, ſimoniacus eſſet. Tum etiā ſi pecuniam acciperet ad obtinendum veritatem peccaret. Hoc itidē intelligendum eſt de Iudice, ſi ſuper aliquo iudicare nollet, cum ab eo expetitur, P Iniuſtus enim iudex efficitur, q & triplex incommodum incurret. Primo efficitur periurus. Secundo quia officiū perdit ſi conuictus ſit. Tertio quia extenditur contra eum iudiciaria ſententia, quę contra falſos ſtatuta eſt: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xiij. Scabini prętereā nō ratione iudicij pecuniam accipiunt. Iudicium enim exercere cum ab eis expetitur tenentur, ſed ratione officij & obſequij: pro cōmuni vtilitate prędicti. Is vero, qui cōmunitati ex officio ſeruit, cōmodum ad officium pertinens iuſto accipit. Nullus enim propriis impēſis militare cogitur: vt. i. q. ij. c. Clerici omnes, & in auten. de conſuli. §. i. coll. iiij.

Ad rationes itaq; in contrariū allegatas: breuiter reſpondetur, ſeipſas enim interimunt, & ex prędecentibus ſoluuntur. Ad primam vbi dicebatur, quod ſententia vendi non debet, id enim verum eſſet, ſi pecunia ſcabino daretur, quod ſententiam ſibi pro voto inueniat, hoc aūt hic non ſit, ſed ſolidi ſoluūtur ratione officij. Ad ſecundam vbi dicitur quod teſtes pecunia cōduci non debent &c. Reſpondendū quod ſcabini non propter id pecuniam accipiunt: vt teſtificent pro libitu alicui, ſed vt dictū eſt: ratione officij cui prędicti ſunt. Pro tertio vbi dicebatur, quod dona gratuita vendi non debent, intelligendū eſt, ſi id extra officium facerent: prout declaratum habetur.

Notandū etiā: ſi quis officiū affectet ea intentione, quod exinde, vtilitatem, cōmodum, vanāq; gloriā habeat, vel qđ proximos opprimat, vel alio quouiſmō illud affectet, nō prędicte ob amorē dei, pro obſequio ſuperioritatis: bonoq; reipublicę, ille officio dignus non eſt: vt. i. q. v. Quicunq;. hoc idem intelligendum eſt: de Iudicibus & Scabinis ſi etem Iudex ſeu Scabinus ea intentione iudicio p̄eſi, vel illic reſidet, vt pecuniam & lucrum exinde habeat, pupilloſq; & orphanos opprimat, & niſi cōmodum illud eſſet: iudiciū non frequētaret. Nefarij ac periuri ſunt, nec digni nomine illo vocitari, eternaliterq; cōdemnantur: vt. i. q. i. c. Cum omnis auaricia. Iudicium enim dei huiuſmodi ſceleribus co inquinari non vult.

r Iudex etenim, tum & Scabini ipſi: quatuor virtutes in ſe habere tenenť, s Iuſticiam quā dimittere non debent, cauſa amoris, gratię, odij, munerum &c. Secundo honeſtatem vel alīs ius honorariū: vt Inſti. de iure. natu. gen. §. Prętorum quoq; edicta. Tertio quod ſit infeudatus: vt Spe. Sax. li. i. ar. lv. Quarto prudentiam & modeſtiam. Omniūq; coram iudicio actorum ſub prſiito iuramento te-

p. Spe. Sax. li. ij. ar. xiij & infra Iure Munic. ar. xvij.

q. Iudex triplex incommodum incurrit ſi iudicare non uult.

r. Iudices quatuor in ſe habere debēt potiſſimum.

s. Vide Spe. Sax. li. i. ar. lv. li. ij. ar. xli. in glo. ſeu. c. lxvij.

stificare debent: nec de nouo iurare cogũtur: vt Spe. Sax. li. iij. ar. lxxxviij.
Sententia reprobata ad proximũ Burgrabij iudiciũ reportetur &c. vt textus habet. Tempus vero illud est sex septimanarum: ex Spe. Sax. li. i. ar. ij. & li. ij. ar. xij. nisi forte legale impedimentum importauerit.

c. *Quæ autem legalia impedimenta sint uide Spe. Sax. li. ij. ar. vij.*

Attendendũ t etiã circa id est: qđ cum sentẽtia appellata fuerit, in eundo vel redeundo & signãter cũ apportat ex loco ad quẽ appellatũ fuit, u nullibi aperiri debet, nisi ante quatuor scamna, seu ante sedẽ scabinalem, ibidẽq; pars vtraq; presens erit, quos & Iudex citare tenetur. Quod si pro primo nõ comparuerit quis, mulctam soluet. Itidem pro secundo, pro tertio, & pro ẽrto citatus si nõ venerit, vel legale impedimentũ nõ importet, quod venire non possit, decernetur contra eum cõtumacie pena. Si vero post modũ nõ venerit ad declarandã causam, legalis impedimenti sententia apperitur. x Quod si sententia in dãnum istius presentis lata sit: & illi qui absens est pro cõmodo, nunciumq; nõ habeat, qui eam acceptet, vel absentẽ excuset, legale impedimentum declarando, ius perdit suum, quia ius neminem ingratum frui facit, & ita propter ingratitudine perdit ius: vt ff. de reg. iur. L. Nemo. & Spe. Sax. li. i. ar. lxvij. Si vero pars respondens fuerit, querela sibi adiudicatur, & illi aufertur, & hoc non ratione sententie, sed ratione contumacie, quod si forsan ille tandem cum impetere vellet, iste iure se defendet.

u. *Sentẽtia reportata ubi aperiri debet & quopacto procedẽdũ.*

x. *Nota quædam speciala in reportatione sententiæ.*

Contra id quod in textu habetur, de reportatione sententie in quindena &c. Argui potest id esse contra leges & Canones, datur em tempus prosequendi appellationẽ vnus annus: vt in auten, de his qui ingrediuntur ad appel. §. i. coll. v. et extra de appel. c. Cum sit Romana. R. quod hoc ex eo fit, quia illi Curiam insequi tenẽtur, Iure vero Saxonico id facere non oportet, habent enim certum deputatum locum appellandi, Iure Municipali in Maideburgum.

Articulus. XII.

Si in Maideburgo sententia reprobetur, ubi ius querere debeant.

NVnc attendendum, si Maideburgi sententia reprobetur, ubi querere eam: aut inuenire eos oporteat. Trahere eni se debent ultra Albim in Schartaniã, Et exinde apportare tenebũtur q̃tuor uiros, qui seniores reperiri possunt, & hoc ex eo, quia antiquius locata est q̃ Maideburgũ, Cæsarq; Otto a tempore diuturno ibidem Ducatum cõstituit, ac omnes uno & eodem iure sunt locati. Cum illis tandem quatuor uiris ex Schartania apportatis, constituũtur Maideburgi ante pallacium Imperatoris Ottonis Ruffi quod fuerat, Pallantiamq; posthac in fine summi tẽpli statuerat, ut in præmissis patet, & sequentibus apparebit. Pro una etenim sententia reprobata continue ad Imperium se trahere non potuerunt.

Glosa.

Prosequens autor Priuilegij intentionẽ suã sup appellationibus declarat, vbi ex Maideburgo appelletur, & ex nomine manifestat locum, Schartaniam nuncupans, causam allegat, quia est antiquior Maideburgo, per idq; intelligi datur, a quod in qualibet prouincia, Ciuitas principalior & antiquior caput esse debet iuris aliarũ ciuitatũ illius prouincie vel regni: vt in exẽplo de Schartania. ¶ Vnde & siquidẽ vnusq;q; in appellando signãter in vltima instantia ad Regẽ, vel Imperatorẽ prouocare debeat. Saxoribus tñ ex gra largitũ est: qđ appellatio ad Regẽ nõ fit: nisi cum Rex in prouinciã venerit. Spe. Sax li. ij. ar. xij. Ne itaq; hominibus ius prolongaretur, vnusq; alteri non iniuretur. Cesar Otto constituit Pallanciam seu Pallaciam in fine summi templi Maideburgi, accipiq; debent, & apportari quatuor seniores uiri: vt textus habet ex Schartania, ex eo quia antiquior est, Ottoq; Ducatum illic fundauit, alias adiungendo prouincias, quę q̃dem prouincię, anteq̃ a Romanis occupate erant, regna fuere, vt supra habitũ est, postmodum vero Ducatus nomen acceperunt.

a. *Ciuitas principalior in qualibet prouincia caput esse debet iuris aliarum ciuitatum illius prouinciæ.*

Articulus XIII.

Quo pacto, & per quem modum Pallancia Maideburgi per Ottonem fundata sit.

COnsiderandum ulterius uenit, quomodo Pallãcia per Imperatorem ordinata sit. Vocari eni

182.

instituit de Shartania, quatuor uiros seniores, & quatuor Canonicos Prælaturas seu officia in Summo aut Cathedrali Ecclesia habentes. Primus Præpositus. Secundus Decanus. Tertius Episcopi Vicarius. Cancellarius quartus. Ad id uocauit quatuor Barones, & innatos ministeriales feudales Ecclesiæ maioris Maideburgen. Marscalcum. Dapiferum. Pincernam. & Camerarium. Et item accepit undecim Scabinos ciuitatis, & Scultetum duodecimum. Præterea ordinauit tres Duces laicos, qui primi sunt in electione Imperiali, uidelicet Marchionem Brandeburgen. Ducem Saxoniæ, Palatinum Rheni Et item quartum Aduocatum Ecclesiæ maioris in Maideburgo. Prætactos uiginti octo uiros nunc enumeratos, Imperator elegit, & super sedem Pallantiæ collocauit, eis potestatem ex parte sui tribuendo. Quæcumq; sententia Maideburgi inueniri non possit, uel illic redargueretur, ut tandem in Pallantia inuestigetur, a & quicquid ibidem rite & legittime decretum sit, pro iure Municipali obseruari debeat in prouincia Saxoniæ. Cum uero ut sic sententia ante Pallantiam apportata decisaq; fuerit, extunc his uiginti quatuor uiris in signum cuilibet eorum datur unus solidus aureus, & quiuis solidus ualere debet duodecim solidos nummorum talis pecuniæ, aut talium denariorum, quæ in usu ibidem in foro habẽtur, in prouinciaq; ut communiter currunt. Quatuor uero residuis dari debent marce q̃tuor auri, b & quelibet marca aurea c ualere debet duodecim marcas argenteas. Id itaq; tribuitur uiginti octo uiris prænotatis, & cum hoc cui sententia pro commodo inuenta est soluitur emenda. Alij textus habent, hoc illi dare tenentur, quibus sententia ad profectum uel utilitatem fuerit inuenta uel definita, & iste qui in sententia definitiua defecerit, soluere expensas tenetur. Si autem ille in sententia defecerit, qui eam reprobauerat, extunc soluere tenetur plus q̃ ille cui sentencia ad profectum cessit. Scabinis etenim qui sententiam inuenerant, & qui consensum & sequelam ad id dederant, quam ipse reprobauit, si iusta fore definitur, emendam soluet, & iudici suam penam, & hoc si ante sequelam increpet sententiam. d Si uero sequela subsequatur, & tandẽ reprobetur sententia, tunc cuilibet Scabino, & illi qui sententiæ sequelam dedit, iudiciq; totiens sua pena aut mulcta soluitur.

d. *Spẽ. Sax. li. ij. ar. xij.*

Quod si in Halla sentẽtia increpet, ad Maideburgumq; appelletur, sed & ibidem sententiam non acceptãs, ad Pallantiam prouocet, extunc utriusq; emenda soluitur, tam Maideburgen. q̃ Halleñ. Idq; ex ordinatione Imperatoris Ottonis Ruffi factum est, ut Municipale Ius stabiliretur, prout ex antiquo stetit. Ducatumq; ultra Albim fundauit.

a. *Quicqd in pallantia decernitur in causis appellatis id pro iure Municipali obseruari debet.*

b. *Spe. Sax. li. iij. ar. xlv*

c. *Marca auri quantũ ualeat uide hoc idẽ infra ar. xv.*

Glosa.

Pallantiam vero Cesar Otto ex eo fundauit, viginti octo viris eam administrandam committendo. Imperium etenim aliis grauibus onerabatur curis, vnde negotijs huiusmodi se implicare minime potuit. Quare & potestas eisdẽ data est, vt Imperij nomine omnia decernant & constituant. Quicquid vero inuenerint pro iure seruetur.

e. A *sententia in pallãtia lata an appellare quis possit.*

e Querere aliquis poterit, an sententiã in Pallãtia in damnũ alicuius prolatam quis increpare posset, sententiam illorum iniustam declarando. f. R. quod in antiquis legum ori-

f. *Spe. Sax. li. i. ar. xyiij.*

ginalibus inuenitur, quod nulla in terra Saxonię coram imperio tam iusta sentẽtia promulgari potest, quin eã Saxo increpare posset, suam manũ ad id exponendo, & si metsepti mus alios septem debellauerit sententiam obtinebit: vt Spe. Sax. li. i. ar. xviij.

Contra id arguitur. Si em̃ sententia nomine Imperatoris prolata increparetur, extũc Imperatoris voluntas Ius condere non posset quod minime stare potest. Imperator etenim est origo omnium legum & constitutionũ: vt C. de legi. & consti. L. i. &. quod & siquidem a Pallantia ad superiorem iudicem increpatio sententię non admittitur. Quare in deo cõfidens iusticięq; suę, exponit corpus periculo, pugnando pro iusticia quã prętendit se habere, idq; iure admittitur: vt. ff. ad le. Aquili.

g. Spe. Sax. li. i. ar. xlix & infra ar. xxxv. & lxxxiij.

Duellumq; ex antiqua consuetudine Saxones tenuerunt, quod & confirmatum eis fuit per Imperatoriam Maiestatem, propter eorum dexteritatem & animositatem g Id vero quod confirmatum quis habet, illibate seruari debet: vt in auten. de priui. dotis. mulieri. in prin. coll. viij.

Quod aũt Pallantię p̃sidentibus autũ datur eorũ denotat dignitatẽ: vt S. S. li. iij. ar. xlv.

Sciendum etiam si sententia ante sedem Scabinalem reprobetur: interrogeturq; principalis si volũtas eius sit: cõsensumq; iruente sententię non prębuerit & aliam veriorẽ expresserit sententiam h in quam maior pars populi consenserit, illa vires obtinebit, & nullus illorum incurrit penam mulctę, quia ipsorum nullus alterius sententiam increpauit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xij. §. Si quis consensum.

h. Spe. Sax. li. ij ar. xij.

Per simile etiam quemadmodum is, qui iuxta suum intellectum & quam Iustissime potuit sententiam inuenerat: sine damno manet, ita & is qui iniuste sententię consensum non prębebit indemnis erit: vt Insti. Qui mo. ius. patrię pote. §. Pari ratione. & Insti. Quod cũ eo qui in aliena potestate. §. Istas tamen duas actiones.

Articulus XIIII

Quomodo Pallantia congregari debet, & qualiter ad Pallantiam pertineñ citandi sint.

INtelligendũ sequitur, quomodo Pallantia cõuentum habere debet suum, & quo pacto cõgregari. Scultetus primũ de Maideburgo literas Ciuitatis cum appenso sigillo accipere tenetur, easdemq; transmittere supremo Aduocato Ecclesiæ maioris, hoc est Burgrabio in Maideburgo. Illeq; tandem & suas dare tenebit literas, ac alias ab Episcopo expetere sigillatas. Præterea & literas Regias si in Theutonica sit prouincia cũ pensili sigillo. Burgrabiusq; Maideburgeñ literas sic ordinatas, cũ his qui se ad Pallantiam cum sententia traxerant, de scitu & uoluntate uiginti quatuor uirorum supranominatorum transmittere debet. In primis Duci Saxoniæ, postmodum Marchioni Brandeburgeñ. Tertio Palatino Rheni.[a] Hi enim tres sunt laici principes primi in electione Imperiali cum nouus Rex eligitur Theutonicæ nationis.

a. Vide Spe. Sax. li. iij. ar. liij. & lvij. & li. iij ar. luij.

Glosa.

Textus articuli de citandis ad Pallantiam, his qui iusto ibidem prętentes esse debent planus est, nec longa declaratione indiger, non aliud em̃ intendit nisi quod Cęsar Otto Ruffus constitutionem prętentem propter id statuit, si forsan aliquam sententiam Maideburgi increpare contigerit, id non temere sed iuris ordine facere & declarare debet. Tũ etiam, quod Scabini contra illum qui sententiam eorum increpat, [b] non habeant malum animum nec vlciscantur de eo, & nedũ Maideburgeñ. verum & alijs ciuitatibus quę ex Maideburgo ius reportant suum inseruit doctrina prętens. Opinantur enim Scabini quidam fatui id fore in contumeliam eorum magnam factum, cum sententia increpatur, quinimmo nonnulli adeo proterue corã eis litigañ, statutis suis deterrent, vt sub pena capitis a sententia eorum non appelletur, [c] quod fieri minime debet, sed liber detur appellationis locus, non em̃ propter id quod Scabinus est quis omnia iura examussim nouit. Multi enim sedem Scabinalem occupañ. ignari inueniuntur, contingitq; quandoq; ex astantibus melius negotium intelligere, q̃ illũ qui causam discutit. Ponitur itaq; hic modus sententias increpandi, ad obuiandũ huic vel simili malo. Frustra em̃ iura essent super appellationibus, si opprimi debeat appellationis modus.

b. Scabini propter id quod sententia eorum increpatur malũ animum contra appellantẽ habere non debent

Appellatio vero vt habetur Spe. Sax. li. ij. ar. vi. in instanti iure nostro esse debet, & hoc

c. Appellatio nulli deneganda.

183

d. Spe. Sax. li. ij. ar. vi. & supra eo. libro. a. r xi.

ex eo, quia apud nos interrogatur pars, an sententię consentit, & illam acceptat nec ne, d si consentiant, postmodum locus appellãdi non dabitur, secus est secundũ leges & Canones, ibidem em̃ longiores appellandi inducie dantur: vt supra habitum est.

e. Iudex cautela in sententijs ferendis.

e Iudex etiã cautus in eo esse debet vt ad iniustam sententiam sequelam & consensum nõ prebeat, f inspirareq; poterit: vt negocium transferatur per Scabinos ad melius prędemditandũ, vel ad cõcordãdum super vnanimi sentẽtia, si discordes in eorum sententijs sint. Precauendum prętera est q̃ maxime, ne sententia ommisso g iure scripto secũdum opinionẽ h feratur, quia vt sic subsistere non poterit, immo Scabinus ex opinione sententiã proferens, interrogatusq; ad instantiam partis recognoscat secundum eius videre sententiam inuenisse, ita quod ex opinione quadã prolata esse subintelligatur, non valet sentẽtia, dato quod eam probare vellet.

f. Sp. Sax. li. iij. ar. xxx.

g. S. Sax. li. iij. ar. viij.

h. Ex oppinione sententia ferenda non est

i Ex opinione em̃ probatio nulla valet, nec iurandum ex opinione est, k Si vero nullam mentionem de opinione faciendo, dicat sententiam inuenisse secũdum eius conscientiã, & id probare vellet, manet sine damno: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xij.

i. Spe. Sax. li. iij. ar viij.

k. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xij. §. Sententiam si quis.

l Notandũ prętera, si in aliqua Ciuitate cõsuetudo praua habeat, quod sententias eorum sub pena capitis & priuatione bonorũ nullus increpet, cõtingatq; sententiam ferri iniustam. Isq; in cuius damnum lata sit prouocare, ob penam statuti non auderet.

l. Si statutũ sit alicuius auitatis qd a sententia non appellet ur quid faẽn. doctrinam vide.

Ad obuiandum huic malo doctrina datur. Si contingat aliquem actionem habere in Ciuitate, in qua consuetudo huiusmodi praua habetur, timeturq; ne sentẽtia iniusta feratur, ante inchoationem causę, Prędictes seu regẽtes ciuitatis adeat, declaraturus causam quandam in ciuitate habere, subiniungendo, quod timeret ne iuri & iusticię suę contrauenia tur. Consilium expetendo, quo pacto id pręcustodire debeat, erga Prędictes, erga ciuitatẽ, prouinciã, & erga iudiciũ, expetendo circa id, vt sibi appellationis locus admittatur, si forsan sententia contraria decreta sit, ad locum vel ciuitatẽ illam, quę caput est iuris municipalis, quod & prędictes loci facere tenetur. xxiij. q. v. Regum est officium. Si vero contingat consuetudinẽ illam per ciues obseruari, de consensu prędictis, nec huic actionem habenti auxilio, prędictes ciuitatis esse vult: superiori eius domino id negotium denunciare debet, qui tandem literis prędicti insinuare tenebitur, vt ille ciuibus demander, ne huic contra iusticiam fiat. Si autẽ tam prędictes loci: q̃ ciues id facere recusauerint, allegantes consuetudinem & plebiscitum, vigore cuius iusticiam se facere pollicentur. Is vero prę timore negotiũ agredi non vult, offerendo prętera sese corã superiori domino astare, & ibidem sententiã per eos inuentam audire, quod si & id recusauerint citare eosdem superior dominus debet ad prędictam Regiam, vbi & constitui eos oportet, ad defendendum consuetudinẽ & plebiscitum suum, in prędudicium iuris scripti sancitum. Postmodum vero decisiõe facta per Imperatorẽ, sententiam huic proferre tenebuntur, & ille appellare poterit: si necessitas videbit: vt ij. q. vi. Si qs putauerit.

m. Vide supra eo. li. ar. i.

m C Sciendum etiam, n quod plebiscitum nullo modo fieri debet contra ius scriptum: vt xij dist. Diuturni mores, & ita laudum seu plebiscitum non statuitur, nisi forte in iure non contineantur huiusmodi causę occasione quorum plebiscita sanciuntur: vt xi. dist. In his rebus. Secus autem hic est in proposito de appellationibus & sententiarũ increpationibus, vbi per expressum ius habetur scriptum.

n. Plebiscitum contra ius scriptum minime statui debet.

o Appellatione etiam facta, iudicium cessat nec vltra iudex in negotio procedere debet: P sed standum est appellationi: vt in auten. de iudi. Vt nullatenus. §. Audiant. coll. vi. & Spe. Sax. li. ij. ar. xij. Vnde Iudex appellationi locum non admittens, vel facta appellatiõe vlterius in negotio procedẽs, pena illi q est: si sit iudex Spiritualis, suspẽditur ab officio per vnum annũ. q Si interim exercet officiũ efficitur irregularis. In foro vero seculari, in Ciuilibus causis perdit officium, in Criminalibus vero si iudicatus occiditur transit Iudici inuitam r vt C. de pena Iudi. qui male. iudi. l. i. & Spe. Sa. li. ij. ar. xij. & xiij. §. si quis Iuditium.

o. Spe. Sax. li. ij. ar. xij.

p. Appellatione stante nihil innouari nec ultra procedi debet.

q. Pena Iudicũ si stante appellatione ulterius procedant.

r. Spe. Sa. li. ij. ar. xij. & xiij. & infra Iuris Munia. ar. xvij. abũde.

Appellationẽ s etiam si Iudex prohibeat aggrauatus Episcopum loci ordinariũ adire debet negotium exponendo qui & Iudicẽ q̃ is laicus sit cogi potest, eque sicut dominus prouincię, quod si Iudex non curando mandatum Episcopi facere recuser, extunc Episcopus huic qui appellauit literas det, & is appellationem cum literis ad locum deputatum transmittat, eque ac si rursũ ij Iudicis mitterentur vt in auten. vt difer. Iudi. audi. interpella. allega. cogantur ab Episcopis. §. Si vero: coll. ix.

s. Appellatio si denegetur quid facien.

Articulus XV.

Quomodo citatio pro cõgreganda pallantia fieri debet.

NOtandũ tandem sequitur quo pacto suprame morati domini ad pallantiam pertinentes citari debeant, ut simul conueniant. Scultetus enim inprimis Burgrabium citare debet per sententiam Iudicam & item pro secundo, & ter

tio, ſemper per ſpatium ſex ſeptima narũ, quod ſi pro tertia citatione nõ comparuerit, extunc tres laici duces eundem per nunciũ uocabunt ſuum, & pro qualibet citatione, Regi tres marcas aureas demeretur.

a. *Marca auri quantum ualet.*

[a] quarum quælibet marca aurea duodecim marcas argenti ualere debet, & ſi poſthac ultra ſex ſeptimanas non uenerit, ad excuſandum ſe coram Rege, ubi protunc cum curia fuerit ſua, extũc in primis omnia Eccleſiæ maiori Maideburgeñ. quæ ab ea in feudum habuit, & itẽ regi bannũ uacabit, ſed & proſcribetur in regis illegalitatem.

Per ſimile etiam ſicut Scultetus citat Burgrabium, ſic Burgrabius citare debet, hos tres Principes ſub banno Regio, quod ſi in tertia citatione non comparuerint, ut prætactum eſt, [b] ex tunc quiuis eorum de qualibet citatione decemocto marcas aureas Regi demeretur, quarũ quælibet duodecim marcas argenti continet. [c] ℂ Et ſi non uenerint tempore illo per citationem expreſſo ad ſententiã diffiniẽdam, ſententia nihilominus decerni debet ante Pallanciam.

b. *Vide amplius de hac materia Spe.Sax. li.iij. ar. lxiiij.*

c. *Iudices pro ferenda Sententia pertinen. Citati ſi nõ uenerint Sententia ferenda erit per hos qui præſentes ſunt.*

Gloſa.

Pro declaratione textus articuli, notandum quod poſtq̃ illi duo, qui eũ ſententia ad Pallantiam ſe traxerant: a principibus cum literis reuenerint, quas a Burgrabio deferrebant, extunc a tempore prefixionis termini per ſex ſeptimanas cõueniri debent: uiginti quatuor uiri, hoc eſt quatuor ex Schartania: quatuor Prelati, quatuor officiales, vt ſupra habitum eſt, vndecim Scabini ad Pallanciã, Scultetuſq; iudicium bannire ibidẽ cum eis debet, vt iuris eſt, quod cũ factum ſit interrogare tandem debet Scabinum vnum. Ex quo quidẽ ſententia poſtulatur vel increpata ſit, & hic ad Pallanciam appellatũ extitit, ad inueniendũ meliorem vel iuſtiorẽ ſentẽtiam.

Quero, quis huic appellationi de iure intereſſe debet, ſententiabitur tandem quod Burgrabius. Interrogabit tandem vlterius Scultetus, ex quo quidẽ hic preſens non eſt, quo pacto citari debeat, decernetur quod per literas & nuncios. Hoc idem etiam obſeruabitur pro ſecunda & tertia citatione. Interroget vlterius Scultetus q̃ cito conſtituí debeat, ſentẽtiabitur, quod a tempore citationis in ſex ſeptimanis, quod ſi non comparuerit nec aliquis nomine eius, extunc illi viginti quatuor viri Pallantiam vadant. Scultetuſq; iudicium banniendo Scabinũ interrogabit: quandoquidẽ Burgrabius de Iure hic p̃ſens eſſe debet, citatuſq; vt iuris eſt, iuxta ſententias latas pro tempore prefixo non comparuerit, an id iuſte facit, decernetur quod in iuſte facit & negligentiam cõmiſit. Interrogetur vlterius: an mulctam incidit, ſententiabitur quod ſic. Scultetus tandem interrogabit: quantũ, decernet Scabinus quod tres marcas auri demeruit. Pergret poſtea quantum marca valere debeat, reſpondebitur per ſententiam, quod quelibet marca auri valere debet duodecim marcas argenti. Finaliter interrogabit: cui cedere debet mulcta huiuſmodi, ſententiatur, quod Regi ipſo, ex quo obſequium regis eſt: vt Spe. Sax. li. iij. ar. lxiiij. Et ita etiam ſit pro ſecunda & tertia citatione: vt textus habet. Quod ſi Burgrabius aut Principes tres non comparuerit q̃, ex tunc iſti viginti quatuor viri ſententiã pronunciabũt. [d] Si vero in aliquo dubitauerint vel cõcordari nõ poſſent iuxta diſpoſitionẽ legum & Canonum, relegare eos oportet ad Imperatorem. In ſecularibus etenim iudicijs nulli competit dubiorum interpretatio, niſi Imperatori: vt. C. de vete. iur. enucle. L. Deo autore noſtro. & C. de legi. & conſti. L. Inter equitatem. In Spiritualibus vero cauſis, Papa ipſe eſt interpres.

d. *Iudices palliatæ etiam aly ultimæ inſtantiæ ſi dubitauerint in ſententia ferenda uel concordare non poſſint ad ſuum principem relegare negotiũ debent.*

Articulus XVI.

Quo pacto Iure Municipali, Iudicium Banniri debeat.

BAnniendi iudicij modum ſecũdum Ius Municipale, conſiderare licet. Scabini undecim eſſe debent, Scultetus duodecimus, [a] quia ille Burgrabio primam inuenire debet ſententiam. Burgrabius etiam nullum legale habere poteſt ſine Sculteto iudicium.

Itaq; primæ ſententiæ quas Sculte

a. *Spe.Sax.li.i.ar. lix. & li. iij.ar. lij. ſupra iure municipali. ar.x.*

194

tus Aduocato feudali inuenire debet heæ ſunt. ℂ Aduocatus inprimis Scultetum interrogare debet, ſi tempus iudicij ſit, quod cum iſtud per ſententiam inuenent, tandem queret, ſi iudicium bannire poterit, & inuenitur ſibi quod facere id poteſt, ſi iuridicam poteſtatem habet. Tandem queret ulterius, an de iure demandare debet, quæ demandãda ſunt, & inuenitur ſibi, quod demandare debet exceſſus circa iudicium, turpia uerba, ac omnem iniuriam, & heæ ſunt tres primæ ſentẽtiæ, quas Scultetus Aduocato inuenire debet. Interroget poſthac Scabinũ, ſi pacẽ iudicio idicere debeat. Reſpõdetur quod pacẽ indicere debeat de iuris forma. Indicit̃q; pax, quod unus alium in ſua non impediat querela, in cauſiſq; ſuis. [b] Qd̃ ſi quis alium in feſtauerit clamore, uehementi curſu, increpatione, & alijs iniurijs ſibi in querela nociuis, ſi id iniurioſe fecerit ac proteſtatũ ſit, Iudice & Scabinis, acquiritur ab ipſo emenda, & iudici mulcta. [c] Si id fiat coram Aduocato, demeretur tres libras. Si coram Sculteto octo ſolidos.

[d] Quãdocũq; unus emẽdam acquirit, Iudex etiam ſuam tollit mulctã. Attamen ſæpius Iudex mulctã acquirit ubi nulla ſoluitur emenda, ut eſt pro iniurijs, quũ contra honeſtatem iudicij, quis cõcitatis uerbis, uel aliquo alio iudicium impedierit, uel indiſciplinate ſe habuerit. Iudex tandẽ ibidem unicuiq; demãdabit, quod contra alium querelã honeſte proponat ſuam per procuratores aut ferendarios, quod nullus uegligat ſe, aut impediatur in iure ſuo.

[e] Quilibet homo poteſt uerba ſua loqui iure municipali, qui iuri ſuo non eſt paſſus detrimẽtum, & hoc ſi periculum ſuſtinere uult, quod exinde euenire poſſit.

b. *Modũ Iudicij banniendi uide eidem li.i. ar.lix.Spe.Sax.*

c. *Vide infra eo. li.ar. xlvi.*

d. *Spe.Sax.li.i.ar. liij.*

e. *Vide S.S.li.i.ar. lx.*

Gloſa.

In articulo preſenti declaratur modus, Iudicij Banniendi Municipali Iure: determinatumq; numerum ſcabinorum ponit cum dicit eos eſſe debere numero vndecim, & ſcultetus duodecimus.

Circa id tamẽ quæſtio exoriri poſſit. Ex quo quidem determinatus ſit ſcabinorum numerus per expreſſumq; habetur quod vndecẽ eſſe debeant. Cur id fiat quod in pleriſq; Ciuitatibus Iure Maideburgeñ. vtentibus non niſi ſex eligantur. R. quod id ex eo ſit quia Maideburgum eſt origo Iuris municipalis in defectuq; omnes illic, Ius renentur quæreſuum: vnde & merito maior numerus con numerari debet qui Ius, Iuſticiam: & ſententias decernant: quam in alijs Ciuitatibus a quibus ad illos ſit recurſus. [f] Numerus uero ſcabinorum denotat numerum vndecem diſcipulorum ſaluatoris noſtri, excepto Iuda traditore. Scultetus vero duodecimus qui & ſuperior eſt repreſentat Saluatorem noſtrum qui & caput diſcipulorum fuit. Hęc autem ſimilitudo Saxonibus cum ad fidem conuerſi ſunt in memoriam fidei Chriſtiane, (Iuſq; & leges eis conſtitute fuerũt) relicta eſt, qd̃ Iudicio preſidẽtes ſcabini vndecim numero eſſe debeãt & ſcultetus duodecimus. Et quẽadmodũ apoſtoli Criſti, corpus denotabant Eccleſię vnũ: ita vndecim ſcabini qui & mẽbra Iudicij ſunt. Scultetus vero caput illorũ vnitatem Iudicij repreſentant. Vnde & ſi quidem a corpore membrum vnum aut plura diſſecentur manet tamen corpus capite & corde durante. Ita in propoſito q̃ in alijs Ciuitatibus non niſi ſex reperiantur, minori tamen numero eſſe non poſſunt niſi ſeptem aut ſex adminus & ſcultetus vltra id ſeptimus vel octauus, ad denotandum quod in alijs Ciuitatibus non tanta requiritur Iuris peritia prout Maideburgi ad quam ex omnibus ciuitatibus prouocatur. Vnde & Maideburgi ſi Iudicium banniri debet requiritur quod ſeptem vel adminus ſex ſcabini intereſſe debeant in alijs vero Ciuitatibus vbi ſcabinorum ſenarius numerus haberi ſolitus eſt [g] pro Iudicio banniendo quatuor vel adminus tres preſentes eſſe oportet, & hoc ex eo quia, forſan tantus numerus prout Maideburgi ſcabinorum eſſe non poteſt, quare ſufficit medietatem accipi ex neceſſitate & id ſer-

f. *Quur undecim numero Scabini eligantur.*

g. *Pro Iudicio banniẽdo tres Scabini ſufficiunt extra Maideburgũ in alijs Ciuitatibus.*

uabatur ex antiqua consuetudine que iam pro Iure habetur. vt xij. dist. diuturni mores

h. *Maideburgē quis scabinos præficere offiao debet.*

Questio h circa id exoriri potest. Ex quoquidem Scabini vndecim numero Maideburgi esse tenentur quis eosdem officio prefficere debeat: R. Posti Maideburgū Iure municipali confirmata fuit, Schartanię ducatus habebatur: per Imperatoremq; Ottonem prouincia illa pro dote Ecclesię Maideburgen. donata fuit Episcopusq; Maideburgen. protūc Ecclesię presidens ab Impatore Ottone magno ducatum acceptauit. Ecclesię cathedrali applicando: Commisit preterea & demandauit Imperator pretactus Episcopo plenariā tribuendo autoritatē Scabinos eligendi eosq; officio Scabinali infeudandi: antehac etenim Scabini ipsi Ministeriales imperij erāt bonaq; eorum situata habebantur in ducatu Schartanię: eosdem Imperator pro tempore illo liberos ab obsequio fecit, officium Scabinorum eis conferēdo, & exinde liberi Scabinorumq; sede digni nominantur, posthac uero collatio feudi officio Scabinorū in Episcopum cessit, & Is Scabinatum in feudum prestare solet: hoc autem prius facere non potest quoad ab Imperatore iusfeudatus sit. vt Spe. Sax. li. iij. ar. lix. ¶ Imperator autē spiritualibus sceptro cōferre solet feudū. vt Sp. Sax. li. iij. ar. lx. ad denotandum quod ex gratia eis tribuitur nec huius modi feudum conferre potest nisi coronatus Romę fuerit.

Vnde circa id attendendum quod officium Scabinale hereditat in proximum heredem feudalem i & quia hęres feudalis filius est & omnes masculi a patre prouenientes sursum vel deorsum. Mortuo itaq; Scabino hęres ,proximior, hoc est filius sedem Scabinalem occupat. In defectu vero eius proximior agnatus: vt Spe. Sax. li. iij. ar. xxvi. §. Hanc sedem pater primogenito &c̄.

i. *Vide. Spe. Sax. li. ij. ar xxi. & ar. lviij. glo. et seu. c. vi.*

Dubitare qs vlterius posset, k an Episcopus feudū huiusmōi Scabinale, denegare iuste alicui posset. R. quod sic, ex certis & legittimis causis Primo si patri similis generatione non fuerit: vt Spe. Sax. li. iij. ar. xxvi. Secundo si defectuosus: vtpote, surdus, cęcus, mutus &c̄. sit: vt Spe. Sax. li. i. ar. iiij. Tertio: qui anno & die in banno permanserat Regio: vt Spe. Sax. li. j. ar. xxxvij. Quarto, si iure priuatus sit: vt eodē articulo li. i. habetur. Quinto si in anno & die feudum nō posulauerit, ita quod illud vacare contigerit: vt Spe. Sax. li. iij. ar. lx.

k. *Episcopus Maideburg. n. an feudū scabinale denegare potest*

Sciendum l tamen, si Scabino post adeptionem officij aliquis defectus corporis aduenerit, vt est cęcitas, surditas, lepra, deponi non debet. Verum officiū retinet ad vitam suā, tum etiam si excōmunicatus fuerit nō propter hoc ab officio deponitur, sed pręcauere debet ab ingressu contubernij eorum. Si aūt vt dictū est infeudati nō sunt, defectusq; huiusmodi eos pręuenerit. Episcopus feudū eis denegare poterit, alias ad vitam durant suā, nec eis viuentibus in loca aliquis surrogari debet, nec infeudari.

l. *Defectus aliquis in offiao existens supereueniens deponi propter id ab offiao non debet.*

Vnde notandū m circa id, quod is qui sede Scabinali residere debet, infrascriptas in se cōditiones habeat necesse est. Primo necessario requiritur, quod Scabinus sit homo liber: vt Spe. Sax. li. i. ar. ij. & ar. iij. Ad clipeū etenim pertinere debent, alias feudum habere non possent: vt feu. c. ij. Secundo, quod synodum qnerere eos oportet, & iudicium Comitum: vt Spe. Sax. li. i. ar. ij. Tertio: quia officium ad nullum hęreditat, nisi sit ei similis generatione: vt li. i. ar. v. & li. iij. ar. xxvi. Spe. Sax. Isq; descendere debet ex parte gladij. Quarto, quod contra vtrumquenq; testes esse possunt. Testimonium tamen eorū fieri debet in iudicio banrito: vt Spe. Saxo. li. i. ar. vij. & viij. Quinto, quod in generatione eis dissimilibus in causa duelli respōdere non coguntur: vt li. i. ar. li. & ar. lxiij.

m. *Scabinorū sede dignis requisita.*

Item Scabinus etiam locū sui ortus, & progenitores declarare non oportet contra generatione dissimiles: vt li. iij. ar. xxix. Preterea pro iniurijs accusatus respōdere nō tenetur, nisi in legittimis iudicioru terminis: vt Spe. Saxo. li. i. ar. lix. & lxvij. n Vnde & quicquid commodi ac pecuniarum ex sententijs eis cēdit, iuste accipiunt: vt. i. q. ij. Et si omnes. Si autem id faciant exauaricia, vel propter vanam gloriam officium appeterent; peccarēt. vt. i. q. i. Cum omnes auaricia.

n. *Scabini solidos Scabinales iusto acapiūt.*

o Queritur preterea, Si Scabini Maidebur gen. morte decedant: Imperatorq; coronatus non sit, & ita Episcopus regalia seu feudum ab Imperatore non habeat, vt tandem alios infeudet Scabinos, quis interim iudiciū prouidere debet, & quo pacto prouideatur.

o. *Scabini Maideburgen. si moriantur Imperatorq; coronatus non sit ut alij infeudēt ur quis interim Iudicium prouidebit.*

Sciendum: postquam Otto Imperator officium Scabinorum de cōsensu & consilio totius prouincię infeudauit, cōfirmauitq;. Cōstitutionem ibidem decreuit, Si & in quantū contigerit Scabinos decedere Maideburgi, & Impator coronatus non sit, Episcopusq; feudum ab Imperatore non habeat, ne officium vacaret, malefactūq; & excessus ne maneant impuniti, vt Consules ciuitatis, de cōsensu Episcopi Scabinos eligere possent & Iudiciū prouidere. Non tamen illos ad quos Iure successorio ex morte predecessorū officium pertinet, immo nec istis vt sic legittimis expectantibus feudo nocere debet, hoc tamē pręcustodito, quod nec illi vltro se intromittere ad officium debent, quia alias perderēt feudum per id.

Postq; vero Episcopus Regalia ab Imperatore nactus sit, extunc illos qui iure ad id pertinent infeudare debet, & nullum alium. Si etiam locum vacare contigerit, nec aliquis ex genelogia prędictorum supereset, poterit homo idoneus, probus, & dignus sede, in Scabinum eligi, siue ille in ciuitate resideat: siue non, siue sit ciuis: siue ministerialis: eundē Episcopus libere dimittere debet, & officio huiusmodi infeudare, & hoc ex eo constitutū est, ne officium iudicij negligatur. Post infeudationem vero Scabini Imperio Omagium prestare tenentur, ac iuramentū secundū iura ingenuorū: vt Spe. Sax. li. iij. ar. liij. Quo pacto aūt iuramentum id fieri debeat, vide supra ar. viij. in glosa. & per Omagiū iuramentum etiam prestant iudicio.

p. *Scabinus nouiter electus, est administrator negotiorum scabinalium.*

p Scabinus etiā nouiter infeudatus, efficitur Camerarius, & administrator negotiorū scabinalium, vnde & presens esse debet Scabinos expectando, solidos in iudicio acquisitos in camera conseruando, si quid autem necessario fuerit ex pecunijs illis subministrat.

q. *Scabini singulis quatuor temporibus pecuniam solidorum diuidūt.*

q Singulis vero quatuor temporibus pecuniam solidorum collectā inter se diuidūt, nec aliquis participat cum eis de pecunia huiusmodi.

r. *Scabinis quantum præstatur à sententia & quid Notario.*

r Scabinis etiam a qualibet sententia Maideburgi singulis datur solidus vnus, ita quod vnusquisq; ab Ortilegio per vnum habeat solidum. f Notario vero duo solidi pstantur. Officiali vero Scabinorum & qui eis inseruit etiam solidus vnus nummorum cōmuniter in foro currentium: t Vnde & Scabinorum sede digni dicuntur, qui ita liberi sunt, quod in Scabinos eligi possunt, si necessitas postulauerit: vt Spe. Sax. li. i. ar. ij. li. ij. ar. xij. Scabinorum vero libertas est omnium vilior: vt Spe. Sax. li. iij. ar. liij. & Instī. de libertinis. §. Libertinorum.

f. *Vide supra ar. xi.*

t. *Sp. Sax. li. i. ar. ij. & ar. vi. & item li. ij. ar. xij. glo. li. iij. ar. lxxij. supra Iure Munia. ar. x. infra ar. xxxij.*

In textu cum dicitur, & Scultetus duodecimus. Vnde sciendum, quod Scultetus Iudex sit Burgrabij vel Aduocati cum contra eos conqueritur, & hoc in ciuilibus causis. Quēadmodum Palatinus Rheni, Iudex est Imperatoris, & Burgrabius Marchionis: vt Spe. Sax. li. iij. ar. lij.

Contra id argui potest, hoc minime fieri posse, habetur etem Spe. Sax. li. iij. ar. lv. quod super vitam illustrium nullus iudicare potest nisi Rex. R. sub distinctione, u quod actio est duplex, ciuilis & crimialis. x Ciuilis actio vt est occasione debiti. Scultetus vt sic iudicat super Aduocatum, & de ista hic loquitur Alia est criminalis, quę penam expetit, in corpore, membro, cute, crinibus &c̄. vt sic Scultetus sui superioris iudicis iudex esse non potest y exaudire tamen negotium poterit, & superiori iudici in scripto transmittere vt ibi tandem sententietur. vt. C. vbi Senatores vel clarissimi. L. Quotiens. & in auten. vt cleri. apud propri. Episco. §. Si tamen coll. vi.

u. *Actio duplex Ciuilis & Criminalis.*

x. *Vide. Spe. Sax. li. i. ar. lxvij. & li. iij. ar. ix & item li. i. ar. lxxi. glo. Iure Munia. infra ar. xvij. & lxxij. glo.*

y. *Vide Spe. Sax. li. iij. ar. iv.*

Pro intellectu etiā textus ārticuli. Notandū venit, z quod iudices triplices inueniuntur. a Quidam sunt veri Iudices, qui & ipsi soli iurisditionem habent & iudicium, dicūturq; ordinarij iudices, vt sunt Principes & liberi domini. Alij sunt, quos Principes iure suo in prouincia infeudant, vt sunt Comites. Tertij sunt Cōmissarij: vt. C. de offici. diuerso. Iudi.

z. *Iudices triplices.*

a. *Vide Spe. Sax. li. i. ar lv. & li. ij. ar. xxij. & infra Iure Munia. ar. sequēti & ar. xlv. glo.*

Sunt preterea alij Iudices, arbitri vocati seu volūtarię per partes aliquas accepti iudices, vt cum duo negotiū aliquod habeant & in aliquē consentiunt libere qui causam inter eos discernet & ab istis appellare non licet.

b. *Spe. Sax. li. i. ar. lv.*

Alij sunt Iudices ex euentu, vt cum accidat euidens furtū, uel violētia, b eligitur a villanis Iudex Grograuius dictus, ad iudicandū factum illud, absolutoq; facto huiusmodi casuali, per amplius Iudex non erit. Tertij dicuntur iudices Subdelegati ab Imperatore vel sanctissimo, aut Principe missi, ad audiendum decidendumve aliquam causam cū sufficienti mandato quę & cōmissio dicitur. Id etem Princeps quilibet facere potest commissariumq; transmittere, vel per literas constituere, ad audiendum inter partes allegata & responsa in causis ciuilibus, causamq; determinare iure vel amicabiliter, decisioq; huiusmodi robur habebit, ac si princeps solus eā decideret. Sed & apostolicus & alter spiritualis quiuis Iudex id licite facere potest. Sententiam tamen iudicum huiusmodi Sub delegatorum increpare vnus potest: vt. ij. q. v. Accusatores.

Aduertendum circa id, quod inter omnes infeudatos Iudices, Scultetus est inferior Iudex, qui & liber esse debet, & ingenuus ac ex illa iurisditione oriundus: vt li. iij. ar. lxi. & vocatur etiā apud alios Prefectus, iudicio enim prefesse solet.

c. *In pronunciandis sententijs alia consuetudo obseruatur iure nostro, alia item Cęsareo & spirituali. Iure enim Cęsareo & spirituali Iudex solus edicit sententiam. Iure vero nostro Iudex interrogat Scabinū, & quicquid ille inuenerit, pro iure habetur, dummodo ab vtroq; consensus sit.*

c In pronunciandis sententijs alia consuetudo obseruatur iure nostro, alia item Cęsareo & spirituali. Iure enim Cęsareo & spirituali Iudex solus edicit sententiam. Iure vero nostro Iudex interrogat Scabinū, & quicquid ille inuenerit, pro iure habetur, dummodo ab vtroq; consensus sit.

Iudicij d etiam banniendi modus, cum iudicium legittime expositū banritū exercetur is obseruetur, vt sic em positq; iudicio conseserint Scabini cum Aduocato, extunc Aduocatus seu Comes sculterum, vel Scultetus Scabinum interrogare soler. Ex quoquidē hodie dies est iudicij legittimi expositi, an tē pus sit iudicium banriendi, necne: vt Spe. Sax. li. iij. ar. lxi.

d. *Iudicij banniendi modus.*

e Iciunoq; & sobrie iudicium exerceri debet. Si vero iudicium sit extra diem legittimū expositum, vt ex necessitate, Iudex alium seruabit modum. Quęrere enim debet. Ex quo quidē necessario quęrela proponitur, vel ex necessitate iudicium expetitur, an sit banniendum. Scabinus decernet quod sic, obseruareq; modum iudex debet in huiusmodi iudicio oportuno & necessario, qui cōmuniter habetur in processu iuridico. Cum vero iudiciū bannitum iā sit, paxq; denūciata vt iuris est: vnus quiuis f tandē procedat in causis suis iuxta iuris ordinem ne iuri deroget suo.

e. *Sp. Sax. li. iij ar. lxix. & lxi. in glo.*

f. *Vide Spe. Sax. li. i. ar. lix.*

g Iudex etiam potissimū curare debet, vt iusie iudicium exerceat, eadem etem hora qua

g. *Iudicis requisita in iudicando.*

h. *In loco iudicij depictum habeatur extremum dei iudicium.*

i. *Iudex est locum dei tenens.*

k. *Vide Spe.Sax.li.ij. ar.xli.glo.*

l. *De ferendariorū utilitate.*

m. *Ferendarij qui esse non possunt.*

n. *Vide Sp.Sax.li.i.ar. lx. & C.de postulan. L.nemo infra iure munici.ar.xlij.*

o. *Ferendariorū cautelæ & utilitas.*

iudicium iniciat suum, Deus omnipotens, iudicium itidem extendit suum super Iudicem & Scabinos, in hanc vel in illam partem eosdem sentẽtiaturus. h In loco q̃ Iudiciali depictum habeatur extremum Dei iudicium, vt Iudex recogitet & pr̃e oculis habeat extremo Dei subesse iudicio. i Est q̃ Iudex locum tenẽs Dei, quia nomine & loco Dei excessus corrigit iudicatq̃. Quare & mulcta, quę proprie Deo conuenit pro excessu eidẽ soluitur. k Emenda vero contra quem iniuriatus est, vt. xxiiij. q.v. Qui malos percutit. Si etiã contra iudicium excesserit quis emendare eum oportet: vt Spe. Sax.li.i.ar.liij. Nec mulctã Iudex dimittere debet.

l In textu cum dicitur, per Procuratores seu Ferendarios &c̃. Ferendarij etenim pro communi vtilitate instituti sunt. m Vnde Ferendarius dicitur ille, qui amici, vel alicuius alterius quẽrelã Iudici declarat. n Ferendarij q̃ esse non possunt, freneticus, surdus, mutus, annos nõ habens, mulier, hereticus, Iudeus, monachus presbyter, signanter in secularibus negotijs, quamuis iure spirituali procurare possunt in causis ecclesię pro eorũ amicis & pauperibus, viduis: vt extra de postulando.c.i.& ij.

o Ferendarius etiam verbis minacibus causam proponere non debet. Et is qui solus loqui in iudicio ceperit, ferendarium habere nõ potest: vt Spe.Sax.li. iij.ar.xxx. Iure priuati ferendarium itidem habere nõ possunt, tum & omnes illegitimi.

Ferendarij vtilitas est, quod principalis verba eius retractare ante sententiam poterit, vt C. de errore Aduocatorũ. L.Errores. Ferendarius preterea a Iudice postulatus, datur partibus & aliter non: vt Spe. Sax.li.i.ar.lx.

p. *Ferendarius an recusare poterit uerba alicuius loqui.*

p Potest tamen quandoq̃ ferendarius denegare verba alicuius loqui, seu causam patrocinare, q & hoc si suus inimicus sit, vel si contra affinem suũ actio deberet dirigi, alias cũ demandatum sibi per Iudicem sit, excusare se minime poterit vt causam non defendat, & hoc intelligendum vbi possessionatus est, vel actionem aut ius prosequatur.

q. *Spe. Sax.li.i.ar.lx.*

Ferendarius preterea est miles iudicij quemadmodum em milites prouincias defendũt armis, ita isti verbis, & quemadmodũ ille vitam tuetur, sic & iste statum: vt. C. de aduocatis diuerso iudici per totum.

r. *Spe. Sax.li.i.ar.lxi.*

r Ferendarium si duo petant in iudicio, est in voluntate Iudicis eundẽ dare cui vult.

Articulus XVII

De excessu iudicis & eius pena.

a. *Spe.Sax.li.ij.ar.xiij*

Attendendum super eo si Scultetus impediuerit aliquem in sua quærela, a & sibi iusticiam non iuuerit, uel recusет minus iuste, & pro eo coram Burgrabio aut Aduocato cum testibus incusetur, quid facere debeat, ipsum enim cum testibus etiam euadere oportet.

Cum qualicunq̃ testimonio super iudicem questum fuerit, tali testimonio excusari cogitur, siue sint Scabini, aut alij iudicio ptinẽ. b Si uero coram Aduocato in iudicio banni/to, tunc citius testibus uinci potest, q̃ ille cum testibus euadere poterit.

b. *Spe. Sax.li.i.ar.vij.*

c. *Spe. Sax. li. i.ar.vi. & li.ij.ar.xxij.*

c Si autem uir cedere uellet testibus & inculpat eum de sua scientia, ex/tunc super eo, unica euadere potest manu. ℂ Quando inculpatur pro causa huiusmodi coram Aduocato in instanti respondere tenetur, post/q̃ iudicium legale ibidem fuerit, quia necessario ibidem præsens esse debet, nisi legale impedimentum eundem occupet, quod impedimẽtum statim probare eum oportet.

Si non ostenderit, aut iniuste renuerit, uel per iusticiam excusare se recusauerit, super iniuria sibi obiecta quam exercuit, extunc condemnatur Aduocato in decem talentis idẽ Scultetus, & illi debitum persoluet. cui iusticiam facere recusauit. Interimq̃ quoad debitum non resarciet, uel solus non soluet, aut iure se non excusет in iudicio proximo, amplius nullius iudex esse poterit, nisi se ab hac inculpata causa ut præmissũ est eliberauerit.

d. *Contra iudices grauis imposita pœna.*

d Si aũt pro facto criminali iusticiã uel iudicium recusauit, sicut pro homicidio, furto, spolio, Ecclesiæ uiolentia, incendio, & his similia, quæ crimina capitalia c dicuntur hoc iudicium super eundem decerni debet quod super illum extendi deberat, nec pro eo pecunia, aut

c. *Spe.Sax.li.ij.ar.xiij.*

196

f. *Ex captiuitate si qs aufugerit preter Iudicis culpã Iudex quomodo euadet.*

emenda, aut recompẽsa, aut aliquo alio eliberari poterit, si in his uincatur ut iuris est. f Si autẽ unus in captiuitatẽ iudicij publicam, uel ad iudiciũ præsentatus fuerit, ut detineatur ibidem, et si euaserit exinde sine iudicis culpa, aut negligẽtia, pro crimine quod trãsit ad collum, soluet uerigeldum, id est recompensam, si ad manum, mediam recompẽsam, iuramento tamen cum confirmare oportet, si sibi non creditur, quod absq̃ eius culpa captiuus euasit.

g. *Verigeldus quantũ ualet.*

g Recompensa alias uerigeldus integer Iure Municipali h est decem/octo talenta nummorum, qui communiter in usu habentur illic ubi demeruit recompensam. Media recompensa nouem talenta.

h. *Spe.Sax.li.iij.ar.xlv & li.i.ar.xxxiiij.*

Glosa.

Et quia articulus presens de Iudicum negligentia cum appositione pene tractat, idq̃ quãdoq̃ cõtigi potest, in criminalibus, quãdoq̃ vero in ciuilibus causis.

Quare pro intellectu horum ampliori considerandũ venit, quod actio duplex est. Ciuilis & Criminalis. Ciuilis i actio dicitur ex eo, quia tam actor q̃ respõdens ante querelã, in querela, & post querelam ciues manent, in statuq̃ conseruant suo. Criminalis vero est, quę pena pro excessu exigit.

i. *Spe.Sax.li.i.ar.lxvij. & lxxi. & supra ar. præcedenti glo. & infra ar.lxxij. glo.*

Scultetus vel alter quiuis Iudex: vt textus habet, si aliquẽ in sua impediat querela: vbi superior eius Iudex presens fuerit, pro eoq̃ cum testibus imperetur, siue sint Scabini vel alij iudicio pertineñ. cum simili testimonio, innocentiam suam eum declarare oportet.

k. *Spe. Sax.li. i. ar. lv. li.ij.ar.xxij. Iure Muni ar. precedẽti & infra ar.xlv.glo.*

k Sciendum preterea venit, quod Iudices triplices sunt. Veri Iudices, qui vexillo feudi infeudantur, iurisdictionemq̃ habent & iudiciũ, vt sunt Principes. Secundi sunt, quos isti primi vlterius infeudant, in prouincia iure suo: vt sunt Comites Sculteti. Tertij sunt Commissarij.

Ius etiam triplex est, Spirituale, Seculare & Feudale.

Iudex vlterius infeudatus conuinci potest testimonio in duobus. Primo si ius ab ipso expetitur, & ille recusat, & si actio sit ciuilis, testesq̃ cõmemorantur, extunc mertertius contra iudicem probabit. Si vero Iudex innocẽtiã declaraturus suam excusaturũ se offert, extunc ex sentẽtia Scabinorum itidem mertertius facere cogitur, cũ similibus testibus: prout impetebatur. l Qd si actio sit Criminalis, actor eum conuincere debet metsepti/mus: vt Spe. Sax.li.ij.ar.xiij.§. Si quis iudicium. l ℂ Posq̃ vero vt sic cõuictus testimonio fuerit, penãi llam sufferre cogitur m, quã administrare recusauit: vt. C. de pena. iudicũ. qui male iudicant: per totum. Si autẽ conuictus fuerit in ciuilibus causis dammum resarciet. Aduocato vero vel superiori domino: decẽ libras succumbet, & donec huic satisfecerit, nullius iudex esse potest Intellige tamẽ si contra eum testimonio vt supra tactum est procedatur, summa ergo cum diligentia iudex custodire debet: ne iniuriam faciat, secundumq̃ ius scriptũ omia agat. n Ius em maioiorem complectitur misericordiam, q̃ quod Iudex excogitare possit: vt in auten. de iudi. vt nullatenus. §. Oportet. Periurus enim coram deo efficitur, si quis contrariũ faciat: vt xxij. q.v. per totum. Efficitur etiam domino suo infidelis: vt xxij. q.v. de forma fidelitatis. Est etiam iure priuatus coram Deo & hominibus. & ita iudicium per amplius exercere non potest: vt iij. q.vij. Infames. Secundo contra iudicem huiusmodi protestari potest: si negare vellet eorum q̃ in iudicio acta sunt. vt in auten. Vt nulli iudi. lice. habe. §. Et hoc coll. ix. Et id tenetur de iure seculari: vt Spe. Sax.li.ij.ar.xxij.

l. *Spe.Sax.li.ij.ar.xiij. glo.*

m. *Secundum leges iudex iniustam proferẽs in criminalibus sententiã conuictus efficitur infamis, mittitur q̃ in exilium ut C. de iudi. q male iudi. L. ultima.*

n. *Spe.Sax.li.ij.ar.xli.*

ℂ Iudex Commissarius testimonio etiam uinci potest, si in sententiando magis aclinatus fuit vni parti q̃ alteri, o vt subiectus respẽctu domini: vt xxij. q.v. de forma, vel si vnius domini sint: vt iij. q.v. Accusatores. Vel si vnius familia sit: aut inimicus alicuius: vt iij. q.v.c.vltĩ. & id tenetur iure Spirituali.

Iudex etiam feudalis vinci testimonio potest in iure feudali, cũ eius vasallus: vt de vsu. feu. ℂ Si autẽ pro facto Criminali &c̃. Vt de vt dictum est. Actio huiusmodi criminalis: dq̃ quando in vitam, cutem, crines, sanitatẽ &c̃. se extendit, quemadmodum sunt homicidia vulnerationes, furtum, preda: vt li.ij.ar.xiij. vt sic enim, si iudex iusticiam administrare recusauerit, conuictus eliberare se pecunia: aut verigeldo minime poterit, sed penam illam pati cogitur, quam facere dissimulauit: vt. C. de pe. iudi. qui. ma. iudi. per totum.

Si aũt vnus i carceres publicos datus sit &c̃. hoc etiã dupliciter intelligi potest, vel datur carceribus ex querela ciuili, quod & raro euenit, exindeq̃ euaserit. Iudex pro isto accusatus, vnica absoluitur manu, quod absq̃ eius id factũ est culpa ℂ Si vero in criminali causa presentatus euaserit, eũ iuuare minime potest innocentia quam fecit tacto sacramento: sed resarcire illi tenetur, qui eum carceri tradiderat vno integro verigeldo, si pro vita agebatur, vel medio: si pro manu: vt textus habet.

Questio circa id exoriri possit. Nonne si ius

o. *Vide hoc idem li.ij. Spe.Sax.ar.xxij.*

brius esset, quod malefactor dimittatur, q̃ quod penis affici debeat. Est enim doctrina Christi, quod inimicis excessus dimittere debeamus. Soluitur instantia per distinctionẽ. o Vnde notandum, quod debita & excessus dimittere intelligitur dupliciter, secundum q̃d excessus bifariam fiunt. Primo excessus dicitur, quando quis cõtra me aliquid iniurię facit, & vt sic vindicare solus minime debeo. Verum ex corde dimittere, & de isto habetur in Euãgelio, dimittite & dimittetur uobis. Secundo excessus fit contra Iuris precepta, & illũ dimittere nõ debemus, quod si dimittitur contra pręceptum Dei fit, qui facit malos de medio bonorum tollere, pręueriręq; eorum malicię, quodq; per penam temporalem: penam euadant ęternam. Ira enim omnipotentis Dei mitigatur cum hic pro meritis peccator corrigitur: vt. xxiij. q. iiij. Si ea de quibus. Vnde & Iudex malefactorem veris sententijs conuincens: & eum morti iudicans nõ peccat, in quantum malefactor facti noxius est: vt. xxiij. q. iiij. Illud etiã.

o. *Excessus nobis illatos quomodo dimittere debemus & quomodo non.*

Articulus. XVIII.

De querela contra Iudicem iusticiã facere denegantem.

DE Iudice cõsideranda sequitur, si non iuste iudicauerit, cũ sibi querulatur, aut illud ommiserit, propter amorem, compatientiam, munera, aut aliquã aliam causam, uel si solus noxã aut iniuriam fecerit, quam de iure facere nõ debuit: propter id enim Iudex electus est, quod ius fortificet, & iniusticiam debilitare deberet. Si itaq; querela super ipsum in iudicio facta fuerit, Scultetus iudex esse debet Aduocati, & cogitur ueris sentẽtijs ad respondendum ad obiecta ut nunc declaratur. Primũ petatur per sententiã, quod Aduocatus surgat, & Iudicem in suo loco sedere faciat, qui illum iudicet, tandem & sedere procuret Scultetum, qui iudicabit super Aduocatum. Consimiliter etiã Aduocatus iudicabit super Scultetũ, & ex eo Burgrabius nullum legale iudicium habere potest, [a] sine Sculteto, quia corã eo se exhibere debet iusticaturum, si cõtra eum propositum sit.

a. *Spe. Sax. li. i. ar. lix. & li. iij. ar. lij. & supra Iure Munic. ar. x. & xvi.*

Si contra iusticiam anno & die id facere recusauerit, domino terræ iudicium uacabit, & bannum Regi, si contra eum prosequat̃ per ueras sententias, ut iuris est.

Glosa.

Textus articuli nõ aliud intẽdit, nisi vt ostendat quo pacto Iudex se retinere debeat cũ iudicio p̃sident. Vnde circa id sciẽdũ: quod Iudex nõ nisi cũ iudicio pręest, [b] Iudex dicit. [c] Cũ vero iudiciũ resignat, et ex sede iudicij banniti exurgit, non iã vt iudex, sed vt simplex homo habetur. Nomen eñ istud ratione officij indutum habet, ad cõmunemq; utilitatẽ a Romanis statutum est officium iudicis.

b. *Sp. S. li. i. ar. lix. glo.*

c. *Iudex non dicitur iudex nisi cum Iudicio præsit.*

[d] Iudex etiam triplex habet nomen, dicitur eñ quandoq; prętor, & hoc ex eo, quia officiũ eius est ex parte iperij. Specialit̃ homines cogere & inducere ad honeste viuendum, alteri non nocendum, & cuiq; quod suum est tribuendum. [e] Hęc enim sunt iuris pręcepta vt Insti. de Iusti. & iur. § Iuris p̃cepta. [f] Frustra eñ essent p̃cepta & cõstitutiones, nisi sint hij, qui homines ea adimplere cogerẽt. Hoc aũt officium est Prętoris: vt. ff. de offi. prẽto. L. i. Sed & corrigere atq; punire debet excessiuos & contra facientes. [g] Vnde & olim id seuabatur, quod iudices per se penis afficiebãt maleficos: vt xxiij. q. v. de occidendis hominibus. Dicitur etiã Iudex ipse Prefectus, idq; nomen ab Imperio inditum fuit, potestas eñ eidem dabatur, agendum pro cõmodo Imperij, & constitutiones faciendi de consensu prudentum: vt Spe. Sax. li. ij. ar. lv. Estq; nomẽ officij. Regere etenim debet subditos pro cõmuni vtilitate, & eis pręcauere de futuro damno. Quandoq; eñ vnus propriũ damnum dimittere cogeretur, si patrocinium nõ habeat. Tertium nomen habet: quod vocatur iudex. Estq; nomen eius peculiare & commune, duo priora includens in se, iureq; nomen istud inditum est sibi, hęc enim pręcedẽtia nomina, quod videlicet Prętor vel Prefectus dicitur, prouenit ratione cõmunis vtilitatis, quã vel maxime curare debet. Istud vero tertiũ ratione officij. Officium tamen suũ Iudex exacte implere non potest, nisi per veras sententias iuridicas. Id eñ proprie cõpetit iudici. Iudex nãq; dicitur, q̃si ius dictans, pronuncians, vel inueniens, & hoc de consilio Scabinorum secundum ius nostrum, de-

d. *Iudex triplex nomẽ habet.*

e. *Vide supra ar. i. & Spe. Sax. li. i. in prolo.*

f. *Sp. Sax. li. iij. ar. lxiij & supra ar. viij.*

g. *Nota de Iudicibus.*

197

riuationẽq; quandam habeat a nomine Iusius: ille etenim qui aliorũ excessus corrigere debet, eum sine offensa esse oportet. Iudex itaq; omnibus iustus esse debet: vt Spec. Sax. li. iij. ar. xxx. [h] Iudex pręterea propter nullã causam iudiciũ inuertere debet suũ, & p̃sertim p̃caueat, ne iudicet ex timore, auaricia, odio: amore, propter munera. Ex timore seu metu iudicatur dum potestas alicuius pertimescit. Ex auaricia vero dũ premio aut munere corrumpitur animus iudicis, vt. i. q. i. Cum omnis auaricia. Ex odio vero iudicatur, cum iudex erga vnam partẽ malo fit animo, alteri vero fauorabilẽ auditorẽ se prestat: vt iij. q. v. Accusatores. & iiij. q. iiij. nullus. Ex amore yo vel consanguineitate inuertit iudicium: dũ amico vel propinquo contendimus pręstare auxilium. Si quis itaq; ex quacumq; causa peruertit iudiciũ Christi, fructũ illius in damnationis sibi uertit amaritudinem. de his abunde vide. xi. q. iij. Quatuor modis humanũ iudiciũ & sequẽtibus capitulis.

h. *Iudex à quibus potissimum præcauere debet.*

i. *Spe. Sax. li. iij. ar. xxx glo.*

In textu cum dicit, si itaq; querela super ipm. &c. In paragrapho isto dat modus, quo pacto Aduocatus, Scultetus, & quiuis alter Iudex accusari debeat, si iudicium inuertat suũ. ex aliqua allegatarum causarũ, subinfertq; in textu quod iudicem a sede exurgere faciat sua, & hoc hisce verbis fieri potest.

k. *Vide practicã quo pacto Iudex seu aduocatus de loco moueri debet iudicali cũ quis sibi actionem intentare uult.*

[k] Domine Iudex actio iudicialis tecũ mihi est: peto ut loco tui aliũ substituas q iudex tui sit, idq; per sententiam mihi dari opto, an id facere non debeas, mihi ad obiecta responsurus, vel quid sit iuris. Recuset vero vel deneget. Iudex Scabinum pro sentẽtia interrogare, petitionẽq; iusius si ommittit, extunc protestetur Scabinis & precone, si in iudicio bannito sit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxij. Si vero assurgat, & loco sui alium substituat, respondebitq; tandẽ ad obiecta actoris. Q̃d si iudex id renuat: vt supra habitum est, actor protestabitur, quod & i sequẽti iudicio faciet, ibidẽq; corã Burgrabio q̃relam intẽtabit suã. Positq; vero demandatũ fuerit iudici vt respondeat: ille vero comparere, iusticiãq; de se ministrare renuerit, terminus pro secũdo iudicio sibi pręfigetur, tandem & pro tertio. Tum & importatio legalis impedimenti, ad certũ tempus sibi limitabit, quã si nõ importauerit extũc actor corã Burgrabio, pponet hisce v̊bis. Dñe Iudex: prout ego querelã meam corã iudicio proposuerã uestro cõtra. N. Aduocatũ, qui & iusius iudex esse debuit causę męę: id tamẽ minime fecit. Ius eñ denegauit mihi iusticięq; neglexit męq, idq; probaturum me offero Scabinis & precone iurato, nec ipse iudicialiter comparuit auditurus querelã contra se, pro primo, pro secundo, & pro tertio. nec legale impedimentum importauit, nec hucusq; comparet, peto per sentẽtiam mihi dari: quid exinde demeruit, decernetur tandẽ quod penam iniuriarum. Burgrabius tandẽ proponet, ex quo quidem actori iniuriatus est. Quero a te. N. quid mihi? quid erga Ecclesiam, tum erga imperatorem demeruit? Inuenietur tandem per sententiam, quod quoties iudicio non comparuerat citatus ad respondendũ, totiens mulctam Burgrabio exoluet quamlibet decem libris. Propter iniuriã vero factam Aduocatiam amittet, illaq; domino terrę vacabit, & bannum Regi ipso de iure cedet, vt textus habet.

Articulus XIX.

De Proconsulis electione.

POstquam Proconsul in ciuitate eligitur, ad unũ annum ille eligi debet, [a] et ut sic potestatem iudicandi habebit, super iniustas mensuras potabilium, & pondera, & in iustos coretos, & cuiuslibet cibi & potus, mercimonia, qui paruum coquit & diuendit panem, uel cibaria inualida, & sup reuenditores, quod recto & iusto uendant cibaria precio, & si unus excesserit, demere bitur, cutim & crines, uel marcam ponderosam, hoc est uiginti sex solidos.

a. *Auctoritas proconsulis.*

Constitutio [b] ipsorum est, postq̃ signum in foro figitur, extunc reuenditores emere nõ debent, animo ultra illud uendẽdi. Cum uero signũ depositum sit, emere possunt, quicquid uolunt, ut tamen ciuitatis statutum non fregerint.

b. *Contra reuenditores.*

Statutum Ciuitatis si fregerint demerentur ut supra tactum est, hoc erit in uoluntate & arbitrio Consulum, quicquid accipere uelint. Quia & si pecuniam accipiant, manet nihilominns reuenditor infamis & iure priuatus.

Ad id [c] Procõsul iurare debet, quod ipse, nec ratione amoris, nec compassionis facere & dimittere uult, sed Ciuitatis honorem, profectum,

c. *Iuramentum procõsulis.*

quanto melius & cautius ſciat, cum exquiſito conſilio cuſtodire.

Gloſa.

Superioribus declarabatur de Iudicū officio eorumq; differentia abunde habita eſt, hic in articulo preſenti officium Procōſulis & eius poteſtas interpretatur. Proconſul etenim eſt quaſi medius inter iudices. Officiūq; eius eſt, quod de conſilio exquiſitiſſimorum ſibi aſſidentiū, pro cōmuni ciuitatis utilitate regimē exercere debet, ſortiturq; nomen Procōſulatus ab officio, preeſt enim alijs ex officioq; ſibi iniuncto dominari, in bonoq; regimine manutenere reliquos debet.

Tangūturq; in textu quatuor, quę potiſſimū pro cōmodo reip. curare tenetur. Primum qđ ſuperintēdere debet ſup iniuſtas mēſuras. Ex iſto colligi poteſt, quod quiuis ciuiū non alias menſuras in venundandis & propinandis potabilibus habere debet, niſi ſint conſignate ciuitatis ſigno. d Iſtud vero ſuperintēdere eſt officium Conſulum cū Procōſule: electi etenim ad id ſunt: vt pro cōmuni ciuiū vtilitate cōſulant, ſiue illa potabilia ſint: vini medonis, ceruiſię, & aliorum liquorū. Secundum quod pondera prouideat, & per id intelliguntur, Inſtitores, mercatores, & alij omnes, qui res & merces ſuas ſub pondere vendunt, neceſſeq; eſt vt prouideatur, ne ſtatutū: ciuitatis tranſgrediantur. e Sepiuſq; pondera conſpici debent & probari, tam illa quibus merces ſub graui pondere librantur, tam illa quę ſub leuiori, vt eſt Inſtitorum: idq; ordinē quod vnicuiq; in cōmuni iuſticia fiat. Sed & prefectus Inſtitorum cum duobus Conſulibus pondera conſpici debet ad minus ſemel in menſe. Tertiū quod ſuper iniuſtos coretos iudicet, & per id intelligi debent omnes menſurę ad venundanda frumenta, ſal: & alia ad cōmunem vtilitatē pertinentia. Annumerant preterea etiā his & vlnę, quibus panricide & alij qeurq; merces ſuas vlnatim cidunt. Officium enim Proconſulis eſt, cum conſilio exquiſitiſſimorū pro cōmuni ciuitatis vtilitate his omnibus prouidere: vt. C. de legi. & conſtitu. L. Leges. Quartum quod prouideant ſuper cibo & potu, ne cariſtia in ciuitate eſcu lentorum fiat, & in eo animaduertere debēt: ſuper lanios & piſtores.

Vnde & ſiquidem breuibus hic declarata habentur, ea quę ad reginē ciuitatis pertineāt, & quę Proconſul cū Conſulibus ſuperintendere debent, tum etiā qui eorum imperio & mandato obedire teneātur. In generali tamē Mecharici omnes, dato quod ciuitas libera ſit, ſiue habeat Principem ſupra ſe: ſiue non: f Tum & ciues in cōmuni omnes regiminiſubeſſe debent Procoſulis & Conſulum ciuitatis, dato quod Conſulatus Regem vel Principem ſuperiorem ſe habeat. Princeps etenim nō omnia ſuperintendere poteſt, que bonorum ciuitatis pertinēt, vnde & propter id loco ſui eligit prefectos & officiales, qui illd ſuperintendant. Ciues ergo nec omnino liberi eſſe debent a poteſtate Conſulum, nec ab obediētia eorū excipere ſeſe, verum omnibus ſubeſſe mandatis: iuramēto ſatisfacitēs ſuo. ¶ Ciuitas etiam non ex vno hominū genere conſtituitur g ſed neceſſario ex diuerſi ſtatus coadunatur hominibus, h vt ſunt agricolę, mercatores, mechanici: rei militaris homines: tum & ſerui mercenarij: & alij id genus. Milites quidem pro defenſa ciuitatis. Agricolę vt victum ſubminiſtrēt, Mechanici: qui neceſſaria parent, Mercatores vero vt ex alieris partibus, ea quibus ciuitas caret: afferant.

Vnde & hęc omnia, exceptis tamē militibus in textu tanguntur, per id enim vbi dicit iniuſtos coretos, agricolas ſubintelligit, tū & alios mechanicos, qui labore manibuq; victum quęrunt ſuum. vt ſunt fabri, aurifices, ſartores, ſutores, pelliparij &c. Cum vo memimit de ponderibus. Mercatores & Inſitores exprimit. Cauponarij vero & tabernatores per iniuſtas menſuras intelliguñ, Reuenditores vero, lanij, piſtores, & alij qui eſculenta venundare ſolent. Per id cum dicitur cibi & potus mercimonia ſufficienter erumērātur. Mercenarij etiā & ſeruilis conditionis homines laboratoreſq;, tum & alij qui arma fabrefaciunt bellica, ciuitati vtiles ſunt, & in generali omnes artifices pro vtili & cōmodo reipublice valent, ſed & omnes obedientię Proconſulis ſubeſſe tenentur. Procōſul etiā vnacum Conſulibus, ſub ſuo iuramento, domino ſuperiori & ciuitati preſtito, omnia pro commodo ciuitatis admiſirare debent, poterintq; ſtatutum & conſtitutionem facere quartumcunq; extendatur infra triginta ſex ſolidos, ad coercendum exceſſiuos extendēdumq; penam in cutem, & crines, & qui iſtud redimerit, infamis efficitur: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxvi. &. C. Ex qui cau. alicu. infa. L. Non damnatos. & Spe. Sax. li. ij. ar. xiij.

d. *Menſurę potabiliū & aliarum rerum debent eſſe ſub inſignio ciuitatis.*

e. *Pondera adminus ſemel in menſe conſpici debent.*

f. *Ciues in generali oēs, dato quod principem uel regē habeant ſubeſſe mandato ac obedientiæ proconſulis & conſuliū tenentur.*

g. *Vide infra ar. xliij.*

h. *Ciuitas ex diuerſo hominum genere conſtituitur.*

Articulus. XX.

Quo pacto propriū ſeu hæreditas Iure Municipali reſignari debeat.

PRoprium ſi unus alienare ſeu reſignare Iure Municipali uelit, extūc is qui cōdeſcendere ſeu alienare intēdit, a & ille qui illud accepture deſiderat, conſtituti debent ante quatuor ſcamna Iudicij banni

a. *Spe. Sax. li. i. ar. lij.*

b. *Reſignationis hæreditatum ſolennitates uide.*

c. *Vide Spe. Sax. li. i. ar. xxi. & ar. xxxiiij. & item ar. lij. tū & infra Iure Munia. ar. lxi.*

d. *Articulus præſens innuere uult quod hæreditas q̄ quis à parētibus ex ſucceſſione habet, alienari ſine hæredum conſenſu non poteſt, ſed bene illa q̄ qs propriis emit pecuniis.*

ti. b Et qui ut ſic proprium ſeu hæreditatem condeſcendere uult, petere debet procuratorem quæratq; per ſententiam, quo pacto propriū alienare & condeſcendere debeat, ut ſibi proficere poſſet in Iure ſuo. c Inuenitur tandem iudicialiter, qđ cum hæredum conſenſu, ſi proprium illud ſibi abſceſſum uel reſignatum non ſit. d Si uero hæreditatem illam propriis emit pecuniis, extūc eandem dare & alienare poterit cui uoluerit: ſine cuiuſuis contradictione. Cum uero ut prætactū eſt proprium ſeu hæreditatem abſceſſerit, & ille eandem acceptauerit, ulterius per ſententiam quærat, ex quo quidem abſceſſionem feci, an iſtud proficere ei poſſit in iure ſuo, quod cum ſibi decernetur, exinde per ſententiam petat intromiſſionem a Iudice fieri. Iudex tandem aut Scultetus, uel is a quo donationem ſeu reſignationem accepit, eidem intromiſſionem dare debet, ſcabiniq; ſecum ire tenentur, qui & præſentes eſſe debent, ad teſtificandum, quod intromiſſio iuris ordine data ſit. Intromiſſioq; hoc pacto, ut infra declarabitur exequatur. Iudex domum introibit illius, qui eam alienauit, uel in aream ſi domus nō ſit, cæteri uero foris ſtabunt, & iſtū cui hæreditas abſceſſa eſt, per manum accipiat, in præſentiaq; Scabinorū, eundē in domū inducat, hæc uerba dicendo. Quemadmodū tibi domus ſeu hæreditas coram iudicio abſceſſa, reſignata, donataue eſt, in illam te intromitto, prout ex ſententia mihi decretum fuit, & in teſtes accipio Scabinos, & alios Iudicio pertinentes, uel qui iudicio aſtabāt, quod te huc introduxi, prout iuris eſt. ¶ Poſtmodum uero reuertantur ante quatuor ſcamna, hoc eſt ad iudicium bannitum, & petat Iudicem, quod teſtis ſuus de iure eſſe uelit. Idq; Iudex facere tenetur, ex iuramento iudicio præſtito, & iſte tādem album nummum, Iudici & Scabinis dabit, perfectuſq; permanebit in iure ſuo.

Per ſimile etiā, quemadmodum Iudex teſtificabitur, ſic etiā Scabinos teſtificari oportet.

Gloſa.

Textus articuli declarat modū, quo pacto vnus iudicialiter bona ſua reſignare debeat. Venire em̄ teneť, vt textus habet, ante quatuor ſcamna.

e Vnde ante quatuor ſcamna venire, non eſt aliud, niſi corā Iudicio bannito cōſtituti.

Pro intellectu tamen articuli ampliori. f Notandum quod vnus bona deſinit poſſidere tribus modis. Primo cū illa vendit, quo pacto autem venditio aut emptio fieri debeat, & quę ad eam requiruñ, tum & quę vēditio valeat, quę vero non. vide C. de acci. empti. & vendi. ff. eo. titu. inſti. de empti. & vendi. p totū. g Secūdo ſi bona obligat vel impignorat, & iſtud nō diſcrepat a primo, niſi per id quia illud quod vēditur rehaberi & redimi non poteſt. Impignoratum vero recuperari poterit, reſtituta pecunia: vt. C. de pigno L. Creditores.

h Notandum etiā circa id, ſi quis bona ſua ſiue ſint mobilia ſiue immobilia in pignus dederit, i quantumcūq; longo tempore illa poſſideat: vſurpare ſibi loco proprij ea minime poterit, dūmodo probatum ſit ea obligata fore, niſi forſan aliter contractum ſit: vt C. Qui. mo. pig. contrahi. per totum.

Tertio ſi bona illa iudicialiter reſignauerit, iſtudq; neceſſario fieri debet de cōſenſu hęredum: vt li. i. ar. xxxiiij. & lij. Spe. Sax.

Contra id tamen argui poteſt: quod videlicet abſq; iudicio bannito, poteſt quis bona ſua alienare. Habetur etenim li. i. ar. xxxiiij. Spe. Sax. Quod ſine Iudicis licentia poteſt quis proprietatē alienare: ſi itaq; conſenſus iudicis nō eſt neceſſarius, quare nec iudicio bānito indigere quis debet in alienatione rerū ſuarum: ſufficit enim ad bonorum alienationem vt res vendatur: & emptori tradatur. vt Inſti. de re. diui. §. Per traditionem.

k ℟. Quod bonorum reſignatio iuridica, eſt

e. *Ante quatuor ſcamna uenire, q.t.*

f. *Bona deſinit unus poſſidere trifariam.*

g. *Sp. Sa. li. ij. ar. xxiiij.*

h. *Pignus nunq̄ præſcribitur.*

i. *Sp. Sax. li. ij. ar. xxiiij. feu. ca. lv.*

k. *Spe. Sax. li. i. ar. xxxiiij. glo.*

vtilis quoad quatuor. l Primo: quia per resignationem venditio firmatur & stabilitur: vt Instit. de re diuisi. §. Per traditionē. Secundo resignatio bonorum ad id vtilis est, si & in quantū bona censualia sint, vt sciatur q̄d in venditore amplius census repeti nō debet: signanter si esset census in bonis persessus, & venditor bona huiusmodi vendidit cū omnibus iuribus, emptorq; ita suscipit, teneb itur coram iudicio emptor cēsum soluere solus. C. de agri. & censi. L. iij. Tertia vtilitas: quia venditor contractum & forum negare non poterit, unde si bona illa impeterentur, venditorq; illa euincere cogerentur, negare non potest illa non vendidisse: ex eo quia vendi/tionem iudicialiter fecit: vt Spe. Sax. li. i. ar. viij. &. xviij. & Instit. de contrahen. empti. & uenditi. Quarto resignatio utilis est, ad uerā bonorum possessionem, & iuuat ad prescriptionē possessionis: vt Instit. de vsucap. & Iongi tempo. possessi. §. i.

Id quod in principio textus dicitur propriū si vnus alienare seu resignare velit &c. Intelligi debet. Positq; vnus ex sentētijs iuridicis ad id faciendū cōpellatur, sicut si vendat alicui bona aliqua, & is tandem resignationē iuridicam ab eo fieri expetat, consutui vtrq; cō rā iudicio bānito: vt textus habet teneē: Procuratorēq; seu ferendariū a iudice expetat: ad explendam resignationem huiusmodi.

Ferēdarius ẏo seu procurator hisce verbis a Iudice expeti debet. Domine Iudex faueatis mihi hominem: qui verba faciat & declaret mea, petoq; p sententiam eundē mihi de iure dari. m Iudex tandē interrogabit Scabinū. Ex quo quidē is ferendariū petit: an sibi dari debeat. Inuenietur ex sententia Scabinorum: quod sic: vt Spe. Sax. li. i. ar. Ix. Tādem & Iudex sententiam inuentā pronunciabit: quod pars ferendariū iusto habere debet. Vlterius vero expetet pars ferendarium quem habere voluerit: eum nomine pronunciando, cui & Iudex demandabit, vt negotium agat suum verbaq; eius faciat. Ferendariusq; vt sic acquisitus, hisce vel similibus verbis negotiū agrediatur. Domine Iudex peto fauorē mihi dari ac licentiam: vt verba facere possim, quod cū Iudex annuat. Vlterius procurator dicet. Domine Iudex, ego secundū iuris cursum prēcustodio. N. & mihi ius ac omne illud quod ad ius ptinet: vel pertinere videtur, siue illud exprimam siue non, peto iure decerni si id principalis meus cum suo procuratore in iure habere possit per simile ac si ea de verbo ad verbum exprimerem, vel qd sit iuris. Iudex tandē Scabinis insinuabit, vt ad q̄stionē propositam mutuo colloquātur, ibidē vero Scabinus respondet ex inuenta sentētia, qcquid prēcustodit iuxta formam iuris Maideburgeñ, hoc de iure habere debet. Posthac vero procurator cum principali ad partem cedat, sumpta prius a Iudice licentia: vt Spe. Sax. li. i. ar. Ixij. Posteā autē reuenerit cum principali, hęc vel similia proferat verba. N. vendidit hereditatē seu propriū, quod proprijs pecunijs, suo labore acquisitis coemerat, illud resignare vult. P. Iusse enim & legitime ab ipso propriū huiusmodi emit: n cum omnibus eiusdem iuribus: modis limitibus: prout illud habuit: tenuit: & possedit, & q̄ro petoq; per ius decerni, quemadmudū eum tantarum virium animi & corporis esse certi tis (sicut si ipse solus ad iudiciū, per circulū, per viās, semitas, sine alicuius adiutorio venit) quod ipse bona prętacta: dare potest cui voluerit, vt illi proficere possit in iure suo.

Per sententiam tandē decerni debet, si ostenderit: declaueritq; vires & fortitudinem ad id requisitam: prout iuris est: id licito facere potest. Quęrat tandem Procurator, peto de iure informari. q̄modo issud declarare debeat, decernetur secundum sui generationē.

Vlterius vero procurator interrogabit. o Ex quoquidem est militaris ordinis, peto per sententiam dari, quo pacto vires ostēdere debeat vt proprium alienare possit sententiabitur, si ita est fortis, quod de lapide seu trunco: vno cubito a terra eleuato: sine alicuius auxilio equum ascendere poterit, dūmodo equus & sirepa sibi teneatur, prędinctus tamen gladio: & clipeū in collo pendentē habere debet, extunc vires suas sufficienter probabit, p quod propriū alienare potest de forma iuris: vt Spe. Sax li. i. ar. lij.

Ciuis q vero si vires ostēdat suas, quod accinctus gladio sine alicuius adiuuamine ad iudicium venerit: & se adeo potentem fortemq; ostendat, per gladij eductionem, quod educere e vaginis gladiū: & viceuersa imponere libere possit, decernet sibi, qd bona labore proprio acquisita, siue sit proprium siue hęreditas, dare poterit cui voluerit.

Villanus r ẏo siue rusticus donationē facere potest, si declaret vires suas, in eo qd aratrū insequi possit per spacium vnius stadij, quia vt sic donatio valebit.

f Mulier autē si ex domo Ecclesiā incedere possit sine auxilio viri: vel mulieris, domus tamen vt distet ab Ecclesia in spacio viginti virgarum, t extūc bona alienare potest, quę sibi per mortem non sunt deuoluta. Prędustodiendum tamen quod mulier illa non sit in tutela alicuius, ita quod libera est: nullū habens tutorem, tum etiam quod sola per se iudicium venire possit sine adminiculo viri vel mulieris, & tandem ibidem stare, quoad donatio vel resignatio perficiatur, & vt sic donatio valebit.

Positq; vero ut sic per sententiam decernetur, qd bona resignari poterint, regratiabit Procurator deo & iudicio, propositū prosequēdo suum in hęc verba. N. resignat. P. domū quę iacet illic & illic, locum denominando cum omnibus iuribus, vtilitatibus, prouentibus, prout in suis graniciebus, distincta & limitata exist, & eā habuit, tenuit, & possedit, petitq; vestri officij autoritatē, vt & vos alienationem: seu donationē huiusmodi per sententiam confirmetis, prout & de iure facere tenemini Iudex tandem expetat signum a resignante. In instantiq; porrigere signū debet, vtpote capucium vel pileū, resignatioq; per Aduocatum confirmatur in hęc verba. N. resignat. P. Curiam, domum: uel ,ppriū: seu hereditatē: illic vel illic, locum nominādo situatam: cum omnibus prouentibus: vtilitatibus, cumq; omnibus eiusdem iuribus: modis & limitibus, prout ad eundem venit: cessit, donationem huiusmodi prout de iure fieri debet, & iuxta iuris formam ex officio meo per sententiam ratifico, confirmo, resignationēq; denuncio & publico, pro primo pro secundo, pro tertio, & ex superabundāti quarto. u Et quęro. S. per sententiam decerni. Quicunq; hic presens est, tacetq; & non contradicit, an in posterum silere debeat. vel quid sit iuris. Scabinus posthac decernet. x Ex q̄ quidem hi qui presentes sunt tacent, sententiamq; & ortilegium audiētes, donationēq; videntes, non contradicunt: sed silent, extūc merito in posterum silere debent.

Notandum tamen quod alienatio vel donatio huiusmodi corā iudicio facta: nociua sit, his q presentes sunt & silent, posthac eīs eos silere oporter. Illis vero minime obest, qui eidem contradicunt li. ij. ar. vi. Posthac tandē P. dabitur per Iudicem signum per appositionem pilei super caput, quod signum est resignationis. Cum id factum sit: petat. P. postmodum a Iudice indicationē seu intromissionē. Iudexq; vna cum Scabinis consurgēdo in domum seu curiam ibūt: vbi intromissio fieri debet, & ille foris manebit. Dicatq; Iudex. P. per manum eum apprehendendo, donationem seu resignationem, quę tibi coram iudicio facta est confirmando, in hereditatē donatam vel resignatam, prout ex sententia iuris decretū est, te introduco. Protesteturq; intromissio illa per Scabinos et alios iudiciū pertinentes, reuertaturq; tandem ad iudiciū, & intromissus contestabitur donationē Scabinis, album eis denarium dando.

ẏ Notandum quod solennitates iste resignationum ex constitutionibus hominū ortum habent. Cum enim Enoch filius Caim ciuitatem edificauit, cōstitutiones quędam ibidē sancite sunt, vt quicquid vnus labore acquisiuit suo, eidem nullus accipere potuit, sed nec ille alteri quicq̄ alienare, nisi consensus domini superueniat, & apportabatur in signum a domino nummus, in quo principis imago exsculpta fuit, ad representandū vo Iuntatem domini, quod tandem ad Romanos venit, & vltimo Maideburgeñ, secundū Ius Manicipale confirmatum: vt supra eo li. ar. vij. in glo.

l. *Resignatio Iuridica bonorū, utilis ad quatuor.*

m. *Practicā uide quo pacto ferendarius seu procurator a Iudice expeti debet, & alia de offiao procuratoris.*

n. *Solennitates circa resignationes hæreditatum fieri consuetas uide.*

o. *Vide quomodo militaris ordinis homo propriū alienare potest.*

p. *Spe. Sax. li. i. ar. lij.*

q. *Ciuis quomodo proprium alienare potest*

r. *Rusticus quomodo propriū alienare potest.*

f. *Mulier quomodo propriū alienare potest.*

t. *Virga quantum contineat uide Spe. Sax. li. iij. ar. xlv.*

u. *Hic ad scabinū uerba dirigere debet.*

x. *Spe. Sax. li. ij. ar. vi.*

ẏ. *Solēnitates resignationū unde ortum habeant.*

Articulus. XXI.

Quanto tempore propriū resignatum uarendari debet.

Qui a proprium dederit aut resignauerit illud uarēdare tenetur anno & die ut Iuris est, b hoc est anno & sex septimanis. In testimoniumq; cuilibet Scabino, datur denarius unus, Sculteto uero nihil porrigitur. Si uero donatio illa uel abscessio sub Banno regio fiat cum Scabini inuicem congregati sint. Iudiciumq; celebratur bannitū in possessionē rei donate aut resignate, intromitti debet ut prius dictum est, huiusmodiq; resignatio & intromissio confirmari in Iudicio legali per Iudicem & Scabinos: & exinde donatio sit iusta & legitima, illeq; eundem uarendare tenebitur ut prius dictum est.

Si c uero in Iure Municipali quis consederit negotiumq; ad id deueniat quod uarendatione indiguerit testis suus fore debet quoad uixerit

a. *Vide Spe. Sax. li. iij. ar. iiij. glo. & ar. lxxxiij. & uē li. i. ar. xxxv.*

b. *Annus & dies q̄s. Vide hic & supra ar. iiij. & Spe. Sax. li. i. ar. xxxv. ij. g. o.*

c. *Concordat Spe. Sax. li. ij. ar. lxxx. ij.*

Glosa.

Positq; alicui bona donantur vel venduntur, donatioq; per resignationem coram iudicio vt iuris est confirmata fuerit, extunc per sententiam queri potest an sibi bona vēdita uarendare non debeat vt Iuris est, decernetur quod varēdare licito debet, si pecuniam pro bonis libere ab illo tollere vult.

Pro d declaratione textus vlteriori sciendū quod venditor varendare necessario debet emptorem in re quam sibi vendidit, contra presentem anno & die, contra absentem quo ad vixerit, e vel signanter ad triginta annos & annum & diem, vt Instit. de vsuca. & Iongi tempo. prescrip. §. Iure ciuili, idq; statutum fuit, ne dominia rerum desolarentur.

Nota f tamen circa id quod proprium seu hereditas duplex est g stans & iacens. Stans

d. *Venditor quomodo emptorem uarendare tenetur.*

e. *Spe. Sax li. i. ar. xxix & li. iij. ar. lxxxij.*

f. *Vide feu. e. li. iij. et ar ea articulum li. ij. i. & Sax. abūdantius de hoc.*

g. *Proprium seu hereditas duplex stans & iacens.*

vt sunt domus curię. lacens vt sunt agri, & hęc differentia expresse tangitur Spe. Sax. li.i.ar.xxix. vbi dicitur, pròprietas & fundus non nisi post tricesimum & vnum annum, diemq; & sex septimanas aduersus Saxonem prescribunt. Per id enim cum dicitur pròprietas: agri intelliguntur qui & hereditas iacens appellatur. Cum uero dicitur fundus, domus & curię denotantur, quę inter hęreditates stantes connumerari debent.

Contra pupillum vero varendare vnum oportet ad quatuordecimum annum, & anno & die.

b. *Vide Spe. Sax. li.i. ar.xxix & li.ij.ar. xl iiij. de his abundantius*

Contra [b] Ecclesiam autem Monasteriumue prescriptio non fit nisi post quadraginta annos, & ita etiam per id tempus cum varenda re oportet. Contra ciuitatē vero nullus prescribere potest, vnde si quis bona ciuitatis emerit, quę proprię ciuitati pertinent, ea nul lomodo possidere nec prescribi potest.

Contra imperium prescribit vnus in quinquennio, si quis aliquid ab imperio emerit. Contra imperatorē vero vel imperatricem prescribitur in instanti.

Articulus XXII.

De Iure dotaliciali mulierum post mortem uiri.

INtelligendū uenit quæ bona uxor relicta post mortem mariti sui, Iure Municipali seruare potest, nihil enim uxor usurpabit sibi de bonis defuncti nisi id quod sibi coram Iudicio in eius proprio donatum sit ad uitam ipsius.

Spe. Sax. li..ar.xx. & xx.i.

Dicunt quidam quod mulieri in Iure municipali dari potest sponsalitia largitas, sine hæredum consensu, hoc tamē fieri non potest. Quicquid enim uxori Iure municipali corā Iudicio præstatur hoc necessario esse debet uel donatio propter nuptias, seu proprium cum consensu hæredum, uel bona mobilia in paratis mariti pecuniis. [a] Et in hoc discrepat Ius prouinciale a municipali. Iure enim prouinciali ad dotē pertinent sepes, edificia carpētata, pecora pascualia &c.

a. *Differentiam Iuris Prouincialis & Municipalis uide.*

Iure uero municipali ex quo omnes uno subsunt Iuri, Iusq; per æquū omnibus inseruit. Vnde uxor non plus accipit nisi parafernam seu geradam,

Glosa.

Superioribus articulis declaratum est quo pacto vnus proprium seu hęreditatem alienare poterit, articulus presens determinat de donationibus quas vir uxori facere solet. Et quia matrimonium est quasi primaria causa omnium Iurium. [b] Quare nonnulla de donationibus quę in fauorem matrimonij fiūt. subinferre placuit.

b. *Vide Sp. Sax. li.i.ar. xx. glo.*

Prima [c] itaq; inter virum & mulierē donatio fieri solet quę arra dicitur, huiusmodiq; donum dari solet, ante sponsalia & soluit duplum qui prebet causam quod matrimonium non subsequatur. Si vero moritur simplum restituitur vt C. desponsa. & arris per totum.

c. *Donationes quæ in fauorem matrimonij fiunt considera.*

Secunda donatio dicit in legibus sponsalicia largitas, hic vero & Spe. Sax li.i.ar.xx. dos nuncupatur. Estq; huiusmodi donatio quā vnusquiuis militaris ordinis vxori suę facit mane, antequā cum ea ad prandium discubuerit sine hęredum consensu, vt seruum qui annos iā attigit pubertatis, hoc est quartum decimum annum: & ancillam seruilem, etiā annos habentem: hoc est duodecimū attigentem annum, sepes, edificia carpentata, pecora pascualia: vt sup allegatū est li i.ar. xx.

Tertia donatio dicitur esse donatio propter nuptias, & ista adequari doti debet, quā vir accipit cū vxore, sed & quicquid defecerit in dote, etiā decrit in huiusmōi donatiōe, dicitur etiā huiusmodi donatio alio nomine dotalitium: seu vitę prouisio.

Quęstio circa id oriri potest. Si vir vxori certā pecuniarū summā denominauerit, & loco pignoris oīa bona mobilia & imobilia obligauerit, an vir bona huiusmodi vēdere aut oppignorare poterit: et an huiusmōi bonorū alienatio vxoris iuri nocere qd posset: nec ne d ℟. Secundum formā iuris: si maritus inscripserit vxori suę donationē propter nuptias: seu dotalicium indeterminate: seu generaliter in omnibus bonis quę habet: vel habiturus est, bona huiusmodi maritus vēdere: aut alienare poterit: iuxta eius voluntatē: absq; q̄uis vxoris cōtradictione. Si vo reformatio dotalitij fuerit in aliq̄bus bonis determinatim: vtpote in domo, vinea: vel bonis cēsualibus: alienare illa non poterit: nisi aliam similem faciat recōpensationē de forma iuris: vt Instit. qui, aliena, licet. §. nam dotale prędium. Ratio istius est quia q̄uis summa dotalicij denominetur bona nihilominus illa sua manent

d. *Dotaliūm reformatum in bonis indeterminate, utr bona illa nichilominus oppignorare poterit absq; mulieris contradictione.*

Cum vero specialiter in certa hęreditate fit

reformatio, eam neq; cum consensu nec sine cōsensu vxoris alienare potest nisi faciat sibi recompensam illius, hoc est quod similem summam in alijs bonis sibi assecuret.

Prēterea si locus ille in quo dotalicium reformatum est mulierem pertinet, nomineq; dotis viro cessit vt sic etiam vir ab vxore alienare non poterit eundem.

Intelligi tamē sane hęc prętacta debent, si uir dominium reseruauerit ad uitam suam cum huiusmodi bonis faciendum & dimittendū. Alij vero indeterminate tenent quōcumq; eueniat, postq; vir vxori sue certam summā post mortem suam in bonis suis generaliter reformauerit bona huiusmodi alienare poterit. ¶ Si vero ad mortem vsq; nō alienat, verū bona illa deteriorari contigerit, intantū q; peiorata sunt quod vix dotalitium in his cō sequi potest, [e] extunc vxor relicta dotaliciū obtinet ante omnes creditores [f] & ante omnia debita quę post denominationem ac reformationem dotalitij contracta sunt, vt in auten. de equali. do. §. aliud coll. vij. Si vero vir ante reformationem dotis, bona sua alicui obligauerat, debitum huiusmodi prędidit & dotalitium sequitur.

e. *Dotalicium acapitur ante omnes creditores quibus ur post reformationem dotalicij contraxerat.*

f. *Vide Spe. Sax. li.i.ar xx.*

Quęritur [g] vir inscribens certam pecuniarū summā pro dotalitio in bonis omnibus mobilibus & immobilibus cū reseruatione dominij de bonis illis aliter disponēdum cum eisq; faciendū & dimittendū, secundum eius beneplacitum. Postmodum vero impignoret bona huiusmōi in certa summa, mulierq; ibidem pręcustodiat quod illud nocere non debeat iuri suo, mortuo viro [h] creditor declaret debitū suum cum inscriptione ciuili, vel testibus post mortuā manum. Mulier itidē alloquatur & impetat bona viri declarando reformationem dotalitij cum sequenti vel simili propositione. Exquoquidem debitum suum prius prędessit in omnibusq; bonis reformatum extirit, an secundum formam Iuris non sit, propior circa id permanere, debitumq; dotalitij in omnibus bonis mariti recuperare de forma Iuris. Creditor vero contradicat. Quādoquidem mulier reproducit literas dotalitij in quibus expressum habetur, quod vir dominiū reseruauerat cum bonis suis faciendum & dimittendū iuxta eius beneplacitū, vigoreq; istius bona huiusmodi in certa summa quā probare possum mihi oppignorata sunt peto per sententiā decerni, an non sim propior circa pignus permanere meū q̄ mulier olim mortui relicta, vxor vero iterū replicando contradicat, sue reformationi huiusmodi obligationem minime nocere posse, ex quo sufficienter id sibi prędustodiuit circa obligationē prętactā cū dixit non nocendo Iuri meo, petatq; an reformatio huiusmodi dotalitij prędedere debeat necne. ℟. quod mulier est propior cum suis documentis & probationibus obtinere dotalitium suum ante omnia debita quę post denominationem dotalitij maritus in bonis reformauerat suis de forma Iuris, ut in auten. de equali. do. §. aliud. coll. vij.

g. *Dotaliūm reformatū in bonis cum reseruatione dominij, et bona illa oppignorentur mulier uero prædustodiat sibi ne uidelicet Iuri noceat suo prædedit dotaliūm.*

h. *Vide infra ar. cxl.*

Quęritur [i] mulier denominatum dotalitium habens in bonis viri, maritus tandem faciat fideiussoriā in bonis suis, vel promittat solutionem de consensu vxoris in hęc verba. Ego promitto vnacum vxore mea centum marcas, Iudexq; vxorem interroget an id vo luntas sua sit, promissionemq; istam bene deliberata faciat respondeatq; quod ego promitto, viro vero per mortē decedente vixq; tantum bonorum supererit, quod dotalitium consequi possit, creditor tandem relictam vxorem impetat coram Iudice &. scabinis occasione promissi cum uiro facti. Illa vero respondeat pro tempore illo se non fuisse sui Iuris, Verum sub potestate & tutela mariti, cui omnem tenebar obedientiam, nec plus etiam super promisso egi nisi quod dixi promitto vel spondeo, ac cum eo documēto traho me ad Iudicem & scabines, petoq; p sentiā decerni, an p hoc simplex promissum dotalitio meo sibi cedere debeam, quando quidem sibi obligationē secundum Iuris formam consuetā nullam feci. Creditor replicā do instet. Ex quo hic astando promissum, recognoscit quod sine aliqua determinatione vel exclusione fecerat nec aliquam coactionem aut compulsionem declarat seu ostendit Peto p sentētiam decerni, an iuxta promissū solutionē facere nō debeat. ℟. Ex quo mulier debitū recognosci audiuit, orecq; suo libere non coacta dixerat se promisisse nec pro illo tempore aliquā coactionem ad id fieri verbo aut facto meminerat bonaq; non super sunt alia ex quibus debitum solui possit, extunc vxor libera esse non potest a solutione huiusmodi de forma Iuris vt instit. de verbo: obliga. §. verbi obligatio.

i. *Dotaliūm mulier habens inscriptum ut aliquibus bonis & post modū cum marito obligationem faciat in bonis huiusmodi uel fideiussoriā libera esse non potest a solutione*

Circa id notandum venit quod ad hoc vt vnus debitor efficiatur [k] non requirit plura litas verborum, si enim dicat vnus tu debes mihi, & ille respondeat sic. Tandē iste dicat promittis soluere, ille respondeat promitto iam expleta est promissio, quia in omni promisso non plus requiritur nisi uolūtas, quitaq; soluere intēdit eque paucis verbis sicut pluribus promissum facit, & per simile cum paucitas verborū sicut pluralitas, ad satisfaciendum ligat.

k. *Debitorem non pluralitas uerborum sed simplex promissum efficiat.*

Aduertendum tamen [l] quod promissiones omnes fieri debent, ore & manu, ita quod quicquid ore promiserit, manu approbet, eandem sibi porrigendo in confirmationem fidei. Si enim posthac promissum negare uoluerit, luramētoq; euadere velit, manu illud per quam promissum fecerat ad sacra confirmare tenetur, vel si manum non habeat cum trunco manus id faciat, vt. C. de Iureiuran. per totum.

l. *Promißio fieri debet ore & manu.*

QVERITVR [m] vir vxori donans certam summā dotalitij in loco vbi id facere potest

m. *Dotaliūm reformatū in bonis censualibus etiam uidente domino censuali census antehac persistis prædedit solutionem dotalicij.*

Anno Domini 1469 to.
Maideburgi Feria

postmortē suam habendam, reformationēq; faciat in domo, quę censualis est, & dominus census presens sit, viditq; & audiuit donationem, & sententię nō contradixit, domus tandem illa comburatur, marituscq; decedat, exinde tādem dominus census trahat se ad areā domus combustę, iure censuali. Mulier vero relicta dicat ibi esse dotalitij sui reformationem, cui ipse presens fuit, nec reformationi contradixit. Quis illorum maiori iure aream illam possideat? R. Quod debita antiquiora opprimūt posteriora. Si itaq; census antigor est dotalicio, cedere oportet mulierem aream illam domino census, quā & vendere debet, si illam solus retinere non vult, nam & in electione eius est, illam retinendi. Taxari tamen debet per Iudicem et Scabinos precium eius: & quemadmodū taxata fuerit in voluntate domini censualis erit, in illa summa eam retinendi, & quicquid vltra eius censum excreuerit vxori datur pro dotalitio. Sivero deficiat adimplere mulier nō tenetur. Nullum em promissum super eo fecerat.

Sciendum tamen circa id, si maritus relictę domino censuali censum tenebatur pro vno duobus vel tribus annis, ante reformationē dotalitij, vel etiā post, & illum pro censu retento non monuerit, non poterit vt sic cum censu illo dotalitium impedire mulieris. Verum cum muliere super eo iure experiri, & si recognoscat soluere cogitur, si negauerit iure suo absoluetur.

n. Dotalium denominatum uxor tandem moriatur sine liberis marito superstite, cui cedit dotalitū huiusmodi.

n QVERIVTR vir donans seu denominās dotalitium vxori iuxta consuetudinem prouincię, precustodiatq; cum illis faciēs. & dimittēs facultatem, sed non exprimat conditionem vir, quod post mortem suam: vel aliquid simile, dotalitium illud vt expediatur. Mulierq; decedat sine pueris, & tandem pater dotalitium expetat denominatū, maritus vero maiori iure sibi pertinere, & ad eū deuolui alleger. Quis eorum propior sit consequi dotalitiū huiusmodi? R. Si vir denominet dotalitium vxori suę iuxta consuetudinem prouincię: moriaturq; mulier sine pueris, dotalitium huiusmodi cedit patri. Si vero circa denominationem huiusmodi dotalitij conditionē expresserit, vt pote quia post mortem suam, vel reseruata facultate cum bonis faciendum & dimittēdum, extunc dotalitium maiori iure apud virum manebit. Conditio em̄ ius immutat limitatq; legem, positq; conditio huiusmodi probatur, vt iuris est. vt ff. de pactis L. i.

o. Vide hoc idem infra ar. lvij. in fi. glo.

QVERITVR P Vir promittens dotalitium vxori, per fideiussoriamq; stipulatus illud reformare, positq; sibi etiam dos promissa extradatur, interimq; ante reformationē decedat vir, & tandem dotalitium expetatur apud fideiussores, illi vero defendant se, nondū forsan adhuc esse extraditam dotem ex parte relictę iuxta contractū factum, illoscq; semper paratos fuisse fideiussorie satisfacere, dūmodo etiam illi satisfecissent promisso suo in extradenda marito dote. vxor vero relicta, vel amici eius dotem marito esse extraditam allegent, sufficienti testimonio id probaturos se offerentes, quibus & notum est id ita fieri: fideiussores vero solutionem negēt, an vt sic vxor maiori iure testimonio presupposito, quod dos extradita sit dotalitium suū in bonis viri obtinere possit, cū ipsi negatiua absolui. R. Vir denominans mulieri dotalitium, illudq; reformari permittit, positq; sibi dos extradatur fideiussoriaq; de seruando pacto ex vtroq; subsequatur, sub hac conditione vt supra tactum est, quod videlicet reformatio sit extradita dote, morteq; decedat vir, nulla facta inscriptione, & amici mulieris ostendant & declarent satisfactionem doris iuxta cōtractum, fideiussores vero mariti recognoscant quidem fideiussoriam, sed solutionē negent, extunc facta probatiōe solutionis dotis, mulier maiori iure obtinebit dotalitium iuxta promissum fideiussorum, quā ipsi negare debeant: vt Spe. Sax. li. ij. ar. vi.

p. Dotalitū per fideiussoriam reformari promissum postquam dos extradatur marito non facta reformatione an consequatur dotalitium.

q. Dotalitū denominatum coram uiris fidedignis siue sit post modum inscriptum siue non uxor probabit dotalitium sacramēto.

QVERITVR q Vir superducens vxorem coram certis hominibus: protunc circa sponsalia astātibus, dotalitium denominet in bonis suis, domo, prędio, horto, vinea, & vxor cū marito bona huiusmodi post denominatum in eis dotalitiū possideat, anno & die sine impetitione, nullaq; posthac inscriptione dotalitij in bonis illis facta, vir ex hac vita decedat, heredes vero viri iuxta aliquorum cōsuetudinem, relictam ex bonis alienare vellent, r eidem subsellium ante ianuam domus ponēdo cum colo, si forsan post tricesimum diē luctus sit, eandemq; cū paraferna contenta re vellēt: illa vo trahat se ad bona in eius dotalitio, heredes tandem dicant se facere paratos: id quod iuris esset, dum modo probationem habeat, relicta tandem vidua, paratam se offerat testibus: viris possessionatis dotalitium sibi promissum coram eis factum, heredesq; testimonium admittere nollēt, sed affectarent vt probatio sit testimonio iudicij banniti, vel actorum ciuilium: seu literarum, si et in quantū his careret, nolle admitti alia probationē &c. An mulier cū testimonio huiusmodi maiori iure dotalitium consequi sui: q̄ heredes cōtradicere possint, vel quid sit iuris. R. Vir denominans corā hominibus fidedignis dotalitium vxori, siue cōfirmet illud inscriptione: siue non, vxor facilius obtinet dotalitium sacramento suo, s possessionē vero in qua dotalitium datum sit cum testibus: q̄ heredes viri eam alienare possint de forma iuris: vt Spe. Sax. li. i. ar. xx.

r. Hæc consuetudo qd̄ uidelicet relicta uidua reformatione dotalitij carens ante ianuā eiꝰ debeat ut glosa habet quia absurda quare apud nos usitata.

f. Spe. Sax. li. i. ar. xx. & infra Iure municipali ar. lvij. glo.

s. Dotalitium si non sit denominatū q̄is mulier apportet pecuniā ad uirū, dotalitium ex tradi non oportet, datur tamen actio contra hæredes super pecunia apportata.

QVERITVR t Mulier apportans certā pecuniarum summā ad maritum, nullumq; denominatum habeat dotalitium, moriatur tādem vir, & heredes de pecuniis apportatis nihil se scire dicant, huiusmodiq; ignorantiā vt iuris est probare se offerant, tum etiā, quia nihil dotalitij sibi promissum sit, an propiores non sint, iuxta negatiuā permanere suam q̄ mulier eos conuincere: vel quid sit iuris. R. Cum nihil promittitur, id solui nō oportet, sed si mulier querulatur contra heredes occasione bonorum, quę ad maritum importauerat, heredes vt sic propiores erunt euadere testimonio post mortuam manum q̄ quis eos, excepto iudicio conuincere possit de forma iuris: vt li. i. ar. vij. & xviij. Spe. Sax. & itē ar. xv. eiusdem libri. Et quia eis notum non est, si quid ipsa in domum apportauit patris: nec nec vnde & ad euadēdum periurij notā, cum periculo etenim iurat, cum quid ignorauerit quis. Quare si heredes relictę, vel testibus eius fidem super eo dare volunt, id stabit voluntati eorum.

t. Dotalitium si non sit denominatū q̄is mulier apportet pecuniā ad uirū, dotalitium ex tradi non oportet, datur tamen actio contra hæredes super pecunia apportata.

u. Dotalitium uxoris ex priori marito uir secundo nubens & eā superuuens, q̄us á pueris diuisa non erat, obtinet in bonis mobilibus.

QVERITVR u Dotalitium inscriptum si sit mulieri, ac reformatū in bonis mariti, moriatur vir, & ipsa cum pueris maneat in bonis huiusmodi indiuisa in vera possessiōe, aliiq; tandem superducat virum, iscq; secundo nubens vir maneat secum in bonis illis, & cum hoc mulier promittat sibi dotem, & ille vice uersa dotalitiū denominet: moriatur mulier in bonis puerorum indiuisa, vbi nec dotalitium prioris mariti sibi expeditū sit ab heredibus, ita quod in manum eius ipsa viuēte nunquā venit vel cessit, is tandem maritus superstes dotalitium vxoris expetat, nec bona euacuare vult, quoad sibi dotalitium extradatur, heredes vero cōtradicant matrem eorū indiuisam cum eis ad mortē patris in bonis mansisse, quibus illi nunq; renunciarunt &c. An x dotalitium huiusmodi maritus cōsequi posset nec ne? R. Maritus denominās dotalitiū vxori relictis pueris moriatur, maneatq; indiuisa in bonis mortui, & tandē aliū superducat virum qui in bonis illis indiuisis secum maneat, mortua vxore maritus superstes. Ius omne vxoris mortue in bonis mobilibus obtinet quod vxori competere videbatur de forma iuris.

x. Vide Spe. Sax. li. iij. ar. lxxvi.

Nota quod dotalitium & Ius de super sanctum in fauorem mulieribus datum est, ante hac enim id non seruabatur, vt Insti. de dona §. est & aliud genus. Quare & quęuis ciuitas in denominando vel consequendo dotalitio specialem seruare potest consuetudinē & illā viceuersa reicere quando vult.

Vnde & apud Maideburgen. specialis occasioñ dotalitij seruatur cōsuetudo, illam tamē alię ciuitates seruare nō tenentē, immo si quādo appellatur ad Maideburgū in causa dotalitij non decernitur pro iure consuetudo illorum, vt necessario alibi fieri debeat & seruari teneatur.

y. Consuetudinē Maideburgen. occasione dotalitij uide.

Consuetudo autē y Maideburgen occasioñ. dotalitij hęc est. Positq; vir superducit vxorē: vel superducere intendit, extunc promittitur marito dos cum ipsa. Tandem vero in sessione consulari: vel coram iudicio datur promissum illud donum, & quantum dotis fuerit, tum etiā in quantū se bona virí extendūt; facta prius bonorū diuisione per medium, inscribit & reformat ad acta dotalitiū in medietate bonorum suorum, & vt sic illud quod vxori donat, ex his debita soluere nō oportet, daturq; ex officio ad donationem illam tutor proximior agnatus, ex parte gladij, hereditatq; tutoria huiusmōi ad sequen. & hoc ex eo fit, si forsan posthac maritus vxorē verbis allicere, vel etiam cogere vellet, vt abrenunciet bonis illis, quod id facere nō posset: nec ei liceret sine tutore. Vel etiam si quid fil pulata sit, aut promittat, vt promissum illd robur non habeat. Preterea & maritus bona huiusmodi sibi reformata, nec vendere: nec oppignorare potest, sine licentia tutoris. Est tamen maritus quoad viuit dominus bonorum huiusmodi: quantū pertinet ad vsufructum illorum. Sancitumq; plebiscitum huiusmodi in ciuitate Maideburgen. propter id est, ne quis bonis defraudetur suis in substantiaq; damnificetur propria, quod forsan subsequeretur, nisi hęc constitutio fiat. Sed & iusticię non repugnat constitutio pretacta.

z. Vide supra eodem li. ar. i. & Spe. Sax. in prolo. li. i.

z Plebiscitum etenim seu constitutio fieri debet honesta, iusta, possibilis, secundum naturam patrię, loco, temporiq; conueniens, necessaria, vtilis, manifesta &c. vt habetur. iiij. & viij. eiusd. Quę contra mores hominum. & supra eo. li. ar. i. & Spe. Sax. in prolo. li. i. Plebiscitum vero presens hęc omnia in se comprehendit, manifeste em̄ exequitur negotiū dotalitij, necessarioq; fit donatio huiusmodi coram publico ciuium iudicio sub banno regio, vbi omnes iudicio pertineñ. interesse tenentur. Si vero in edificijs dederit, quid id cum cōsensu heredum necessario fit: vt li. i. ar. lij. & xxi. Spe. Sax. Est etiā consuetudo ista honesta, quia propter decorū & honestatem matrimonij sancita: vt Insti. de donati. §. Sed & nos plenissime. Est etiā vtilis, temporiq; accommoda. Si em̄ maritus facta huiusmodi reformatione: bona pretacta alienare deberet, ad inopiam vxorem & seipsum induceret: vt Insti. de his qui alieni iuris sunt. § Expedit em̄ reipublicę. Est etiam vtilis persoris, positq; em̄ donatur quid, illius est cui donatur. Reseruatur tamen apud eum dominium: quoad vsufructum bonorū illorum, nō tamen illa alienare poterit. Contingat etiam virum in cōditione facultatum suarum deteriorari, debitaq; contrahere, siue illud fiat cum consensu mulieris siue non: dū non superuenit tutoris consensus, illis omnibus tutor contrauenire poterit: vt Insti. de autori. tuto. §. Vnde in his causis. Maritus etem̄ bona vxoris post factam donationem in tutelam duntaxat accipit, facultatē tamen non habet illa alienandi. Moriatur vero tandem vxor, medietas bonorum cedit marito, alia medietas ad proximos mulieris, dummodo pueri non superextent. Si vero pueri fuerint apud maritum manebunt bona huiusmodi, quod si postmodum pueri a patre separari

volu erit hoc est cum aliam forsan superducat vxorem, uel simile huic, [a] extunc pueris extradere tenebitur dotem illam reformatã: vt in auten. de equalita. do. §. Si vero. coll. vij. & in autẽ. necq; vir. quod ex do. est. §. Propterea. coll. vij.

QVERITVR. [b] Si vir superduxerit vxorẽ cũ qua nihil dotis aut bonorũ acceperit: labore q; mutuo bona acgranẽt: et exinde moriatur vir, nulla ei facta reformatioñ. ꝓpinquiores tandẽ eidẽ nihil dare vellẽt immo iuxta aliq̃ rũ cõsuetudinẽ, vacuũ sedile seu subsellium cũ colo ante ianuã sibi exponẽdo: eã [c] sedere faciãt. An bona huiusmodi, q̃ laboribus iuuit congregare suis potiori iure mulieri cedant necne? R. Si vir vt supra: vxorẽ superduxerit cũ qua nullã dotẽ accepit, & ex vtroq; nihil bonorũ habuerunt, verũ labore adauxerunt mutuo, nullaq; reformatione facta moriatur [d] extunc obtinet tertiam partem bonorũ mariti. In fine tamen eiusdem articuli habetur: quod in quartam partem succedit omnium bonorum, & cum hoc parafernam seu geradam de forma iuris.

Et quia dotalitium mulieribus ex gratia statutum est Iure Municipali. Vnde notandum venit, cur dotalitium hoc vocabulo nominetur, & propter quam causam statutum sit. Dotalitium etenim seu vt alij volũt donatio propter nuptias aut vitę prouisio dicitur esse beneficium illud quod imperatores ex speciali gratia mulieribus post mortem viri ad vitam eorum statuerunt vt instit. qui. ali. lice. vel non. Nec ea infringere quis potest nisi id demeruerint vt Spe. Sax. li. i. ar. xxi.

Notandum etiam circa id prout & declaratum habetur Spe. Sax. li. i. ar. xxi. glo. quod nouem modis contingit [e] mulierem dotalitium seu vitę prouisionẽ ammittere suam, quę si maritus vel eius agnatus tempore vitę mariti probauerit de facto vitę prouisionẽ perdit. Quędam vero ex his post mortẽ mariti contra ipsam probari possunt. Primo si bona per maritum donata desolari faciat vt pote edificia destruat vel ligna fructifera succidat & in manuali facto detineat [f] septemq; viris pleni iuris conuincatur carebit gratia data. [g] Secundo si per iudicem conuincatur quod homines innatos & ad bona illa pertinentes alienauerit & exinde bona desolari faciat. Tertio si bona ex possessione dimittat sua. Quarto si per septẽ testes conuincatur sup̃ perfidia & fraude erga Imperiũ. Quinto si tẽpore vitę viri voluntarie sacramentum matrimonij fregerit: seu adulterata sit, & in facto deprehensa. Contra istud tamen argui potest, quod iste quintus modus nõ rectepo nitur, quod ex adulterio vitę prouisionẽ mulier ammittere deberet. Habetur enim Spe. Sax. li. i. ar. v. Quod mulier propter luxuriã sui corporis famam quidem denigrat suam, Iura tamẽ & hęreditatẽ non perdit. R. Quod ibi loquitur de mulieribus nõ maritatis, hic vero de his quę maritate sunt. Tum etiã ibi loquitur de hęreditate qã succedere possunt: hic vero de vitę prouisione intelligit. Sexto si in mortẽ viri insidiata fuerit, vel alios machinantes marito non indicauerit. Septimo si prẽter consensum mariti cum alijs conuiuabat: & balneabat. Octauo si extra domum per noctem mãserit, nisi forsam eam maritus expellat. Nono si spectaculis, theatris, inhonestis cõgregationibus interfuerit prẽter voluntatem viri: vide de hoc in autẽ. vt lice. ma. & aui. §. quia vero coll. vij.

Prẽterea notandum est, quod sex iti dem sunt causę propter quas vir ab vxore dotem perdit, [h] donationemq; propter nuptias dare cogitur. [i] Primo si conuictus sit quod cõtra Imperium aliquid dolose egerit. Secundo si alios contra Imperium machinantes non publicauerit. Tertio si vitę mulieris insidiatus fuerit. Quarto si castitati eius contraueniat eam tradendo ad adulterandũ. Quinto si de adulterio eam calumniauerit & id non probauerit. Vel etiam secundum alios, si ipse de adulterio diffamatus sit. Sexto si concubinam in domo apud se in contumeliam vxoris fouerit: eamq; alienare non vult: vt in auten. vt liçe. ma. & auie. §. Causas. &. §. si aũt. coll. vij.

QVERITVR [k] Si homo ex iusta & legitima causa per ueramq; sententiã ab vxore separatus sit etiã hoc super apposito, vt vtq; eorum alium vel aliam supducere possit, q̃ pacto vxor sic separata: expedienda a viro venit. R. Si vir iuxta iuris formam ab vxore separatus sit: diuortio subsecuto, [l] ipsa nihilominus retinet vitę prouisionẽ in proprio viri sibi datam. Si vero in bonis feudalibus assignata est vitę prouisio, seruabit etiam illa ad vitam, & cum hoc omne illud quod sibi datũ vel donatum per maritũ fuerat, quod si nihil sibi datũ sit, vel promissum, in quartam viri bonorum succedit partem: vt in autẽ. de introdu. & exhibe. reis. §. quoniam vero coll. v.

Sciendum circa id [m] quod in proprio est vera mulieris donatio propter nuptias, sed tẽpore vitę mariti est vitę prouisio, seu expectãtia feudalis. Post mortem vero est eius feudum, feudum enim vlterius seruari non potest, nisi ad vitam, nec hęreditat ad mulierẽ, nisi ad virum.

a. *Spe. Sax. li. i. ar. xi.*

b. *Dotalitium si denominatum non sit uxori & bona habent labore acquisita uxor tertiam bonorum accipit portionem.*

c. *Hæc consuetudo tanquam absurda apud nos non seruatur.*

d. *Vide Spe. Sax. li. i. ar. xxi. in fi. glo. ubi habetur quod in quartã partem bonorum succedit: concordat tamẽ ar. xxiiij. glo. fi. qui disponit quod in tertiã succedit uiri bonorũ partem secundum tamen consuetudinẽ prouinciarum.*

e. *Causas quando mulier uitæ prouisionẽ ammittat uide.*

f. *Hic mulier testimonio uincitur. Vide eãdem infra. ar. xci.*

g. *Vide hoc idem Spe. Sax. li. i. ar. xxi. in textu & in glo. & seu. c. xxi. glo.*

h. *Spe. Sax. li. i. ar. xxi. glo.*

i. *Causas uide quando uir dotem perdit donationem propter nuptias nihilominus dare cogitur.*

k. *Diuorão facto quid bonorum uiri uxor retineat.*

l. *Spe. Sax. li. i. ar. xxi. glo.*

m. *Vide Sp. Sa. ar. lxxv li. iij. & li. i. ar. xx.*

Articulus XXIII.

De Gerada seu paraferna & quæ ad eam pertinent.

COnsiderandum ulterius quæ ad geradam seu parafernam pertinent. [a] Ad eam enim specta-

a. *Vide Spe. Sax. li. i. ar. xxiij.*

202

re uidẽtur omnes uestes muliebres incisi panni, & tela itidem cisa ad usum mulieris, & ea quæ pro ornatu deferre solent mulieres, ac ea in suo habuerit reseruaculo & tutela. [b] Prætereа omne aurũ, argentum ue, quod formatum est ad ornatũ mulierum, omnes annuli, brachialia, cinguli, sericum formatum, cortine appendicula, scamnalia cũ uelaminibus, linteamina, balneamia, uelamen, lectũ, puluinaria, cussini, mẽsæ, patelle, caldar ad abluendũ, linum, filum omne nereatum, siue sit dealbatum siue non, libri qui a mulieribus usitãtur, anseres, anete, oues pastorem præcedentes.

Si uero maritus sit Institor, aut Mercator, qui uenales res huiusmodi habere solitus erat, ut sunt cortine, apendicula, tapetia, illa mulier obtinere non poterit, nisi quæ pro ornatu eius camere pertineant, uel ad maximum de singulis horũ tria pro ornatu habitatõis apparamẽta.

¶ Si uero maritus, fuerat hospites fouere solitus, nõ potest illa omnia obtinere.

Ea etiam quæ hic expressã habentur intelligi debent, si uxor ad maritũ geradam apportauerit, ut oues. Quia si maritus antehac oues habuerat, priusquã uxorẽ superduxit ad id proxima cognata nullum ius habebit. Quicquid autẽ in alio muliebri ornatu fuerit, hoc cognata p/cipit, signanter omne illud quod uxor ad maritum importauerat.

Decedat uero uxor marito, cognata quæ [c] accipit parafernã lectum marito struere debet & adornare sicut fuit tempore quo uxor uiuebat sua. Scamnumq; cum puluinari, & mensam cum mensali, manutergiũ simul & sedile cũ cusino relinquet. Nulla etiam accipit cibaria agnata prætacta.

b. *Cracouien. in expetẽda uel tollenda paraferna seu gerada, plebisitum ac priuilegiũ obseruant speciale.*

c. *Vide Spe. Sax. li. iij. ar. xxxviij.*

Glo.

Pro declaratiõe textus articuli presentis qui de paraferna seu gerada tractat. Notandum quod gerada nõ est aliud [e] nisi illud quod ad domum viri alicuius in cõmuni pertinet nulluscq; accipere geradã potest nisi mortuę vxoris vel virginis proximior cognata ex parte fusi. [f] Quemadmodũ etiam arma belli ca nullus accipit nisi proximior agnatus ex parte gladij, maiorem tamen & ampliorem interpretationem horum vocabulorum cuius agnati & cognati sint vide in fi. de legiti. agna. tutela. §. sunt autẽ agnati. [g] Cognatecq; huiusmodi procedere dicuntur ex parte fusi ratione cuiusdam similitudinis. Mulieribus etenim nere innatum est, vnde & Ius merito id mulieribus indidit vocabulum, quod omnes ab eis descendentes ex parte fusi originari dicuntur. Vnde q̃is vnus vir sit ex parte tamen matris descendens mihi in consanguineitate pertineat, cognatus nihilominus dicitur: vt Instit. de legi. agna. tute. §. At qui per feminini sexus. Quare vt iam prehabitum est. Quicunq; geradam accipere vult ex parte fusi ad eã pertinere debet. Exindecq; de facili potest solui instantia, quã aliqui contrã id formant, fundantes propositum super articulo tertio libri primi vbi dicit, qui eque in gradibus se computant, per equum hęreditatẽ derelictam percipiunt, quia & siquidẽ mulieres ante omnem diuisionem geradam tollunt, [h] in recompensam tamen, filij etiam ante omnẽ diuisionem arma bellica accipiunt, tum & feudum.

Enumeranteq; per longum in textu ea quę ad Geradam pertinent, generaliterq; omnia illa quę ad ornatum corporis mulieris concernunt, Gerada dicitur.

Sane tamen id intelligi debet si etenim vir & vxor ornatus huiusmodi mulierũ verum dari soliti erant, ex eoq; victum habuerunt suũ ad hęreditatem, & non geradam pertinebit, excepto eo, quod mulier pro vsu habuit suo, in scrinioq; & possessione retinebat sua.

QVERITVR [i] Vxore mortua, cognata si expetat geradam ante tricesimum, vel infra dies luctus, maritumq; ad Iudicem trahat, sibi actionem intentando, maritus vero gerade extraditionẽ non neget, verum ante tricesimum diem eandem expedire non teneri alleget, petens per sententiam id decerni. R. Post mortem vniusset si quidem gerada tum & arma bellica de iure iã cedunt in illos quibus per successionem pertinẽt, siue sit vir, siue

d. *Gerada quid sit.*

e. *Spe. Sax. li. i. ar. xxvij*

f. *Spe. Sax. li. iij. ar. xv.*

g. *Cognata ex parte fusi descendere dicitur.*

h. *Vide Spe. Sax. li. i. ar v. & ar. xxiij.*

i. *Geradam ante tricesimum expedire non oportet.*

mulier, eandem tamen vir ante tricesimum diē extradere, aut occasioñ. huiusmodi gerā pari minime tenetur. Spe. Sax. li. iij. ar. xv.

Sed si is, cui de iure gerada pertinere dicitur, infra tricesimum venerit cum Iudice & prēcone, expetatq; ostendi geradam, & ille recusat, nec claues dare vult ad scrinia vxoris pertinentes. [k] Iudici mulctam & parti emendam prestabit, impetiq; ante tricesimum querelam poterit, & geradam reponere tenebitur: vt li. iij. ar. xv. §. Retentor vero.

k. *Spe. Sax. li. iij. ar. xv.*

Posq; vero vt sic [l] Gerada post mortem cognate alicui cedit venire cum ferendario ad iudicium bannitum debet, factisq; reformationibus vt iuris est: ferendarius tandē dicat. Hic astat. B. & ego verba eius pronuncians, ea quā decet decentia, exponitq; : quod eius auia, soror, vel alia quecūq; sit cognata mortua sit, geradam relinquens, quę iure eā pertinet, ad quā se trahere vult, petens per sententiā sibi decerni, quo pacto id fieri debeat, vt proficiat iuri suo. Decernetur tandē quod [m] probare teneā mettertia cū proximioribus agnatis, id cum factum sit, ferendarius tandē proponat: hic astat. B. cōcitareq; dedit ad iudiciū. P. habens contra eum nonnihil agere. Iudex demum interroget preconem, an eundem citauerat. Iterum ferendarius indicet se contra partem citatam, insinuans nonnihil cōtra eum propositurum si presens sit Si vero non aderit, cōmunis sententia cōtra contumaces ferri consueta expeti debet, & si nō venerit infra sententiā, extūc procurator apponat, hic presens est iudicio. B. q citare ad iudiciū dedit. P. qui nec cōparuit, cōmuniscq; sententia iam lata est, an iam liceat sibi propositionem declarare: propter quā causam citatus sit. Iudex tandem sibi dicat, quod id facere potest. Ferendarius exinde manifestabit, quod ille citatus sit pro gerada, quę iusto per mortē sororis: vel alterius cognate eius principalē vtpote. B. pertinet, quę si hic presens adesset contra eum querelam vt iuris est formare uellet, [n] petatq; vt aduocaretur hisce verbis. P. Respondeas ad obiecta. B. pro primo: pro secūdo: pro tertio: & ex superhabundanti pro quarto. Interrogetq; procurator, quid iam mulier vlterius facere deberet. per Iudicem insinuetur, quod partē pro iudicio sequenti, secundario citet. Id cum factum sit, tempusq; iudicij aduenit, ferendarius iterum proponat. Quemadmodum. B. citauerat ad iudicium transactū pro primo termino. P. prout id Iudice: Scabinis, actisq; iudiciorū probare vult & probat de facto, & nunc secundus iudicialis terminus sit, illeq; non cōparet, quid vltra facere debeat. R. qd pro tertio eūdem citare debet. In tertio ỹo termino si non comparuerit decernetur sibi adhuc legale impedimentum, quod si non importauerit ad iudicium proximum: extunc procurator, negotiū continuet hisce verbis. B. cōcitare ad iudiciū procurauit. P, queritq; cōtra eum pro gerada quadraginta sexagenarum quam occupat contra deum, contra ius & iusticiam, qui nec cōparuit citatus, prout acta iudiciorum testantur pro primo, secūdo: tertio, sed nec legale impedimentum importauit, quid iam vlterius facere debeat, Iudex cōmunem proferat sententiam, quę cum decernetur, & ille non comparet. Procurator tandem dicat. [o] Ex quo quidem cōmunis sententia lata sit, legaleq; impedimentum sibi reseruatū, quod nec importauit pro quartoq; termino: contumāx factus: petit. B. per sententiā sibi dari: an iusto & secundum iuris formā ius suū super. P. perduxit nec ne. Decernetur qđ legitime & secundum iuris formam ius suū quod iusto sibi pertinet, iuxta querelam suā perduxit de forma iuris. Vlterius tandē Procurator ḡrat. Ex quo ḡdem eā in sua impediuit iusticia, an non succubuit tot emēdas: ḡt iudicia citatus neglexit: sentētiabitur qđ sic. Posimodum interroget an iam sequi sibi gerada libere non debeat, & an occasioñ. emende pignorari possit. R. quod sic. Finaliter interrogabit, si & in quantū non in toto gerada prout Scabini dictauerint inuenietur, quid ille demerebitur, sententiabitur quod emendā & mulctā, ibidēq; sentētiabitur, qđ in quinde na soluere debeat, si iusto se nō excusauerit ꝯ Et quemadmodū hęc practica formata est occasioñ. geradę, ita p̄ simile formari potest: occasioñ. aliorum quorumcūq; bonorū, Pter enim citatus si quis non comparuerit, mitti actor debet in possessionem, in quantū iuris ad id habeat. vt. Spe. Sax. li. i. ar. lxx.

Si ỹo ad primā querelā cōparuerit potest ad obiecta respōdere: defensumq; facere: prout melius & vtilius sibi videbit. Et signāter iuxta aliquarum ciuitatum consuetudinem responsio ita formari potest. Ex quo quidē hic astat B geradā expetens, ciuitatisq; nostrę nō est incola seu ciuis, idq; me ad consulatū traho, ciuitas ỹo nostra q̄ speciali prȝogatiua Principe nostro condonata est, tum & laudū ciuitatis habet. Quicūq; incola ciuitatis nō sit, facultatē potestatēue nō habet expetēdi hereditatē: geradā: arma bellica: & aliā quācūq; deuolutionē, petoq; per sententiā decerni, an aliquid contrarium pati debeā. Si vero probari potest: quod ciuis sit ita quod de bonis suis iuxta laudum ciuitatis exactionē soluit, annoq; & die in ciuitate mansit, quod & probaturum se offert regestris ciuilibus libroq; exactionum, & petat decerni, an non propior sit iuxta petita sua permanere, q̄ repulsam pati, vel quid sit iuris. R. per sententiam. Si mulier libro ciuili probare poterit quod ciuis sit, exactionēq; soluit: ac possessionatis hominibus apud quos anno & die mā sionē habuit docuerit, propior erit iuxta postulationem suam permanere q̄ quis eam repellere ab actione posset de forma iuris.

Posimodum vero ad responsionem ex sententia cogitur, exinde. B. formet querelā cōtra. P. vel contra alium quocūq; nomine voceť. occasioñ. geradę in valore. xl. sexagenarum, aut prout eā taxauerit sibi iusto ex morte cognate suę pertinētis, petens responsionē super eo fieri. Si tandem. P. dicat, [r] ego & vxor mea omnia bona mobilia & immobilia a maximo ad minimū, nō excepta etiā geradа aut armis bellicis, vnus alteri tēpore vitę mutua donatione inscripsimus, ea conditione, vt qui alterū superuiueret, is omnia possideret bona, plenariā habens facultatē cum eis facieñ. & dimittendum. Donatioq; huiusmodi per sententiam iuris confirmata est, qđ si contradicere velit, probaturum me offero, literis sub sigillo ciuitatis: vł iudicij, quas huiusmodi literas ex sententia iuris consecutus sum, sed & in bonis huiusmodi vna cū vxore mea post factam donationem residebā anno & die, & alio anno & die, & item tertio anno & die, ac longiori tempore, sine aliqua allocutione, vxorq; mea quam superuixi mortua est, nihil speciale extra donationē possidēs petō per sententiam dari: an maiori iure gerada apud me maneat, q̄ in. B. prętactam cedat. Quandoquidem ipsa presens in prouincia protunc fuit: cum donatio facta sit: nec ei contradixit. B. vero in oppositū contradicat. Ex quo quidem hic. P. meminit de literis, q̄ bus probare vellet donationem omnium bonorum in generali per vxorem sibi factam, contra quas: nō ax affectu agere volo: nec eis recognitionicq; Scabinorum cōtrauenire animus est, nisi in quātum iusticia postulauerit. Quędam em̄ bona vir & mulier inter se possidentia indiuisa ad vitam, quę vnus alteri dare [s] minime potest, in damnum illorum qui expectantes sunt deuolutioni illi, prēter voluntatem illorum. Bona vero nulla nomine gerade nuncupari possunt, nisi moriatur, [t] is post cuius mortē quis geradam expetere debet. Sed nec geradam aliquis affectare potest vita illius durante, nisi moriatur. Mihi itidē id facere minime licuit, vt geradam a cognata mea: ipsa viuēte expeterem, sed & gerada prętacta in proprium seu hereditatem transmutata nō est, quod me probaturum offero trahens se ad bona & ad geradam, petensq; simul per sententiam decerni, an propior nō sim, geradam cui nunquā renūciaui obtinere quā. P. vigore huiusmodi donationis eandē occupare debeat, vel quid sit iuris. R. Si vir vxori vel econtra bona donauerit post mortem possidēda, quicūq; alium superuiueret, vt omniū possessor sit, nihilq; specialis ibidē exemptum fuerit, & in bonis eiusmodi remanet gerada incōmutabiliter quę cōmonstrari poterit, maiori iure cedit cognate proximiori vxoris, quā. P. vigore donatiōis eandē occupare debeat de forma iuris.

Si cōtradicat vero. P. vxor donationē mihi fecit bonorum, quę ego in mobilia bona cōmutaui, donumq; huiusmodi non quadraginta sexagenis: vt proposuit, nō medietate: non vnam sexagenam valebat, ac donationē prętactam probare volo Iudice & Scabinis, vel alijs documentis, q̄ adminiculo esse possint iuri meo, an occasioñ. huiusmodi geradę aliquid pati debeam, vel quid sit iuris.

In oppositum vero. B. dicat prout hic meminit, quod donū huiusmodi in mobilia bona commutauit, ego vero probaturum offero. geradam superesse, inueniriq; posse: inter bona olim mortuę, quę ad geradam pertinent, secundum quod Scabini dictauerint, & quę ipse in mobilia nōdum cōmutauit, exindeq; decerni peto, an maiori iure circa id permanere debeam. R. Si mulier declarare poterit, secundum quod Scabini dictauerint, quod inter bona mortuę aliquid est, quę ad geradam pertinent, nec in bona mobilia transmutatū est, id mulier potiori iure facere potest Vlterius tandē. B. proponat. Quandoquidē per sententiam mihi decreta est probatio geradę, quę postmortem cognatę remāsit, idq; cōmode facere non possum nisi. P. corā iudice & Scabinis apperiat habitationes & scrinia, idq; per sentētiā decerni peto, an id iure facere nō debeat, aut claues ab omnibus suis habitationibus: anteq; exhinc discedat: iudici presentare nōn teneatur: vel quid sit iuris. P. tandem contrauenīat per responsiuam. Ex quo per sententiam habitationes apperire q̄rit: vbi res meas occlusas habeo: id vero qđ eā pertineat, nihil intro continetur: peto per sententiam dari, an varendam prestare non teneatur. si & in quantum ibidem nihil inueniat, quod eam iusto pertineret, vt contumeliā mihi illatam sufficiēter resarciat. Decernetur quod varendam. B. per suū procuratorem facere tenetur de forma iuris. Ibidem tandē si mulier secundum quod Scabini dictauerint rerum aliquid inuenerit: quę ad geradā pertinent, sit illud quicquid sit. Iudex & Scabini mulieri libere dabunt, illudq; tollet iuxta arbitrium Scabinorum. Si vero nihil inueniat. B. incidit penam: emendāq; parti, & mulctā iudici refundere cogitur, nec posthac occasioñ. illius actionē intentare poterit. Si vero inuentum quid sit: quod ad geradam pertinet incidet itidem in penam & in emēdam. P. Sed & pro alijs ad geradam pertinētibus: de quibus notitia non habetur, & quę inuenta non sunt in mobiliaq; commutata nō fuerunt: iudicialiter impeti potest.

Notandum circa id, quod gerada quandoq; in secundam aliquando in tertiam descendit & deriuatur personam, sicut si forsan mulier filiam habeat maritatam: geradaq; incōcusse apud matrem manēte decedet, gerada huiusmodi in neptim vel proneptim deuolui pōt. QVERITVR. circa id: si moriatur maritus mulieris: habētis pueros cum quibus indiuisa maneat ad vitam suam: ipsa decedente, pueri prętacti opinentur forte geradam se consequi non posse, sicut si filij sint, vel si forsan filiā nō habeat: aut dato quod sit filia ex vno

o. *Vide Spe. Sax. li. i. ar lxx.*

P. *Nota ter citatus nō comparens actor mittitur inpossessionem.*

q. *Hæc responsio locū non habet nisi forsan ubi auitas plebiscitū huiusmodi habeat.*

l. *Practicam uide quo pacto procedi debet in consequenda gerada.*

m. *Hic mulieri cum testibus uenit probatio.*

n. *Practicam uide cū quis tribus uiabus citatus iudicio non comparuerit ut sic enim actor mitti in possessionem debet. Vide hoc idem li. i. ar. lxx. Sp. Sa.*

r. *Donatione inter uirum & uxorē mutuo facta omnium bonorum nullis exceptis an gerada post mortem uxoris per uirum necessario cognate extradi debeat practicā uide.*

s. *Spe. Sax. li. i. ar. xxxi.*

t. *Feu. ca. lvij circa ar. xxvij. li. i. Spe. Sax. uide*

parente, superſit tamē filia ex vtroq; parente maritata, aut etiā alia cognata, ꝓpinqor cui de iure gerada ptinet, expetaturq; vt iuris est. & pueri nō cōtradicāt. Inueniat autem p cognatā in cista vna pecia panni, puericq; recusent sibi extradere. Queriť an id iuste negare possint necne? R. qđ ad geradā pertinet. Si vero in cōclaui seu possessione viri illud sit, pueri maiori iure obtinebunt illud, ad hereditatēq; computabit: & non ad geradā.

u. *Mechanicorum diuersi status gerada quæ sit.*

Gerada vero u Mechanicorum seu artificum: vt sunt pannifices, sartores, fabri, & alij manibus operantes quę sit, subinferre visum est.

Vxores etenim omniū mechanicorum, qui opus manibus laborant: gerada sua dūtaxat contente esse debent. Ex instrumentis vero artificij eis nihil pertinebit, hoc etiā intelligendum est de sutoribus textoribus &c̄.

Vbi vero mulier sola per se cum ancillis suis artem textoriā exercet, virq; per se illud non operatur. instrumenta omnia ad geradā pertinent His etiā annumerantur, zone, velamina, filum nereatū, sericum quo exercet opus suum: & in generali omnia quę ad artificium ptinēt gerada est. Si vero opus illd viri fuerit victumq; ex eo habet suum, ad hereditatem pertinent instrumēta omnia. Vnde posť̄ gerada expeditur, non plus cognata tollit, nisi ea quę iusto ad geradam ptinent: vt est lirum filum nereatum &c̄. quę mulier in vsu solita est habere suo: vt textus habet.

Aurifices: serico laboratores: pictores: & brāctearij: quicquid instrumentorum fuerit & supellectilis, quę pro vsu quotidiano habet: & his victum queritant suum: ad hereditatē pertinent. Si vero vxor habeat quid in suo reseruaculo: vel scrinio, ad idq; nullus clauem portare solet nisi ipsa, tum etiā si quid in parietibus: camere: vel in scamno: vel ad alium ornatum: tapetiorum: cortinarum: q; sit: gerada erit. Si vero alibi rerum illarum quid inueniatur hereditas est.

Aurifex etiam quicquid auri: argenti, quod quotidie fabrefacit, vel etiam vt illud diuendat apud se seruat: hereditas est.

Ceruisię coctores: & braseatores, quid gerade relinquant: vide. Si enim vnus habeat patellam pro ceruisia coquenda infixam loco: vl̄ muro immutabiliterq; in domo illa in pace stat, quotidie ea vtens pro ceruisia coquenda & nemini extraneo eam conducit: ad hereditatem ptinet. Si vero eā alijs cōducit: & nō ad vsum duntaxat suum eam seruat ad geradam pertinebit. Itidem etiam vasa: cadi: & alia similia, si illa pro vtilitate sua alijs conducit, ad geradam pertinent. Si solus eis vtetur hereditas est.

Diuersoria publica teneñ: seu cauponarij, q & hospites actiui dicunť, quicquid lectisternium: linteaminū: tum & aliorum quę pro hospitibus seruantur habuerint ad hereditatem spectant. Si vero vxor in suo scrinio alia lectisternia pro puerperio & alio ornatu habet ad geradam spectant, quę si non habuerit, expediri post mortem viri debet. Ex illis cōmunibus hospitum lectisiernijs, lectusq; sibi adaptabitur pro puerperio valēs, de singulis per tres pecias, vtpote tres plumatice, tres cussini, vnum par linteaminum, & alia quę ad ornatum lectus pertinent, eoq; modo in gerada expeditur: Nullus tamen cōputari pro cauponario seu hospite actiuo debet: nisi vt cōmuniter hospites foueat. Vnde si quis pro tempore aliquo Principem vel aliquem Magnificum cum eius familia hospitio susceperit: non propter hoc cauponarius dicitur, nisi forsan alios etiam aduenas in communi hospitauerit.

Lanius etiam habens oues, boues & alia pecora: vbicumq; locorum illa seruauerit, quę ad quotidianum forum seruat mactādas: ad hereditatem pertinent. Si vero oues habeat: quas conducere alijs solet pro vtilitate sua, Tum etiam si domi seruat vaccam duas: tres aut plures pro vtilitate domus, & itē anseres: anete ad geradam spectabunt. Galli vero ad hereditatem annumerantur: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxiiij. & infra iure Munic. ar. xxvi.

Ad geradam vero multa alia prēterq̄ quę in textu habentur enumerata secundū aliquos pertinere dicuntur. vt sunt ciste diminate cū eleuatis tecturis. Si illas non habuerit, extūc accipit eas quas secum apportauit, & lignanter ad quas clauem deferre soler, cinguli etiā sericei: vel argentei in vsum eius fabrefacti, vnus crater ad potandum si sit ibi, vnus cantarus, mensa vna: & scabellum sedile item vnum: si & inquantū plura sint q̄ vnum, geredę annumerantur.

Sciendum tamē quod vasculum potagiorū argenteum: & sedile ex gratia tribuitur, quare & in beneplacito stat illorū qui geradā expediūt cōferre relictę id qđ volunt ex his.

QVERITVR si vir tempore sanitatis vxoris suę necessitate vrgente vestes eius impignorauerit, postmodumq; vxor ęgritudinem incidens moriatur, cognata tādem expetat x geradam, ille vero declaret ex necessitate tempore sanitatis vxoris vestes vendidisse, & qđ pecuniā in ęgritudine consumpserat, cognata tādem instet. Ex quo quidem recognoscit, quod vestimēta solus impignorauerit, & nō vxor, an respondere super his non debeat? Maritus item reiteret ex necessitate id fecisse tempore sanitatis vxoris, huiusmodi etenim pecunijs eādem nutriebat. R. Si vir probare poterit cum illo cui vestimēta impignorata sunt, quod id factum est, tempore adhuc sanitatis vxoris, extunc is qui geradam expetit vestimenta exemere tenetur. Maritus vero nihil super eo pati debet: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxiiij. §. Et si prędictarum rerum.

x. *Res ad geradam pertinentes impignorate tempore uitæ uxoris exemere cogitur is cui iure cedunt.*

Nota

Vnde sciendū, si maritus pro necessitate vxoris ea quę ad geradam vel ad arma bellica pertinent alienauerit, tacto sacramento id facere eum oportet: si sibi nō credit: id ita se habere:

204

et cum hoc, quod tēpore sanitatis id fecerit, postmodum vero exemet ille cui de iure cedit, si eam habere vult.

y. *Gerada per uxorē oppignorata p̄ quem exemi debet.*

QVERITVR an huiusmodi gerada aut arma bellica exemi debeant, de communi mortuę, vel mortui substantia nec ne? y Videtur em̄ quod sic, quia pecunia illa in cōmunem substantiā cessit. R. quod ille exemere de suo proprio tenetur ad quē gerada vel arma bellica pertinent. Ratio istius. Mortuus etenim tēpore vitę suę nemini erat obligatus, & ita ex cōmuni substantia: si impignoratū quid est, exemi nō oportet, tum nec ille res sic oppignorate gerade nomen habuerunt, immo non vt geradā: sed vt res proprias oppignorauit, nomenq; istud quod gerada nuncupāť post mortem istius venit, & ita illud idē ius quod mortua, vel mortuus relinquit, in illis rebus succesſor eius tollit, quare & exemere cogitur, nam & mortua si superuixisset: non alid ius ad huiusmodi res inuadiatas haberet nisi qđ eas exemere potuerat, sed nemo plus iuris in alium transfundere potest, q̄ quod solus habuit: vt. ff. de reg. iur. L. Nemo. &. ff. de pignoribus in multis legibus.

z. *Gerada à primo nomen sortitur suū post mortem cognate itidem & hergeweth post mortem agnati.*

z Ex eo sequitur regula generalis, quod gerada vel hergewet: seu arma bellica nuncupari non possunt: tempore quo viuit, ille vel illa: post cuius mortem in expectando est. Sed posťq; moritur: primo sortitur nomen gerade & hergeweth.

a. *Gerada alienata tē pore egritudinis etiā cum consensu uiri non ualet alienatio immo uir super eo respondere cogitur.*

QVERITVR a Mulier ęgrotās de vitaq; desperans sua, si geradam tempore ęgritudinis alicui donet presbytero manibus suis, eandē cum iuiuria a proximiori cognata alienans, & vir suus in id consentiat: forte eo animo, quia eam solus retinere nō potest, assintęq; homines qui testes esse possint: huiusmodi tamē donationi cognata presens non adsit: quę in id cōsentiat, & geradam presbyter exportet: mortua tādem vxore, cognata virum impetat pro gerada, is vō eam esse presbytero donatā dicat. Vnde si geradam recuperare vellet: cum sacerdote esse actionem intentandā, negotium posthac ad iudiciū deferatur: vbi & querela formari hoc pacto potest. Domine Iudex ego propono contra. P. quia geradam mihi ex morte cognatę meę pertinentē: vsurpat in valore viginti saxagenar̄, peto super eo responsionem. Accusatus posthac petat varende prestatiom̄. quę sibi decerni debet: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xv. huiusmodiq; varendam fideiussoria cautione assecurare eā oportebit, quod cum factum sit: responsionem formabit his vel similibus verbis. Vxor mea res ad geradam pertinentes, propriis suis manibus in opera misericordie sacerdoti donauit: idq; probare volo his: q̄ p tūc presentes fuerunt, cum huiusmodi res donate per sacerdotem exportate sint, si & in quantum ultra id pro aliquo mihi culpam dederit expurgaturum me offero prout ius dictauerit vestrū, & quęro an super propositionem eius respondere debeam: vel quid sit iuris. Cognata posthac replicando dicat. Ex quo quidem recognoscit se protunc presens fuisse cum res huiusmodi alienate sunt. Mulierq; nulla bona donare vel alienare potest sine consensu legitimi eius tutoris, & quia consensus eius superuenit mihi in damnum an per hanc suam responsiuam a querela liber possit esse mea vel quid sit Iuris. b R. quod non iuuabit eum excusatio illa de forma iuris.

b. *Vir per negligentiā alienare uxorem alio quid admittens in dānum illorum qui sunt expectan. respondere pro illo tenetur.*

Poterit & alia via contra huiusmodi maritū procedi & querela formari. Interrogari em̄ potest, an presens fuit, cum gerada alienabatur, respondere eum oportet, quod sic vel non, si per negatiuam responderit proponatur. Ex quo quilibet maritus fidelisq; tutor precauere debet vxori qđ viuat. Tum & pupillo de damno, cognata mea in eius existens tutela egritudinem incidit, bonaq; alienauit, quod de iure facere minime debuit, & ita non vt verum tutorem decet, se se exibuit pero per sententiam dari, an in damno mihi satisfacere debeat, vel quid sit iuris &c̄,

Notanda circa id veniunt quędam necessaria quo pacto vir precauere sibi debet re dānum incidat, si mulier geradā alienet. Vtusquisq; maritus cuius vxor egritudine correpta iacet, eandē diligenter prouidere debet omnia pro necessitate administrādo, sed nec admittendo ei facere ea quę in damnum alicuius cedunt id enim officium est boni tutoris. Pupillus enim sine consensu tutoris, alienandi aut donandi aliquid, nullam habet facultatē vt instit. de autori. tuto. per totum, & instit qui aliena. lice. §. nunc admonēdi sumus Vnde & quicquid damni ex negligentia tutoris eueniat refarcire tenetur. vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxxviij. Nec absentia eum excusat, tū etiā si dicat, eum ignorasse cum illud alienauerit excusare eum minime potest. Officium enim tutoris est, pupillo prouidere, vnde & negligentiam illam sibiipsi imputabit, vt Spe. Sax li. ij. ar. xxxviij. Si vero dicat quod protunc presens non sit ignorabatq; de alienatione bonorum huiusmodi quinimo anteq̄ venerat iam exportate res fuerunt, extunc propior erit declarare responsiuam suam q̄ alter eū conuincere. Quo facto expetetur gerada ab illo cui donata fuit, sin autē respondeat qđ cum diligentia qua maiori potuit id denegare nitebatur, offerens se probare testimonio illorum qui presentes fuerunt. Actrix vero vel is cui gerada pertinet contradicat dicendo, si mihi denūciasses, assensum prębuissem vel consilium contra id inuenirem, hic iterum respondere cogitur ratione tutele, in his enim & similibus casibus necessario presentes esse debent qui successionem expectāt alias donatio non valet vt instit. de inofficioso testamento in multis locis. Sed si maritus sibi indixerit quod sine cōsensu propinquorum nihil donare poterit, idq; mettertius vt iuris est docuerit nihil impetitionis pacietur

q̃uis cognate non indixerit, vt inſti. de lega. §. non ſolum.
Cognata parafernã actipiẽs, ornate lectum marito tenetur vt textus articuli habet. & Spe. Sax. li. iij. ar. xxxviij.
c. Cognata geradam tollens, quor ſtratum lectum marito relinquere tenetur.
Idq; propter honeſtatem ſtatutum eſt, nam & iſtud quod datur mulieribus ex honeſtate iuris ſanctũ habetur, merito ergo & mulieres: iuri honeſtatẽ exhibere debent. Ius enim non aliud ſuadet, niſi honeſtum: vt in auten. vt ab illu. & qui ſuper eam ſunt. digni. §. i. coll. v. & .C. de offi. diuerſo. iudi. L. i.
Et quia dictum eſt quod geradam nullus accipit: niſi qui procedat exparte mulieris.
Sciendum tamen ſi mulier nulla relicta filia filium relinquerit ſcholarem accolitum: iſte propinquior erit gerade: q̃ ſoror matris.
d. Spe. Sax. li. i. ar. v.
Si vero filia ſit, & filius ſcholaris: per æquum accipiunt geradam: vt Spe. Sax. li. i. ar. v.
e. Gerade expeditio præcedit expeditionẽ armorum bellicorum.
Gerada etiam dicitur alio nomine parafernã, & eſt ſupellectilis illa: quę in domo mariti in communi vſu habetur.
e expeditur; etiam ante expeditionem armorum bellicorum
f. Sp. Sax. li. i. ar. xxiiij.
f hoc eſt hergewet.

Articulus XXIIII
De cibariis domeſticis.

QVantum Iuris uxor habeat ad cibaria domeſtica quæ poſt mortem uiri in domibus ſeu curiis relinquũtur
a. Vide Spe. Sax. li. i. ar xxij. & infra Iure Municipali. ar. xxvi. & lviij.
a Iure Municipali cum ſeperari uelit a pueris ſeu mariti hæredibus uidendum ſequitur.
Si etenim mulieri uitæ prouiſio inſcripta ſit in curia illa, ubi cibaria huiuſmodi relicta ſunt, omniũ accipit medietatẽ poſt triceſimũ, quæcũq; maritus ordinauerat ad uſum unius anni, & hoc ultra illa cibaria quæ ſe ad hæreditatem extendunt. Reſiduum uero quicquid ſuperfuerit, hoc accipit mariti uerus hæres & non hæres feudalis. Si uero locus ille ubi hæc relicta ſunt non ſit in uitæ prouiſionẽ mulieri aſſignatus, nõ plus de his accipit, niſi quãtũ comedere & bibere poſſit, quoad ſibi eius pecunia exoluatur.
Quamdiu etiam ſine marito manſerit, tam diu euacuare locum non tenetur, niſi forte hæredes eam Iure uel bonis (alĩ textus habẽt aut bona uoluntate) expediuerint & ſi fideiuſſoriam habuerit ſuper his hæredes monere non oportet.
Acceptis etiam pecunĩs, poſſeſſionem euacuare tenetur, promiſſum enim & ſtatutũ omne Ius frangit.
Cibaria b autem domeſtica unius anni dicuntur quæ illo anno, & ad annum unum adaptata & ordinata ſunt pro neceſſitate domus.
b. Cibaria unius anni quæ dicantur.

Gloſa.

Quę dicãtur cibaria domeſtica ſufficienter expreſſum in textu habetur. Sunt enim illa quę vir ad neceſſitatem domus pro vno anno cõparauit, ad id annumerãtur carnes ſalite, fumigate: lardum: ſufragines: ſcapulę ſeu aſcelle porcorum &c. caſei, butirum, ſagina, ſal, mel, piſces, alleca, ac alia omnia eſculenta, legumina, quę pro vno anno ad neceſſitatem domus comparantur, his etiam annumerantur frumẽta, braſeum, cereuiſia, medo vinum, & alĩ liquores ad vſum domeſticũ ordinati, illorum omniũ mulier accipit medietatẽ, ſi prędium illud vbi hęc relicta ſunt ſibi ad vitę prouiſionem inſcriptum ſit. Si vero vitę prouiſionem in his non habuerit, nõ plus accipit, niſi quo nutriri poſſit, q̃diu per hęredes non expediatur,
c. Vide Spe. Sax. li. i. ar. xxij.
c aut ab illis ſeperetur. vt Spe. Sax. li. i. ar. xxij. Etiam ſecundum aliquos his annumerãtur, porci craſſati: vt Spec. Sax. li. i. ar. xxiiij.
Conſiderandum circa id, quod mulier q̃diu maritus vixerit neq; dotalitium neq; cibaria hęreditat, omnia enim illa apud maritũ manent, cum vero ea poſt mortem acceperit ita quod nullum habeat maritum, extunc in pximiorẽ ſuum agnatũ & non ad mariti illa hęreditat: vt li. i. ar. xxxi. Spe. Sax.
Notandum prętera. Si maritus relictę vxoris huiuſmodi cõditionis fuerat, quod ex his prenotatis rebus ſeu cibariis victum queritabat ſuum, ad hęreditatem pertinebunt ex plebiſcito.

Articulus XXV.
De armis bellicis.

QVe ſint arma bellica ſeu res expeditoriæ, & quæ ad ea pertineãt Iure Municipali conſiderandũ ſequitur. Tum etiam quo pacto relicta, mortui uxor proximiori agnato illa extradere debeat.
a. Vide Spe. Sax. li. i. ar. xxij.
Ad a arma etenim bellica ptinet dextrarius ſeu equus melior mariti ſellatus gladiuſq; eius, clipeus item, & meliora eius arma quæ habet p corpore unius uiri. Tum & quotidiane ueſtes, lectiſterniũ item bellicum, hoc eſt lectulum cum cuſſino, duo linteamina, una peluis, menſale unum cum manutergio, caldar unum uel aliud huic ſimile, & hæc ſunt & dicuntur uere arma bellica, licet aliqui ad id alia apponere ſolent. Et ſi quid horũ relicta non habuerit ac ſacramento confirmare audebit ea non ſupereſſe, dare non tenetur.

Glo.

Articulus p̃ſens eſt cõtinuatiuus p̃cedentiũ vbi de gerada habitum eſt. Quemadmodũ etem mulieres cognate accipiunt geradam, ita agnati viri arma bellica ſeu hergeweth tollunt: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxĩj.
b. Sp. Sax. li. i. ar. xxvij & ar. xxij. glo.
b Arma etenim bellica ſeu hergewet c non eſt aliud niſi ſupellectilis illa quę ad expeditionem pertinet bellicam.
c. Arma bellica. q. t.
Vnde qui huiuſmodi res expeditorias: ſeu hergeweth expetere volunt, d neceſſario ex parte gladiĩ eſſe debent: vt Spe. Sax. li. iĩj. ar. xv. Nec obſtat quod aliquis forſan dicere velit: id eſſe contra articulum tertium li. i. Spe. Sax. vbi habetur, quod hĩ qui ęque in gradibus computantur, e ęqualiter hęreditatem dimiſſam percipiunt, et ita agnati merito nõ deberẽt huiuſmodi arma bellica habere. Verum ea diuidere cũ cognatis eiuſdẽ gradus. Pro ſolutione huius dubiĩ. Notãdum quod & ſiquidem hi qui ex parte gladiĩ non melius ius habent ad hęreditatem tollendam, q̃ hi qui ex patre fuſi procedunt. f Ex iam allegato articulo tertio li. i. Spe. Sax. Arma tamen bellica iuſto tollunt, & hoc ex ea ratione, quia etiam illi ex parte fuſi deſcendentes, geradam accipere ſolent, & ita inuicem adęquantur. g
d. S. S. li. iij. ar. xv. glo.
e. Vide ſupra eo. li. ar. xxiij. & Spe. Sax. li. i. ar. v. & ar. xxiiij.
f. Spe. Sax. li. iij. ar. xv.
g. Agnatus ante omnia gladiũ accipit & quare id fit.
¶ Agnati etiam ex ſingulari iuris priuilegio, gladium accipiũt ante omnia inſignum tutelę, tutores enim eſſe debent aliorum: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxĩj. Ex quo ratione tutorie plus laboris ſubire cogũtur. Quare & plus lucri iuſto habere debent. Nullus em alteri ſeruire cogit cũ ſuo incõmodo. Vbi aũt duo vel plures ad vnam pertineant hęreditatẽ, ſenior diuidit & iunior eligit: vt Spe. Sax. li. iĩj. ar. xxix.

Articulus. XXVI.
Quæ ad hæreditatem pertineant.

AD hæreditatem autem Iure Municipali ſecundum ſimilem ortus generationẽ pertinere dicitur, omne propriũ non alienatum omne item aurum & argentum, Panni ex lana & lino non inciſi, equi, boues, ſcrofę, ex curia exeuntes. Sed porci qui ſunt mactati & partiti non pertinent ad hæreditatẽ ſed ad domeſtica cibaria.
Domeſtica a etenim cibaria ut iam habitum eſt dicuntur, quæ ad neceſſitatem unius anni comparantur, & ita porci craſſati pertinębũt ad cibaria communia, ſi ſint mactati & partiti, alias integri ad hæreditatem pertinent, parne item lardi, b aſcelle porcorum ſiligo, ciſte braſcorum, & alia item ſcrinia, menſę, ſedilia, ſcamna cinguli, brachialia, lauatoria, diſtillatoria, ciſte ſimplices, ſartagines ſeu patelle, dolia paucifice in loco ſituata, omnia caldaria, excepto caldari pro abluendis ueſtimentis quod ad geradam pertinet. Vaſa prætera ſeu dolia quæ uacua ſunt, & itẽ galli & aliæ aues, canes & cati, morſarius ac omnis generis armatura, clipeiq;, exceptis tamen his quæ inter arma bellica connumerantur. Omnia item uaſa
a. Vide ſupra eo. li. ar xxiiij. et infra iure municipali. ar. lviij. Spe. Sax. li. i. ar. xxij.
b. Id ſane intelligi debet prout ſupra in articulum. xxiij. declaratũ habetur, hoc eſt ſi huiuſmodi carnes inuentantur in prædiis uel in domibus in quibus mulier uitæ prouiſionem non habeat, quia alias ad domeſtica cibaria computabuntur multerq; illorum acapit medietatẽ

argẽtea ad hæreditatem pertinent. Quod [c] si tres aut plures ad unam pertinere uidentur hæreditatẽ, uel ad arma bellica, senior tamen accipit in primis gladium ante omnia.

c. Spe.Sax.li.i.ar.xxij.

Glosa.

Noticia articuli presentis summe est necessaria, cõmuniter etenim occasiõ hereditatis, iudicialiter intentari solet actio, omniaq; hic in textu enumerata ad hereditatem pertinẽt. [d] Hereditas autẽ [e] nihil aliud est, q̃ successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tẽpore mortis. vt. ff. de reg. iur. L. Hereditas. & ff. de verbo obliga. L. quotiens. Si itaq; heres sequi debet in ius illd quod mortuus habuit necessario sequitur, si successio iusta esse debeat, quod mortuus ius verum & legitimũ ad bona illa habeat. Inueniatur vero contrarium: vtpote quia ex certis causis abiudicata sibi fuerunt bona sua, heres eius vt sic nullum ius ad ea habebit. [f] Nullus enim potest alijs ius pinguius in bonis relinqre, nisi pro ut solus habuit. vt. ff. de reg. iur. L. Nemo.

d. Spe.Sax.li.i.ar.v.

e. Hæreditas q.t.

f. Spe.Sax.li.iij.ar.lx. & ar.lxx.vij.

Preterea si querela contra mortuum intentata sit, heres q bona accipere vult: super proposita respondere tenetur: vt Instii. de perpe. & tempo.acci. §. Non autem. &. C. de penis. L. Sancimus. Et item si mortuus quid cum iniuria occupauerit: pro quo actio sibi intentari potuisset, heres restituere cogitur. Iure enim nature, equũ est neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem: vt ff. de reg. iur. L. Iure nature.

g. Hæreditas hærede carere diatur trifariã

Vnde circa id sciendum, g quod hereditas post mortem alicuius hẽrede caret, ita quod nullus in eam succedit trifariã. [h] Primo si dullariter: vel etiam sine duello conuincatur quod contra imperium fraudem cõmiserit, vel etiam si id contra eum probetur: vt Instii. de hereditã, que ab intesta. defer. §. Per cõtrarium. C. ad le. Iul. maies. L. Quisquis: & vt sic heredes si hereditatem accipere vellent, respondere pro mortuo tenentur. Secundo si anno & die proscriptionem tollerauerit: vt Spec. Sax. li.i.ar. xxxvij. & C. de bo. proscrip. & damna. L. Si quis. [i] Tertio qui seipos interimunt metu pene: vt captiui. desperati. Preterea, vsurarij, lusores, fidem non seruantes, etiã qui rationem ciuitati de administratione facere non possunt, malefici, incantatores, nigromantici, a fathana percussi, bona eorundem non ad heredes, verum ad fiscum deuoluũtur: vt. C. de bonis eorum: qui mortem sibi consci. L. i. & ij. Si vero contingat quod aliquis seipsum interficiat ex melancolia, ira, [k] egritudine: vt sunt frenetici, maniaci, melancolici, bona eorum derelicta ad heredes cedunt. vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxxi.

h. Vide Sp.Sax.li.i.ar. xxviij.glo.

i. Seipsos interfiãentes bona illorũ cui cedunt

k. Vide. Spe. Sax.li.ij. ar. xxxi.

Hereditatem autem accipiens heres, siue sit [l] filius: siue filia: vel alter quiuis: siue masculus siue femina, mercedem in primis deseruitam familię soluere & expedire tenetur, & si heres mercedem negare voluerit, & ei soluere recusauerit, mercesq; huiusmodi medij vel integri anni sit, famulus propior erit iuramẽto obtinere mercedẽ suam: q̃ heres illam sibi negare. vt Spe. Sax. li.i.ar. xxij:

l. Vide. Spe. Sax. li.i. ar xxij.

[m] Postmodum vero heres omnia liquida soluet debita quę comprobata fuerint: vt iuris est post mortuam manum. [n] Debitum enim petens ab aliquo causam debiti declarare oportet si reus postulauerit.

m. Vide. Spe. Sax. li.i. ar.vi.

n. Spe.Sax.li.iij.ar.xli.

Furta vero spolia, aut lusorie perdita soluere non tenetur. Spe. Sax. li.i.ar.vi.

[o] Debita etiam solui non oportet, p̃ exproprio seu bonis morte ad aliquem deuolutis, q̃ ex eo quia proprium alienari non potest sine heredum consensu.

o. Spe. Sax.li.i.ar.vi.

p. Spe.Sax.li.i.ar.lij.

Contingat autem creditores actionem proponere super proprio, probentq; desuper debitum illorum vt iuris est & Ius perducant suum assignari illis propriũ debet ac in possessionem mittentur. vt Spe. Sax.li.i.ar.lxx. & C. qui. ex. cau. in possessionem eatur in multis legibus.

q. Nota passum istum diligenter.

Proponat vero actor contra heredem quod plus de hereditate supersit, q̃ ipse recognoscat: idq; vt iuris est probauerit [r] duplum solue cogitur, vt C. de iure. deliberan. & de adeun. heredi. L. scimus. §. licẽtia. heres tamẽ nihilominus tollere debet ea quę pro sepultura expendit vt C. eo. titu. L. qua supra. §. in computatione autem.

r. Spe.Sax.li.i.ar.vi.

Pro declaratione precedentium vberiori nõ tandum venit [s] quod quicunq; succedunt in bona aliqua: siue bona huiusmodi sint hereditas, siue gerada: siue hergewet, ad aliqđ onus obligantur: ratione illius quod percipiunt. Ille etenim qui hereditatem accipit: debita soluit. Spe. Sax. li:i.ar.vi. Geradam etiã tollens, lectum sternere cogitur marito mortue vxoris. Specu. Saxo. li.iij.ar. xxxviij.

s. Succedẽtes ad bona aliqua, obligãtur sem per ad aliquid.

Is vero qui arma bellica seu hergewet percipit, vt est agnatus, tutor est & tutela sibi incumbit, & signanter illi qui senior est inter agnatos. Tueri enim pupillos ex officio tenetur [t] & in signum accipit gladium ex vtraq; parte acutiem habentem, cũ manubrio & globo desuper affixo, per acutiem vnam designatur: quod pupillum tanq̃ pugil in iudicio defendere debet. Nam & pugil tutor etiã dicitur: vt Spe. Sax.li.i.ar.xlix. Per aliã vero acutiem denotatur quod fideliter pupillo in omnibus prouideat: nihilq; admittat in damnum pupilli. Quemadmodũ em̃ pugil nedum precauere debet: vt ab aduersario nõ feriatur, sed etiã curare eũ oportet ne seipsum proprio ledat gladio. Ita per simile tutor facere debet: vt puerum ab aduersarijs defendat & etiam ne ex sua negligentia damnum committatur, quia alias refundere eum

t. Gladium tutor acãpit in signum tutelæ. Vide interprætationem huius.

206

oporteret: vt Spe. Sax. li.ij.ar. lxv. Per manubrium vero ligneum intelligitur quod nullus tutele se intromittere debet, nisi id sub iuramento & fide agat sua, efficiũturq; periuri & infames, qui falso officium administrant suũ: vt Spe. Sax. li.i.ar.xli. & Instii. de suspect. tuto. §. Nouissimo.

u. Vide Spe.Sax.li.i.ar xxiij.seu.c.xxvi.

Vnde Tutores in triplici genere inueniũtur. [u] Primo agnati: vt Instii. de legitti. agna. tute. §. Sunt autẽ, & isti legittimi tutores dicuntur.

x. Tutores in triplia Genere inueniuntur.

[x] Secundo tutores fiunt ex electione: vt cum quis tempore vitę sue eligit tutores pueris suis: vt Instii. de fiduci. tute. §. Est & alia, tutor vero vt sic electus satis dare vel assecurare bona pupillorum non cogit, ex eo quia fides eius & diligentia apud testatorem approbata fuit. vt Instii. de satis dati. tuto. §. Sed hoc non est perpetuum. Iure & consuetudine Maidebur gen potest vnus tutores pueris eligere suis. Y ommisso agnato vel consanguineis, quibus de iure incumbere deberet tutela: & vt sic omissus agnatus, nihil ad tutoriam habebit. Id tamen testatorem facere oportet coram iudicio, exponendo causas legittimas, cur agnatos in tutores habere nollet, vt quia forte est seruus, fatuus, infamis, sibi insidians, & similia, probareq; eum oportet vt iuris est mettertius: et tandem alios eliget: vt Instii. qui testa. tutor. dare. possunt. per totum, & vt sic electi tutores per sententiam eligendi necessario veniunt, qui & confirmari debent. Tertio tutores dicuntur feudales. Quemadmodum dominus feudalis tutor est vasalli minorennis, tũ & sui libertini: vt Sp. Sax. li.ij. ar. Iviij.

y. Tutores eligi possunt ommisso agnato.

z. Agnatus tutoriam susapiens, satisdare cogitur cautionẽq; facere & alia de tutoribus uide.

[z] Agnatus etiam tutoriam suscipiens satis dare, seu assecurare tenetur bona pupillorũ cum cautione incorruptibili: hoc est cum huiusmodi pignore, quod non de facili corrũpitur, vt sunt domus, predia, agri & alia huiuscemodi: vt Instii. de satisda. tuto. L. Ne tamen pupillorum.

Tutor preterea bona pupillorum destruere vel annullare non potest, immo damnum resarcire tenet, si eius culpa quid cõmissum sit. RAtionem etiam de anno in annum facere tenetur, bonaq; summa cun diligentia prouidere. Si vero quid preter eius negligentiam damni commissum sit, sacramento expurgare sese cogit suo. Moriatur vero interim pupillus nondum ad annos peruenies, illi qui successionem accipiunt. [a] a tutore rationem expetent, quã & facere cogitur: vt Spe. Saxo. li.i.ar.xxiij.

a. Spe.Sax.li.i.ar.xxiij

Tutor item heredi rationem & calculum facere tenetur, & eam comprobare duobus dignis ad sacra, si sibi non creditur, & hoc de vltimo anno: & non de alijs. Presumitur em̃ quod de annis preteritis in heredis presentia ratio facta sit antequã pupillus mortuus est. Nec enim tutor rationem pupillis de anno in annum facere debet, sine presentia heredũ siue illorum qui sunt in expectando bonorũ huiusmodi post mortem pupilli: a quibus & quietari semper debet. Tutor preterea tenetur heredi fidem dare pro varenda: vt in auten. vt hi qui obliga. se habe. perhibe res. mino. §. Si vero. coll. vi. Exinde tãdem sequitur Quandoquidem bona pupillorum illesę seruari debent, quare assecurari per tutorem illa oportet: vt dictum est, nec facultatem tutor habebit, bona huiusmodi inscribeñ, obligañ. vendeñ. impignorañ. nec ex possessiõe dimittere sua sine consensu heredum, vel illorum qui in expectando sunt successionis. Etiam dato quod consensus sit, recompensatiõ nihilominus pupillo & heredibus facere cogitur: vt Spe. Sax. li.i.ar.lij. Instii. Quimo. aliena, nisi forsan circa assecurationẽ aliter expressum sit. [b] Conditio enim ius omne limitat, cum id probatum fuerit.

b. Condiio ius limitat omne, uide hoc idẽ li. iij.ar. v.glo.fi.

Vnde ex quo quidem tutor sentit onera & damna in bonis pupillorum. [c] Quare & cõmoda sentire iusto debet. Si ergo bona pupilli fuerint in proprio hereditate ue, agris, vineis, hortis, humuletis, tutorq; impensas proprias faciat in laborãdis illis, fructus exinde etiã percipiet, [d] sine alicuius censu, dũ modo nõ promiserit illũ: vt Instii. qui. mo. re. contra. obliga. §. His qui. Qualia autem bona susceperit, cum se tutele intromisit, talia restituere tenetur, vt si seminati fuerint agri, etiam seminatos restituet. Sane tamen id intelligendum erit, nam si pupillus ante festum sancti Vrbani ad annos veniat, tutor perdit laborem suũ in vineis pupilli pstitum: fructusq; pupillo cedent & non tutori.

c. Tutorum prærogatiua.

d. Spe.Sax.li.ij.ar.lviij

Sed si nudo bonis illis se intromiserit, vacuaq; bona acceptauerit, & fũdũ pupilli ad fortunam in dãnum & lucrũ proprijs laboret, & edificet pecunijs. Signãter si bona illa subiecta sunt fortunę, extunc tutor vel eius heredes, si tutor decesserit fructus tollere debẽt & pupillis vel eorum heredibus recompensam cum censu facere.

[e] Pupilli si annos attigerint, cum siligo ad spicas venerit, tutor vel sui heredes fructus recipiũt, & pupillus stipulos seu truncos vinearum.

e. Vide Spe. Sax.li. ij. ar. lviij.

Exinde sequitur. Si vir vel mulier relinquentes pueros in possessiõe aliquorum bonorũ moriãtur, bonaq; pretacta sine iusta allocutione ab eis possidẽtur, nec violẽter bonis se intromiserãt huiusmodi, extũc pupilli: nec alter quiuis ex parte illorum poterit illos a fructibus, ratione quorum impense per eorũ parentes facte sunt & ad eos hereditariũ repellere, & hoc si pro huiusmodi bonis, iura debita nulli denegarunt: vt Spe. Sax. li.ij. ar. xliij. Si vero ius denegauerit impensas & laborem perdit. Quicquid enim rerum huiusmodi q̃ ad fortunã exponũtur fuerit, tutorem magis q̃ pupillum pertinent: vt in autẽ. vt hi. qui obli. se habere perhi. res minorum. §. Si vero, & hoc intelligendo, si lucrum exinde proueniens fortunę exponatur sicut si forsan pupillorũ bona mobilia fuerint, vel

mercātię quę & taxatę sint ad certam summā cautionecq; prouisę, qđ si taxatę nō sint, easq; ea qua potest maiori diligētia custodit, & interim deperduntur absq; eius culpa & negligētia, quā iuramento proprio probare tenebit: manet sine damno, si & in quantum etiā bona sua vna cum bonis pupillorum ablata sunt: vt Instī. qui aliena. licc. vel nō. §. Si aūt aliter.

f. *Spe. Sax. li. i. ar. xxiij.*

¶ Tutela & hereditatis successio in vnam si concurrant personam, nec satis dare f hoc est cautionem prestare, nec rationem facere tenetur, vt Spe. Sax. li. i. ar. xxiij. Quod si pupillus & eius tutor, specialia habent bona, rationem facere tenebitur, vt alter extraneus: vt ff. rem pupilli saluam fore in multis legibus & Instī. de satis da. tuto. vel curato. §. ne tamē pupillorum. g Si autem vt dictum est tutor cum pupillo diuisa bona habuerint: vt fratres & sorores, ille qui inter eos tutor est, nullam rationem facere cogitur, & hoc intellige tempore quo tutoriā administrat, vel etiā & post, q̄ diu indiuisi manent in illis bonis. Posq̄ vo ad annos peruenerint pupilli, bonaq; diuidant rationem tutor facere cogit, vel suus hęres illius locum suplendo. Pupilli si quid etiam tutori in debito remanserant: soluere tenetur, vel se super debito defendere post mortuam manū: vt iuris est, & vt sic tutor, vel eius hęres, pupillo bonorum possessionem abscedere tenebitur vt. ff. rem pupilli saluam fore. L. i.

g. *De tutoribus uide per totum.*

Tutor si soluat aliqua liquida debita pro pupillo, hęredes tutoris propinquiores erunt cōuincere pupillos in debito huiusmōi persoluto, q̄ illi se defendere possint. Dantur em causę certę in quibus bona pupillorum etiā diuendi poterint: vt infra habebitur.

Ex precedentibus patet quo pacto tutor sibi prouidere debet ne in administranda tutela damnum incurrat. Contigit enim quandoq; quod vnus relinquat pueros minorennes, cum bonis & hereditatibus immobilibus, ac proprio, nonnullaq; contraxerat debita quę & soluenda veniunt de bonis mortui. Is enim qui hereditatē accipit debita soluere cogitur, vt Spe. Sax. li. i. ar. vi. Caueat ergo ne proprium seu hereditates pupillorū vendat. Proprium etenim sine cōsensu heredum minime alienari potest, vt Spe. Sax. li. i. ar. liij. h Quod autem bona pupillorum diuendi non possunt ratio est. i Is enim qui vendit aliquid varendare emptorem oportet, sed quia tutor accepta tutoria pupillorum bona assecurare cogitur. Vnde si emptor impetitus sit pro bonis emptis ad varendatoremq; se trahat, tutor ille varendare eum non posset q̄uis forū recognoscat, proponere etenim pupilli contra eum iudicialiter possent, Ex quo quidem bona illorū vendidit tempore quo sub tutela erant nec consensum ad id prestiterunt, an bona vendita varendare posset necne, decernetur quod nec vendere bona huiusmodi sed nec ea varenda

h. *Vide infra ar. cxl.*

i. *Bona pupillorum diuendi non debent.*

re potest de forma iuris vt instī. qui alie. licet vel non. & vt sic tutor incideret in damnum.

k. *Bona pupillorū quādo diuēdi possunt causas uide.*

k Notandum circa id quod sunt quędam certe causę vbi bona pupillorum alienari & diuendi possunt, cum id tamen fieri contingat necessario coram iudicio eas declarare oportet, vt C. de prędijs & alijs rebus minorum per totum. Primo propter dotalitium, cum illo mulier carere nō vult, bona vendūtur & resarcitur dotalitium, fuit em pignus suum. Secundo propter famem superuentē, ita quod aliter miseris hominibus subueniri non possit: vt sic enim & res ecclesię licito diuenduntur: vt. C. de sacrosan. eccle. L. Sancimus. Tertio si bona pupillorum violenter vel iuridice alloquuntur occupantue, & tutor illa minime defēdere potest. l Quare propter paupertatem: vt pauperes & orphani exinde tueri possint ab iniusta violencia, ac oppressione. Quinto si aliqua pupillorum bona impignorata sint, vel apud ludeos inuadiata, vbi quottidiane expēse & vsure crescant, aut aliqua alia damna exinde eueniant. Sexto propter omnia liquida debita, q̄ litteris obligatorijs super proprio aut hereditate eorum patrē recognita & approbata sunt: signanter si conditio superaddita est, qđ cum bonis illis facultatem habeant faciendū & diuidendum. Septimo bona pupillorum diuendi possunt propter iustas & legitimas causas quę commonstrari possint, vt est liberatio captiuorum vt C. quan. decre. opus non est per tō. His exceptis propter nullam aliam causam bona pupillorum alienari poterint, vt C. de prędi. & alijs rebus minō. l. i. ij. & l. si prędium. Vnde & pupilli si ex alia causa bona eorum per tutores diuendantur ea recuperare possunt iure, nisi tutor declaret pecuniam in commodum & vtilitatē pupilli esse expositam quia vt sic cogētur viceuersa emptori pecuniam restituere, vt C. de contrahen. empti. L. dudum. m Si autem anno & die posq̄ ad annos peruenerint se neglexerint, per amplius bona impetere minime possunt. vt instī. de vsuca. & longi. tempo. §. Iure ciuili. Quod si extra prouinciam tempore quo annos attigerint abducantur non nisi in triginta annis & anno & die prescribunt, vt Spe. Sax. li. i. ar. xxix.

l. *Causas nōnullas bonorum uide C. de admini. tuto. signanter L. ult.*

Tutor etiam innatus vel ex iudicio datus, si tutoriam susceperit, respōdere & agere pro pupillo tenetur, quoad ad annos puenerit, n Quod si pupilli nullum habeant tutorē, respondere minime tenentur, immo ludex curatorem eis dare oportet: vt Spe. Sax. li. i. ar. xli. in fi. glo. & ar. xlvi.

m. *Pupilli quādo præscribunt in bonis per tutores diuenditas.*

Pupilli preterea habentes tutorem, iudicialiter si impetātur sine presentia tutoris, pręfigi eisdem proximus iudicialis terminus debet, o vt tutorem adducant, tādem & pro secundo & pro tertio, qūi si non comparuerit actor querelam perducet suam contra pupillos, nisi legale impedimentū tutor importa-

n. *Pupillorum prærogatiua.*

o. *Spe. Sax. li. i. ar. xlij.*

uerit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. ij. & hoc intelligendum in actione iniuriarum, si quid delinquerint, quia alias nullo modo iudicialiter contra eos agi potest: nisi annos attingant discretionis: vt Spe. Sax. li. i. ar. xlij.

Quod si mater vna cum pueris in possessione maneat bonorum, paterq; mortuus debita contraxit, quę & expetuntur post manum mortuam: vt iuris est. p Mater nihil perdere pueris potest, actori nihilominus bona pupillorum imperēti, indicatio admittitur pro tertia querela in bona huiusmōi: vt Spe. Sax li. i. ar. lxx. Pignus tamē illud creditor nec alienare nec diuendere poterit in damnum pupillorum. Posq̄ vero ad annos peruenerint pupilli propiores erunt debito contradicere & proprium eliberare cum innocentia sua, q̄ creditor circa illud permanere, dato quod indicationē acceptauerit iuxta eius querelā, non obstante etiam quod pueri pro illo tempore cum bona eorum vna & ipsi impetiti sunt. Agnatos habuerant: vt. C. de predi. & ali. rebus. mino. L. Si prędium.

p. *Nota passum istum ubi creditori in bona pupillorū datur possessio & quomodo bona illa eliberari post hac poterint.*

Tutoris etiam potestas q erga pupillos cum iudicialiter confirmatur, est quod pro pupillo iudicialiter agere poterit, iusq; dare & recipere, querelas item acceptare & responsum facere, promittere & ratū facere. Si quid vero pupilli dederint absq; eius voluntate irritum manet: vt Instī. de inuti. stipula. §. Pupillus omne. In vēditione preterea emptiōe accommodato, necessario haberur tutoris consensus: vt. ff. de coutrahen. empti. in multis legibus.

q. *Tutoris potestas & autoritas erga pupillos.*

Pupilli etiā sine tutore, nec querelam instituere, nec hereditates acceptare nec occasiōe illarum agere, nec possidere, nec promittere r nec promissum acceptare f, dato etiam quod sit in commodum & vtilitatem eius, sine cō sensu tutoris poterint, hęc enim omnia tutor loco ipsorum facere debet: vt Instī. de autori. tuto. per totum. & Spe. Sax. li. i. ar. xlvi.

r. *Ieu. c. lvi.*

f. *Pupilli sine tutore nihil facere possunt, dato quod in commodum uergat eorundē.*

Pupilli etiam virgines & mulieres, si cum tutore quid agere habeant, tutor vt sic actor in rem suam esse non potest, sed in locum eius datur curator ex officio: vt Instī. de autori. tuto. §. Si inter tuto. pupillumq;.

t. *Habēti tutorē quādoq; tutor dari potest*

Tutor etiam dari potest t per iudicē quādoq; habenti prius tutorē vt C. in qui. causi. haben tuto. vel cura. dari tutor potest per totum, & signanter in sex casibus. Primo si tutor cum pupillis iudicialiter aliquid agere habet, etiā si vir donationem propter nuptias vxori facere velit, u vxor alio idigebit tutore vt Spe. Sax. li. i. ar. xliij. Secundo si tutor absens sit vel in seruitio domini aut bellica expeditiōe impediatur, & interim pupillus impetatur iudex tenebitur de tutore sibi prouidere qui eos defendat dilationēq; ex sententia petat ad aduentum veri tutoris. Tertio si tutor se a tutela excusauerit: dato quod plures sunt qui se non excusauerint in locum illius qui se excusat alter surrogatur. Quarto si bona sint in diuersis partibus pupilli quę per unum difficile administrari possunt. Quinto si ex aliqua legitima causa tutor prius datus vt suspectus reiciatur, vt Spe. Sax. li. i. ar. xli. Sexto si bona pupilli adaugeantur, ita quod difficile per vnum prouideri possint.

u. *Vide hoc idem in forma Spe. Sax. li. i. ar. xlvij. glo. seu. c. xxvi.*

Tutor vero potissimum ex officio per iudicem eligi debet de consensu x scabinorum ex proximioribus pupillorum agnatis per sententiamq; cōfirmari.

x. *Tutor ex offiao eligi debet ex proximioribus pupilli agnatis.*

Si vero contingat duos vel plures ad vnam pertinere tutelam qui eque propinqui sint & vnus alteri cedere nollet y Iudex de consensu scabinorum eligere vnum ex is poterit quem pro commodo prouisioni bonorū & pupillis intelligat.

y. *Ex duobus agnatis ex æquo ad tutelam pertinentibus in arbitrio est iudicis eligere ex eis quem uult.*

Item si vnus proximior ex parte gladij, & alter ex genelogia matris, vel non adeo propinquus in linea tutelam expetant, est in arbitrio iuditis vnum ex his eligere, qui magis vtilior sit pupillo.

Moriatur etiam vir relictis pueris bonis z & propinquioribus amicis, agnatusq; tutelam susceptare nollet. Iudex ex officio seniorem agnatum cogere potest vt tutelam suscepter, quam & acceptare cogitur, a nisi legitime se excusauerit.

z. *Iudex cogere unum potest ad tutoriam acceptan.*

Vnde notandum circa id quod vnus excusare se poterit tutelę vel quod tutor non sit ex certis causis. b Primo si multos habeat pueros vt C. de excusa. tuto. & cura. per totum. Secundo propter officium quod gerit publicum. Tertio si in seruitio domini in partibus longinquis eum esse oporter.

a. *Vide hoc idem Spe. Sax. li. i. ar. xi. glo. & C. de excusa. tuto. & instī. eo. tit. per totum & ff. eo. tit. L. i. & ij. seu. c. xxvi.*

Item excusari potest propter paupertatem; item propter egritudinem, item propter inimicicias quas habuit cum patre pupillorū

b. *A tutela se excusare unus potest ex certis causis.*

Item propter senium septuagenarius enim tutor esse non potest, licet ipse tutorem habere poterit si vult.

Etiam excusatur propter iuuentam minor em vigintiquinq; annis tutor esse nō poterit.

Sciendum preterea ex quo quidem tutoris officium est pupillo prouidere, ergo illi qui defectuosi sunt vt pote. egroti. corpore debiles, animo capti, tutores esse non possunt, cū nec sibiipsis prouidere poterint, sed vel potissimum tutor eligi debet proximior agnatus, & generatione similis, vt instī. de legi. agna. tute. §. quod autem lex. Vnde & si quidē sepius in tutela dolus committatur reici tamen tutor non potest nisi iudicialiter sit victus, vinci vero vnus non potest nisi contra eum iudicialiter proponatur, vbi em actor non est, nec iudex decernere poterit.

Tutorem itaq; accusare poterit pupillorum mater, auia, & quęlibet mulier, c imo omnes alij zelo bono, d & propter deum id facientes: vt Instī. de suspect. tuto. §. Consequēs est. & C. eo ti. L. Pietatis.

c. *Spe. Sax. li. i. ar. xli.*

d. *Tutor per quem & quomodo accusatur.*

Sed & inter alias causas hęc vna est, si pupillo alimenta non prester, mulier eum accusare poterit: vt Instī. de suspect. tuto. §. Si quis

tuto. & qui fraudulenter tutelam gesserit: vt ibidem. §. Nouissime. Et ꝓpter has duas potissimum causas tutores reiciuntur. Dantur tamen alię cause, quibus vnus a tutela prohibetur, sicut si idoneus nō sit, vt mēte captus lunaticus, inimicus seu hostis, minor viginti quinq; annorum, vel qui bona pupillorum dissipet, etiam propter alios naturales defectus: vtpote, quia est mutus, cęcus, surdus: vt Instī. de cura per totū. ~~C Tutores q; suspecti~~ conuinci iudicialiter debent per septē testes, [e] & postmodum ex sententia reici, ac tutela eis per Iudicem prohiberi hisce verbis. [f] Inhibeo tibi tutelam ꝓpter dolum cōmissum, & vt sic infamis efficitur. Si vero non exprimatur falsitas, non erit infamis: vt Instī. de suspect. tuto. §. Suspectus. reiecto tamē tutore. Pupillum Iudex defendet.

Tutoria si ex morte alicuius vni cedit. Is per sententiam iuris tutele se intromittere debet, demandabitq; Iudex eidem vt pupillos pro tegat, tueatur, donec adoleuerint.

Tutela autem finitur octo modis, [g] Primo quando puer ad annos peruenerit, [h] & hoc secundum sexus diuersitatem, vnde si masculus fuerit, extunc iure feudali in tredecimo anno, annos attigit pubertatis. Iure vero municipali & municipali, masculi in quartodecimo, femellę in tredecimo, cum complete hos attigerint annos, perfecte discretionis annos habere dicuntur: vt Instī. qui. mo. tute. fini. §. Et ideo nostra semper constitutiō. Secundum antiquos cum anni ignorabantur. Pupilli annos attigisse dicebantur, cū crines in barba, & inferius in pudibundis apparebant: vt Spe. Sax. li. i. ar. xlij. hoc tamē abrogatum est per Imperatores, propter verecundiam seruandam: vt Instī. qui. mo. tute. fini. §. Pubertatem. Sanctumq; est, vt ibidem in allegato paragrapho habetur, quod hi qui potestate plenaria feudum alienare vellent, necessario attingere eos oportet viginti q; annos, vt etiam clarius habetur: Instī. de curato. §. Masculi quidem. [i] Iure vero nostro viginti vnum annos attingens super feudo disponere potest suo, & hoc ex eo fit, quia tempore Iustiniani, qui leges instituit, homines multo fortioris nature erant, q̄ tempore Caroli, qui ius Saxonibus instituit.

[k] Pupillus autem annos attingens pubertatis si a tutela liberari vult, probare cū oportet, quod annos attingat legitimos. [l] Vnde & venire teretur cū duobus agnatis ex parte patris, & duobus cognatis ex parte matris qui annos pueri recognoscant, & exinde anni dinumerabuntur, ac puer attigisse annos pronunciabit, poteritq; iam libere facere, & disponere cum bonis absq; tutoris contradictione, nisi forsan tutor esset in expectādo successionis bonorū. Mobilia tamen dare & alienare poterit, absq; renitentia illius, dummodo ęgritudine & morbo non occupetur, poteritq; alium sibi eligere ad tempus tutorem si vult, & ille tutor primus bona in tutelam accepta huic abscedere tenet: vt Instī. de Atilia. tuto. §. Cum igitur. Secundo tutela finit si pupillus se alteri arroget: vt Instī. qui. mo. te. finitur. §. itē finit. Tertio si pupillus in seruitutē trāsferat, nisi forsan ad tempus determinatum datus sit ad redimendum. Quarto si moriatur puer. Quinto si minorauerit cliꝑeum suum: uel aliquem ordinem susceperit: vt Instī. de capi. diminu. Sexto si interdicitur tutori prouincia: vt Instī. co. ti. Septimo si tutela prefigitur ad certū tempus. Octauo cū ex certis causis a tutela prohibetur: vt Instī. qui. mo. tute. fini. §. Desinunt autem.

Vltra ea quę hic de tutelis tam agnatorum q̄ ex officio datis tutoribus habebantur. [m] Notādum venit quod & alia inuenitur tutela, quę est viri respectu vxoris legitime, & differt ab alijs in quibusdā. [n] Primo quia vir existens tutor, non cogitur assecurare bona vxoris suę, sicut alij tutores id facere coguntur: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxiij. & Instī de satis da. tuto. §. Ne tamen. Secundo quod calculum facere non oportet vxori de administratione bonorum, quemadmodum illi primi facere coguntur: vt articulo pretacto libri secundi, & in auten. vt hi qui oblig. se habe. per hi. res mino. §. Si vo. Tertio quod reici aut deponi non potest tutor vxoris quemadmodū illis contingit: vt Instī. de suspect. tuto. §. Nouissime. Quarto non necessario venit qd sit sibi paris conditionis. Quamprimum enim maritus vxori copulatur, licet ei non sit paris conditionis, ratione tamē consumati matrimonij efficitur sibi equalis: vt Spe. Sax. li. i. ar. xlv. Sed & post consumationē matrimonij bona habēt indiuisa, illaq; cia vir in suam accipit tutelā. vt Spe. Sax. li. i. ar. xxxi.

~~O Exinde fit quod mulier sine consensu~~ mariti sui bona sua alienare, inpignorare: diuēdere minime poterit: sed nec aliq̄d promittere. P Pupilli etem factū sine assensu tutoris pro nō facto reputatur: vt Instī. de autori. tuto. §. Tutor autē. Potissimum vero marito nihil prestare poterit in damnum hęredum. Quia quęcūq; bona tutor pupilli acquirit nō plus in eis iuris habet, nisi vt tutor, & quia pupillus de iure nec quicq̄ dare tutori poterit, opinaretur enim forsan, quod dolo illud extorqueat coactusq; faciat, quod minime admiti debet, dato quod coram iudicio id actum sit, etiam si hilari vultu id faciat, nihil prorsus iuuabit, nec donatio valebit. Tutor enim defendere debet, ne circūueniatur pupillus, quare ne & solus id faciat cauendum est.

q Notandum insuper, quod tutor est nomen officij, ex legibus ortum habens: vt Instī. de Atilia. tuto. §. Sed ex his legibus.

r Tutor dicitur etiā esse Procurator: vt Spe. Sax. li. ar. xlvij. Item tutor dicitur etiam cōmunis prouisor, veluti Proconsul in ciuitate: vt. C. de sacro san. L. Iubemus. Etiā tutor accipit q̄doq; pro pugili: vt S. S. li. i. ar. xlvij. & xlix.

[e] *Tutela quomodo interdiatur.*

[f] *Vide hoc idem Spe. Sax. li. i. ar. xli. glo.*

[g] *Vide Spe. Sax. li. i. ar xlij. glo. feu. c. xxvi.*

[h] *Tutela multis finitur modis.*

[i] *Habundantius de his vide instī. de tuto. per totum.*

[k] *Quomodo ꝓbatur quod unus attigit pubertatis annos.*

[l] *Nota quod aliud est dicere, pupillum attigisse annos pubertatis et aliud habere annos perfecte discretionis. Iure enim nostro annos pubertatis masculi quidem in quartodecimo anno completo, femelle i tredecimo attingunt, & ibidem tutela finitur ut hic et instī. qui. modis. tute. fini. Annos uero perfecte discretionis secundū leges in anno xxv. Iure uero nostro in anno xxi. Vnde postq̄ tutela finitur datur eisdē iuuenibus curator qui bona eorūdem administrat, ꝓpter adolescentiā enim soli p se id facere minime possunt ut instī. de curato & per id intelligitur glo. ar. presentis quę perplexa est. Vide hoc idem Spe. Sax. li. i. ar. xlij. glo.*

[m] *Vide Spe. Sax. li. i. an. xlv.*

[n] *Tutoria uiri respectu legitime uxoris differ ab alijs tutorijs.*

[o] *Mulier sine consensu mariti nihil facere potest nec marito aliquid dare.*

[p] *Vide Spe. Sax. li. i. ar xxxi.*

[q] *Tutor unde nomen habeat suum.*

[r] *Tutor acapitur multis modis.*

Articulus XXVII.

De actione iniuriarū & debitorū.

COnsiderandum sequitur, quo pacto Iure Municipali, uir assecurari debeat cum accusatus sit pro iniuria & manuale factum, in eo non probatur. Is enim ante quatuor scamna, hoc est in locū ubi iudicium exercetur trahi debet, cauſaq; eidem insinuetur quare iure arestatus sit, & necessario ibidem Iudex præsens sit uel suus preco.

Si negotium illud ita cesserit [a] quod ad uitam uel sanitatem uergat, fideiussoriam eum statuere [b] oportet pro suo statuto uerigeldo. [c] Si fideiussoriam nō habeat, Iudex eum solus seruabit.

Sed si negotium illud sit occasione debiti, quod ille recognoscit, & uir sic accusatus hæreditatem habeat in ciuitate, quæ ad maius se extēdit q̄ debitum illud, poterit se hereditate tueri [d] ad legittimum iudicialē terminum. ¶ Quod si hæreditate careat, præsentabitur creditori per manum. Si aduena fuerit is cui præsentatus sit, eundem secum libere abducere poterit si ipsum in municipio seruare non ualebit. Cautionē tñ fideiussoriā statuere eum necesse est, quod absq; noxa corporis & sanitatis eūdem seruabit, uel uiceuersa præsentabit. Si fideiussoriam nō habeat, eundem in municipio in domo iudicis relinquet. Compedes potest sibi apponere, & præter id nullam aliam penam sibi irrogare poterit, beniuole enim sese in carceres obtulit. Prouidere eum debet ei bo & labore, per simile prout aliam suam familiam, quia nec fur, nec furum socius aliquando fuit. Si euaserit anteq̄ debitum exoluat [e] eundem detinebit ubicumq; eum preuenire poterit pro peccunia sibi retenta, ac uiceuersa iudici præsentandus necessario erit.

[a] *Practicam uide quo pacto detentus extra manuale factum ad ius dicium adducitur, & item pro debito arestatus.*

[b] *Spe. Sax. li. ij. ar. v.*

[c] *Vide Spe. Sax. li. i. ar. lxi.*

[d] *Vide Spe. Sax. li. iij. ar. xxxix.*

[e] *Sp. Sa. li. iij. ar. xxxix*

Glosa.

In textu articuli presentis datur breuiter modus quo pacto tam ciuilis q̄ criminalis quęrela instituenda sit.

[f] Vnde pro intellectu eiusdem clariori, Notandum quod manuale factum dicitur [g] cū factum aliquod nūc patratū sit, & eo instanti conqueritur ibidēq; iudicatur, sed & statim malefactori pena infligitur, & vt sic in manuali facto detentus ad fideiussoriā dari non potest, vt C. de custo. reo. L. in quacūq; Innuit enim lex illa quod in quacumq; causa reo exhibito siue accusator existat siue eum publice sollicitudinis cura ꝓduxerit, statim debet quęstio fieri? Vt noxius puniatur, innocens vero absoluatur. Istudq; a Romanis ortum habet, qui & Iudices constituerant Prętores eosdem nominando, quibus prouincia hęc commissa erat, vt super malefactores iudicarent, positq̄ sibi presentabantur, dignoscebātq; an pena digni sint nec ne? Quod si manuale factum nō apparebat, seruabatur modus vt textus hic habet.

Tarquinij etiam superbi temporibus in cohibendis malefactoribus infrascriptus adinuentus est modus. Positq̄ enim vel a priuato quoq̄ vel ab officio malefactor sibi presentatus fuit, eūdem torturis afficere iussit, vt cōplices facti manifestet.

Is [h] etiam Tarquinius primum patibulum & omnis generis penas ac torturas excogitauit. ¶ Iudicis etiam officium est nedum ad instigationem alicuius [i] verum etiam ex officio suo nullo instigāte malefactores coercere. Plura etenim industrię iudicis committuntur dato quod nullus accusator sit, etiā si nulla probatio appareat, quod si probatio premanibus est, debet in manuali facto cū illa probatione iudicio presentari & eundem coruinci vt ff. de furtis L. furtum manifestū, & Spe: Sax. li. i. ar. lxvi.

[k] Exinde tandem elici potest quod nullus sibiipsi Iudex esse [l] potest in sua causa, nec aliquis sibiipsi iusticiam administrare audeat, dato etiam quod rem antehac furatam apud aliquem inuenerit [m] eandem vi accipere ab eo non debet, sed bene ille detineri poterit & iudicio presentari: vt textus habet.

[f] *Manuale factum q.ē*

[g] *Spe. Sax. li. i. ar. lxvi. li. ij. ar xxxv. ifra Iure Munia. ar. cxv.*

[h] *Patibuli inuentor Tarquinius & torturas idem excogitauit.*

[i] *Iudex etiam nullo instigante malefactores coercere potest.*

[k] *Nullus sibiipsi Iudex esse debet.*

[l] *Spe. Sax. li. ij. ar. xlv. glo.*

[m] *Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xxv. & infra Iure Munia. ar. cxij.*

Quod si manuale factum non appareat, hoc
n. Spe. Sax. li. i. ar. lxx. est, quia factum sit pernoctatum, vel quia Iu
dex domi presens nō sit, [n] & querela vergat
in sanitatem vel vitam, ibidemq; alius termi
nus ad agendum proponatur: vt Spe. Sax.
li. i. ar. lxi. actor fideiussoriam ponere ad pro
sequendum actionem cogitur, & respondēs
itidem cautionem ponat ad respondendum
o. Vide Sp. Sax. li. i. ar. lxi. secundum quod cōtra eum quesitum sit. [o] Si
cōtra eum quesitum fuerit, & pena uergat ad
cutim, fideiussoriam statuat pro medio veri
geldo, & hoc si factum pernoctatum sit: vt
C. de exi. & intro. reis. L. Nullus. &. ff. de cu
sto. reo. L. Si quis reum. Si vero fideiussoria
p. Spe. Sax. li. i. ar. lxi. careat, seruari debet apd iudiciariā potestatē.
¶ P Homo vero vt sic. iudiciarie potestati
traditus, siue sit actor siue respondens. q Iuri
q. Carceribus iniectus ob defectum fideiussoriæ honori minime derogat suo. suo minime derogabit, sed nec honori.
Notandum circa id quod fideiussoria quan
doq; accipit naturam suam a iudicio, [r] vt cū
quis cautiōe prouiditur, occasiōn futuri dā
ni: vt. ff. de dam. infect. L. dies cautiōi p̄stitus:
Et id venit ex mandato iudicis. ¶ Alia fide
r. Fideiussoriæ uarietas. iussoria fit in iudicio, cū qs promittit parere
iuri: vt ff. Rem ratā haberi. Et hec fideiussoria
duplex, criminalis videlicet & ciuilis, in
s. De fideiussoribus ui de plura Spe. Sax. li. iij ar. ix. textu tangitur. [s] In criminalibus fideiussor
absoluitur verigeldo, secundum quod con
tra ipsum proponitur. Ad maximum vero
verigeldus extenditur ad decemocto libr. &
hoc ex eo statutum est, ne fideiussor penā su
t. Fideiussoria in ciuilibus actionibus grauior est q̄ in criminalibus. bire cogatur, sed verigeldo sese defendat: vt
C. de fideiusso. &. manda. L. Sancimus.
[t] Fideiussoria vero in ciuilibus grauior est q̄
in criminalibus. In ciuilibus etenim ad quā
tamcumq; summā fideiusserit quem, [u] ean
u. Vide Spe. Sax. li. i. ar. lxv. & li. ij. ar. x. li. iij. ar. ix. dem persoluere cogitur. Quod si quis fide
iussorem non habuerit, detineri potest. Si ve
ro tantum facultatis sibi sit prout querela ex
tenditur, ad statuendum fideiussoriam cogi
x. Spe. Sax. li. ij. ar. v. non debet. [x] Is etenim qui se contra querelā
proprio seu hereditate tuetur, tutius facit q̄
qui fideiussorem statuit: vt. ff. de reg. iur. L.
Plus cautionis. Vbi habetur quod cautio in
rem tutior est q̄ in personam. Vnde posit̄ ac
cusatus bonis sese defendit: datur cognitioni
p. S. Sa. li. ij. ar. xxxix.

q. Fur nocte deprehẽsus in domo alicuius licite occidi potest.

q Fur deprehensus nocte in domo alicuius: dato quod nihil furatus sit, r licito occidi potest & furto accusari. Furetur etiam quis robora ędificiorum, vel aliud quid! noctu, etiam si minus sit q̃ tres solidi, iudicari cum reste vel fune debet. Fructus etiam si quis ex pomerio furetur, iudicioq; cõprehensus presentatur. Iudicari debet iuxta taxã damni, vt ff. de arbo. ceden. per to. Furetur vero nocte frumenta siue in campo, s siue in horreo, siue sint tritulatã siue non, fune iudicabitur.

r. Spe. Sax. li. i. ar. l. li. ij ar. xiiij.

s. Spe. S. li. ij. ar. xxviij.

Contra raptores etiam & fures pena triplex statuitur. u Primo quia prędo vel fur per clamorem denunciatus ex necessitate insequi debet, vt S. Sax. li. i. ar. liij. & li. ij. ar. penulti & in auten. de manda. princi. §. quod autem coll. iij. x Secundo quod sub illo iudice vbi excesserint respondere coguntur & sententias acceptare, etiam si iudex sit vilioris conditionis q̃ ille accusatus, y vt C. vbi de crimi agi. opor. L. i. & in auten. vt om. obedi. Iu. §. arripiat. & Spe. Sax. li. i. ar. lix. & li ij. ar. lxi. Tertio quod in facto vel fuga interfici possunt, vt C. quando lice. vnicui. sine iudi. L. vlti. & Spe. Sax. li. ij. ar. lxix. Et secundũ q̃ aliquis demeruerit pena sibi si conuincitur infligi debet.

t. Spe. Sa. li. ij. ar. xxxix

u. Pena contra fures & raptores statuta.

x. Spe. S. li. ij. ar. lxiiij.

y. De penis quo pacto secundum diuersos excessus infligi debent. Vide abunde Spe. Sax. li. ij. ar. xiij. x. iij. et xvi.

Considerandũ etiam z quod homicidium contigit tripliciter & secundũ hoc pena homicide sit etiam triplex. Primo occidit vnus alium propter bona vt illa rapiat. Pena illius est quod per circulum equo trahitur & rote apponitur. a Secundo occidit vnus alium ex inimititia, is gladio punit. Tertio occiditur quis in defensa vitę vel bonorum & si testes habuerit metseptimus iuramento liberabitur. Additur etiam & quartus homicidij

z. Homiadium contingit tripliciter.

a. Spe. Sa. li. ij. ar. xiij. & ar. xxxvij.

modus vt cum quis ex casu aliquem occidit sicut cedens arborẽ viatorem euntem interficiat non voluntarie, vel in auem sagitans si hominem interimat.

Occidat etiam si quis alium in campo in furto vel pręda, b esto q; homo pleni iuris, c iudicatur super illum occisum iuxta clamorem violentię. Quod si agnatus occisi illum velit per duellum intercedere, cum duello etiã eum vincere necesse est. Sed si testes declarauerit produxeritq; contra illum offerens se testibus eum conuincere id facere propior erit propter manuale factum quod euidens est, q̃ agnatus per duellũ eum defendere posset. Si vero testibus careat & defensam allegauerit, agnatus metseptimus facilius eum defendere poterit, q̃ accusator super pręda vel spolio eum conuincere. Occidens autem in defensa aliquem idq; probet vt iuris est suo verigeldo absoluetur, vt Spe. Sax. li. ij. ar. xiij. Interficiat etiam quis alium absq; malo proposito sicut sagitando in auem hominẽ interimat verigeldo absoluitur, d ligna etiã cedens in silua penes viam & clamore pręcustodiat euntes.

b. Spe. Sax. li. i. ar. l. & lxiiij.

c. Occasus in campo in furto uel prędo quomodo conuinatur

d. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xxxvij. de hac materia.

Item si tegat domum: muro construat publice, ibidemq; casualiter interficiatur quis, verigeldo absoluitur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxxviij. & huiusmodi homicidium dicitur casuale, metseptimus tamen probare tenebitur. Occidatur etiam si vnus e ex casu in torneamentis, hoc est si propria voluntate & motu suo intrauerit ad torneamenta: vbi decertatur vel pugillatur & ibi occiditur, leditur, sibi ipsi imputabit. Item si fuerit in locum vbi cursus equorum sunt vel lapides pro exercicio, aut falange iaciuntur, si quid sinistri ei acciderit, & probetur per illum qui fecit q̃d nõ animo malo factum sit manet sine culpa. Item si robora quis cederit in domo sua, & loco vbi nullus ad agendum habet, & ibi quis extraneus veniens leditur, vel canis eũ laceret in domo vbi nihil ad agendum habeat, sibi ipsi imputabit.

e. Vide de homiadio casuali hic abunde.

f Sed si imposuerit quis puerũ in equũ, qui freno detineri non potest, & equus puerum occidat, dominus equi emẽdare oportet, vt iuris est, si equum habere voluerit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xl. & Insti. Si q̃dru. pauperi. fere. g Puer vero nondum annos habens, vel freneticus, si occidat alium, h tutor damnũ resarcire tenetur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. lxv.

f. Puer equo impositus irrefrenato si interficiatur cui culpa datur.

g. Puer uel freneticus ocidens aliquem quõ punitur.

h. Spe. Sax. li. ij. ar. lxv. & li. iij. ar. iij.

In textu articuli. xxxvij. cum dicitur violentiarum querelę, & domos irruptionis &c. Irruens etenim domũ alicuius, prędoni & pacis violatori similis est, qui manu violenta aliquem spoliare nititur. Querulariq; debet cum clamore contra eum sicut cõtra furem. i Hijs etiã annumerantur illi qui in via libera noctu vel de die armati aliquẽ expectant aut iniuriari, obsidia viarũ domorum ue faciunt volentes. Contra illos etenim sicut cõtra fures & prędones procedetur. Nam sicut

i. Irruptiones & obsidia uiarum quomodo puniuntur.

fur furripere nititur bona alicuius, sic iste vi-
tam adimere conatur, metseptimus ergo co-
uincitur qui sic prȩuetus est propter manuale
factum quod apparet, & pena illius est quod
plectitur capite: vt Insti. de publi. iudici. §.
item lex Cornelia. Per id etiam quę in textu
breuiter expressa habentur omnes alię iniu-
rię subintelligi debent, siue sit spolium, fur
tum, incendium, homicidiū, seu depopula-
latio, stuprum, irruptio domorum, obsidiū
ac in vȝs liberis deprędatio, aut sinitatis le-
sio. Omnes em̄ prętacti morti condēnant.
Post q̄ vt iuris est conuincunt superantq;.
Vnde & siquidem non nisi quatuor causę
iniuriarum vt cōmuniter describūtur: vtpo-
te, furtum, pręda, homicidiū, oppressio vir-
ginum, alię tamen sub his: vt supra tactum
est includuntur.

k. *Stuprum iure ipso est peccatum grauissimū ex tribus.*

k Stuprum seu oppressio virginū: vt textus
habet, peccatum est grauissimū in iure quo-
liber ex tribus. Primum quia factū illud ne-
cessario conqueritur, quod si parentes ex ne-
ligentia id ommittant, & violatori eā post-
modum copulent, in exilium mitti debent
perpetuum: vt. C. de raptu. virgi. L. i. Secū-
dum quia stuprans virginem eandem in ma-
trimonium superducere non potest, l vel si su
perduxerit ex ea proles legitima non procre
abitur: vt in. auten. de rapto. muli. quę rap.
nubunt. §. i. coll. ix. & Sp. Sax. li. i. ar. xxxvij.
Tertium quod iudices raptores huiusmodi
inuestigare debent & iudicare sine querela,
omnesq; complices simile ius patientur: vt
C. eo. ti. L. i. & in auten. de manda. princi. §.
Irę. coll. iij. domusq; huiusmodi in qua siu-
pratę mulieres fuerint, succidi debent, om-
neq; animal, m quod auxilio ad id fuit occi-
di. Sed & omnes huiusmodi violētię clamo-
rem insequi tenentur.

l. *Vide Spe. Sax. li. ij. ar. lxiij.*

m. *De hac materia uide abunde Spe. Sax. li. iij. ar. i. & in glo. ibidem & C. de raptu virgi per totum.*

Si vero iniuria sic proposita pernoctata fue-
rit superior iudex eandem decernet. In manu
ali vero facto in instanti iudicabitur: vt Spe.
Sax. li. ij. ar. ix.

n. *Cauēdum est ne unus cum clamore quæruletur cum manuale factum non apparet.*

Cum autē manuale factum non apparuerit
facilius accusatus euadere potest. n Vnde prę
cauendum est, ne vnus cum violentiarū cla-
more queruletur, cum manuale factum non
apparet, quia alias incidit penam: vt Spe.
Sax. li. ij. ar. lxiiij. & C. de probati. L. Sciant,
Vbi enim cum clamore violentiarum pro-
ponitur factum illud manifestum & clarum
esse debet, & iuxta causarum probatiōes in-
fligitur pena malefactoribus: vt Spe. Sax. li.
ij. ar. xiij.

o. *S.S. li. iij. ar. xxxvij.*

Sciendum etiam circa id, dato quod vnus
baculo percutiatur, ita quod loca illa percus
sa sint liuida, o tumida, querela etiam iniuria-
tum apponatur per clamorem, nulla tamē
sequitur corporalis pena, dato quod victus
sit, sed soluet emendam & multam.

p. *Virgo uel mulier stupratam se esse allegās differsis crinibus si iudicē agrediatur*

QVERITVR P Virgo vel mulier dispersis
crinibus, & scissis vestibus, si veniat ad offi-
cium, & querelam proponat, quod stuprata
sit, probaturam se offerens cum testibus cla-
morem audientibus, actionemq; prouideat:
vt iuris est, accusatus tandem veniat libere,
non detentus: non ligatus, & petat innocen-
tiam declarari suam, cui cedit probatio. R.
Vir vt sic accusatus, si libere non detentus
ad Iudicem veniat, est propior querelam eua
dere mersептimus, q̄ quod conuinci possit.
Ius enim fauorabilius est respondenti. vt. ff.
de reg. iur. L. Fauorabiliores.

extra manuale factū accusatus aliter absoluitur q̄ quod conuinci possit.

Articulus. XXXIX.

De quærelis ex necessitate propo-
sitis, & per Burgrabiū iudicandis.

OMnimodas necessarias quærelas quæ perno-
ctate sunt, nullus iudi-
cat nisi Burgrabius.

a. *Spe. Sa. li. i. ar. lvij.*

Si alicui ædificia per sententiam iu-
dicam abiudicentur, ex eo quia in
illis mulieres, uel puellæ uiolatæ
sunt, ædificium illud succidi debet,
b & in terram prosterni, non tamē
debet exinde abduci, nec comburi.
Sed si sententiatus sit pro præda,
furto ex castro cōmisso, excidi ædi-
ficiū debet, eritq; omnibus cōmune.

b. *Sp. Sax. li. iij. ar. i. & lxviij. & itē li. ij. ar. ult.*

Articulus XL

Contra quas iniuriarum quærelas,
quis iuramento absolui nō potest-

OMnes iniuriæ & quæ-
relæ ubi probatio ha-
betur, c coramq; iudi-
cio cum clamore in-
choate sunt, pro illis iurare non po
terit, sed si nulla probatio sit, extunc
citius unus iure se expurgabit, q̄
quis cum conuincere possit.

c. *Spe. Sax. li. i. ar. xv. & ar. xxij.*

Articulus XLI.

De quærela contra aliquem in eius
absentia facta, ubi & terminus reo
assignatur.

215

d. *Spe. Sax. li. iij. ar. xiij*

ACcusetur si qs pro iniu
ria, ubi præsens non sit,
d terminusq; reo ad re-
spondendum assigne-
tur, & actor infra dictos terminos
reum reperiat, eum licite arestabit
seu detinebit pro quærimonia tam-
diu quoad fideiussoriam ponat ad
comparendum. Quia Iudex pacem
actori, & non reo in cuius absentia
conquæstum est nunctiauit.
Qui pro iniuria accusatus est, ante
omnia uarendæ præstationē petat.

e. *Sp. Sax. li. iij. ar. xiiij. & supra ar. xxxv. co. li. Munia.*

e Quamdiu enim uarenda nō præ-
statur, actor suam actionem corri-
gendi liberam habet facultatem,
post hac uero non.

Glosa.

Tres articuli precedentes vna illuminantur
glosa, in idem enim coincidere videntur, de-
clarāt s. quidē q̄ pacto querelę iniuriarū fi-
eri debeāt, & etiā quę pena exinde sequit.
Vnde circa id sciēdum, f quod propter tres
causas ędificia prędiorū arcis, fortalitiorūq;
destrui possunt, videlicet occasiōn stupri in
eis commissi, occasiōn prędę, & etiam furti.
Pro stupro edificia destruuntur ex eo, quia
domus ille fuerūt obstaculo quod mulieres
sic oppresse non potuerunt aufugere, quin
violētur: vt Spe. Sax. li. iij. ar. i. & C. de raptu.
virgi. L. i. Secūdo etiam destruunt ędificia ca-
stri, vel domus, positq; sententialiter condem-
nentur, occasiōn furti vel prędę: vt Spe. Sax.
li. iij. ar. lxviij. g Is enim qui malefactorē so-
uet reus facti efficitur: vt Spe. Sax. li. ij. ar.
vlti. & C. de his qui latro. vel aliȝs crimi. re.
occul. L. Eos. & L. Si qui. Pro fure etiam
vel prędone reputat; q furtū fouet & occultat:
vt Insti. de obli. quę ex delict. nascun. §. mani-
festus. Castrū preterea ratione prędę condēna
tū restaurari nō debet: vt Sp. S. li. iij. ar. lxvi.
Circa id notandum venit: h quod vnus fit
facti reus quatuor modis. Primo si solus no-
xam fecerit. Secūdo si auxilio ad id fuit. Ter-
tio si consilium dedit. i Quarto si malefacto-
res fouet: vt Insti. de obliga. quę ex delict. na
scun. §. Manifestus. &. ff. de vi. & vi. arma. L.
i. & Spe. Sax. li. ij. ar. xiij.
Pro declaratione etiam textus maiori. No-
tandum, quod si quis furem intra quatuor
angulos, vel intra septa domus suę arripue-
rit, eundem in facto manuali cum clamore
publicare debet viciniam acclamando, ma-
nuscq; & pondus rerum furatarum dorso alli-
gare, in custodiaq; seruare. k Iudici eundem
tandem dennnciaturus. Iudex posmodum
duos illic nunctios mitter, & quemadmodū
Scabini furem huiusmodi illic viderint, ita
iudici denunctiabunt. Exinde tandē post hāc
recognitionem actor querelam apponet suā.
Iscq; modus furem presentandi vtilis etiā est
actori, cum eum ad iuridicā vel preconis pre-
sentat potestatem, sed & debet presentari cum
furto illo protestariq; cum Iudice & Scabinis
& hoc ideo: si forsan fur euaserit, quod ad ius
venire possit suum. Quemadmodum em̄ iu-
diciarie potestati seu carceribus cōmittit ac
presentatur. Ita etiam vicuersa iudicio pre-
sentari & sisti debet: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxvi.
Constitutiones autē occasiōn iniuriarū tam
hę presentes q̄ alię plereq; sancite sunt: vt ma
lefici refrenentur. Iuris enim & legum inten-
tio est temeritati prauorum resistere.
l Vnde considerandū quod temeritas triplex
est. Prima quando quis temere & impudice
audenterq; facit cōtra ius, vel qui forsan so-
lus deberet iustitiam fouere, & iniustitiam de
bilitare, ipsemet iniuste agit, sit cuiuscumq;
status & legalitatis, m & contra illos statutū
est, quod quicqd hoc pacto fecerint, pro nō
facto reputatur, qui enim contra ius facit
iniuste agit, subitq; penam contra excessiuos
a iure decretam: vt in exemplo, si vnus equū
furetur detineturq;, equus cedit illi viceuer-
sa cuius erat: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxv. & xxxi
nec res illa furtiua pertinebat istum, qui eam
furatus est, nec commodum habere illius
aliquādo potuit, immo subit a lege statutam
penam quia suspenditur vt C. de legi. & con-
stit. princi. L. non dubium, & in auten. vt om.
obedi Iudi. §. i. coll. v. Secunda temeritas etiā
dicitur mala & fit cum contra aliquem ex-
cesserit quis, & ille propria auctoritate vl ci-
scitur illud nec iudici querulatur. Pena illo-
est quod causa illorum iusta per temerariam
inuasionē iniusta efficit. vt in stit de vi. bono. ra
pto. §. fed ne dū & C. vnde vi. L. si qs i tantā.
n Nullus etenim sui ipsius Iudex esse debet;
sed iustitiam a iudice expetat, vt C. ne quis
in sua causa L. generali. Tertia temeritas & il
la est pessima cum quis malefecerit vel exces-
serit vitareq; non vult, sed aperte incedit ac si
recte & bene egisset, vel potestatem ad id fa-
ciendum habuisset. Pena istius est quod are-
stari & detineri potest, quoad cautionem po
nat, vt se super his iustificet. Istud tangitur ibi
quia Iudex pacem actori &c. Q. d. sit quisqs
sit ille tamē facultatem non habet male faci
endi seu iniuste damnandi, illud enim quod
pro bono non habetur malum est, nisi iusti-
cia concomitetur, vt in auten. vt om. obedi.
prouin. Iudi. §. i. coll. v.
Ante uarende prestitionem meliorare actor
querelam potest suam vt textus habet. Cau-

f. *Edificia prædiorum aras ex tribus destrui possunt causis.*

g. *De hac materia uide Spe. Sax. li. ij. ar. ulti li. iij. ar. i. ar. lxvi. et lxviij.*

h. *Reus facti potest esse unus quadrifariā*

i *Sp. Sa. li. ij. ar. ulti. glo.*

k. *Practicam iuris detentu uide.*

l. *Temeritas triplex.*

m. *Sp. Sa. li. iij. ar. xiij.*

n. *Spe. Sax. li. ij. ar. xxv. & lxx. li. iij. ar. xxij. co. Iure munia. supra ar. xxvij. & infra ar. cxij.*

tus itaq; respõdens in eo esse debet, qđ postq̃ cum clamore contra eum proponitur, vt varende petat prestitionem.

o. Varende utilitas.

o Varende autem vtilitas & effectus est ad multa. P Primo quod pro huiusmodi causa seu querela nullus alter eũ accusare poterit & si se super obiecto debito vel facinore excusauerit, deusq; omnipotens eum iuuerit, & ab alio forsan posthac molestatus sit, ille qui actor fuit eum tueri tenebitur.

P. Spe. Sax. li. ij. ar. xv. & li. iij. ar. xiij.

Item varenda vtilis est, quod querelã suam postmodum meliorare non potest, vtsi te accuset pro violẽtia, nõ poterit te accusare pro homicidio.

Prẽterea si duellariter te alloquatur & duas proponat quẽstiones, tertiam omittendo varendamq; faciat, ruet in causa quia omnes tres proponere eũ iure oportet, vt Spe. Sax. li. i. ar. lxiij.

Articulus XLII

Quo pacto ferendarius Iure obtineri debet in causis & quærelis uiolentiarum ac manualis facti.

FErendarius per sententiam ad id coactus qđ uerba alicuius facere debeat in facto manuali hunc modum in processu seruare debet.

a. Ferendariorum doctrina.

a Primum etenim dicet, domine Iudex ex quo me procuratorem huic dedistis homini, quæro per sententiam dari, si ab aliquo inimicicias, impetitiones, aut aliud quid cõtrarium suferre debeam, ex eo quod uerba sua pro Iuris loquar exigentia quãtum melius possum aut ualeam. Postq̃ sibi hoc definitum fuerit, extunc præcustodiat ei quod & alium in defectu habere possit procuratorẽ, uel si forsan in defendendo deficiat causam non bene intelligendo, qnod consultari cum principali uel alium attigere possit procuratorem, tum & alia quæ iuxta consuetudinem iudiciorum obseruari solita sunt reformentur.

Tandem quærat ferendarius, quomodo quærelam inchoare debeat ut proficiat iuri suo, cum sibi id decernitur quærat per sententiam an principalem interrogare iure debeat, quis in eo pacem fregerit.

Quod si ita impotens est ut colloqui nõ possit cum sibi decernetur, & illum iudex cum duobus scabinis & item duobus ad iudiciũ pertinẽtibus conspexerit, hoc est si fuerit ita imbecillis seu debilis, quod loqui non possit, ut exprimant illi testes prout uiderunt uel audierũt quodq; sub iuramento ipsorum recognoscant quid ipsis notum sit in facto illo, cũ hoc sibi difinitur, ab uno, a secundo, a tertio, extunc requirat in sententia si iam profecerit in iuris processu, cumq; sibi hoc decretum sit & pacis uiolator per clamorem citatus ut iuris est fuerit, tandem proponat hæc uerba.

Domine iudex peto audiri uerba N. & ea intelligere. N. quærulatur contra. A. quia ipse ueniens in municipium in uia libera pacem in eo fregit, eundem mutilauit ac uiolentiam in eo patrauit, q̃ probare potest, sed & uita ac bonis eum spoliauit, & sibi tantum accepit quod dello dignum est, petitq; Ius super eo decerni. Exinde uiolator pacis aduocetur per præconem pro primo, pro secundo, pro tertio, ex nomine eundẽ aclamando. Pro qualibetq; uice quærela renouetur dicẽdo q̃ N. conquerit̃ contra A. quia in Municipium ueniens in uiam regiam eundem bonis & uita spoliauit uiolentiamq; in eo patrauit quam & ostendere potest, & petit

216

super eo Ius decerni, Itidem faciat & pro tertio.

Posthac tandem ostendere debet uulnera, & quærat per sententiam dari, si uiolatorem alibi ubicunq; locorum præuenerit an eum detineri possit de forma iuris, cũ sibi hoc definitum sit, petat pacem quæ & decerni sibi debet.

Glo.

b. Ferendariorum utilitas.

Practicam huius ampliorem vide in processu iuris. Is tamen modus qui hic in textu habetur communior est in proponenda querela contra pacis violatorem.

Vnde circa id sciendum, b quod ferendarij seu causidici in omnibus iuridicis actionib⁹ plurimum sunt necessarij.

c. Spe. Sax. li. i. ar lx. li. iij. ar. xiiij. & Iure Munia. supra ar. xvi.

Ordinati etenim sunt ad communem vtilitatem c iuri & communitati in obsequium, vt tam actor q̃ reus a damno & periculo precustodiãtur quod minime euitari posset si ferendarij non haberentur.

d. Ferendariorũ laus.

d Ferendarij etenim iuris milites appellantur sicut etenim miles bellicosus gladio communem defendit vtilitatem, ita ferendarius industria sua iusticiam fortificat, iniusticiam vero deprimit. Status etenim rei publicę nedũ armis verum & legibus fortificatur, vt insti. in prohemi.

Honorificumq; est ferendariatus officium, cum & vnus quisq; iuri dignus ferendarius esse potest, vt Spe. Sax. li. i. ar. lx.

e. Ferendarij qui esse non possunt.

e Ferendarius autem esse non potest iure priuatus, seruus, surdus, freneticus, Minorennis quia nec iudicio astare eis admissum est vt ff. de postulati. per totum. & iñ. q. vij. Infames. Is enim qui seipsum defendere nõ potest, nec alium defendere poterit: vt iñ. q. i. Prohibent: Sed & mulieres ad officiũ istud minime admitti debẽt: vt Sp. S. li. i. ar. lx. & li. ij. ar. lxiij.

f. Sp. Sax. li. iij. ar. xiiij.

¶ Item clerici & monachi abstinere etiam ab officio huiusmodi debent, nisi forsan in certis casibus in iure spirituali. f Sed & quiuis ferendarium habens damnum euitare potest, si dictis ferendarij non consentiat, sed ea retractet, tempore quo id facere potest.

g. Quo pacto ferendarius cogi potest ut uerba alicuius loquatur practicam inde.

Considerandum circa id venit, g quo pacto vnus cogi possit, quod verba alterius in Municipio ꝓponere vel loqui cogatur. Is etem qui ferendario indiget proponere in primis debet. Dñe Iudex, faueatis mihi hominẽ: qui verba proferat mea. ℟. Faueo. Potest etiã is qui ferẽdarium affectat, alijs item verbis proponere. Domine Iudex, ego sum adeo pauper, & alienigena, quod nullum ꝓ consilio et auxilio habeo, qui propter Deum faciat, qui consilio adsit, & verba ꝓponat mea, faueatis itaq; vnum qui id faciat. ℟. Iudex. Faueo. Ille tãdem dicat, ago gratias Deo & vobis, respiciatq; quem potissimum habere velit, quod si nomen ignoret suum, tunc ad illum dicat, quem libenter haberet. Domine rogo causa Dei & Iudicij vt verba faciatis mea. Si vero recuset interroget eum cur id facere nolit, quod si pertinaciter recusauerit extũc Iudicem vlterius agrediatur & dicat, peto ꝓ homine isto: & nominet eũ vel designet quod Iudex eum cognoscere possit. Iudex tandem dicat, faueo tibi. Proponat tandem vlterius homo ille. Quandoquidem possessionatus est in iure vestro: peto decerni an recusare possit. verba loqui necne. ℟. Pro iure si possessionatus est recusare minime poterit quin verba faciat: vt Spe. Sax. li. i. ar. lx. Vnde circa id sciendum, si Iudex ex officio preceperit ferendario, qnod verba loquatur: & ille recusauerit sine legittima causa, mulctam Iudici, & petenti emendam succumbet

h. Sp. Sax. li. iij. ar. xiiij & li. i. ar. lx.

h Si autem causa illa sit erga dominũ suum vel erga agnatum in uitam vel sanitatem si quid agatur iuste se excusare potest, iuramento id confirmando si non creditur sibi, immo quamcunq; causam allegauerit probare iuramento tenetur si iudex fidem sibi non dat, nec iam vltra ille qui procuratorem petit, quicquam interrogare tenetur, negotiũ etenim illud iam iudicem pertinet, qui principali ius in ferendarium dederat, & vt sic ferendarius non solum excesit cõtra illum qui eũ petijt, sed & contra iudicem cuius mandato cõtrarium se ponit, & ita vt dictum est, huic soluit mulctam, illi vero emendam.

Notandum insuper, si vnus iudicialiter agere habeat, & videat ferendarium quẽ libenter haberet, i aduersarius vero cum eodem interim secreto componat, & agere intendat, ipse aũt eum alienare sibi vellet, sicut in exemplo si. N. cum. P. actionem intentent, &. N. cum A. conueniant seu colloquãtur, qualiter verba sua loqui debeat. P. esset respondens, & libenter etiam haberet ipsum. A. dicat q̃. P. ad Iudicem, faueatis mihi verba domine Iudex. ℟. faueo. Dicat tandem. P. peto hominẽ qui verba dicat mea, & rogo pro isto: denominãdo. A. si dicat tãdem. N. domine Iudex: ego peto pro isto. A. vt eundem mihi in ferendarium detis. Si tãdem. P. dicat. Domine Iudex faueatis verba loqui. Quemadmodum ego in primis expetij. A. vbi me traho ad iudicẽ & scabinos, petoq; sententialiter decerni, an verba mea potiori iure loqui non debeat, q̃ alter eum mihi alienare posset. Posthae. N. dicat quod prius secũ collocutus sum, & pro prijs impẽsis eum huc attuli: & ad eũ solũ me traho, nam & ipse solus id facere promisit, peto per sententiã decerni, an eum mihi quis alienare posset. k ℟. Si. P. probare potest per

i. Cautela pro expetẽdo ferendario.

k. Spe. Sax. li. i. ar. lx. & lxi.

Iudicem & Scabinos qđ. A. in ferēdariū primum petiit ille potiori iure verba sua dicet, Sed si vterq; eundem simul a iudice petierit est in voluntate Iudicis cui eundem fauere velit: vt Spe. Sax. li. i. ar. lx.

Ferendarius etiā verba alicuius facere recusans, Iudex posthac eū audire non tenetur.

l. Ferendarius quid præcustodire sibi debet ne incurrat in dānum.

l Ferēdarius insuper, si ex iuris sentētia verba dicat alterius, præcustodire sibi per sentētiam poterit, si & in quantum ex illo ferendarionatu in damnum incurrat, quis eum euincere debeat, decernetur quod principalis. Vterius queat Iudicem an satis habeat in illo, & vt sic manebit indēmnis, verbaq; posmodū faciat vt iuris est, prout etiam in processu iuris inueniūr, formetq; querelam & omnia agat iuxta iuris regulas, & doctrinam prudētium ac iurisperitorum.

m. Ferendarius excedens commissum domini potest ad mulctam impelli.

m Ferendarius excedēs cōmissum domini indicēdo, potest ad mulctam compelli, & hoc si p sententiā id queratur: hisce verbis. Quando quidem pacem & ius obtinui &c. & ferendarius hic stat, & aliter locutus est, q̄ dominus sibi commisit &c. An id iure fecit necne?

n. Ecu. c. xix. glo.

n Decernetur secūdum quod fuerit excessus ille. Quod si ferendarius se eliberare velit, id facere debet anteq̄ sententia decernatur, hisce verbis, quod nihil locutus sum nisi quę in cōmissis habui, an non sim propior prout ius decreuerit mulctam euadere. Decernetur: qđ si audebit sacramēto probare, quod nō aliud locutus est nisi quę in commissis habuit, immunis euadet: vt feu. c. xix. glo. ibidem plura vide.

Articulus XLIII

De Consulum electione ac eorundem potestate.

QOstq̄ Maideburgen ciuitas Iure Municipali fundata fuit, de uoluntateq; Imperatoris Ottonis Ruffi cū consensu etiam & consilio seniorum prouinciæ illius secundum Ius Caroli Imperatoris & iuxta eorum arbitrium ac uoluntatem locata, consiliati exinde sunt quomodo scabinos & consules eligere debeant pro ciuitatis cōmodo. Scabinos quidē ad tēpus diuturnū.

a. Iuramentum consulum.

Consules uero ad unum annum a qui tunc iurauerūt, & nunc iurāt annis singulis cum de nouo eligūtur, ciuitatis honorem profectum, utilitatem, & Ius custodire, prout melius nouerint aut poterint, cum consilio & iuuamine seniorū. Nec id ommittēdo racione amoris, molestiæ, iræ, munerum, sic eos deus adiuuet & sancti eius.

b. Autoritas consulū.

b Consules cōuentum suum exponere & statuere poterint, cum exq̄sitorum ac seniorum consilio.

Eligere insuper consules debent inter se proconsulem unum uel duos & quicquid ibidem in congregatione uel conuentu illo conclusum fuerit firmiter obseruari debet c qui ad conuentum illum interim quando campana pulsatur non uenerit mulcte dabit sex nummos. Si uero conuentus ille sibi denūctiatus fuit quinq; solidos mulctæ demerebitur. ¶ Consules præterea potestatem iudicandi habent super quasli bet uacuas mensuras, & pondera iniusta ac cuiuslibet cibi & potus falsa mercimonia, quicunq; hec uiolauerit demeretur tres sclauonicas marcas d quæ faciunt triginta sex solidos.

c. Ad consilium uocatus si negligat quantum demeretur.

d. Sclauonica marca quantū ualet.

Articulus. XLIIII

De pena reuenditorum & penestiorum.

QVi penestici & reuenditores uocantur si in aliquo demeruerint uel excesserint, contra statuta ciuitatis aut consulum decreta uiolauerint in esculentis falsificandis, uel aliquo alio quod ciues constituerant, idq; cōtra illos probatū fuerit ex parte ciuitatis demerētur cutim & crines e aut triginta sex solidis eliberare se poterint, iuri tamē ciuili suo per id derogabunt.

e. Quo pacto uero incute & crinibus pena iusligitur uide S. Sax. li. ij. ar. xiij. glo.

Erit etiam in arbitrio consulū quicquid horum acceptare uoluerint, cum uero pecuniam acceperint, ille nihilominus manet sine iure & sine honore.

Hoc idem simile iudicium extenditur super omnes qui in falsificatione esculentorum preuenti & in eo conuicti fuerint, qui nec aliquod cōmertium seu communitatem cū reliquis habere, sed nec cōmestibilia diuēdere poterint absq; consulū consensu.

Glosa.

Declarata habetur superius origo Iuris Municipalis in Maideburgo quę & de consensu totius prouincię confirmata est, hic tandem sequitur ac ostenditur modus electionis consulum Maideburgi quę a Romanorum republica ortum habere legitur. Romani etenim explosis Regibus Consules statuerant prefecerātq; regimini, quibus & prouincia supiniuncta erat vt pro bono consulerent reipublice, & vt sic electi iuramentum facere cogebantur super administratione eorum.

f. Electionis seniorum ex mechanicis apud Maideburgen. modū uide.

Notandum f quod antiqua apud Maideburgēn. seruatur consuetudo qđ in primo quarali anni ac prima quadragesime septimana omnes & singuli Mechanici simul conueniunt ad domum conuentionis ac congregationi deputatā. Computaturq; vniuscuiusq; excessus & penę, ac ibidem inter eos deputātur magistri qui toti contubernio vtiles sint pro senioratu, & vltra duos qui precedētis anni erāt adhuc duo eligunt, ita qđ q̄tuor numero sint, cōscriptiq; vt sic cōsulatui presentant Consules tandem viginti quatuor istius presentis anni p̄sidentes, iubent mechanicos exire & inuicem colloquuntur, habentes secum in consilio seniores & exquisitiores ciuitatis, ac ex illis quatuor per singulos contubernium mechanicos oblatos magistros, eligūtur hij qui magis honori ciuitati, & contubernio vtiliores sint.

g. Electionis consulū apud Maideburgen. consuetudo.

g Positq̄ vero ex consuetudine Consules Prętorium conuenerint, extunc omnes in eorū contubernia congregantur mechanici, & eligunt Consules, quodlibet contubernium seorsum suos: quos presentare tenentur, sub iuramento eorū, quod videlicet meliores ac vtiliores ad officiū illud eligere non potuerūt: ita eos deus adiuuet & omnes sancti.

h. Eligens ad offidium aliquem qđ præcauere debet.

Electores huiusmodi, h immo & omnes in generali, quibus electionis prouincia superimposita est, precauere debent: ne eligant ad officium aliquod, propter munera, timorem fauorem, iram, vel etiam quod agnatus vel amicus suus sit. Nam si posmodum per consulatum compertum sit aliquem ita egisse in electione, periurus sit & iure priuatus i tā electus vt extra de electio. c. per inquisitionem Exempla circa id plura haberi solent, primū de muneribus si enim quis affectet officium, promittendo donum aliquod: vtpote decem vel viginti libr. est eque simoniacus ac si officium vel rem spiritualem precio emeret. Qui si conuincantur infames erunt, nisi ciuitas cū eis dispenset, vel a ciuitate per decenniū proscribunt. Ex timore etiam eligitur quis, quādo timet nisi istum eligat quod amici eius sibi nocere possent. Electio huiusmodi est nulla: vt extra de electi. c. quisquis. Prēterea si eligant quem ex inuidia: vtpote si ea intentione eligitur: vt exinde depauperetur, officio enim impeditus, victum non posset querere suum; vel forsan quia in officio existēs, in dānum & in incōmodum de facile incidere posset, electio etiam huiusmodi progressum nō habet. Electio prēterea si a potenti pendeat manu, is honorē & fidem inspicere debet suā ac animę precauere suę, nec eligere debet ex fauore, non ex precibus, nō ex odio, inuidia: nec aliquo proposito malo, sed secundū vnius cuiusq; fidem: honorem & veritatem. Nec eligere debet nimium potentes, nam si vnus eligeretur, qui diues & potens sit, omnibus potentia sua prealere curabit, cōmunem vtilitatem opprimendo, cōmodumq; suum curando, immo & pauperes contemnendo. Eligi etiam minime debēt egentes & pauperes, vtilius enim est, quod ipsi seruiant alijs q̄ qđ illis obsequium p̄stetur. k Mediocres itaq; ex cōmunitate ad huiusmodi magistratus eligentur, qui sua contenti aliena non optant. Ciuitas etem hoc triplex genus hominū vt in plurimū in se cōplectitur, quod videlicet quidam sunt potentes & diuites, quidā pauperes & serui, quidam vero mediocris status Potentes vt cōmuniter rempublicam opprimere assueti. Pauperes ex inopia nihil cōmodi facere possunt. l Status vero mediocris ad id plurimū valet, & ex illis administratores reipublice potissimum eligi debent.

i. De electione & quæ sint annullantia uel annichilātia electionem causas abūde uide Sp. Sax. li. ij. ar. lx.

k. Mediocris status homines ad offiaa eligendi.

l. Vide Aristotelem iiij. Pollit. & itē v ac sequentibus libris ad hanc materiam.

m Ad electionem etiam requiritur: vt is qui eligi debet naturales defectus nō habeat, nō em esse debet leprosus, surdus, mutus, cęcus: confractus, freneticus, lunaticus. Ista em impediunt vnum in electione tam in spiritualibus q̄ secularibus, sed si in officio ista accidāt non propter hoc reicitur. Item eligi non debet excōmunicatus, a Iudice proscriptus, hęreticus: vt in auten. de priui. dotis hęreti. §. i. coll. viij. Item illegitimus eligi nō debet. Prēterea annos debet habere completos, hoc est vt vigesimū quintum attingat annū: vt Spe. Sax. li. i. ar. xlij. Nullus etiam eligi debet in Consulem extraneus: qui ex alia iurisdictiōe

m. Circa electionem considerandā.

n. *Qui domi raro moratur in consulem eligi non debet nec decreptus.*

sit,[n] tum nec is qui domi raro moratur. Insuper & ille qui nonagenarius est, sed & propter alias multas legitimas causas electio impedi potest.

o. *Quo pacto consules ciuitatis nouiter electi confirmari debēt*

Notandum preterea,[o] posq; vt supra habitum est. Consules pretorium conuenerint, electioq; sufficiens iuxta determinatū numerū facta sit, extunc Consules nouiter electi primum obtinent locum, antiqui vero posi sequuntur, & iurant omnes illi vno iuramēto erectis digitis contra solem, quiuis eorū nomen exprimēdo suum. PEgo. A.B.C.D.E. &c. Iuro Deo. domino nostro regi, & iudici, ac toti communitati, diuiti & pauperi, fidelis & vtilis fore, consilio & auxilio, p viribusq; & facultate mea indefesse iusticiam fortificare iniusticiam deprimere, cōmunem vtilitatem adaugere prout potero & valeo, secreta ciuitatis non publicare verbo aut facto. Iuro itē veram obedientiam magistratui, seu magistris ciuium semper tenere, nec istud omittere volo, causa amoris, molestie seu condolentię, odij, inuidię, munerum, sic me deus adiuuet & omnes sancti. ¶ Est & aliud iuramentum multo grauius, q̄ istud presens, quod magis ad alios oēs officiales pertinet. Iuramentū vero presens, speciale est Consulum.

p. *Iuramentum consulum ciuitatis uide.*

Consules tandem viginti quatuor vt sic electi & confirmati, duos inter se eligent procōsules, qui speciale iuramentum faciant: vt supra circa articulum decimū nonum habitum est.[r] Antiqui vero Consules & Proconsules offerant se competentem de administratione facere rationem, tum & alia quę necessaria vi debunt declarabīt: sed & vt cōmuniter hisce ỹbis eos aggrediunt. Gratias agimus vobis vniuersaliter pro suscepto officio, intercedimus p cōmunitate ciuitatis vt fideliter administret, rogamus etiā p seruis & famulis ciuitatis pauperibus, vt benigniter expediāt tractentq; pulsenturq; tādem ad conuentum Consulum tribus horis. Postmodū incedūt Consules omnes in simul, nouiter electi primum locum occupantes, antiqui vero post sequētes, in sedilibusq; vel scamnis consedūt. Postq̄ vero consederint, preco populo silentium demandabit, tandem duo ex antiquis consulibus assurgent & cōmunitati gratias agēt hisce verbis. Charissimi ciues, hic astāt domini & seniores nostri, regratiantur vobis de honore exhibito obedientięq; prestite, & cōmittunt vos hisce dominis nunc electis exoptantes, quatenus in honore, reuerētia & dignitate eosdē, put decet habeatis: si & inquātum vobis & cōmunitati, in maioribus inseruire potuissemus, ex animo ac lubēter id per nos factum fuisset. his expletis verbis consedunt viceuersa. Noui tandem Cosules denūciare procurabunt conuentum suum, cōmunitatemq; consultare mutuo facient, si circa plebiscita anni preteriti decreta ac in vsu habita perseuerare velint necne: quo expleto, conuētus ille consulum dissoluitur, & quiuis

q. *Vide Spe.Sax li.iij. ar. liij. & supra Iure Munic.ar. viij.*

r. *Hæc Maideburgen. in electione consulum seruata cōsuetudo, tū & cerimoniæ arca id subsecute parum eom modi & utilitatis affe runt. In regno etenim Poloniæ signanter apud Cracouien. alter obseruatur modus q̄ hic expressus habetur*

in domum reuertitur suam, negotiaq; dispo net propria.

Circa id sciendum,[s] quod plebiscitū differt a consuetudine. consuetudo enim est origo plebiscīti, quia ex consuetudine venit plebiscitum, Plebiscitumq; fieri potest in illis de q̄ nullū ius habetur scriptum: vt Insti. de iur. natu. §. Ex non scripto, & xi. dis. In rebus.

s. *Plebisciti & consuetudinis differentia: uide de hoc idem supra ar. i. co. li.*

Notandum cum constitutio seu plebiscitum statui debet,[t] necessario quod sit honestum: vt Insti. de iust. & iur. §. Iuris precepta: debet etiam esse iustum. vt. i. dis. ius. natu. Item debet esse possibile: vt xxxv. q. v. et item necesse est quod sit naturale: vt viij. dis. Erit aūt, & itē vtile ciuitati esse debet, tempori cōueniens & cōmuni vtilitati, quod si quid horum defici at reici debet: vt viij. dis. q̄ contēpta veritate.

t. *Spe. Sax. li. i. in prolo & Iure Munic. ar. i. & xxij.*

¶ Consuetudo item approbata vt robur habeat iuris scripti, debet esse ita antiqua, quod non sit memoria illius: vt. ff. de aqua. pluuia. arcen. L. i.

Plebiscitum etiam si in ciuitate constitutum fuerit teneturq; anno & die: nec illi vt iuris est cōtrauenitur, vigorē iam In post obtinebit: si bis iuxta illud plebiscitū iudicatū sit: vt. C. de Episco. L. iij. Contingat etiā cōtra plebiscitum seu consuetudinem contradictionem fieri bis, contradictioq; huiusmodi vincatur quod videlicet plebiscitum & consuetudo illa iusta & legittima sit, vel quod ex auctoritate superioris introducta cōfirmataq; sit, u plebiscīti vigorem habet: vt. ff. de legi. & sena. consul. L. de quibus causis. Princeps etenim si concessit ciuitati gratiam aliquam, illa seruat pro plebiscito, Principis etem iusta voluntas pro iure habetur: vt Insti. de iure. natu. §. sed & quicquid princeps. Sed & plebiscitum pro iure haberi debet: vt Insti. de iure. natu. §. Ex non scripto.

u. *De plebiscitis & cōsuetudinibus uide Spe. Sax. in prolo. et supra Iure Munic. ar. i.*

Plebiscitum preterea,[x] cum statuitur prouincię vel ciuitati publicari debet cum ciues cōuentum habere solent publicum, & si annuerit illi cōmunitas, iudicabitur postmodum vigore plebiscīti huiusmodi bis vel ter vt robur habeat, tū & in omnibus sculteti iudicijs. Post elapsum vero vnius anni cum noui eliguntur Consules, & publicum eū communitate habuerint conuentum. Proconsul cōmunitatem interrogabit, an circa illa plebiscita perseuerare velint, quibus per annum precedentem vsi sunt, istudq; in cōmunitatis voluntate erit, an plebiscita huiusmodi seruare velint necne.

x. *Plebiscitum ciuitatis constitutum publicari debet.*

Mechanici etiam conuentus & cōgregatiōnes in eorum contubernijs habere debent occasione magistrorum & aliorum ad eos pertinentium. Item excessus corrigendi, tum & quę commissa habent ex parte ciuitatis consultādi, & ea quę prohibita sunt, ne transgrediantur amonendi.

Mechanici tamen plebiscitum vel constitutionem ỹ inter se facere minime possunt in cōmodum contubernij eorum sine consensu

ỹ *Mechanią plebiscitū minime facere possunt in cōmodū contubernij sine consensu consulum.*

218

e. *Mechanią constitutionum suarum literas à consulatu expetere debent.*

Consulum, vel domini prouincialis, aut prefecti ciuitatis, & hoc intelligendum si aliqua confirmatione desuper indiguerint, in causis ỹo minimis, quę nec plurimū vergunt in dānum ciuitatis. confirmatiōe haud indigebūt.

z Vnde contuberniū sit quodcūq; sit, si literis indiguerit super cōstitutionibus sancitis, vel si forsan literas a ciuitate super eorum libertate concessas amiserit, a Consulatu alias expetere debet. Quod si libertas illa a Principe eisdem cōcessa fuit: Consules cōfirmandi nullam habebunt potestatem, verum Princeps ipse solus.

a. *Laniorū in mactandis & uenūdandis pecoribus ordinatio.*

Laniorum ordinatio in ciuitate Maidebur geñ hęc obseruatur.[a] Iurare etenim Consulibus & eorum officio tenentur, quod artificium & cōmunitatem in eo prouidere volūt vt tota contubernij cōgregatio, nulla pecora morbida, ad venūdandum mactare audeat, qui id trasgressus fuerit, demerebitur ciuitati iuxta plebiscitum, & eorum contubernio. Si pecus fuerit vulneratum, confossum, sanguinolentum, & vulnus recens sit, sine consensu magistrorum ad venundandum mactari & exponi minime debet, si id facit demerebitur ciuitati & cōrubernio. Carnes etiam pecorū mactatorum salitas: vel fumigatas diuendere vnus poterit, & si quis forsan eundem alloquatur, q̄d inualide sint, & q̄d prohibitas diuenderet carnes, propior est vnica euadere manu, q̄ quis eum conuincere possit.

Item si magistri laniorum carnes inualidas preuenerint, demandentq; ac interdicant, ne partiātur, verū appendātur, tamdiu q̄d dignoscat, an licito vēdi possint nec ne: cognitumq; sit, quod vendi licite nō possunt, & pecus illud sit partitum, aut in partes scissum, siue illud diuendat siue non, demerebitur iuxta constitutionē. Similiter si pecus ex fatiga suffocatum sit, inualidum erit cū per magistros probatum sit. Vnde si quis publice suffocatorum pecorum & alias inualidas carnes siue sint salite, siue sumsgate diuenderit, demerebitur vt supra habitum est. Accusetur si vero corā senioribus in contubernio a suis cōfratribus manualeq; factum nō appareat, nec manifeste in his p̄uentus sit, si negauerit: propior est euadere vt iuris est, quod si manifeste factū appareat facilius conuincitur.

Carnes vero quę ad esum humanum non valent si quis diuendat contra illum iudicabitur vt iuris est. Omnia hęc supraexpressa duo magistri seniores prouidere debent ac proconsuli cum consulibus insinuare, transgressoremq; proconsul iuxta demeritum ad cutem & carnem puniet, hoc itidem intelligendum est de omnibus alijs esculentis si qs ea falsificauerit vel in venundando excesserit punietur enim iuxta statuta ciuitatis vel scabinis presentabitur, aut supra statuam publicam locabitur, vel his simile.[b] Ad statuā tamen nullus virgis ceditur nisi pro furto, preda & his simili excessu.

b. *nullus ad statuam virgis ceditur nisi p furto præda.*

Hęc quę superius expressa de lanijs habetur pena, intelligi & extendi debet de omnibus alijs mechanicis, si quid etenim contra statuta ciuitatis faciunt a cōmunitate & congregatione eiciuntur.

Preterea pena huiusmodi etiam extenditur contra illos qui popinas seu coquinas publicas esculentorum tenent: penesticis, reuenditoribus, piscium venditoribus, & alleca miscentibus seu falsificantibus, & simile genus hominum quos penesticos foraliū seu esculentorum vocitamus.

De institoribus insuper videndum sequitur c qui & diuersi generis sunt, tum & alijs opificibus vt sunt institores serici, & institores telę. Sartores item & telę incisores, bursifices, frenifices, mensatores, sellatores, hij omnes tū & alij si qui in ciuitate plures fuerint mechanici diligenter obseruare tenentur sub pena superius expressa omnia ciuitatis plebiscita tum & omne illud quicquid magistri concluserint vel in contubernio statutum sit Omnia em illa magistri corrigēdi habebunt facultatem in quantū se non extendit ad penam pecuniariam, cutim vel crines, hęc em cousules duntaxat ipsi iudicabunt. Si vero quis se senioribus opponat rebellisq; in corrigendo appareat, seniores consulibus illum indicere debent. Consulatusq; iuxta demeritum eundem pena corripiet artificiūq; deponet, quōd nec exercere poterit nisi de cōsensu consulatus. Si autem in eo rebellis appareat, contraq; contubernium plura egerit ac seniores sub iuramentis id ita fore recognoscant perpetuo artificium exercere non poterit. Si vero vt sic accusatus qui & artificium perdidit suum, ex gratia consulū tum & ad preces eorundem viceuersa suscipiatur artificium quidem exercere potest suum iure tamen priuatus manebit, ita quod nullius testis esse poterit, nec aliquem in cōtubernio inculpare, nec ad bannitum contubernium int magistros, venire officij itē est indignus, tum & de facili priuari artificio poterit, vt C. ex qui. cau. ali. infa. irroga. in multis legibus. & insti de capi. diminu. §. minima.

c. *De institoribus & alijs mechanias uide.*

Considerandum preterea d quod institores & alij artifices ciuitatem aliquam incolentes dato etiam quod onera ciuitatis vigilias exactiones & tributa soluant. Alijs artificibus & institoribus aduenis victum eorum prohibere minime possunt, nisi huiusmodi institores & artifices, ciuitatem inhabitantes, speciali gratia & prerogatiua principis & dominorum priuilegiati desuper sint, specialesq; ostendant libertates quo illis prohibere valeant.

d. *Institores & alij artifices minime prohibere possunt alios exteaneos quo minus res uenūdent suas in ciuitate nisi speciales desuper habeant prerogatiuas.*

Articulus. XLV.

De iudice ciuitatis Maideburgeñ. iudicijsq; legalibus.

IVdex supremus Maideburgi, tria iudicia burgrabialia in anno exercet,[a] unum die sanctæ Agathæ, aliud die sancti Ioannis & Pauli. Tertiũ in octaua sancti Martini,[b] Si uero ceciderit aut euenerit aliquod horum Iudiciorũ ad diem celebrem aut feriatum extunc amittit suum iudiciũ.

Quod si scultetus ad iudicium non uenerit mulctam burgrabio soluet decem libras nisi legale importet impedimentum quod eum probare oportet, quia[c] scultetus primam Burgrabio inuenire debet sentẽtiã.

Quicquid iniuriarum uel criminalium cõmissum fuerit quatuordecim diebus uel noctibus ante iudicium illud, hoc burgrabius iudicat & nullus alter.

Stuprum,[d] obsidia, irruentiam domiciliorum,[e] Burgrabius seu Castellanus iudicat & nullus alter.

Si uero Castellanus seu Burgrabius præsens esse non poterit & excessus eueniat[f] seu iniuria aut uiolentia ubi manuale factum appareat, extunc ciues eligunt unum iudicem loco castellani.

Quando Castellanus surgit ex loco seu scamno iudicij, & resignat iudicium, sculteti tandem sequitur iudicium a proximo die post quatuordecim noctes.

Articulus XLVI

De pena seu mulcta burgrabij & sculteti.

POena seu mulcta castellani aut burgrabij[g] sũt tria talẽta, sculteti uero octo solidi.

Castellani aut Burgrabij pena,[h] & item recompensa seu uerigeldus ac quisiti, in iudicio bannito soluí debent[i] per sex hebdomadas/

Burgrabio aut Sculteto scabinus non tenetur aliquam inuenire sententiam extra ueros dies iudiciales nisi factum sit manifestum.

Burgrabius & Scultetus iudicare possunt omni die pro debito pro quo absq; testimonio agitur. Nisi contingat quod ciuis hospitem uel hospes ciuem impetat pro debito cum testibus extunc iudicare eos quolibet dierum oportet.

Hospes tamẽ iurare tenetur, quod sit alienigena & ita remote domicilium habeat quod una die ad iudicium uenire nõ possit, pro iudicioq; exercẽdo burgrabius seu scultetus duobus indigebit scabinis.

Cui uero debiti solutio adiudicata sit hoc exolui sibi debet ultra aliam noctem.

Articulus XLVII

De sculteto & eius iudicijs.

SCultetus etiam tria habet iudicia legalia ĩ anno[k] unũ die quartadecima, post natalis domini, alij textus habent in crastino Epifaniarum. Secundum feria tertia post octauas Paschæ. Tercium post octauas Pentecostes. Post huiusmodi uero iudicia legalia continuat semper Iudex iudicia sua per quindenam.

a. *Sp.Sax.li.i.ar.ij.& li.iij .ar.lxi.*

b. *Cracouien. consuetudo est quod huiusmodi iudicijs legalibus locũ burgrabij ꝓconsul uel ab eo subdelegatus consul obtinet*

c. *Vide supra eodẽ. li. ar.x. & xvi.*

d. *Vide supra eodem li.ar.xxxviij. & infra ar.xc.*

e. *Intellige iuxta consuetudinem diuersarũ auitatũ. Cracouiæ etenim uiolentias manu alis facti aduocatus cum scabinis iudicare solet.*

f. *Sp.Sax.li.i.ar.lv.& lvi.*

g. *Vide supra eo.li.ar. xvi. Spe. Sax.li.iij. ar. xl.& lxiij.*

h. *Spe.Sax.li.ij.ar.v.*

i. *Poterit quidẽ actus si uoluerit sed prolongare minime.*

k. *Sp.Sax.li.i.ar.ij.& li.iij.ar.lxi.*

219

l. *Cracouien. in celebrandis sculteti iudicijs legalibus alium obseruant ordinem. Primum etenim Iudicium exponere solent feria sexta proxima post festum Epifaniarum. Secundum feria sexta post conductũ Paschæ proxima. Tertiũ feria sexta in crastino corporis Christi & sic deinceps sculteius seu aduocatus de quindena in qndenam iudiaa continuat sua, nisi supereueniant feriæ seu tpa interdicta.*

m. *Banniri tamẽ iudicium in die occurrenti celebri poterit sed actiones propter solennitatem transponi.*

n. *Spe.Sax. li.i.ar. lv. lvi. lvij. li. iij. ar.lxiij. supra Iure Munia.ar. xlv.*

o. *Iure Munia. supra ar.xi.*

p. *Spe. Sax.li.ij.ar.v.*

q. *Iudices triplices.*

r. *Vide Spe.Sax.li.i.ar lv.& li.ij.ar.xxij.glo supra Iure Munia.ar. xvi. & xvij.*

s. *Iudicium Burgrabij unde ortum habeat.*

t. *De ferijs uide Spe. Sax.li.ij.ar.x.*

[l] Quod si dies iudicialis ad diem celebrẽ uel feriatum euenerit potest iudiciũ in sequentem uel tertium[m] transponere diem.

Iudicium sculteti nemo iudicare potest nisi scultetus solus aut præco, nec alter quiuis.

Scultetus si in domo non fuerit[n] & criminale quid exortũ sit ciues statuere possunt unum iudicem ad discutiendum crimen illud manifestum.

Scultetus etiam bannum habere debet necesseq; ut cum eo sit infeudatus,[o] ita ut suum uerum sit feudum bannumq; huiusmodi tenere & habere debet a domino terræ.

Glosa.

In articulo xlvi. ubi dicebatur. Castellani pena soluí debet in sex septimanis &c. P Alij textus habent pena ad sex septimanas soluí debet, emenda post penam ad viginti quatuor dies, recompensa vero soluitur in duodecim hebdomadis.

Ex articulo itẽ xlv. elicitur iudicum diferentia triplex. ¶ Quidam enim sunt iudices ordinarij, vt in proposito est Burgrabius qui & supremus iudex est vt textus habet,[p] Alij sunt iudices vlterius infeudati, qui bannum habere solent a domino prouincię, vt in proposito est Scultetus. Tertio iudex sit ex casu seu accidenti: cum aliquod factũ euenit manuale, Sculteturq; presens domi non sit, & de omnibus his meminit hic, & mulctam declarat. Tum & de iudicijs vniuscuiusq; abunde disponit.

Iudiciũ Burgrabij prout textus meminit a Romanis ortum habet, qui supremum iudicem prefficiebant iudicijs huiusmodi, & exinde nomen sortitur, quod Castellani seu Burgrabij iudicium vocitatur. Necessario enim Burgrabius presidere debet in iudicio huiusmodi. Tum & Episcopus Maideburgeñ. presens esse tenetur, nec aliquas ciuiles Burgrabius iudicare poterit ibidem causas, nisi pro hereditatibus, proprio & criminales actiones: vt Insti. de offi. iudi. §. Ideoq;. & occasione finium ac limitũ: vt Insti. eo. ti. §. Si finium regundorum.

In textu cum dicitur.[t] Si vero ceciderit aliqđ iudiciorum ad diem feriatum &c. Ferię etem impediũt actiones iudiciarias; vt. C. de ferijs L. Dies. & item Spec. Sax. li.ij. ar. x. Sculretus etiam si iudicium neglexerit, mulctã Burgrabio soluet. Burgrabius etem nullũ legale iudicium sine Sculteto exercere potest: vt Spe. Sax. li.i.ar.lix. & li.iij.ar.lij. & C. de officio pretoris.

Nisi legale importet impedimentum &c.

[u] Legalia autẽ impedimẽta vt cõmuniter quatuor inueniũtur, videlicet captiuitas: vt. ff. de capti. & post limi. L. bona [x] Secundo est infirmitas & signanter quando ita egrotat quod ad iudicem venire nõ potest vt. ff. si quis cautio. L.ij. Tertio est peregrinatio extra fines ꝓuincię, & si vult quod sibi id proficiat: curare debet ne citatione preueniatur: vt. C. quibus ex cau. manumit. nõ licet. L. i. Quarto est obsequium seu expeditio bellica: vt C. de resiitu. mili. L. Si quid. &. L. ignorare. Vnde & in generali omnes legitime cause excusare vnũ quemq; possunt, nam & in his quatuor alię omnes includuntur, sicut si forsan vnus domicilium habeat vltra Albim vel Isulam, iudicioq; sisti debeat, & naue careat, vt fluuium trãsfretet. vel si ventus adeo sit turbulentus, quod sine periculo vix trãsmeare posset, aut alie tempestates. Captiuitati etenim hęc assimilatur. Tũ etiã si equus fureť mihi, nec aliũ habeo quo equitem, prę egritudine corporis venire non possum etiam si velim, hic casus egritudini comparatur. Preterea si in negociatione & querẽdo victum meum absens sim, excusare illud me potest, nam obsequio dei seu peregrinationi assimilatur. Vide ampliorem huius passus declarationem Spe. Sax. li.ij. ar. vij. in glo. Legale vero impidimentum huiusmodi declarare eũ oportet, positq; reuenerit, vel iudicio durante nunciũ mittere, qui casum denunciet illum, & iuramento confirmet, si aduersarius expetat, & si non fecerit ruet in causa: vt. ff. de re iudi. L. Contumacia.

Fideiussoriam etiam statuens ad parendũ & non comparet, [y] fideiussor impedimentum probare tenetur, iuramento suo causam expri mẽdo: vt Spe. Sax. li.ij. ar. vij. & in autẽ. de fi dejus. & manda. §. i. coll. i.

Sed si Castellanus vel Scultetus prẽsens non sit &c. ex isto innuitur, quod in absentia veri & legitimi iudicis: si casus manualis facti cueuerit: vtpote si fur: virginũ oppressor, predo aut alter quiuis maleficus detineatur in aliq; iurisditione. Burgrabiusq; aut Scultetus haberi non possit, pro facto illo eligitur Iudex ex arbitrio ciuium, qui & Gograuius dicit: vt Sp. Sax. li.i.ar.lv. & lvi. Quod si captiuus in manuali facto detentus non sit, nec cõuictus in illa die Gograuius nullam facultatem habebit iudicandi super eum, sed solus Scultetus: vt Spe. Sax. li.i.ar.lvi. & li.ij.ar.xiij. & supra iure muni.ar.xxxviij.

Burgrabij pena est trẽs libre seu tria talenta, [z] quę constituit sexaginta solidos nummorum cõmuniter in illa iurisditione currentiũ;

u. *Vide Spe. Sax.li.ij. ar. vij.*

x. *Legalia impedimẽta quæ sunt.*

y. *Legale impedimentum fideiussor declarare tenetur.*

z. *Libra quantũ uaket.*

a. *Vide Spe. Sax. li. iij. ar. xl. & ar. lxiij.*

a quibus potus & panis emitur.
Sculteto vero octo solidi similium nummorum vt supra eo. li. ar. xvi. & C. de modo mulctarum. L. Iudici.
Si etiam denarij vel obuli iu vsu sunt in Iudicio vbi mulcta lucratur, sculteto non plus soluitur nisi octo solidi b denariorum illorū communiter currentium siue sint viles siue in gradu aut valore graues, dominus enim prouincię Iudicium & monetam in manu habet sua, & ita iudices ab eo constituti contenti esse debent in moneta domini, siue sint nummi siue denarij aut obuli, nec iudici sub banno regio iudicanti maior mulcta exoluitur nisi sexaginta solidi, & si solidus vnū grossū valeat, vnam sexagenam facit.

b. *Quibus nummis exsoluenda sit mulcta emenda &c.*

Si vero in aliquo iudicio triplex vel quadruplex habeatur moneta, c quā dominus prouincię sub suo signo cudere procurat vna videlicet alia: non est super eo disputandū. Illa etenim quę est communior, & qua vt plurimum panis & potus emitur mulcta etiam absoluitur, tum & verigeldus vt Sp. Sa. li. iij. ar. xlv. Emenda etiam si ante mulctam lucratur primum etiam expetitur, sed si silētio omittitur emenda, & iudex mulctam expetit sibi iure primum decernitur.

c. *De solutione mulctarū, vide li. ij. ar. v. Sp. S.*

Iudex preterea nullam maiorem penam aut debitum d lucrare poterit nisi tres mulctas & vnum verigeldum: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xli. & C. de modo mulctarum quę a Iudi. L. eos qui.

d. *Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xli.*

¶ Burgrabio aut sculteto, scabinus nō tenet inuenire sentētiam &c. Scabini etenim ad cōmunem vtilitatem ordinati sunt, quare non alias sententias inuenient nisi in iudicijs legitimis. Idq; statutum est ne Iudex homines illius iurisdictionis subiectos quottidianis mulctis agrauet, id enim fieri minime debet. Vnde & determinata iudicia legalia habentur, tam Burgrabij, q̄ etiam sculteti vt hic in textu, & Spe. Sax. li. iij. ar. lxi.
Ad omniaq; huiusmodi iudicia tum & quę posthac continue sculteti celebrabit scabini frequentare tenentur. Si vero querela sit occasione debiti Burgrabius seu sculletus omni die iudicabit, ex eo quia non indiget per sententias causam decernere, sed ad recognitionem solutio demandabitur ad solis occasum vel ad crastinum nisi forsan hospes sit vt textus habet, quod & duobus digitis probare tenebitur, quod vno die iudicium attingere nō possit. Quod aūt Sculletus ex statuto tria habet iudicia sua, tum & posthac in quindena semper eadem celebrat ad cōmunem vtilitatem id adinuentum est, ne homines in eorum negligantur iusticia.
Notandum quod quicumq; ex cōsuetudine ciuitatis Maideburgeñ alium citare voluerit e modum infrascriptum vt obseruet necesse est. Iudicem enim primū adire tenebitur eundem rogando vt citationem admittat per se vl per pręconem, eūdem tandem Iudex interroget pro quo eum citare velit, declarabit qđ pro debito vel alia quauis re. Querat tandē Iudex vlterius an contra eum iudicialiter agere seu procedere velit. Respondet actor qđ sic, ex eo quia id quod meum esi non restituit nec comporere pro his mecum vult. Consignabiturq; per Iudicem vterq; tam actor, q̄ reus & necessario actio prosequenda erit. Si interim concordauerint venire debent, & Iudici regratiare, declarando quod in debito sa tiffecit vel secum composuit. Quod si vnus venerit siue sit actor siuereus, alium non cōparentem in mulctam inducet: vt Spe. Sax. li. i. ar. liij. f Si vero vterq; non comparuerit, & eos Iudex per sentētias aduocare facit, inciunt penam seu mulctam, ex eo quia ad iudicium pertineñ sunt, & non veniunt. Per id eñ quod vnus aliū ad iudiciū citat, iudicio ptinere dicitur. Quod si ad acta iudicis annotatum non sit, nec aliquā actionem intentare: sculteto aut preconi actor promisit, & exinde etiam coram iudicio vterq; non cōparuit: Iudex nullam penam aut mulctam ab illis extorquere poterit, & hoc si actio sit ciuilis. Si vero actio criminalis sit, & cum clamore inchoetur, g eandem continuare apud iudicem compellitur. vt Spe. Sax: li. i. ar. lxij.

f. *Vide Spe. Sax. li. i. ar liij. & li. ij. ar. vi.*

g. *Vide Spe. Sax. li. i. ar lxij.*

Notandum circa id, quod cum vnus alium ad iudicium citauerit (excepta tamen mutilatione) sicut pro vulneribus, liuidis, tumidis, sanguinolentis, eductione gladij, & pro alijs quę necessario in iudicio examinada sunt Iudici mulctam demeretur. Sed si causę non sunt insinuate nec incepte Iudex nullum ad actionem cogere poterit vt Spe. Sax. li. i. ar. lxij. Citet vero vnus alium in actionibus ciuilibus sicut profideiussoria debito, & posthac eundem liberum dimitat vel inuicem cōcordent, Iudex nullam acquirit mulctam. Si etem mulctam propter id expeteret ab actore, quia citauerat alium: videretur eūdem cogere ad querelam, & ita iudicium exerceret, non zelo iusticię, sed exauaricia ac propter mulctas extorquendas nomenq; efficij p̄deret, & auaricia sibi ascriberetur, quod fieri minime debet vt in auten. & Iudi. sine quo. supra §. cogitatio. coll. ij. nec Iudex iudicare debet vbi nullus actor existit. vt C. vt nemo inuitus agere vel accusa. L. Inuitus.
Vt ea quę superius declarata sunt melius intelligātur, & ad quā actionem quis cogi potest nec ne? h Notandum venit quod querelę triplices sunt. i Quędam enim querela est quę duntaxat ipsi actori est nociua, & quę iudicia liter incepta non est & ad illam nullus cogi potest, vt C. de mune. & hono. Alia est querela quę apportat penam nulli tamen est nociua nisi ipsi soli qui querulatur sicut si quis querelam incipiens aufugerit, desistere enim actionem non potest sine consensu iudicis. Tertia quędam querela seu actio ita nociua est quod nisi iudicetur communitati obesset plurimum & ad illam nedum Iudex cogere potest vt queruletur sed etiam iudicare factū

h. *Querele triplices.*

i. *Spe. Sax. li. i. ar. lxij.*

e. *Citationis formam de consuetudine Maideburgen. uide.*

debet nullo actore existente signanter si notorium sit, vt luxuria contra naturam vt in auten. de manda. princi. §. necq; coll. iij.
Actionem etiam coram Iudice intentari se offerens ac eandem inchoans idq; indixerit Iudici vel pręconi, obligans sese ad prosequēdum & interim sine consensu Iudicis concordiam inierit mulctam demerebitur, vt Spe. Sax. li. i. ar. liij. & hoc intelligendo si citationem a sculteto expetebat iudiciariā, eandēq; scultetus vel loco eius pręco dederat, vt in auten. vt litigantes iurent in exordio litis. §. omnem. coll. ix. & hanc certe quędam ciuitates seruant consuetudinem quod positā vnus alium citare procurauerit Iudici vel preconi promittere cogitur quod prosequi actionem vult. k Si vero actio cum clamore inchoata sit eandem de iure prosequi tenetur.

k. *Vide Spe. Sax. li. i. ar. lxij.*

Gladius preterea euaginatus in damnum alterius si sit k Iudici cedit vt Sp. Sa. li. i. ar. lxij. & ff. ad le. corne. de sicari. L. diuus Adrianus Plebiscitum seu statutum si sit ciuitatis de cōniuentia iudicis & consensu communitatis p commodo & vtilitate omnium ciuium quod nullus gladium seu arma deferat. Idq; iuxta iuris ordinem publice denūccierur: interimq; Iudex vel suus nunccius interdicta apud aliquē preueniat arma presentari in pignore ciuitati debent, ex eo quia statutum transgressus est ciuitatis l & ex his Iudex tertiū habet denarium. Si vero guerra in ciuitate oriatur & Iudex ad sopiendum eandem venire negligat vel auxilium & defensam prestare nolit, famulusq; ciuitatis aduerijendo guerram sopiat, arma ibidem nacta ciuitati cedunt, gladij vero iudici presentabuntur.

l. *Gladius portatus cōtra statutum ciuitatis ciui cedit.*

Contra statutum & plebiscitum ciuitatis si transgressus sit, pro eoq; ad proximum consulum conuentum citatus si fuerit respondere cogitur. Si recognoscit emendabit iuxta statutum ciuitatis, si emendam soluere non prealuerit iudiciaria potestas eundem detinebit vel ad tempus a ciuitate relegabitur.

Articulus XLVIII
De officio scabinorum.

NVllus scabinorum ultra tres incessanter horas sententias inuenire seu pronuncciare in iudicio bannito tenetur.

*. *Vide Spe. Sax. li. iij. ar. xci.*

Nullus etiam Iudex infeudatus a q suos attigit annos tutorem habere poterit in suo iudicio siue ibidem præsens sit, siue non sit.

Poterit tamen tutorem habere in sua quærela si eo indiguerit.

Glosa.

Declarata superius habetur iudicum differentia hic tandem breuibus scabinorum exprimitur officiū. Exindeq; elici potest, si Iudex longiori tempore scabinos fatigare uellet: sententias eidem inuenire vltra tres horas succedere siue minime tenentur. Idq; de iure obseruatur vt ff. ad Munici. L. i.
Nullus etiam Iudex infeudatus &c. Per id non aliud intelligi vult nisi quod vnus sui iuris esse non potest nisi ad annos perueniat perfectos, hoc est, quo ad vigesimum primū attingat annum. Sed & Iudex nullus esse potest: nisi vigesimum primum habuerit annum Idq; & hic innuitur in textu articuli presentis cum dicitur quod Iudex feudalis tutorē habere non potest, ita videlicet intelligendo quod hoc faciat propter commodum suum sicut si iudicium euitare velit in respondendo. Nihilominus tamē ille solus iudicio presideat & de isto hic loquitur, quod videlicet iudici feudali qui sufficientes attigit annos, & qui iudicādi habet facultatem siue iudicio presideat solus siue non, minime admittitur vt se prouocet ad tutorem cū cōtra eum agatur, ipse enim solus respondere cogitur.

b. *Tutorem habere cōtigit dupliciter.*

Vnde circa id notandum b quod tutorē habere contigit dupliciter. Vno modo procuratorem in querela, & isto modo Iudex tutorē habere potest, cū actio sibi prefigitur. Alio modo tutorem habere in tantum valet sicut patronum, & vt sic tutorem habere non potest, neq; cum tutore neq; sine tutore agere potest: c vt Spe. Sax. li. ij. ar. xci. §. Iudex. non potest &c.

c. *Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xci.*

Atendendum etiam si vnus alium per nuncium iudicis ad Iudicium citet promitatq; actionem prosequi interimq; componāt partes ac Iudex ab actore mulctam expetat. Ille vero neget factum propior erit innocentiam excusare suam q̄ Iudex eundem occasione mulcte conuincere.
Notandum preterea quod Iudex in ciuitate possessionatus si fuerit d cum ciuibus Ius ciuile habere debet, sicut alter ciuis & si excesserit contra laudum ciuitatis meliorare eum oportet vt alter conciuis, omnibus etiā libertatibus vtitur, quę cōmunitati pertinent, in propinando brasea faciendo, cereuisiam braxando. Quiuis etenim ciuis propinare, e brasseum facere, & mercari potest.

d. *Iudex ius ciuile habere debet omnibus q̄ libertatibus ciuitatis uti & item oneribus subia.*

e. *Ciuium libertas.*

Contributionem etiam vel exactionem omnium bonorum sub iuramēto suo quiuis expedire cogitur, f & qcquid denominauerit, expresserit, & ab illo exactionem soluerit, illud sibi manet. Si quid aut̄ apud se habeat, qđ probari & ostendi possit, a quo exactionē nonsoluit, cōuictusq; in eo sit, ciuitati cedit.

f. *De exactionibus & contributionibus ciuilibus, uide hic & item Sp. Sax. li. ij. ar. lv. glo.*

Si vero mobilia sua ad pecunias taxauerit siue eum iurare admittant siue non, ciuitas alcius taxam exactionis bonorum statuere poterit. Qui si renuerit: excusaueritq; ciuitas bonis illis intromittet se, illeq; ea iure perdit, & in quantum taxauerat iurareq; voluerat, hoc suum manet, residuum cedit fisco, quia negata bona sunt.

g. Exactio seu contributio aulis potissimū colligi debet iuxta laudum & plebisatū uniuscuiusq; ciuitatis ut communiter enim quæ uis ciuitas habet suas constitutiones in colligendis exactionibus.

g Habeat etiam vnus, parafernam, arma bellica, domestica cibaria, ab his exactionē soluere non oportet. Alij vero textus habent, quod soluitur exactio ab his iuxta laudum ciuitatis.

Si vero habeat quis census super bonis alicuius, ideſt bona censualia seu super domo, siue alibi in iurisditione ciuili soluet exactionē prout census ille valet. Quod si extra municipium bona illa sita sint, medium exactionis ciuitati soluitur, isiudq; ex laudo obseruatur cōmuni, denunciarique debet posteaq; exactio statuitur in ecclesia & ante iudicia cum celebrantur.

Habeat etiam vnus alienam pecuniam a qua censum soluit, ille qui pecuniam ad censum locauit exactionem soluet.

Eaq; omnia secundum quod laudum vniuscuiusq; ciuitatis sit obseruantur.

Articulus XLIX

De Tutoribus.

a. Vide supra eodem li.ar.xxvi.glo.& Spe. Saxo.li.i.ar.xxiij.

MOriatur si uir, relinquēs pueros annos non habentes [a] eorum proximior in generatione similis agnatus tutor illorū erit, quo ad annos attigerint.

Si is proximior agnatus itidem annos non habuerit nec sufficiens ad tutoriam sit, auxilio sibi esse debet illius proximior agnatus generatione similis, tamdiuq; tutor illorum erit, quoad annos attigerint, uel eorum uerus ac proximior tutor illos prouidere poterit.

b. Spe.Sax.li.i.ar.xxiij & supra Iure Munia. ar.xxvi.glo.

Ex bonis etiam puerorum de anno in annum rationem facere tenebitur, [b] tamdiu quoad uerus tutor prouisioni intendere ualebit, uel illi suos attingant annos.

Glosa.

Hęc quę in presenti articulo habentur superioribus declarata sunt. [c] Quare & breuibus ea perstringere visum est. Tutela etenim omnis a iudice, vel ab officio auctoritatē habet suam. Vnde si tutela alicui incūbit per mortem agnati, vel alterius amici, Consules ciuitatis adire debet, [d] defectūq; pupillorum exponere, & quod tutela eum cōcernat declarare offerēdo sese, si & inquantum mater puerorū admittere tutoriam veller, curaret facere in tutoria id quod verum decet tutorē. Si vero mater recusaueritad ius relegabūtur: ibidemq; per veras sententias tutoriam obtinebit, pupillos per manū ad iudicem adducendo, & causas exponendo vt dictū est.

c. Vide supra dicta ar. xxvi

d. Practica tutele accipiende.

Articulus. L

De penis & emendis origenarium

ORigenarius si penam aut emendam demerue rit hæc est triginta solidi [a] mulcta uero quatuor solidi.

a. Spe.Sax. oppositum istius uide li.iij.ar.xlv.

Quicquid origenarius iniuriarum fecerit, domino suo in cuius bonis residet uel eius aduocato pro his respondebit.

Moriatur si origenarius domino suo cedit melior equus & quotidiana uestis. Hoc idem etiam sit archipræsbytero cum præsbyter moritē sub suo feudo uel iurisdicione.

Glosa.

Articulus presens non aliud intendit nisi qđ declarat quę potissimū emenda sit Iure Municipali statuta & dicit quod nullius hominis emenda alcius se extendere potest, q̄ ad triginta solidos denariorum illorum quibus panis & potus emitur exemplumq; ponit intentionem declarando suam de origenarijs qui & in legibus latini dicuntur.

Vnde origenarij seu latini dicebantur, illi qui processerunt ex his, quos [b] Saxones prouinciam subiugātes in agris consedere permiserunt sub censu & tributo, & hi vt cōmuniter serui erant.

b. Vide Spe. Sax.li.iij. ar.xliiij.li.i.ar.ij.et ar. vi.li.ij.ar.lix.

Vnde pro intellectu textus ampliori. Notandum quod seruis triplex iuris beneficium concessum est. [c] Quidam enim dimittebātur & manumittebātur in toto liberi, de quibus Spe. Sax. li. iij. ar. lxxx. & Instit. de liberti. §.

c. Seruorū triplex iuris beneficium.

Libertinorum. Quidam manent serui diebus vitę suę, postq̄ vero moriuntur libertatem cō sequuntur, ex eo quia dominus intromittere se non potest bonis eorū, immo bona sua hę reditant in successores, & isti in legibus vocā tur dedititi, ista tamen libertas per leges exploſa est: vt C. de deditici. liberta. tollen. L. i.

d. Vide hoc idem Spe. Sax.li.iij.ar.xliij.

d Tertio quidā fuerunt liberi dum viuebant serui tamen efficiebātur post mortem suam, bona enim eorum domini possidebant, vocabanturq; latini seu origenarij, vnde & textus articuli presentis habet quod mortuo latino: domino cedit eius melior equus, & quotidiana uestis: vt Instit. de liberti. §. Libertinorum: ponitur q̄ exēplum in textu de origenarijs: ac si diceret, omnes in municipio consedētes sunt eque liberi. Et quia latinorum seu origenariorum libertas est infima inter omnes, serui enim antehac fuerunt, sed liberi facti. Ex quo ergo liberi sunt, liberi etiā hominis emēdam habent: vt Spe. Sax. li. i. ar. xvi. Iure vero prouinciali eorum emenda est viginti solidi, sex nummi cum quadrante: vt Spe. Sax. li. iij. ar. xlv.. Quod vero omes in municipio existentes equalem emendam habeant, est ratione priuilegij omnibus per ęquum dati & concessi.

Articulus LI

De causis ex consensu uenientibus

a. Spe.Sax.li.i.ar.viij.

SI duorum quærela in iudicio ppposita suspēsa sit cū iudicis & principalis cōsensu, qđq; omisso iudiciario strepitu relegetur, [a] uel ad eorum dominos, aut cognitioni amicorum detur iuxtaq; consilium amicorum compositum sit negotium ut per amplius innouari non debeat, si postmodum unus causam innouare uelit coram iudicio, alter sibi respondere non tenetur, si testes habuerit iudicem & scabinos quod hæc actio prius iudicia liter erat mota, & de consensu utrorumq; ad concordandū accepta.

Glosa.

Si contingat quod aliqui actione habita in arbitros consenserint, eligantur q̄ arbitri, & compositum sit negocium, siue sit coram iuditio siue extra, ille qui impetitur propior erit per arbitros defendere sese de damno, q̄ alter eum damnificare posset.

Accidat etiam quod Principes, [b] domini ac alię certę personę, interse actionem habeāt siue sit occasioñ bonorum siue aliarum rerū, negotiumq; illud ad discernendum delatum sit consulibus alicuius ciuitatis, extunc consulatus anteq̄ negotio se intromittat, fideiussores vel literas expetere debēt. Quod qcqd sub fide et honore eorū dixerint, vt ab vtraq; partium indemnes, & sine periculo maneant: ac sine suspicione: vt. ff. de recepti. arbi.

b. Arbitrorū cautela

Articulus LII

De Transactionibus.

a. Spe.Sax.li.i.ar.viij.

TRansactio & pax stipulata seu fracta, [a] si corā iudicio facta sit, testificari potest unus Iudice et Scabinis. Quod si scabini mortui sint, testificabitur hominibus fide dignis, qui eiusmodi iudicio affuerūt.

Quicquid Scabini protestantur & confirmant, [b] hoc & Iudex cū ipsis protestari debet & confirmari.

b. Spe.Sa.li.iij.ar.xxv. & supra Iure Munia. ar.xxxij.

Vbi uero transactio extra iudicium facta sit, hoc uir testimonio metseptimus [c] facilius probabit.

c. Possunt tamen & tres concordiam testificari, si fuerint probate fidei ex cōmuni praxi.

Articulus LIII

De transgressoribus transactionū.

TRansactio uel stipulatio si facta sit, & eam principalis uiolet, [d] cōuictus ut iuris est per iudicē & scabinos, pro uulnere manum, pro homicidio collum demeretur.

d. Spe.Sax.li.i.ar.viij.

Si uero alter transactionem uiolet, emendare eum oportet statuto uerigeldo, pro uulnere nouem talenta, pro homicidio uero decemocto, nisi se ut iuris est excusauerit.

Glosa.

Articuli presentes disponunt de actionibus que per cōcordiam & transactionem compo site sunt, in huiusmodi casibus, ius facilius admittit reo probationem, quod negotium compositum sit, q̄ quod actor eundem im petere posset: vt. C. de acci. & obli. L. Negan tes. e Ius etenim fauorabilius est accusatū ab soluere q̄ cōdemnare: vt. ff. de acci. & obliga. L. Arrianus. & ff. de re. iudi. L. Inter pares. & extra de probati. ex literis.

e. *Vide supra eo. li. ar. xxxv. & xxxviij.*

Notandum circa id si transactio vel concor dia subsequuta sit, vel compromissum factū illud seruare necesse est.

f. *Sp. Sa. li. i. ar. viij. gl.*

Vnde & transactionis f virtus triplex est. g Primo quia destruit naturalem querelam: vt ff. de solu. & libera. L. Si chum. Secundo de struit & impedit etiam iudicium: vt Insti. de excep. §. Preterea. Tertio quia ligat eum qui promittit seu iurat ad seruādum illud, & ex inde vt iam habitum est accusato cedit pro batio, ad declarandum negotium esse cōpo situm, & hoc innuere textus articuli vult, cū dicit: Querela si iudicialiter proposita sit, & eam Iudex de cōsensu partium ad concordā dum dederit. Sed & posti in arbitros compro mittant, negotiumq; discussum ac terminatū sit, vnusq; tandem causam innouare vellet, ac cusato probatio facilius cedit negotium esse transactū, q̄ quid impetionis pati debeat.

g. *Transactionis uirtus triplex.*

Transactionis insuper maxima est virtus, plu rimumq; homines ligat, qui in arbitros com promittunt nec in contrarium agere licet si concordia probabitur: vt. C. de transacci. L. Causas. & L. Non minorem. & C. de proba ti. L. i. & ij. Vnde & precauere sibi homines debent cum negotia in arbitros statuunt, cō promittuntq;, reuocare etenim posti sententiā latam, sed nec appellare poterint: vt ff. de re cepti arbi. L. Diem proferre. §. Stari. h immo si quid contrarij ex sententia arbitrorum sibi euenerit, sibijpsi imputabit, qui eum in arbi trum accepit, & hoc intellige vt textus ha bet si transactionem illam testimonio proba re poterit.

h. *Spe. Sax. li. ij. ar. xi.*

Transactio etiam per arbitros extra iudiciū facta i sub pena vallata fieri debet: & q trā gressus sit, illam soluere cogitur, k secūdum quod arbitri decreuerant: vt. C. de arbitris. in multis legibus. l Arbitri etiam nihil plus de cernere debent, nisi illud quod in eos cōpro missū est: vt. ff. de rece. arbi. L. Diē, pferre.

i. *Transactio sub pena uallata fieri debet.*

k. *Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xi. abundantius de hac materia.*

Transactio etiam si facta sit ad aliquam sum mam essentq; tres arbitri, vbi duo inuicem cō cordauerint, tertius sequi & annuere cogitur vt extra de arbitri. c. si ex tribus li. vi.

l. *Arbitrorum cautela & autoritas.*

In transactionibus preterea pena vallata per arbitros statui potest secūdum quod eis uide bitur propter id ne metu pene transactioni contradicatur & prout pena statuta sit trans gressor eandem rependere tenebitur, vt in auten. de Iudi. vt nullate. Iudi. §. quia vero mul te. coll. v.

Transactio etiam dupliciter violatur seu in fringitur. m Vno modo si per querelam im peritur ille cum quo iam compositum est. Aliomodo per violentum actum vt C. de transactionibus per totum. Vnde vt textus habet si alter preter principalem transactionē fregerit iuxta cause exigentiam verigeldo e mendabit. Si vero principalis violēter illud fecerit, iudicabitur contra eum sicut contra pacis violatorē, vt C. ad senatus consul tur pili. L. si femina. Si vero transgrediatur trans actionem quam promiserat querelam inno uando sucumbet, pene valate.

m. *Transactio uiolatur bifariam.*

Articulus LIIII

De bonis per iudicem consignatis seu arrestatis.

SI proprium alicuius cō signatū iudicialiter sit, quotiens extra uel in tra uadit aut ingreditur totiens iudici mulctam demeretur, nisi consignatio illa iudicialiter amo ta sit.

a. *Spe. Sax. l. ij. ar. xli.*

Glosa.

Sciendum quod cum Iudex mulctam suam in proprio alicuius consequi non potest, b p sententiam iuris possessionem seu proprium cōsignare poterit illius, cum cruce insculpta ad declarandum mulctam illic dei esse, mul cta etenim iudici loco dei soluitur.

b. *Spe. Sa. li. ij. ar. xli.*

Sensus articuli presentis est, ex quoquidem Iudices in loco dei resident, iudicantes homi nes, quos deus precioso redemit sanguine, & quia contigit quod vnus contra alium exce dit, vnde ratione istius quia creaturam lesit dei, mulctam deo vel iudici in loco dei sol uet, ad placandum iram creatoris nostri: Et c exinde sequitur quod dimitti mulcta non debet, d vt xxiij. q. iij. Duo ista nomina. & Spe. Sa. li. ij. ar. xli. quia alias si dimitteretur mulcta: cessaret ordo & destrueretur iudiciū, per mulctas enim coguntur homines quod iuste agant, & a malo precaucāt: vt. C. de mo do. mulcta: per to. & in auten. de manda pri ci. §. Quod si delinquentes. coll. iij.

c. *Spe. Sax. li ij. ar. xli.*

d. *Mulcta dimitti non debet.*

Sciendum etiam, e quod Iudex ex bonis im mobilibus, mulctam repetere non debet, nisi forsan deficiant mobilia vt in auten. Vt nul lus mutu. §. Propter auaricia. coll. iij.

e. *hæc et alia d' mulctis plura uide li. ij. ar. xlv. glo. Spe. Sax.*

Articulus LV

De Donationibus.

SI Iudex & Scabini in mu nicipio moriantur, extunc in causa donationis alicu ius sedes Scabinalis si necessitas ur geat, supleri & locari debet ad ma ximū duobus Scabinis & quatuor uiris ad iudicium pertinentibus, & ut sic ille suā obtinebit donationē.

Glosa.

Articulus presens, est cōstitutio Ottonis Im peratoris. Sensus eius: Q̄d quicqd dari debet in proprietate seu hereditate id faciendū est coram iudicio, quod si Iudex mortuus sit, al ter eligatur, in defectu etiam Scabinorum se des Scabinalis locari debet: vt textus habet, & vt sic donatio illa robur habebit, idq; ex eo ordinatum est ne officium aliquem in suo negligat negotio, tum etiā vt donatio iuris ordine fiat, & probari a sufficiēter posset.

a. *Hoc intellige ubi dicta non habentur iudicialia, alias inscriptione probare oportet.*

DOnatum siue absessum si quid sit corā iudicio ban nito uiro uel mulieri, in eo mulier cum sua parte siue dono ac cepto pro suo arbitrio facere potest sine cuiusuis contradictione.

Hoc idem etiā uir facere poterit cū parte sui doni quod acceptauit qc quid uoluerit.

Glosa.

Sensus articuli est. Quicquid viro vel muli eri donatum sit &c. id est quicquid ius tribu it vni, a & per sententiam adiudicatum sit in bonis mobilibus, q̄ primum ea in suam acce perit potestatem, bona illa eius sunt, cū eisq; facere & dimittere poterit, hoc est si ea iure acquisiuit, vel etiam ad eum hereditata sunt, nec eā vt sic prescriptiōn indiget.

a. *Spe. Sax. li. iij. ar. iiij. & lxxxij. & supra iure Munia. ar. xxx.*

Donata vero ex mera liberalitate extra iudi cium possidere illa oportet tribus diebus, & hoc propter id, b si forsan bona illa furata sint: & ea quis impetere vellet, si enim vt sic tribus diebus possideātur accusari super fur to vel manuali facto nō poterit possessor.

b. *Vide supra ar. xxx.*

Aduertendum circa id, si equum quis donet mihi, illumq; publice equitare faciam in cā pum, vel etiam adaquando eum, furtum mi hi nullus impingere poterit, nec ei im oculte illum seruaui, hoc itidem annotandum erit de vacca, que publice in cōmune impellitur stabulum, cū alijsq; seruatur pecoribus. Pre terea hoc idem intelligendū erit de pecuniis c Si enim pecuniam mihi oblatam publice acceptem, & illam nō ocultando in cistam re ponā meā, d pecunia vt sic, publice & absq; vicio ocultatiōis in scrinio seruatur, sicut & vacca in campo, ac equus in stabulo.

c. *Pecunia publice oblata dato quod in scrinio occludatur ea que publice seruari debetur ac si equus in cāpo.*

Donet vero si quis alteri furtiuā rem ea for san intentione quod liberter videret, e vt ex officio detineatur, & grauitas subsequeretur eidem, si id probetur quod non vt furtiuam, & non ocultando rem illam teneat. Tum etiā si antehac iuris sui detrimentum passus nō est, manet sine damno & pena, dato quod va rendatorem non statuat.

d. *Vide. Spe. Sax. li. iij. ar. v glo.*

Varendator vero ad quem me traho si aufu gerit vel eundem habere non possum f rem illam dimittere me oportet, cum mulcta & emēda vt in sui. de oblig. que ex delict. nascū. in multis paragraphis.

e. *Spe. Sax li. iij. ar. v. glo.*

f. *Sp. Sa. li. ij. ar. xxxvi.*

Articulus LVII

De dotalitio & uitæ prouisione mu lierum.

MVlier Iure Municipali non potest dotalitium a nec uitæ prouisionem in bonis mariti refor matam loco proprij obtinere, sed si moritur illa cedit ad proximiores & hæredes mariti.

a. *Spe. Sa. li. i. ar. xxxij. & li. ij. ar. xxi.*

Quando autem maritus nihil dede rit mulieri in bonis suis, in posessio ne bonorum sui mariti permanebit mulier, puericq; sibi necessaria mini strabunt donec alium superduxerit uirum.

Si uir oues habuerit b illas mulier ad supellectilem recipiet.

b. *Spe. Sa. li. i. ar. xxiiij & supra Iure Munia. pali. ar. xxij.*

Quod si dotalitium mulieri infrin gere uelit in mobilibus quæ sibi da ta sunt coram iudicio c illud obtinet cū uiris & mulieribus qui tūc præ sentes fuerunt metseptima.

c. *Hic mulier in testē admittatur.*

Si uir pueros habeat aut mulier & ex his nonnulli emancipati sint mo

riatur uir, [d] pueri qui in hæreditate patris tempore mortis fuerint reci/piunt bona & non hi qui emanci/pati sunt, hæreditatem tamen uen/dere non possunt [e] absq; coheredū consensu.

Pueri qui in hæreditate mortui sint Vel sic, pueri qui in potestate patris mortis tempore fuerint si ex his u/nus moritur istius partem diuidunt interse equaliter tam emancipati q̄ hi qui domi manent.

In possessione etiam domus si ma/neat filius qui clericus uel præsby/ter sit, parafernam seu geradam tol lit, [f] si uirgo non supersit. [g] Si uero & puella ibidem fuerit, parafernam per æquum inter se diuidunt.

d. *Spe.Sax.li.i.ar.xiij.*

e. *Spe.Sax.li.i.ar.lij.*

f. *Spe.Sax.li.i.ar.v.*

g. *Intellige de clerico non beneficiato, quia beneficiatus nō diuidit cū sorore, ut Spe.Sax. li.i.ar.v.*

Glosa.

Dictum est superioribus in ar. xxij· Tum & Spe. Sax.li.i.ar.xx. quid maritus vxori in bo nis suis loco dotis donare poterit: hic declara tur an mulier seu vxor post mortem viri bo/na huiusmodi in dotalitium donata alienare posset: nec ne: [h] textus in se planus est: & seip/sum declarat. Mulier etenim bona huiusmo/di sibi ad vitam donata non ad heredes suos sed ad heredes mariti hereditat, sic scilicet in/telligendo si maritus vxori vitę prouisionem in bonis suis ad vitā suam dederit, bona hu/iusmodi post mortem mariti maiori Iure ce/dunt in heredes mariti q̄ mulieris. Ratio isti/us est proprium etenim sine heredum consen/su minime alienari potest, vt Sp. S.li.i.ar.lij. Tum etiam quia dotalitium illud ad vitam vxori donatum est & non hereditarie, vtetur ergo bonis illis quoad vixerit. Exindeq; seq/tur quod dotalitiū huiusmodi seu vitę pro/uisionem, mulieribus nullus infringere po/test: vt Spe. Sax. li.i.ar.xxi. nec aliqđ dām/num tollerare cogitur, vt iu auten. de equali. doti. §. his consequens coll.vij.

h. *Vide Spe. Sax.li. i. ar.xx. & xxi.*

QVERITVR [i] Si vir vxori donationem in hereditate sua sine consensu heredum fece/rit, pueros q; tandem ex ea procreauerit. Et si/gnanter si hereditas illa inscribatur vxori in dotalitio, nulla tamen certa pecunia esset de/nominata nec conditio apposita quod cum bonis illis facere & dimittere possit, [k] post mortemq; mariti in possessione maneat, nec aliquid aliud bonorum restat nisi hereditas illa. An mulier bona illa alienare posset nec/

i. *Hæreditas in dotalitio mulieri inscripta an alienari per eam possit.*

k. *Vide Spe. Sax. li. i. ar.xxi. & ar.xxxij.*

nec ne. Si maritus vxori vt sic vitę prouisionem dederit in proprio vel hereditate nullaq; spe/cificatio sit cum bonis illis faciendum & di/mittendum mulier bona huiusmodi aliena/re non potest, si em̄ ex possessione illa dimit tat perdit possessionē, vt Sp. Sax.li.i.ar.xxi. & ar.xxxij. Nec illa diuendere poterit sine cō sensu heredum: vt Spe. Sax.li.i. ar.lij. Si ete/nim vltra voluntatē heredū dimiserit vendi/deritq;, heredes intromittent se iusto in bona illa ac si mulier mortua sit. Is etenim qui bo/na ex possessione dimittit sua: nullam peram plius in illis possessionem habet: & ita nec alte/ri potius Ius in illis tribuere potest, vt ff. de reg. Iur. L. nemo. Et id nedū Iure obseruatur nostro quod videlicet bona dotalitialia alie/nari minime possunt, sed & legibus cautum habetur: vt insti. qui aliena. §. nam dota. Nec mulier bona huiusmodi impignorare vende re poterit, etiam si cum damno illa teneat suo Pro declaratione tamen horū ampliori eue/niente casu huiusmodi in negotio occasione dotaliū, ne mulieres relicte opprimātur plu rimum, bonaq; desolentur & ne ipse aliquam sufferre cogantur grauitatem.

Notandum venit, si mulieri donatum sit do/talitium vel vitę prouisio, propter vero im/becillitatem & paupertatem prouidere illud non possit. Iudicem adire debet cum Iudici/um bannitum habeatur vbi hereditas sitta sit exponereq; causam tenebitur negotij sui in hęc verba. [l] Domine Iudex ego propter im/becillitatem & paupertatem non valeo nec sufficio prouidere bona, quę ad vitę ,puisionē mihi donata sunt. Exindeq; bona desolari possunt, allegationem probare volo meam prout Ius decreuerit, peto informari quid cum bonis illis facere debeam, vt a periculo & sollicitudine mihi prędicatur: decernetur quod heredes bona huiusmodi eliberare & exemere ab ea debent. Si heres recusauerit, ex ponet illa sub censu, heres tandem si censum illum prout alī conduxerunt soluere volue/rit, propior erit bona illa sub censu tenere. Quod si recusauerint heredes: vt bona illa ad censum taxari deberent, presentesq; sint: (Nā & insinuari negotiū illud eis oportet de sci/entia Iudicis & Scabinorum.) Petat tandem mulier per sentētiam decerni, quid cū bonis illis facere debeat, vt iuri proficiat suo: expo/nendo causas quę eam ad id cogunt, vt pote paupertas & alię legittime causę. Decernetur quod impignorare seu conducere illa poterit sub censu ad vitam, & necessitati prouidere suę ex quo est pauper. [m] Si cōducere non po terit, vēdat illa prout potest. Ex quo heredes illis vt dictum est & ad taxam positis se intro mittere noluerunt, & vt sic manebit sine dā/no: vt Spe. Sax.li.i.ar.xxij.

Sciendum circa id. Moriatur si vir mulieri fa ćta sibi iudicialiter certa donatiō in bonis suis, si donatio illa sit in mobilibus, mulier disponit cum eis iuxta suam voluntatem. Si

l. *Dotalitium quo pacto mulier oppignorare potest, practicā uide.*

Spe.Sax.li.i.ar.xxi.gl.

m. *Vide hoc idem infra ar.xcv.*

Donū mulieri per uirum eius factum cui cedit mortua muliere.

n. *Sp.Sa.li.i.ar. xxxiij.*

o. *Aliqui codices habēt quod bona ad matrem per mortē pueroru deuoluta ipsa decedente in proximiores puerorum agnatos cedere deberent. Glosa tamen articuli præsentis magis quadrat, et ita ut communiter practicatur, nam successio non in latus sed semp deorsum cedit, in defectu uero ascendit & præfertur collateralibus ut Spe.Sax.li.i.ar. xvij. et infra Iure Munia.ar. sequenti & ar. lxiij glo.*

p. *Quomodo mulier donationē probare debet in bonis uiri.*

q. *Vide Sp.Sax.li.i.ar. xx. & supra Iure Munia.ar. xxij.*

r. *Paragraphus iste quo ad utramq; eius declarationē secus observatur in communi praxi, cū bonis etenim ex donatiōe deuolutis si non reuocatur donatio disponere poterit iuxta beneplacitū mulier, itidem & uir si eam supuixerit, nulla uero ordinatiōe facta bona huiusmodi mobilia et immobilia propinquiores illius qui supuixerunt tollēt.*

s. *Emancipatio q.t.*

t. *S.S. li.ij.ar.xxx.glo.*

vero donatio sit in hereditate vel ,pprio, pro bariq; possit, ad vitam mulieris duntaxat fa ctam esse donationem, post mortem eius ad heredes viri cedūt bona. Quod si donatio fa cta sit de cōsensu heredum in loco iudiciali vbi de iure id facere debuit cū apposita clau sula cū bonis illis vt facere & dimittere pos/set iuxta eius voluntatem, [n] bona huiusmodi deuoluūtur ad proximiores mulieris agnatū. Pueri etiam eius si decedant bonaq; per mor tem [o] puerorum ad eam deuoluantur, post mortem vxoris bona illa admortua in proxi miores eiusdē mulieris agnatos cedent.

Sciendum prēterea, si mulieri domus per ma ritum donata sit, obtinet iure quicquid in ea donatū fuit, post mortem vō eius ad heredes viri redit. Nec obest heredibus, quod dona/tioni non contradixerunt, tacueruntq; anno & die. Contradicere enim possunt quando volunt, sed nec taciturnitas illa nocere po/test iuri illorum.

Notandum insuper, moriatur vir facta pri/us vxori iudicialiter donatione in bonis suis p donationem huiusmodi mulier obtinet Iu dice & Scabinis: vt Spe. Sax. li.i.ar.vij. q Si vero donatio extra iudicium facta sit, nec iu dicialiter confirmata, donationē huiusmodi propior est obtinere manu vnica q̄ aliquis eam a donatione alienare deberet, possessio/nem vero bonorum propior est testibus met septima cum viris & mulieribus probare post manum mortuam qui prēsentes fuerūt quando donatio facta sit.

Si vir etiam vxori omnia bona sua quę ha/bet de cōsensu heredum donauerit, donati/oq; huiusmodi coram iudicio cōfirmata sit: reseruata tamen potestate cū bonis illis aliter disponendum faciendumq; & dimittēn. ipso mortuo nulla alia facta ordinatiōn, ita quod bona in integro maneant. Mulier post mortē viri obtinet bona ex donatione ad vitam eius dem, & quicquid mobilium sit, deuoluitur ad eiusdem vxoris proximos, proprium ve/ro ad proximiores viri. Si vero bonis renū/ciauerint extūc ad vxoris heredes cedūt. [r] alij codices habēt. Si vero virū superduxerit & pueros procreauerit, pueri vt sic hereditant bona illa.

Si vir & mulier habeāt pueros emancipatos &c. Pro intellectu istius considerādum, [s] qđ emancipatio filij a patre dicitur esse, cū filius a patris & matris potestate dimittitur, a pa/neq; illorum separatur, [t] propriis viuens ex/pensis cum separatione bonorum quę acce/ptat ,p sorte paterna & materna: vt Spe. Sax. li.ij.ar.xix. & Insti. qui.mo.ius.patri.pote. p totū. & vt sic, si vnus emancipatus sit: bonisq; renunciauerit, bona per mortem patris dere/licta, cedunt illi qui in domo mansit patris, tempore mortis: vt Spe. Sax.li.i.ar.xiij. Bo na tamen illa alienari non possunt sine hęre/dum consensu: vt Spe. Sax.li.i. ar.lij.

Emancipati vero si diuisionem habere vellēt in bonis paternis & maternis cum nō eman/cipatis, [u] omnia importare sub iuramento te nebuntur, [x] quę ad sortem receperant suam: vt Spe. Sax.li.i.ar.xiij. Nec prohibere illis nō emancipati poterint, nec iure eos repellere, nisi forsan testibus probauerint illos esse e/mancipatos, & quod bonis renunciauerint paternis aut maternis. Sub iuramento itaq; emancipati importare viceuersa tenentur si & in quantum diuisionem accipere volunt. Quicquid vero probari possit bonorū quę acceperant, negatiua minime absolui pote/rint: vt Spe. Sax:li.i.ar.xiij.

Sunt tamen certe res, quas emancipati im portare non tenentur, [y] vt si pater vel mater filio dederit vestimenta, [z] equos, arma, tem/pore quo donationem facere potuit, & filius illis vti valebat. Filiabus itidem si quid do natum sit in vestimentis, ornatu, supellectili, tum etiam filius arma bellica importare mi/nime tenetur cum diuisio bonorum fieri de/bet. Sed nec filię emancipate participant ge/radam cū non emancipantis: iam etem sortē ceperūt suā: iste vero q̄ in domo matris sunt, minime, [a] immo sustinuerunt casum fortui/tum, si forsan nihil superfuisset gerade: nihil cepissent. Iusto etenim est, quod is qui sentit damnum, sentiat etiā & commodum.

In textu cum dicitur, pueri qui in hereditate mortui sunt, si moritur vnus ceteri diuidunt hereditatem &c. Intellige quod hoc verum est si nō supersit mater ad quā bona illa ad/mortua sunt.

Qui etiā domi manet & sit clericus &c. Cle/ricis enim geradam accipere admissum est ex fauore ecclesię, [b] propter orationes, quas ,p tota fundunt christianitate: vt in auten. de san cti Episco. §. i. coll. ix. Clericus tamen ille qui geradam accipere vult necessario est vt ordi/natus sit [c] ad gradus sacerdotij, quod si post modum in alium statum sese transmutet nec sacerdotiū nancisc atur, restituere tenetur co/gnatis mulieris. Sed & anteq̄ geradam tolle re admittitur, necessario literas ostēdere tene/tur quod ordinatus sit ad clericatum anteq̄ gerada illa sibi admortua fuerat, quod si vir/ginē superduxerit promiserit q; prębyterari si eam superuiuat, manebit circa geradam, si ānhac fuerat acolitus: vt lxix. dis. nō oportet.

¶ Notandum si vir vxori dotalicium deno/minauerit [d] iuxta prouincię consuetudinem sine aliqua distinctione moriatur q; mulier: do talicium illud cedit patri vxoris in vita ma/riti, [e] Sed si vir specificauerit faciendi & di/mittendi cū bonis illis relinquēdo potestatē, quodq; dotalicium post mortem suam con/sequatur, & vir superuixerit vxorem dotali/cium manet apud virum.

Notandum prēterea si vir dederit vxori do talicium, illudq; tollat mulier post mortem mariti & habeat vir pueros qui nondū eman/cipati sint, [f] moriatur tandē pueri, bona eorū in sinum deuoluuntur matris, & hoc intelli/

u. *De hac materia uide Spe.Sax.li.i.ar.xiij. & li.ij.ar.xix.*

x. *Emāpati si diuisionem habere uolunt cū non emanapatis, omnia quæ ceperant importare tenentur.*

y. *Vide S.Sa.li.i.ar.x.*

z. *Emanapati certas res importare non tenentur.*

a. *Spe.Sax.li.i.ar.v.gl.*

b. *Cleria quare geradam tollant.*

c. *Spe.Sax.li.i.ar.v.*

d. *Dotalitium mortuo uxore cui cedit.*

e. *Vide hoc idē supra ar.xxij.glo.*

f. *Se.Sa.li.i.ar.xxxiij.*

gendo si puer mortuus nullum vlterius relinquat puerum, etiam si femella sit, & relinquat filium, g extunc mortuę femellę mater geradam tollit. Si vero femella sit, moriturq; post mortē matris, mortuę matris mater, maiori iure accipit geradam, q̄ mater viri. vt Spe. Sax. li. i. ar. xx.

g Cracouien. hunc passum ex laudo & plebiscito auitatis secus obseruant ut supra arca ar. xxiij.

Articulus. LVIII

De successione hæreditatis

a. Spe. Sax. li. i. ar. xxvij

MOriatur si mulier absq; hærede [a] ita qđ nullum hæredē a marito suscęperit, illa hæreditat sortem suam ad proximiores agnatos siue sint masculi siue femelle, & hoc si similes generatione sibi fuerint, hoc itidem facit uir cum sorte sua.

b. Spe. Sax. li. i. ar. xxviij. & supra iure munia. ar. xxvi. uide de his copiosius.

Ad hæreditatē itaq; pertinet [b] omne aurum & argentum non formatum pecunia item, frumenta, panis, cereuisia, uinum, pannum, carnes quæ post tricesimum supersunt & hæc omnia ad hæredes uiri pertinēt & non mulieris.

Sed domesticorum cibariorum mulier accipit mediū, & hæredes mariti aliam medietatem.

Vxoris proximiores cognate geradam tollunt.

Glosa.

In textu cū dicitur ad proximiores agnatos. Intelligę si in bonis illis vxor relicta reformatū non habuit dotalitium alias cogūntur eam contentare. Idem etiam quod de viris dicitur de mulieribus quibus eque tollenda hęreditas interdicta non est intelligendū erit, mulier namq; post mortem bona relinquens aliqua, siue illa ex admortuo siue aliunde sibi cesserunt, eius hęredibus cedūt. Gerada vero ad proximiorem cognatam, vir etiam si moriatur arma bellica agnatis veniunt, hęreditas vero ad hęredem quisquis sit, siue masculus siue femella deuoluitur: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxvij.

c. Sp. Sax. li. i. ar. xxiiij. & supra iure Muma. ar. xxiij.

In textu cum dicitur, ad hereditatem autem ptinet &c. [c] Quid si fuerint pro vsu & ornatu mulieris comparata, vt vestimēta, cinguli argentei, zorę argento adaptate, cultelli itidem argento formati quę mulier deferre solet, pectoralia, corone, annuli, quas vir donauerat in sponsalibus, illa omnia circa vxorem manent. Ciphi vero crateres & alia potagiorum vascula vel etiam cibariorum vasa quę in vsu fuerunt, siue sint aurea, argentea, cuprea, ex auricalco, ac alterius cuiusq; cumq; metalli, omnia ad hęreditatē viri pertinent, vnum tamen vel duo ex his mulieri pro expeditione dabuntur.

d. Spe. Sax. li. i. ar. xxij. & supra iure Muma. ar. xxiij. & xxvi.

Cum dicitur in textu cibaria domestica &c. [d] ad id pertinent, pultes, pisę, sal, butirum, aruina, mel, carnes, pro quotidiano vsu adaptate, nullum itidem, & horum mulieris hęres accipit mediū, hęres vero viri aliam medietatem.

Articulus LIX

De hæreditate relicta nullo hærede extante.

a. Vide abundantius Spe. Sax. li. iij. ar. lxxx.

SI hæreditas relinquatur uacua [a] hoc est non extante hærede, & ad quam se nullus trahit in anno & die, illa ad regalem pertinet maiestatem.

Glosa.

Pro intellectu articuli notandum quod cum quibuscūq; horis homo moritur hereditas appellatur, vt Spe. Sax. li. i. ar. v. & ff. de verbo. significa. Si itaq; vnus moriatur nullo extante hęrede, hęreditas ad regiam cedit dignitatem vt textus habet. Hęreditas autem in proposito vniuersaliter accipi debet extendens se tam ad proprium, parafernam, & arma bellica, omnia enim prętacta si hęredes agnati ex parte gladij, vel agnate ex parte fusi desunt regię cedunt autoritati.

Nomine etiam regis in proposito intelligi debet potestas quęlibet a rege cōstituta, quibus commissa administratio & gladius est iusticiam defendi, iniusitiam vero debilitādi, vt sunt Comites Burgrabij, Iudices, ac alij omnes potestatem a Rege vel Imperatore habentes.

Ius autem istud a Romanis ortum habet, vt Instit. de heredi. quę ab intesta. defer. per totū. Ratio autem cur paraferna & arma bellica iudici cedunt est, vt viduas & orphanos tueatur & protegat tanq̄ verus tutor. Rationeq; potestatis quam iudices a Rege habent statutum est, vt bona huiusmodi hęrede carentia tollant, locum enim regis obtinent. Exinde

b. Iudex prouidere debet carceres patibula.

etiam prouidere debent [b] carceres, patibula, statuas: vbi virgis ceduntur & alia ad punien dos malefactores necessaria submin istrare. Ratione etiam istius iudiciariam potestatem habere dicitur Iudex puniendi malefactores loco; sui subdelegatum habet, qui exequitur sententiam illius iuxta iuris formam vt xxvi. q. v. de occiden. homini.

c. Iudicis officium in exuriēdis pauperibus.

[c] Iudex preterea exgerada & armis bellicis quę tollit post tricesimum diem pauperes homines erutrire, communem vtilitatem defendere, & item frenet icos, fatuos, qui nullum ex aliunde auxilium habent fouere tenetur, idq; intelligendum est de Gerada & armis bellicis. Si vero proprietas relinquatur seu alia mobilia bona ad quę hęres non existat, & donata seu impignorata non sint, sculteto tribuūtur si tres mansos nō excedant, sed si ad triginta mansos se extenderint comitatui aplicētur.

d. Vide Spe. Sax. li. iij. ar. lxxx.

[d] Si vero hūc numerum transcendant, ad regalem pertinebāt Maiestatem, vt Spe. Sax. li. iij. ar. lxxx.

Bona autem huiusmodi vt sunt, Gerada arma bellica, per caducum ad iudicem deuoluta Iudici vel suo preconi presentari debent si post tricesimum diem obitus ea expetierit illaq; Iudex illese anno & die seruare tenebit: si forsan aliquis venerit, & se ad ea vt iuris est mettertius traxerit.

e. Vide Spe. Sax. li. i. ar. xxvij.

[e] Quod si nullus appareat per id tempus Iudex ea in vsus conuertet suos, vt Spe. Sax. li. i. ar. xxviij.

Circa id notandum profitelectū textus ampliori, [f] quod bona dicuntur hęrede carere multis modis. Primo si mortuus nullū relinquit legittimū hęredem: vt sunt illegittimi, quamuis em̄ legittimus sit quis, illegittimo tamē non succedit: [g] vt Spe. Sax. li. i. ar. li. Ita videlicet intelligendo si moriantur & bona relinquāt non donata, sicut si presbyteri filius vxorē superducat, bonaq; acquirat, procreando pueros cū vxore: pueri illi legittimi erunt, non tamen bona paterna hęreditare possunt, [h] pater enim secundum leges indignus est, quod hęreditatem eius pueri tollāt, Sed si vir ille bona sua, hereditatem, proprii pueris dederit in iudicio bannito: coram Iudice & Scabinis, extunc tollent illa iure. Si quid etiam coram iudicio vxori dederit, b tinebit illud. Moriatur autē relinquendo bona non donata, regiam cedunt potestatem: vt in auten. de inces. & nefa. nup. per totū. coll. ij. Secundo bona hęrede carere dicunt, vt quāuis vnus legittimos relinquat hęredes, bona tamen tollere nō possunt, propter excessum patris, vt si fuerit contra Imperium machinatus, hęretic[9], ex timore penę mortis seipsum interficiēs: vt Instit. de hęredi. q̄ ab intesta. defe runt. §. Per contrariū. &. ff. ad le. Iuli. maiesta. L. vlti. Tertio. Quamuis hęres sit & accipere potest, sed accipere non vult, euitando forsan importitionem creditorū. Quarto si hęres sit, & accipere possit & vult, dummodo sciuerit de morte illius qui hęreditatem relinquit, & his in anno & die hęreditatem recuperabit, et

f. Bona dicūtur hęrede carere multifariam

g. Vide hoc idem Spe. Sa. li. i. ar. xxvij. et li.

h. Istud est extra consuetudinē modernam.

hoc intellige sub distinctione, quia vel ignorauit mortē illius cuius successor esse debuit, vel nesciuit quod ius aliqđ succedendi ad bona illa habuisset: si ignorauit de morte amici non impedit eum, immo infra annum & die postq̄ resciuerit de morte, recupare illa poterit vt C. de iur. & fact. ignor. L. Error. Si vero ignorauerit se habere ius succedendi, elapso anno & die post mortē illius ignorantiā frustra allegabit. Ius em̄ suū vnusquisq; scire tenetur. vt C. de iur. & fact. ignoran. L. Constitutiones principum, id tamē intelligi debet, nisi forsan legale impedimentum importauerit. vt Spe. Sax. li. ij. ar. vij.

Articulus LX

De dono pueris per patrem facto.

SI uir in municipio pueris suis in iudicio bannito coram Iudice & scabinis aut suæ uxori ad uitam cum consensu hæredum bona dederit, paxq; desuper decreta sit, posthac uero in eisdem bonis alicui dare quid uellet. [a] Is cui prima donatio facta sit prohibere iure poterit, si illud ut iuris est probare ualeat.

a. Spe. Sax. li. iij. ar. lxxx. ij. & supra iure Munia. ar. xxix.

Articulus LXI

De dono in bonis censualibus.

IN municipio si qs pueris suis aut uxori, edificia super bonis censualibus dederit corā domino uillæ seu curiæ uel coram uicinis. Post mortē uero suā quis edificia illa alloq; uel impetere uellet, mulier obtinet edificia huiusmōi si probauerit ut dictū est sibi esse donata. Cum uero utrumq; tam fundus q̄ edificia propriū uiri sit, alloqui seu uendicare [b] suus generatione equalis agnatus iure potest.

b. Spe. Sax. li. i. ar. xxi. & ar. lij.

Nulli enim proprium in munici-

pio alienari licet, nisi in Iudicio coram iudice cum hæredũ consensu. Si uero bona hæreditario censualia fuerint & mulieri non sunt infeudata extũc dare sibi minime potest nisi id faciat cum consensu domini a quo bona illa susceperat.

Habeat uero si qs mobilia seu merces quas ex bonis illis quæ admortua sibi sunt, uel ex uera successione cesserunt comparauerit emeritq; hæc suæ uxori [c] minime dare potest nisi in iudicio bannito coram iudice & scabinis.

c. *Alij textus habent aut pueris.*

Si uero bona huiusmodi mobilia aut merces labore proprio acquisita habet, illa tempore pfecte sanitatis cuicunq; uoluerit dare poterit sine cuiusuis contradictione.

Glosa.

Dictũ est superius de bonis hereditarijs mobilibus hic in his duobus articulis inruere vult: quo pacto donatio fieri debeat vt firma sit & robur habeat, duoq; in articulis tangũtur. Primo si quid uxori quis dare vult ad vitę prouisionem illud facere teneatur cum hęredum cõsensu: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxi. Ideq; coram Iudice & Scabinis fieri oportet vt textus habet. Quod si alteri forsan in eisdẽ bonis facere velit donationem, ille primus contradicere iure potest. Secundum est quod in articulo tangitur, si vir uxori aut alteri cuiq; coram domino villę in bonis censualibus ędificia dederit, etiam si hoc sit coram villaris factum, mulier aut eius pueri facilius illa obtineburt, q̃ quis eos repellere posset. Si autẽ locus seu fundus in q̃ ędificia extructa sunt, prius viri sit, sine consensu hęredum alienare minime poterit: vt Spe. Sax. li. i. ar. lij

Articulus LXII

De bonis censualibus ab Ecclesia possessis.

SI homo habuerit bona cẽsualia ab Ecclesia, Monasterio, aut alio domino. Et Abbas Monasterium aut dominus non fateatur sibi esse concessa, hic uir metseptimus cum suis similibus protestari poterit, illud esse suũ predium censuale. Quod si dominus aut Abbas horum testimonio stare noluerit, aut etiam illis, bona quæ in censum habere dicũt, negare uoluerit, extunc quiuis eorum metseptimus bona obtinebit.

Articulus LXIII

De pueris emancipatis.

MOriatur uir in Municipio qui pueros habeat emancipatos a bonis suis, & unum relinquat nõ emancipatum, filium uel filiam in bonis post mortem, iste uel etiam si plures sint alij ædificia sua cum consensu matris diuendere poterint sine contradictione pucrorum qui emancipati sunt.

Glosa.

Articulus. lxij. dependet ex articulo immediate p̃cedenti. lxi. Sensus eius est, si hõ bona habuerit censualia &c. dominusq; neget illũ esse suum censitum, is metseptimus cum suis collegis probabit huiusmodi bona sua esse censualia. Si vero dominus etiam huiusmodi testes, esse censuales negauerit, vt usq; iuis metseptimus probabit: vt. C. de agri. & cens. per totũ. De iure etiã censitorum: vide Spe. Sax. li. i. ar. liij. & li. ij. ar. liij.

Articuli. lxij. sensus est, si vir moriens relinquat pueros emancipatos, hoc est, qui sortis paterne renunciauerunt, aliq; in bonis remaneant pueri, siue sint filij siue filię, edificia quę in bonis censualibus cõstructa sunt, vendere possunt cum cõsensu matris, & hoc ex eo fit, quia mater in expectando successionis est puerorum non emancipatorum, & hoc etiã verum est si bona illa ex admortuo nõ cesserũt: si etenim ex deuolutione aduenerunt bona huiusmodi, pueri vt sic sine consensu hęredũ alienare non possunt.

Notandum circa id, [a] si moritur aliqua succedens mulieri, vl si bona aliqua ex successione ad mulierem veniunt, illa mortua, bona

a. *Bona ex ad mortuo aduenientia post mortem illius cui cedunt.*

225

cedunt ad pueros eius. Si vero pueri moriantur, patri aduenient bona illa, & puerorũ cognati ex parte matris nullum ius ad id habebunt. Itidem etiam de patre intelligẽdum est: successionem em̃ confratrum vel sororum nullus tollit q̃diu pater vel mater viuat, [b] vt Spe. Sax. li. i. ar. xvij. In auten. de hęredi. quę ad intesta. deferun. coll. ix

b. *Spe. Sax. li. i. ar. xvij.*

Notandum prẽterea. Si moriatur quis, qui nec fratrem nec sororem habet vterinos ex vtroq; parẽte vel ex vno, [c] omnes q̃ in equali línea inueniũtur, siue ex patre, siue ex matre, equaliter hęreditatem tollunt: sicut fratres patris & sorores, equaliter sortẽ accipiunt.

c. *Spe. Sax. li. i. ar. xvij.*

Sciendum insuper quod ascendens proximior accipit successionem totã virus solus, descendẽs autem quodquot sunt accipiunt id quod eorum progenitor accipere debuit. Quando vero a fratribus & sororibus discenditur, succedunt secundum lineam: vt Instit. de hęredi. quę ab intesta. defer. per totũ.

Articulus LXIIII

De possessione bonornm mobiliũ seu mercium.

POssideat si quis merces, aut bona mobilia in municipio ex parte iudicij, & pronunciet illa ut iuris est tribus iudicijs. Quare toq; iudicio per ueram sententiam desuper acquirit dominium & proprietatem, reposueritq; ac soluerit signum decreti dominij, seu memoriale corã Iudice & Scabinis paxq; sibi denunciata sit a iudicio. Posthac uero alter uenerit bona sua prouidere seu euincere, primus iste propior est de super possessionem retinere cũ Iudice & Scabinis, q̃ ille recupare ex q̃ ex possessione cesserat

Glosa.

Articulus pręsens docet nos, quo pacto obseruandum sit, cum aliquis ex parte iudicij, possessionem aliquorum bonorum nanciscatur: vt si forsan vir ad bona aliq̃ intromissus sit: per Iudicem & Scabinos: vel vadiũ acquisierit, aut bona aliqua allocutus vel arestatus fuerit, aut sibi data, aut impignorata fuerant, denunciare illa coram iudicio bannito, tenetur, pereteq; per sententiam sibi dari, qd cum bonis illis facere debeat, & post q̃libet denunciationem album soluet nummum. Si vero posthac alter venerit, & bona sua seu merces, vel alia mobilia vendicare voluerit, negotiumq; ad controuersiam veniat. Decernetur quod qui bona in possessiõ habet indebito vl alio modo, is propior est per testes hoc est Iudice & Scabinis ea obtinere in debito suo q̃ alter ea occupare: vt. ff. Ne vis fiat ei qui in posses. L. Ait prętor.

Sciendum etiam pro intellectu articuli ampliari, si quis bona mobilia, vl merces posside rit ex parte iudicij, & ille cuius bona fuerant prẽsens non sit, verum absentabat ex legittima causa, nec citatus erat. Actor qui ius suum super bonis acquisiuerat: possessionẽq; per sententiam nactus est, propior est circa id permanere. Intellige si eum de furto aut rapina, desuper accusare vellet. Si vero dicat, sibi ignotum fore quod aliquando inculpatus sit, sed nec domi fuit, nec in prouincia, nec de citatione se scire quicq̃, offeretq; se iure bona euincere sua, ac iudicice respondere, si quis eum pro aliquo inculpet, in hoc casu, is qui bona habet in possessione, offerendo q̃ potest possessionem, propior erit debitum suum in bonis illis obtinere q̃ alter ea cripere. Et hoc intellige si ille respondens sibi de nouo debitũ recognoscat, quia alias sententia prior nõ valebit. Nulla enim sententia ligat contra non citatum: [a] vt Spe. Sax. li. ij. ar. v. Citari em̃ semper ad quemlibet actum vnus debet: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxiij.

a. *Vide. Spe. Sax li. ij. ar xxiij. et li. ij. ar. v. glo. finali.*

Articulus LXV

De dono in lecto egritudinis.

NEmo masculus neq; ulla fœmina, possunt in lecto egritudinis de bonis suis alicui quicq̃ dare, ultra tres solidos [a] absq; hæredũ consensu.

a. *Spe. Sax. li. i. ar. lij.*

Nec mulier [b] quicq̃ dare potest, sine consensu mariti.

b. *Sp. Sax. li. i. ar. xxxi.*

Glosa.

Dictum est superius de multiplici donationẽ & signanter de donationibus quę fiunt inter virum & vxorem, quę magis propter dignitatem matrimonij q̃ alia causa cõstitute sunt.

c. Donatio duplex.

d. Donatio causa mortis quomodo ualet.

¶ Vnde circa id sciendum, quod donatio duplex est.[c] Causa mortis, Alia est inter viuos. De donatione causa mortis, articulus p̄sens disponit. Contigit em̄ tūc, quādo aliqs egritudine correptus. nec sui iuris est,[d] nec tantarum virium quod bona alienare de iure posset, in fraudem tamē hēdū quos post se relinquit, & quibus bona illa iure cedere debeant alienare conatur, quod fieri minime debet, nec est naturale. Dare etenim si quis aliquid velit, tempore quo illis solus vti non potest non donat quod suum est, sed donat illorum qui post eum expectantes sunt: vt in auten. de māda. princi. §. oportet aūt coll. iij.

e. Argumēta pro & contra occasione donatiōis in lecto egritudinis.

¶ Contra tamen articulum formari possunt aliq; rationes,[e] rextum impugnantes. Primo si textus stare debeat, extunc nullus testamenta condere posset, quod tamen falsum est. cuilibet enim testamenta facere admissum est vt extra de testamentis & vlti. volun. Si hēredes, vbi habetur quod si hēres iussa testatoris non impleuerit tota substantia ab Episcopoloci illius interdicatur fructusq; & emolumenta quoad voluntatem defuncti adimpleat percipiantur. Si itaq; heres voluntatem implere tenetur mortui, ergo illi legare licitum fuit. Secundo qa si sic extunc voluntas vltima infringi posset, quod falsum est. Voluntates etenim vltime maxime custodiende sunt vt xiij. q. ij. vltima voluntas, tum etiam si qs in opera misericordię in extremis quid legauerit nec illud immutauerit exequi debet, quod si per hēredes non exequatur Episcopo exequutio cedit: vt extra de testa. & vlti. c. nos quidem. Tertio vnusquiuis enim id quod suum est donare iure cui vult poterit. vt Insti. de dona. per totum. vbi habetur de multiplici donationum genere. Tum & Insti. de lega. §. nostra aūtem cōstitutio.

In oppositū tamen est textus articuli vbi & concluditur Iure nostro quod nullus vir aut mulier in lecto egritudinis bona sua alienare potest, nec vltra asserem lecti porrigere, vltra tres solidos, vel in tantum, quod ipse manu apprehendere potest, in pecunijs paratis in lecto decumbens, & hoc intellige, sine iuuamine alicuius, ita quod solus vel sola apprehendat manu sua.

f. Donatio trifariam nutilis redditur.

Pro intellectu istius ampliori. Notanndū qđ donatio trifariā inutilis redditur,[f] & signanter personis quę donationem faciunt. Primo donatio iure interdicitur, quę fit inter virum & mulierem, & hoc intelligendo, si mulier proprium, hereditatem, vitę prouisionē, seu geradam habeat, ista etenim omnia, viro donare minime potest, neq; in lecto egritudinis nec tempore sanitatis, ita quod donationem illam hēredes sustinere cogantur: vt. ff. de donatio. inter vir. & vxo. in multis legibus, & hoc ex eo fit, quia vir & vxor bona indiuisa possident ad mortem suam, vt Spe. Sax. li. i. ar. xxxi. De bonis aūtē in communi possessis: vnus sine cōsensu alterius nihil dare poterit: vt ff. pro socio. in multis legibus. Si itaq; vnus sociorum absq; voluntate alterius nihil dare poterit, itidem est de viro respectu vxoris, sed vel potissimum ex quo vir est caput mulieris. Quare mulier cōtra voluntatē viri nihil dare poterit: vt xxxiij. q. v. Mulierē constat. Secundo donatio redditur inutilis, cum pupillus sine consensu tutoris quid donat. Pupilli em̄ sine consensu tutoris nihil dare aut promittere possunt: vt Insti: de autorituto. §. Vnde in his causis. Tertio cū p seruū quid alienatur. Nullus enim seruus sine consensu domini quicq̄ alienare potest, sui enim iuris non sunt serui, sed sub potestate aliorū constituti: vt Insti. qui. non est permis. face. testa. §. i. Si aūtē superueniat consensus illorū q in expectando sunt successionis, dare vnus poterit cui voluerit, dūmodo hēredibus tertia pars bonorum relinquatur: vt Insti. de lege falcidia. §. i. & sequentibus.

Ad rationes itaq; in oppositum adductas respondendum est. Ad primam quod non omnia testamenta admittuntur signanter in lectō egritudinis, & hoc si consensus hēdū non superueniat, ratio istius est, si debita forsan imperſoluta essent, & hēres cōsentiret ad legata testamenti, extunc vt sic hēres cogeret ad explendum legatum, & cum hoc astringi posset ad soluenda debita: vt Insti. de fidei cō missa. §. In primis igitur, & hoc volunt Decretales ille in primo argumento adducte, & ita perimit̄ p̄supposītum argumēti: vbi dicebatur qđ quilibet testamenta facere possit. Ad secundam rationem vbi dicebatur quod vltima voluntas impleri debet, intelligitur de illis qui liberi sunt, in bonis suis, & remini obligati. Ad tertiam vbi allegatum est quod vnusquiuis id quod suum est alienare poterit, intelligendum est dum id fiat tempore perfecte sanitatis, perfecteq; discretionis, quodq; probari possit septem testibus, huiusmodi enim ordinationem vt legittime factā hēres implere tenebitur, & hoc vult. §. nostra autem. Insti. de lega.

Notandum circa id,[g] cum quis bona sua legare voluerit, id facere eum oportet tempore perfecte sanitatis in p̄sentia septem testiū h quibus intentionem suam cōmittet, vna & vero hēredi, ordinatioq; huiusmodi robur et vigorem habebit, testesq; p̄tacti testimonium p̄stabunt super voluntate testatoris, sub sigillo si necessario sit coram iudicio vel aliquo officiali.

Testis aūt ad ordinationē testamētalē esse nō debet[i] mulier, puer annos nō habēs, surdus mutus, proscriptus, excōmunicatus, aut iure priuatus: vt Insti. de testamen. ordi. §. Possunt autem & sequentibus. Posiq̄ aūtē confirmati fuerint iudicis autoritate. Sic scilicet intelligendo si testator cōmittat exequtoribus dicēdo ego committo bona mea & volo vt istud illic & illic tribuatis in quantum bona extendant se post mortē meā, illi vero executores

g. Ius Municipal. præsens tum & prouinciale Saxonicū parum admodum de testamētis disserit, icteo enim Saxonum semper erat ut bona magis per successionē agnatorū cognatorumq; q̄ ex legatis hæderet. Tamen de testamentis iuxta Insti de testamen ordi. & item ff & C. eodem titu. per totū.

h. Cracouien. in cōmendatis testamētis aliam obseruant consuetudinem cerā etenim Iudico bannito aut offitio consulari testamentū facere oportet si ualidū esse debeat.

i. Spe. Sax. li. i. ar. viij.

facere promittant exequi tenentur voluntatē testatoris, si executorie consenserunt.

Articulus ergo p̄sens intelligi debet, qđ in lecto egritudinis vnus alienare non potest, si nullam ordinationem fecerit de consensu hēredum, vt patet ex declaratis: & Insti. qui modis. testamen. infirmen. §. i.

Articulus LXVI

Quod nullus in extraneo iudicio iudicialiter impeti debet.

*. Sp. Sax. li. iij. ar. xxv. & lxxxvij. & supra Iure Mund. ar. xxviij.

SI peregrinatū aut mercatum quis ierit extra prouinciam aut extra limites,[a] & impeditur ab aliquo pro debito hoc cum iniuria fit, nec ille iure id facere potest. Verum ius suum coram iudice cōpetenti quærere cum oportet.

Articulus. LXVII

De fideiussoria occasioñ debiti.

b. Sp. Sa. li. iij. ar. xxxi.

QVeruletur unus super alterū pro debito, quod pro suo patre promittendo teneatur, id probare & declarare cum testibus ut iuris est eū oportet. Si uero ille negauerit absoluitur cū sua innocentia.

c. Debitum post manum mortuam quomodo probari debet.

[b] Queruletur autem cum testibus, [c] ille uero dicat debitum esse persolutum, metseptimus post mortuam manum probare tenebitur, & si negotium ita & in eum punctum uenerit, ille iure suo perfectus erit.

Articulus LXVIII

De querela hospitis contra hospitē pro debito.

QVEruletur si hospes contra alium coram iudicio pro debito, ille liberabitur ab eo ut iuris est, nisi apportet testimonium contra eum.

Glosa.

Declaratio articuli. lxvi. sufficiens habetur supra circa articulum. xxviij., & item Spe. Sax. li. iij. ar. lxxxvij. Nullus enim alteri in extraneo iudicio cum vterq; vnius sit iurisdictionis respondere tenetur, & hoc intelligendum, si in sua iurisditione sufficienter possessionatus sit prout inculpatur pro debito, nec enim esset occasio quod eum alibi pro debito impedire debeat.

d. Ciuis mercātū egrtans an pro debito in alia iurisditione impetu poterit.

QVERITVR Si debitor ex ciuitate discedens in negotijs suis, alibi equitet, creditor resq; prueniāt eum in itinere, a domo sua sex miliaribus vel propius, nec domi fuerit protunc cum discedebat, immo & longe ante hac, [d] detineantq; eum in debito, ille vero allegat illos esse ex vna iurisditōe, nec aliquādo euitabat iudicem proprium. Creditor vi ceuersa dicat, quod ego nō fui presens domi aut in prouincia cū tu discedebas, quare volo vt respondeas iudicialiter, vnde & de isto loquitur articulus. lxvi.

Pro solutione istius sciendum quod si respōdens iustis sententijs se tuetur, vt ad propriū remittatur iudicem, remitti debet. Si vero eū remittere noller, ille tandem si conqueratur super actorem coram iudice competenti, dānum sibi resarcire tenebit. Et quia forsan negare vellet, quod videlicet eum non impetijsset. Quare ad obuiādum huic difficultati, iudicem illum extraneū sollicitare debet p recognitione, quod apud eum in iudicio extraneo iure arrestatus sit, iudexq; id facere tenebitur literis patentibus, quas tandem ipse iudici offeret suo. Exindeq; actor damna resarcire tenebit: vt. C. Nefilius pro patre. Constitutione noua. L. Habita. nec sententia illa ligabit si probari possit, quod coacte respōderit: vt. ff. de iudicijs. L. ij.

Si vir queruletur super alterum pro debito &c̄. Lex ista multum necessaria est, in expectando debito post manum mortuam, ponitur q; primū modus q̄rulandi tandē & respondēdi.

¶ Et quia cum vnus alium impetit pro debito post manū mortuam, declarare seu docere actor debitum illud tenetur cū testibus. Vnde declaratio in proposito seu probatio debiti non est aliud, nisi posiq̄ mortui hēres impetitur pro debito patris sui post manum mortuam, & hēres debitum illud nō promiserit, actor debitum huiusmodi declarabit, probabitq; hēredi cum testibus: vt Spe. Sax. li. i. ar. vi. Declaratio vero & probatio huiusmodi quę antehac per testimonia septuaginta duorum barritorum erat, hodie venit ad septem viros in iure bene conseruatos: vt extra de testibus. in multis capitulis, & hoc

Spe. Sax. li. i. ar. vi. & feu. c. xlv.

ex eo statutum est, quia hęredes cum periculo & conscientiose iurarẽt pro debito paterno. Qui enim ex opinione & dubitatiue iurat communiter periurus efficitur: vt xxij. q. ij. Homines falsum.
Alia itidẽ declaratio solutionis debiti fit quã quis facit pro huiusmodi debito quod solus promiserat: vt Spe. Sax. li. iij. ar. xli.
Sciendum etiam si pecunia alicui debetur expeturq; post mortuam manum, respondẽs admittit illi probationẽ, & hoc ex eo fit, qa super negotio ignotum sibi est, quare nec iurare presumit: vt. ff. de iureiuran. in multis legi. & C. de Iur. & fact. ignoran. L. cum quis. Notandum preterea quod responsio ac declaratio super impetitione [c] quandoq; cedit accusato & quẽadmodum fit declaratio per actorem respondenti pro debito metsepti mus. Ita per simile intelligendum est, si respondens dixerit debitum esse persolutum, metseptimus enim euadet. Si autem dicat quod ille solus querulatori soluit mettertius probabit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. vi. Quod si dixerit se idem nihil teneri, vel quod sibi nihil promiserit sua absoluitur manu, & hoc si contra eum cum testibus non agat. Vnde pro generali sciendum cum vnus impetit alium pro debito cum testibus respondens propior. est cum testibus expurgare se se, q̃ quod conuincatur. Si vero absolute dixerit se nihil teneri offeratq; innocentiam declarare suam, decernetur sibi probatio vnica manu.

[c]. *Accusatus pro debito post mortuam manum quomodo absoluitur.*

Articulus LXIX

De quærela occasione bonorũ hæreditariorum.

COnquæratur si quis super alium in municipio pro bonis hæreditarijs, quod bona illa sua uera hæreditas sit, ex parente ad eum deuoluta, quodq; ille bona huiusmodi cum iniuria sibi detinet & usurpat. Is uero contra quem quærela proposita sit cõparet & dicat iusto esse suum prædium censuale, habereq; defensorem bonorum illorum quæ & possedit anno & die sine contradictione & iusta allocutione. Ipsum oportet suum nominare euictorem eundemq; statuere ad iudicium determinatum proximum, & ut sic obtinebit bona illa censualia possessa, si ut Iuris est per euictorem id probauerit. Sed si in euictore defectum paciatur actor conseruat suam proprietatẽ in eisdem bonis ut iuris est. [a]

[a]. *Sp. Sax. li. ij. ar. xliij.*

[a] Quiuis enim homo suam innatã hæreditatem facilius conseruat, q̃ alter emptam aut obligatam, aut prædium censuale conseruari posset, cũ & impossibile est aliquem naturali defraudari portione.

Glosa.

Sensus articuli est, si quis bona anno & die possederit, possessionẽq; probare posset, propior est q̃ ille qui possessione caret.
In textu cum dicitur quiuis enim innatam hæreditatẽ facilius cõseruat, q̃ alter emptã &c Ratio istius est quia ille qui ex successione bona habet & ex mortuo sibi cedunt, possessionem & defensam habet ex illo mortuo: vt ff. de reg Iur. L. hęredem. & C. vnde liberi. L. si auus. Venditor vero non plus in bonis defense habet nisi quod se ad euictorem trahat idq; dificillime fit, vt C. de empti. in mul. legi. & Spe. Sax. li. i. ar. lvi. Sine etenim consensu hęredum bona illa alienari non poterant.

Articulus LXX

De actione uulnerum clamore protestatorum.

HOmo si uulneratus fuerit, clamoremq; excitet [a] & si hunc ceperit qui eũ uulnerauit iudicioq; præsentet adsintq; illi qui clamorẽ audierint ad testificandum, propior erit metseptimus conuincere eundem q̃ ille se se expurgare ualeat. Si uulnus profunditatem unguis longitudinẽq; articuli seu membri habuerit [b] manum soluet, pro homicidio uero collum nisi se ut iuris est excuset.

[a]. *Spe. Sax. li. i. ar. lxvi. de facto manuali uide.*

[b]. *Spe. Sa. li. ij. ar. xvi.*

Articulus LXXI

De guerra nocturna quomõ unus sup facto accusatus euadere debet.

COntingat criminale nefas nocte uel de die, & probus antehacq; iure nunq̃ accusatus homo, super facto impetatur, propior est euadere metseptimus, q̃ alter eum conuincere.

Articulus LXXII

De querela uulneratorum.

VIr si uulneratus fuerit, & eodem die iudicium nõ quesierit, negotiũq; pernoctatum sit, & qui inculpatur tunc comparuit, euadet eum metseptimus.
Sed si querimoniã ceperit, & ille nõ cõparet, proscribitur quarto iudicio. Vulneratus si quis sit in municipio negotiumq; sit pernoctatum, præfigi seu indici debet terminus ad proximum iudicium. Si etiam uulneratus sit, & uulnus nõ est duellare, denunciandus nihilominus erit ad iudicium proximum.

Glosa.

Declaratum est superius, de actionibus ciuilibus. Hic in his tribus articulis tangitur actio criminalis, [c] quę dicitur ex eo criminalis quia exposcit penam ex illo qui deliquit, si conuincitur in quantum vulnus in profundi tate sit vnguis, & longitudine articuli seu membri.
Vnde in proposito vnguis intelligi & accipi debet pro vngue cũ articulo superiori medij digiti, d & hęc pfunditas vulneris duellaris esse debet. Eiusdem vero medij digiti tota lõgitudo pro membro seu articulo accipit, & huiusmodi vulnus duellare dicit, deprehẽ susq; manũ pdit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xvi.
Cum dicitur in textu, & qui inculpatur tunc comparuerit, intellige quod ille qui patrauit veniat libere non detentus nec vinctus propior est euadere metseptimus, nisi forsan Iudex pro tempore illo domi presens non fuerit: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxx. &. C. de custodi. reo. L. In quacumq;.

[c]. *Spe. Sax. li. i. ar. lxvij & lxxi. & Iure Municipali supra ar. xvi. & xvij.*

[d]. *Vulnus duellare qd sit.*

Articulus LXXIII

Cum quis Scabinum in sede iudiciali improperauerit.

CVicumq; Scabinum in municipio, in scamno, [a] seu sede iudiciali improperauerit seu increpauerit, Scabinus lucratur suam emendam in ipso, hoc est triginta solidos & cũ hoc iudex suam mulctam.
Improperet uero quis Scabinum postq̃ sententia definita sit & cõsensus aliorũ Scabinorum subsecutus, extunc Scabini omnes emẽdas acquirunt, ac Iudex penas seu mulctas, & quot emende fuerint, totidem pene iudici acquiruntur.
Si quid unus coram Iudice & Scabinis agere habeat in donando uel resignando, solidum soluet, quẽ Scabini pro memoriali accipiunt.

[a]. *Spe. Sax. li. ij. ar. xij.*

Articulus LXXIIII

De reprobatione sententiæ.

CVi sententiam Scabini increpare in iudicio bãnito uoluerit, hisce utatur uerbis. [b]
Domine Iudex sententia quã Scabinus inuenit iniusta est domino meo, & mihi in loco eius, secũdum omne ius super quo fundati sumus & id probare uolo ut iuris est, trahoq; me ad locũ ubi ius nr̃um quærere seu reportare iusto debemus. Tandem Iudicem petat pro nũcio, quem Iudex ex medio Scabinorũ dare tenetur.

[b]. *Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xij. abundantius de hac materia.*

Cautionemq; Iudex ab utroq; accipiat pro impensis desuper factis, ac aliis ad id necessariis, & qui in causa defecerit, expensas soluet.

Glosa.

Sciendum quod sententię vituperatio apud Saxones in iure spirituali & imperiali appellatio nuncupatur. Quo pacto autem increpatio sententię fieri debeat, abunde habetur in processu iuris: tum & Spe. Sax. li.ij. ar.xij. &.ff. de appella. & rela. in multis legibus. Tū & hic in articulo presenti satis clare apparet. Appellans autem si in sententię increpatione defecerit, [c] Scabino emēdam soluet, & iudici mulctā, ac expensas refarciet. Sed si sit sequela subsecuta & ille absesserit ad colloquendū idest cōsensus aliorum Scabinorum sit, vnicuiq; soluet emēdam, & iudici totidem mulctas: vt Spe. Sax. li.ij. ar.xij. & in auten. de his qui ingrediun. ad appella. §. quia em. coll. v. ℂ Scabinus etiā testimonio iure Maideburgen vinci non potest: vt Spe. Sax. li.ij. ar.xij. Sciendum insuper quando vnus se ad Scabinos trahit, idest ad eorum recognitionem vel testimoniū, & Scabini offerunt se facturos, si credere Scabinis quis nō vult quod pro illo tempore affuerunt, probare eos oportet cū iuramento.

c. Spe. Sax. li. ij. ar. xij.

Articulus LXXV

De testimonij probatione.

Decernatur uni testimonium iudicialiter, [a] ille tēpus habebit ter quindenas quamcumq; eligere ex his uult ad iudiciū proximū

a. Spe. Sax. li. i. ar. lxij.

Glosa.

Dicere vnus forsan posset, presentem constitutionem superfluam fore, quandoquidē in multis iuris Saxonici locis habetur, quod Saxo vinci testimonio nō potest, nisi testimonio Scabinorum: vt Spe. Sax. li. i. ar. xviij. R. quod non est contra prius dicta & articulum allegatum, immo magis est pro intentione dictorum, quilibet enim propior est, honorem, vitam, bona defendere, q̄ quis eū convincere posset: vt Insti. de actio. in multis locis. Sed & Saxonibus specialiter hoc cōcessum est. Vnde cum contra vitam, bona, honorem, Saxoni proponitur, cū telūbus, accusatus propior erit testimonio defendere sese: ff. de iure iuran. L. Non erit. & hoc ex eo sit, quia ius fauorabilius est respondenti q̄ actori: vt. ff. de reg iur. L. Fauorabiliores. Quare & textus presens habet, si viro decernatur testimonium &c. hoc est si innocentiam suam testimonio declarare vult, obtinet inducias hic in textu exp̄ssas: vt Spe. Sax, li. i. ar. lxij. ℂ Sciendum circa id quod in huiusmodi casibus vbi iuramentū interuenit, principalis primū iurabit, tandē alij factū confirmabit.

Quilibet propior est emendare sue mercedis loco.

Articulus LXXVI

De intercessione patris pro filio.

Quilibet homo in municipio non inculpatus, nec iuris detrimentum passus, [a] filium quē in potestate habet non emancipatum & qui panem eius comedit, excipere in iudicio potest pro quolibet crimine capitali tacto sacramēto solus. Si autem uterq; pater cū filio simul coram iudicio inculpati fuerint, ex tunc oportet prius patrem in his se expurgare.

a. Spe. Sax. li. ij. ar. xvij

Glosa.

Articulus presens tangit actiones noxiales, cum quid damni per filium vel seruum committatur nostrū. [b] Vnde pro intellectu textus ampliori. Notandum quatuor specialiter attendenda fore quando pater excipere filium pro iniuria accusatum vult. [c] Primo si puer iniuriam vel aliquid noxiale fecerit, pater potest eum semel excipere, hoc est pet sententiam & iure eū intercedere. Impossibile etem est & contra naturā, qd pater filium pro delicto dimittat quem intercedere iure potest. vt Insti. de noxia. acci. §. Sed veteres quidem. Secundo quod filius ille a patre non sit diuisus a pane eius, nec emancipatus, quia alias factum filij sibi esset ignotū: vt. C. Ne filius pro patre. L. i. Tertio pater iurare debet innocentiam filij, ita quod filius iniurie & contumelie innocens sit. Hoc tamen totum intelligendum erit, si excessus talis est, negotiumq; ita agitatur quod innocentiam declarare ad iuramentūq; iusto deuenire posset. Si aūt sexus sit solus respondebit filius & penā tollerare cogitur: vt Insti. de noxia. acci. §. Sed veteres. Quarto quod pater innocens facti sit illius, nullus em alium excipere potest nisi seipsum primū excusauerit: vt. ff. Si femi. fuerit sexus: per totū.

b. Quatuor specialiter attēdenda quando pater filium iudicialiter accusatum excapere uult.

c. Spe. Sa. li. ij. ar. xvij.

228

Articulus LXXVII

De accusato pro potu.

Qui aliū accusat pro pecunia cōtracta uino ac alio potagio, euadet eū ut pro alio debito, ubi nullum dominium aut possessionem protestare poterit.

Articulus LXXVIII

De mercede famulorum.

a. Vide hoc idem supra co. li. ar. xxvi. glo.

Famulus [a] liber in municipio, mercedem quam promeruit obtinere ad sacra potest, occasione quinq; solidorum.

b. Vide oppositū Spe. Sax. li. i. ar. xxij. interpretatione tamen huius inuenies in fine gl. hic

[b] Sed si dominus solutionem debiti probare uelit, propior est hoc facere mettertius ad sacra, q̄ famulus obtinere possit.

Articulus LXXIX

De mercede famuli.

Famulus si mercedem deseruitam contra dominū suum iudicialiter obtinuerit pro eo dominus iudici nullam demeretur penam, sed famulo mercedem eadem die indilate soluere tenebitur.

Articulus LXXX

De Mercenarij precio.

c. Sp. Sa. li. ij. ar. xxxij.

Expellat si domius mercenarium, [c] ei plenam mercedē præstare tenebitur. ℂ Relinquet aūt mercenarius iportune dominū in tantum domino, quantum eius preij constat summa obligatur, & si aliqua pars precij ei persoluta sit, in duplo reddere compellitur.

Glosa.

Accusatus pro expēsis vel potagio, si negat absoluitur vt pro alio debito. Si vero recognoscit, sed non habet vnde soluat, nō potest magis pignorari nisi in eo, quod super se indumenti habet, quę cingulo precincta non sunt: vt est pileus, pallium &c.

Cum dicitur in textu famulus liber &c. [d]

Notandum circa id quod quantocumq; etiā longo tempore famulus seruiat nobis, non propter hoc seruus efficitur. Nec dominus maiora pro famulo respondebit nisi quantū precij eius constat: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxxij. Famuli pretera, si quid delinquerint ipsi soli respondebunt, & hoc intelligendū si absq; voluntate & mandato domini id fecerint. Si vero mandatum domini precessit, domini eque inculpandi veniunt.

d. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xxxij. clarius tamē habetur li. iij. ar. xlij. glo. Spe. Sax.

Famulum etiam alicuius percutiens, iniuria afficiens, [e] domino nulla actio pro eo erit, ni si forsan in contumeliam eius actum sit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxxiiij. & Insti de iniu. §. sed si libero homini. Secus est si seruus percutiat domino actio erit: vt Insti. co. ti. §. Seruis aūt. Accusatus vero vt dictum est dominus respōdere non tenetur pro facto serui, sed si inculpetur, quod cōsilio eidem & auxilio affuerit respondebit: vt ff. Si fami. fur. fecis. in multis legibus.

e. Sp. Sa. li. ij. ar. xxxiij

Famulus conductus ad certum tempus si expellatur: vt textus habet, integrum precium eidem solui debet, tanq; illud promeruerit, & hoc ex eo, quia seruitiū alibi neglexit, nisi [f] pbet iuramento declaretq; legittimas causas cur id fecerit. [f] Si famulus etiam propria voluntate dominum relir querit, illud precium quod sibi promissum est, domino soluet: nisi forsan matrimonium contraxerit, vel tutela sibi incumbat.

f. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xxxij. & xxx. ij.

Famulo mortuo merces cedit heredibus eius. Si vero ante tempus moriatur, eius successor vel heres seruitium conductum exintegro perficiet. Si accipere vult precium promissum, alias nō plus accipiet mercedis nisi illud quod promeruit ad tempus mortis.

Moriatur insuper famulo dominus, heredes domini familiam vsq; in tricesimū diem seruare tenentur: vt eis de seruitio prouideant. Mercesq; soluēda vsq; ad tempus mortis domini. Si autē plus mercedis acceperint, q̄ conduxerant, reddere non compellentur, g recusetur vero precium eis, anni vius vel medij iuramento citius obtinebit q̄ sibi negari possit: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxij.

g. Spe. Sax. li. i. ar. xxij

Et hęc glosę declaratio intelligenda est, [h] Si merces ab heredibus mortui expetatur: fecus enim est si apud dominum expetatur quid: vt

h. Nota diligenter.

textus habet, vt sic enim dominus facilius solutionem mettertius probabit, & ex his liquet interpretatio articuli xxij. li.i. Spe. Sax. §. Et si hęres mercenario: mercedem anni vel dimidij negauerit, hoc sacramēto contra hęredem obtinebit. Ibi ēm intelligitur de actione contra hęredem mortui mota, hic vero de actione quę ipsi domino viuo pro seruitio intentatur.

Articulus LXXXI

De uulneribus duellaribus

WLneratus si quis sit in municipio, clamoremq; excitauerit, & ad iudicium uenerit querulando cōtra præsentem, ac illos qui clamorem suum audierint habuerit, quot uulnera habet tot homines in culpare potest.

Si autem homines comparuerint duellum in ipsis acquiret, si uulnera duellaria sint

Quod si plures iudicialiter impetierit uel accusauerit pro adiutorio q̄ uulnera habeat alij omnes euadent iure suo, quilibet metseptimus.

Articulus. LXXXII

De duello occasione uulnerum.

a. Vide Spe. Sax. li. i. ar. xlviij.

QVando unus duellum [a] per sententiā iuris acquirit pro uulnere, cedatq; bello uel uincatur subibit penā manus. Si uero pro homicidio sit in uitam sibi transit.

Quomodocumq; se uir tuetur duello eodem etiam modo alloqui debet duellariter.

Duellum si promittatur uel potius decernatur in municipio pro homicidio, uel pro huiusmodi causa, pro qua hominē in iure suo non suspectum argui nō potest, lucrabiturq; homo pugilem contra eum quē alloquutus est. Si ille contra quem duellū transit ostendere & testificare ut iuris est poterit, quod duellator pugil, uel pro pecunia decertans est, duellum per sententiam iuridicā recusare poterit.

Articulus LXXXIII

De duobus mutuo uulneratis.

VVlnerent se duo inuicem, & uterq; ad iudicium ueniat, ac querelam proponat per æquum, qui primam protestari poterit querimoniam contra aduersarium duellum acquirit dato quod utriusq; uulnera duellaria sint, & hoc si ipsum ut iuris est alloquatur.

Glosa.

Duellum de quo in articulis p̄sentibus mentio habetur, [b] Saxonibus admissum erat propter eorum dexteritatem, & ex eo, quia militares erant.

b. Vide Sp. Sax. li. i. ar. xlix supra iure Mili. ar xuj. & xxxv.

Pro declaratione articulorum clariori, Notandum est, [c] quod vulnera inter se differentiā habent. Quędam sunt carnalia, quę secta vel consossa sunt in huiusmodi locis, que nec multū nocere possunt, nec occasioi e illorū alloqui duellariter vnum quis poterit, & dicuntur carnalia vulnera, ex eo quia nihil aliud nisi caro vulneratur con foditurq;.

c. Vulnerū differencia.

Alia vulnera sunt patentia & aperta, intellige tamen in illis locis vbi non adeo notoriū vel damnosum sit, & habēt latitudinem non aūt profunditatē, et per id differūt a vulnere carnali. Carnale enim vulnus profunditatem habet non latitudinē. Tertio dicuntur vulnera duellaria, quę vtrumq; tam longitudinem q̄ profunditatem complectuntur, & dicuntur ex eo duellaria, quia manifeste cognoscibilia sunt quod occasiōn illorū duello agi potest. Iſiudq; venit ex lege duedecim tabularum, vbi expressum fuit, quod qui mutilauerit alreri membrum, leseritue, is vicissim ab illo eandem sustinere cogebatur insecuritatē. penaq; talionis erat, & si foderit aliquē sustinere ictum viceuersa cōpellebatur, signanter si vulnus duellare fuit, propter os fractum, vel sanguinolentum pecunia soluebatur.

Sequitur textus legis. xij. tabu. Si membrum rupit meū, e pacto talio esto, ꝓpter os vero fractum nummarię pere constitute sumto. Idq; potissimum ꝓpter paupertatem statutum erat: vt Insti de iniur. §. pena autem. Vnde & lex huiusmodi a Romanis, Saxonibus admissa erat, qui & dexteritati eorum confidebant plurimū, statutumq; fuit, quod quicunq; aliū ex iniuria vulneraverit, occiderit, idq; iudice & scabinis comprobatum sit, qui & conspicere vulnera cogebantur huiusmodi, vel ad id deputatus iuratusq; medicus, & quem admodum recognouerit, si vulnera duello digna sint, duellariter incusabatur.

Notandum pręterea accusetur si vnus de auxilio homicidij vel vulneris, metseptimus excusare eum oporter, si accusetur cum clamore vt iuris est.

Sciendum insuper & si quidem Saxonibus duellum admissum erat, vt supra tactum est propter eorum dexteritatem. Posti autē ad fidem conuersi sunt Christianam, edocti duellum esse cum peccato, vnanimiter concluserūt & statuerunt, quod qui vulneratus sit, paciscq; violatorem comprehensum & vinctū cum clamore iudicio apportauerit, eundem cōuincere sese offerens, metseptimus id facere cogitur cum testibus qui clamorem audierint, quod cum expletum sit accusatus manū demerebatur. Si verō vnus libere veniat non vinctus, & offerat innocentiam declarare suā metseptimus hoc facier, ipseq; primus esse debet in declaratione huiusmodi, & si probauerit innocentiam suam vt iuris est, euadet accusatorem. Si defecerit pro vulnere duellari manum: pro homicidio collum perdet.

Ibi cum dicitur alij omnes euadent iure suo, quilibet metseptimus &c̄. Alij textus hoc qd sequitur vltra id habent, vel quiuis sola sua manu pro adiutorio ratione homicidij vel vulneris duellaris, aut mettertius, & hoc si pro eo cum testibus fuerit impulsatus, sic scilicet intelligēdo qd iudex eū perquirat quos principaliter inculpare proponit, & dum tot inculpauerit, quot vulnera habeat, alij euadunt vnica manu, vel cum tot testibus, quot fuerunt inducti per actorem.

Articulus LXXXV

De uulneratis mutuo quorū unus gladio alter uero cultello uulneret.

SI duo uulnerauerit se mutuo, unus gladio & alter cultello & ad iudicium ueniāt uterq; conformiter, ac in recēti actione duellū comprobatū sit per uerā sententiam, pro uulnere ex cultello iudicatur in collū illius. Cultellus etenī furtiuam & occultā infert mortē, ille uero qui gladio uulnus intulit sup manū ipsius iudicabit.

Glosa.

Constitutio p̄sens Ottonis Imperatoris fuit. Motiuum autem eius erat. Quidam erim Iurisperiti dicebant, quod qui primū iudici querelam publicauerit, huic prima cedit querimonia, propositum fundantes suum, super articulo lxi. §. proponāt etiā duo. li. i. Spe. Sax. Alij vero contrarium sentiebant dicentes quod is qui primum in loco iudiciali cum clamore comparuerit in recenti facto vulneraq; declauerit protestauerit; q̄ cone & iudice pertinentibus. Ad sopiendum itaq; hanc cōtrouersiam ponitur constitutio articuli. lxxxiiij. quę & media est inter opiniones pręfactas. textus in se planus est vtriusq; articuli.

Articulus LXXXIIII

De duobus mutuo uulneratis.

VVlnerent se duo æqualiter ac mutuo, & unus ex his ad iudicem uadat in domū suam, querimoniamq; faciat facti. Alter uero ueniat ad quatuor bancos seu ad sedem iudicij scabinorū, et querulet preconi scabinisq; si illic sunt, ac hominibus iudicio pertinētibus, declaraueritq; uulnera sua cū clamore ut iuris est, & mittet pro Iudice ex sententia Scabinorum, ipse primam querimoniam obtinebit.

Articulus LXXXV

De uulneratis mutuo quorū unus gladio alter uero cultello uulneret.

SI duo uulnerauerit se mutuo, unus gladio & alter cultello & ad iudicium ueniāt uterq; conformiter, ac in recēti actione duellū comprobatū sit per uerā sententiam, pro uulnere ex cultello iudicatur in collū illius. Cultellus etenī furtiuam & occultā infert mortē, ille uero qui gladio uulnus intulit sup manū ipsius iudicabit.

Glosa.

Constitutio p̄sens Ottonis Imperatoris fuit. Motiuum autem eius erat. Quidam erim Iurisperiti dicebant, quod qui primū iudici querelam publicauerit, huic prima cedit querimonia, propositum fundantes suum, super articulo lxi. §. proponāt etiā duo. li. i. Spe. Sax. Alij vero contrarium sentiebant dicentes quod is qui primum in loco iudiciali cum clamore comparuerit in recenti facto vulneraq; declauerit protestauerit; q̄ cone & iudice pertinentibus. Ad sopiendum itaq; hanc cōtrouersiam ponitur constitutio articuli. lxxxiiij. quę & media est inter opiniones pręfactas. textus in se planus est vtriusq; articuli.

Articulus LXXXVI

De fideiussoria occasione uulnerū.

WLneret unus alium fideiussoriāq; statuat cautionem ad proximū iudiciū se statuendi, eundem si posthac occiderit in huiusmodi fideiussoria, fideiussoresq; statuat pro eadem causa seu inculpatione, propior est euadere metseptimus de homicidio, q̄ contra eum quis probare possit.

Articulus LXXXVII

De stipulata pace occasiõ uulnerũ

SI uero in iudicio bannito pro uulnere corã Iudice & Scabinis manu pax promissa fuerit ut prius dictum est, citius contra ipsum probari potest, q̃ ille cum testibus euincere se poterit.

Debeturq; iudici ex sententia maxima mulcta [a] hoc est medius uergeldus. Si etiam aliquis interfecti [b] agnatus occisum defẽdere per duellum uoluerit, ille repellit omne testimoniũ respondereq; accusatus tenetur pro suo collo.

a. Sp. Sax. li. i. ar. lxviij.

b. Sp.. Sa. li. i. ar. lxiij.

Articulus. LXXXVIII

De uulneribus pernoctatis.

VLnerẽt se duo inuicem ac uterq; ueniat in iudicium & quærulẽtur equaliter, quærelaq; trãsposita sit ex sententia ad proximum Iudicium, si unus moriatur in tempore illo alter uero ueniat ad iudicium indicendo se Iudicio ut dictum est, euadet ad sacra iurando metseptimus. Quod si testes in instanti habere non possit obtinet tres quindenas & ex his eligat sibi unã quindenam quamcunq; uoluerit.

Quod si proximior interfecti agnatus [c] uelit defendere interfectũ duello, abicit omne testimonium ut supra dictum est.

c. Vide Spe. Sa. li. i. ar. lxxij.

Glosa.

Autor priuilegij per articulũ. lxxxvi. excludit opinionem quorundã qui dicebant, qđ is qui fideiussoriam statuit pro vulnere: comparendi coram iudicio, & interim occidatur vulneratus facilius conuinci testimonio deberet pro homicidio si per agnatos accusetur, secus em̃ textus disponit, quia q̃ uis pro vulnere fideiussoriam statuerat, in illo q; fideiussoria istum occidat, propior est euadere metseptimus, & hoc intellige si in manuali facto detentus non sit. Si uero pacem promissam fregerit citius conuincitur: vt. C. de legi. & cõsti. L. Non dubium. &. C. ad Senatusconsul. Turpill. L. Si pro eo.

Quod si aliquis interfecti agnatus &c. Vide circa id sciendum quod ubi sufficiẽs probatio est alicuius facti, duello nõ indigetur, duellum etenim pro homicidio non nisi ex consuetudine venit. Consuetudo autem nõ ultra durat nisi quoad iure scripto fulciatur: vt. C. de vete. iur. enucle. L. i. §. Nulla.

Articulus LXXXIX

De uulneribus liuidis seu flaucis baculo illatis.

SI uir [a] fustibus aut baculo percussus sit in dorso, uẽtre, & uerbera illa fuerint flauca aut fusca si desuper iudicem pro teste habuerit & homines iudicio pertinentes qui hoc uiderunt & audierunt propior est duellum acquirere q̃ ille eum euadere iure suo possit. Si uero super caput aut brachio percussus a pluribus fuerit, probariq; non poterit, citius euadere possunt iure suo q̃ quis eos cõuincere ualeat. Si fatẽtur quilibet soluet emendam & iudici mulctam.

Si uerbera mortalia sunt respondere tenentur cum duello qui pro his iudicialiter inculpati fuerint.

Si uero mortalia non sint unus respondebit cum duello, alĩ uero euadunt suo iuramento.

a. Vide Spe. Sax li. i. ar. lxvij.

Articulus XC.

De probatione stupri & uiolentiarum.

b. Vide supra eo. li. ar. xxxviij. & xlv.

INsidias seu obsidia, stupra, [b] domorũ irruptiones, iudicat Burgrabius & non sculletus.

Si domorũ irruptio probari possit uulneribus edisicñsq; sectis & protestatus est Iudice scabinis ac alĩs hominibus qui id audierunt, propior est eum alloqui duellariter q̃ ille euadere possit.

Articulus XCI

De occiso habente plures pueros.

OCcidatur si unus q tres uel plures habeat pueros, postmodũ uero accusatus de homicidio factaq; sibi uarenda se ut iuris est expurget a crimine obiecto, ab alĩs pueris nullam posthac patietur gratuitatem.

Glosa.

Habita est superius declarata differẽtia vulnerũ, & q̃ vulnera duellaria sint, q̃ vo non, & q̃modo instituit actio pro vulneribus duellaribus, hic vero in articulo. lxxxix. habetur de actionibus mixtis, quę nec ciuiles nec criminales sunt, possunt tamẽ sic vel sic institui: c nam & ciuiliter & criminaliter formari poterint: vt. ff. de iniur. L. Iniuria. Et vocat actio huiusmodi actio iniuriarum.

c. Spe. Sax. li. i. ar. lxviij glo.

d. Iniuria quid sit.

d Iniuria autem dicitur omne illud quod contra ius fit, seu illud quod in contumeliam alterius factum fuerit: vt. ff. de iniu. & famo. libel. L. Iniuria. & Insti. eo. ti. §. Generaliter.

e. Vide Spe. Sax. li. i. ar. lxviij.

Notandũ circa id, e quod iniuria triplex est

f. Iniuria triplex.

f Quędam est dehonestans & damnosa: vt si quis alium tanq̃ debitorẽ accusat vel pignorat: cũ tñ sibi nihil tenetur: vt Insti. de iniur. §. Iniuria. Secunda est dehonestans & penalis, vt cum quis percutitur & iniuria afficitur: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxviij. & li. ij. ar. xvi. Tertia est dehonestans tãtum, sicut cum quis verbis inhonestis impetitur. vt. ff. de iniur. L. i. & Insti. eo. ti. §. i. Spe. Sax. li. ij. ar. xvi. Huiusmõiq; iniurię tum & actiones earum miscũtur adinuicem, quia illud quod est damnosum & dehonestans etiam sit penale, & hoc tangitur in textu hic cũ dicitur, si vir fustibus aut baculo percussus sit. Cum enim percutitur quis, damnosum sibi est & contra honestatẽ eiusdẽ sit, quare & penale. Idq; totum dependet in actore, qualiter querelam instituere vult siue ciuiliter siue criminaliter. Si eteim̃ testimonio Scabinorũ instituit querelã, qui & recognoscere tenent̃, qđ viderunt & conspexerũt vulnus sectũ vel confossum, vel ex factu, vel ex pcussiõe, duelloq; dignũ sit, formare actionẽ poterit prout ei placuerit: vt Insti. de iniuri. §. In summa sciendũ, Ampliorẽq; huius passus declarationẽ vide Spe. Sax. li. i. ar. lxviij.

g. Spe. Sa. li. i. ar. lxviij. glo.

h. Iniuriã adaugenda

C Iniuria preterea, g seu contumelia diuersimode adaugeť. h Ex facto ut cũ quis aliquẽ vulneraverit magis deliquit, q̃ quis simplicibus & leuibus verberibus percusserit. Secũdo locus facit atrociorẽ iniuriam, vt si quis percussus fuerit in foro publico vel in Ecclesia magis puniendus venit. Tertio ex parte personę illatę sicut si filius deliquerit in patrem, seruus erga dominũ, ciuis erga procõsulem. Quarto ex parte mẽbri lesi, vt si in oculum vel caput maior, q̃ in dorsum, immo in oculo & capite duellare vulnus fit, quod alibi pro simplici reputatur.

i. Spe. Sax. li. i. ar. lxviij

Notandum circa id i quod iniuriarum querela habet quędam specialia. k Primo iniuriã mulieri mihi desponsate illatam possum ego querulare, eius pater & ipsa sola, quia inferť iniuria nedum sibi, sed & patri ac viro: vt Insti. de iniuri. §. Patitur. Secundo iniuriam seu cõtumeliam mihi illatam nec vxor nec pueri intentare possunt, quia ego tutor illorum sum, & non econtra: vt Insti. de iniur. §. Patiť. & ff. eo. ti. L. quod si viro. Tertio quia contumelia seu iniuria secundum personam nobiliorem vel viliorẽ pendi debet: vt Spe. Sax li. iij. ar. xlv. & Insti. de iniuri. §. Pena.

k. Iniuriarũ specialia.

l. Nota quędã de homicidio & uulner. bus specialia.

Sciendũ preterea l pro intellectu textus ampliori quod querelę omnes, quę ad iudiciũ bannitum deuoluuntur siue p mutilatione, vulneribus, verberibus, homicidio nullus prolongationem termini in his habere poterit sine consensu iudicis. Vnde si ad id voluntas iudicis non subsequatur, cadit a querela, & de nouo eum querulari oporteť, nisi probare possit metertius, quod Iudex sibi id admiserit. Secundo sciendum. m Accuset vnus alium pro homicidio, & vulnera in mortuo non demonstrat, vt iuris est, respondenscq; denunciet innocentiam suam secundum formã iuris, decretumq; sit quod respondens propior est solus innocentiam declarare suam, ex quo querela simpliciter proposita sit sine clamore, defecerit̃q; in iuramẽto: actori mortui verigeldum demeretur, & iudici mulctam. Tertio item considerandum, si homicidium contingat & alloquatur quis, quod sit cõscius facti, in iuramẽtoq; defecerit, actori demeretur verigeldum & iudici mulctam, quodsi nõ paruerit in vero iudicio, actor nihil plus in eo lucrabitur nisi verigeldum, sed nec proscribi debet. Quarto attendendum vulneratus si quis sit vel cõfossus in caput inter cra-

m. Homicidio accusatus simplia querela euadet suo iuramento.

neum cerebri, vulnusq; inflatū sit, si vulnus illud suam profūditatem habet, duellare est, & aliud tāgit iudicium. Quinto aduertendū: n vulneratus si quis sit in vno loco pluribus vulneribus, vel consossus ab vno homine nō potest specialiter & singulariter inculpari, p quolibet vulnere, sed omnia illa vulnera excusare potest ad sacra metseptimus si audet.

n. Spe. Sax. li. ij. ar. xvi. glo.

Si quis etiam pro homicidio accusatus legalem excusationem ex decreto importare teneatur, idq; facere negligat nō potest sine culpa manere.

Homicidiū si cōmittatur, & ad iudicium delatū fuerit negotiū, concordiaq; inter ipsum subsequatur cum actore, ibi Iudex mulctam habet desuper

Mulier si in homicidio detenta in facto manuali vel vulnere duellari sit, actor cum hominibus clamorē audientibus o propior est eam conuincere q̄ ipsa se excusare & penam statutam sustinebit.

o. Hic mulier uinatur testimonio uide etiam supra ar. xxij.

Mulier honesta si accusetur pro homicidio, vel vulnere illo die patrato, p dataq; sit ad fideiussoriā propior erit cū septem testibus euadere q̄ quis eam conuincere poterit.

p. Mulier expurgare se se cogitur testibus.

Iuramentum si alicui decretum sit pro iniurijs contumelijsq; sicuti percussione, capillorum tractione, & his similibus, actor illud dimittere non potest sine iudicis voluntate.

Articulus XCII

De bonis alteri ablatis.

BONA si alicui ablata sint in municipio & delata seu apportata in domum seu possessionem alterius inscio illo, & qui antehac inculpatus non sit. Postea uero furtum illud a inquiritur cum uoluntate eius ex parte Iudicij inueniturq; furtum ut sic ablatum in possessiōe uel domo eius, hospes ille indemnis manebit. Si iurare ad sacra audeat, quod de fctō nesciuit. Quod si furtum inueniatur in conclaui suo & occlusa habitatione ille habendus est pro fure, nisi furtū adeo sit paruum quod fenestra proici possit, inueniatur uero in celario uel camera excusabit se hospes ut prius dictum est. ¶ Si uero sit antehac suspectus non poterit se iuramento excusare, b nisi ferrū ignitum portet, uel dueliariter se defendat.

a. Sp. Sa. li. ij. ar. xxxvi. & li. iij. ar. v.

b. Sp. Sa. li. i. ar. xxxix. et Iure Muni. ar. xxxij

Glosa.

Pro intellectu textus, c notandum, d quod furtum non est aliud nisi dolosa contrectatio rei alienę contra voluntatem domini illius cuius res illa est: vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. Furtum.

c. Sp. Sa. li. ij. ar. xxxvij

d. Furtum quid sit.

Cautela autē datur huic, cui furto bona ablata fuerint, si vult quod iudicium sibi auxilio sit. Iudicem enim primum adire debet, e factum publicando, quodq; furtū in eum cōmissum est, postulando ab eo auxilium vt in domibus res suas querere possit: quod & fieri Iudex annuere debet. Ibidēq; in instanti Iudex ciuitatem occludat tamdiu quoad inquisitio per domos ciuium exequatur. Si quis vero in domum intromittere nolit, pro fure inculpari potest: vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. Est etiā prohibiti furti. Quodsi intromittat libere qui antehac inculpatus iure non sit, furtumq; in possessione seu domo eius preueniatur, iurareq; audeat ad sacra, qđ furtum illud preter eius voluntatem illic deuenit, manet sine damno: vt Insti. co. ti. §. Cōceptum furtum. Inueniatur aūt in conclaui seu habitatione aut cista occlusa, relsq; huiusmodi tantę quantitatis & magnitudinis sit, quod sine claue illic imponi minime potuit, extunc clauiger, & is qui clauem ad habitationem vel cistam illam portat, pro fure reputabitur: vt. C. de his qui latro, vel ali. crimi. reos. ocul. L. i. & ij.

e. Practicam uide quo modo procedit occasione rei furtiue.

Sciendum etiam si vnus bona alicui furatus sit in domo sua & ea exportet in plateam, f ille vero insequitur illū ita quod cadere faciat res huiusmōi, homo ille cui damnū illatum est: res tollet libere suas, sine iudicis consensu si nullus clamor suscitatus sit. Sed si clamorē excitauerit, res huiusmodi tollere aut seruare sine consensu iudicis minime poterit.

f. In inuestigando fure que considerande.

Fur si detentus sit, & eum principalis preter voluntatem dimittat, vel vi se eripiat de manibus eius, & Iudex propter id eum inculpare vellet. Is iuramtēo absoluitur, quod absq; voluntate eius euaserat: vt. ff. de reg. iur L. Fauorabiliores.

Notandum insuper, si actor venerit ad iudicium bannitum, declaretq; quia furem ad carceres dedit publicos, rogare eundem debet, quatenus duos illic ad carcerem mittat Scabinos ad conspiciendum furem illum. Post factam vero Scabinorū recognitionē offerat se querelam cōtra captiuum facere, id Iudex facere ex officio tenetur, Scabinicq; illic pro-

ficiscentur ad conspiciendū inquirendūq; q̄ pacto ad carcerem venit ille, recognitionem tandem apud iudicem facien. Quod cum factum sit ille querelam faciat qualiter detentus sit in facto manuali, & alia vt sup̄ declarata habenī. tum etiā: Spe. Sax. li. ij. ar. lxiij.

Articulus XCIII

De debito iure acquisito.

QVicumq; alium a corā Iudice pro debito impulsauerit, & debitum illud coacto iure consecutus sit, oportet b eodem die soluere. Iudexq; in eo mulctā acquirit. ¶ Si querimonia sit pro debito de quo fatetur, c ad quindenam solue re tenebitur, quod si statuto tempo re non exoluerit. Iudex in eo mulctam obtinet, nihilominus solutionem demandabit ad octo dies, deinde ad tres dies, deinde ad duos dies, tandem ad crastinum. Quotiens uero mandatum debitor neglexerit adimplere, totiens mulctam Iudex in eo acquirit. Si autem Iudici mulctam, & creditori debitum soluere contempserit, possessio eius confiscatur uel consignetur, d per idq; cōpellitur quod debitum creditori & mulctam Iudici soluat. Si autem possessione careat, banno compelli tur, e potestq; comprahēdi ubicūq; præueniatur pro debito & mulcta, quicumq; uero eū ultra id tenuerit, penam Iudici demeretur.

a. Spe. Sax. li. ij. ar. v.

b. Vt pote per testimonium obligationē decretum antehac latum.

c. Vide supra ar. xxxv. iij. & Spe. Sax. ar. v.

d. Et hoc ad interrogationē actoris, quaerere enim actor debet an pignorari non debeat.

e. Idest proclamatiōe seu publicatiōe actor enim quaeret an detineri non debeat cum possessionatus non sit.

f. Spe. Sax. li. ij. ar. v.

Glosa.

Textus articuli intelligi debet de debitis coram iudicio recognitis, qđ videlicet ad quindenam solui decernuntur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. v. Si vero debitum sit magnum sicut est verigeldus, vlteriorem habet f dilationem. Vnde & textus articuli sane intelligi debet, vbi dicitur, quod eodē die soluere oporter.

Quamuis etenim solutio vni decernitur, non tamen in instanti cum sacco pro pecunia venire debet, sed ad minus ad quindenam dilatio datur. ff. de solutiōi: in multis legibus.

Notandum circa id, g quod debitor vnus ex issit alteri multis modis. Primo cum quis accomodat, fideiubet, vel vēdit. Naturale etem est & hoc estū quod illud expleat quod promisit vel accomodauit: vt Insti. qui. mo. rei. contrahi. §. Mutui autem. Secundo debitor existit vnus ex promissoribus: vt cū vnus pro altero promittit quid: vt Insti de duo. rei stipulā. §. i. Tertio efficitur debitor per literas desuper datas: vt Insti. de obligatio. literarum. §. i. Quarto efficitur debitor ex cōsensu tacito: ut C. qui. mo. pignus. tacite contrahitur. L. i & Insti. de obliga. quę ex consensu. §. i. Si itaq; vnus rationē debiti vel promissi accusatus sit, recognoscatq; debitum vel promissum. Decernitur solutio ad quindenā, tādem ad octauam, & si per sententias iuridicas terminos expetierit, p quolibet termino decreto mulctā demerebitur. Quod si debitum & mulcta ex pignoratione ab eo haberi non possit, ita qđ proprium hereditatem, nec fideiussores habeat, sed nec ipse solus haberi potest, extunc ipseidem in pignus decernitur, hoc est in bannum seu proscriptionē ponitur.

g. Debitor efficitur uarius multis modis.

Sciendum tamen circa id h quod bannus & proscriptio inter se differunt i quia bannus non aliud importat nisi quod vnus detineri potest in omnibus iudicijs vita tamen sibi adimi non potest sicut contigit illi qui proscriptus est & secundū alios bannus dicitur proscriptio minor. Proscriptio vero illegalitas maior nuncupatur. Vnde & qui seruat huiusmodi proscriptum mulctam Iudici soluit: vt Spe. Sax. li. ij. & hoc ex eo quia Iudici non denunciauit cum illum sciat esse bannitum

h. Bannus & proscriptio differunt.

i. Vide Sp. Sax. li. iij. ar xvij. abundantius.

k Debitor p̄terea efficit̄ qs tripliciter, vel qa ,pmittit aliquid aut consentit per suū nuncium in sui absentia. Secundo efficitur debitor ex consensu, dato quod non sit coram Iudicio actum, sicut ille qui in domo vl castro fouet prędones aut promouet. Tertio cum quid personaliter corā Iudicio promittitur.

k. Feu. e. xlvi.

Articulus XCIIII

Mulier filiū intercedere non potest.

NVlla mulier intercedere filium potest aut eū excipere in iudicio pro debito aut excessu.

Articulus XCV

Dotalicio mulieris inuadiando.

a. Vide supra ar. lvij. glo.

QVando uir uxori dotalicium dat & proprium seu hæreditatem in pignus sibi ponit in municipio, moriatur uir, [a] mulier pignus illud inuadiare poterit, quandocumq; uoluerit in summa sua.

Articulus XCVI

De Muliere imprægnata.

b. S.Sa.li.iij.ar.xxxviij

MVlier prægnãs seu quæ puerum in utero gestat propelli [b] seu alienari non debet a bonis uiri post mortem eiusdem, anteq; enixa prolem fuerit.

c. Spe,Sax.li.iij.ar.iij.

[c] Nec iudicari contra eam poterit, nisi ad cutem & crines.

Glosa.

Textus articuli. xciiij. in se planus est, quod mulier filium pro debito, aut accusatum pro iniuria excipere minime potest. Ratio istius facile adduci poterit. Mulier enim tutor fore a lege prohibetur.

Pro intellectu item articuli.xcv. Sciendum quod si mulieri in dotalicio bona oppigno rata sunt, probationemq; istius habeat illa di uendere poterit in dotalicio, denunciãdo prius vt iuris est. Si vero bona illa sunt fructifera iuxta probatiões suas ea possidebit quoad expedita sit.

d. Nota passum istum

Notandum circa id, [d] superducat si vir viduam, pueros habẽtem, & vir prętactus nulla habeat bona, habueritq; etiam filium ex priori vxore progenitum, lucrentur tãdem bona labore proprio & conuertant illa in hereditatem seu proprium, aut mercantias, aut alia bona mobilia. Moriatur tandem vir, nihil in vita vxori donans, filius mortui mariti propior est circa talia bona permanere, q̃ pueri vxoris, vel pueri filię eius, aut pueri sororis eiusdem, & hoc si filius sit similis generatione patri.

e. Spe.Sax.li.i.ar.x.

Filius si superducat vxorem danturq; sibi bona cum vxore, [e] illud totum quod cum prima & secunda vxore ceperit, apud se retinet, potestatemq; habebit cum his facieñ, quicquid voluerit.

Relinquat si vir filium & filiam generatione similes non emancipatos, relinquatq; post mortem suam bona hereditaria, & feudum, f extũc post mortem eius proprium & supellectilem diuidunt inter se, feudum vero filij accipiunt.

f. Spe. Sax.li.ij.ar.xxi.

Notandum insuper si vir duplices habuerit pueros, & primos coram iudicio expediuerit emancipaueritq;, tum & alijs pueris in bonis suis tribuerit quicq̃ ac tandem morte decedat, g illud quod collatum est, pueri retinebunt, residuũ quicqd sit diuidẽt inter se equaliter, & hoc si similes [h] generatiõe fuerint.

g. Spe.Sax.li.i.ar.xiij.

Mulier prægnans propelli non debet &c.

h. Generatione similis quo pacto unus alteri dicatur. Vide Spe.Saxo li.i.ar.xvij. & xlv. & li.& item li.ij.ar.xlv.

Hoc fit propter fetum quem gestat, quia & si quidem mulier alienari posset a bonis, fetus tamẽ quem portat minime propelli poterit, i & quemadmodum fetus quem gestat, nutrimentũ a matre habet, ita illa vicissim nutriri ex bonis viri debet: vt C. de diuortio facto. L. Licet. & C. de alen. libe. L. si cõpetenti.

i. Spe.S.li.iij.ar.xxxviij

k Vnde & naturalis proximior agnatus pueri nondum geniti eiusdem & matris tutor esse debet: vt Spe. Sax. li.i.ar. xxiij. non tamẽ proprie est mulieris tutor, sed potius administrator bonorum, vel etiam eius quoad matrimonium contraxerit.

k. Spe.Sax.li.i.ar.xxij & li.iij,ar.xxxviij.

Moriatur etiam vir vxori & illa impregnatã se sentiat publicare seu ostendere se debet iudici infra tricesimum, & si id ita fore probatũ sit bona illese seruari debent quoad procreauerit. Quod si puer viuus nascatur, testesq; super id habuerit qui eam iuuabãt circa partũ: vocemq; l suam emiserit puer infra quatuor angulos domus, omnes qui vocem audierũt testificari possunt. Preterea positq̃ portatus sit puer ad Ecclesiam, omnes erunt testes qui viderũt: vt de consecra. dis. iiij. Paruuli. Si moritur puer, bona cedunt matri: vt in auten. de restituti. & ea quę parit in vndecimo mense. coll. iiij.

l. Spe. S.li.i.ar.xxxiij.

A tempore etiã natiuitatis pueri, computari possũt hęredes si puer tardius natus sit, a die q̃ pater mortuus est, & si excesserit determinatũ tempus natiuitas pueri, hoc est vltra nouem menses, duobus vel tribus diebus, bona illa diuidũtur inter veros hęredes: vt in auten. de restituti. & ea quę parit. §. v. Verius tamen secundũ prudentiorum intentionẽ sciendũ est, m quod mulier fetũ portare in vtero potest decem mensibus, & duobus diebus ad maximum, quare & hęc probatio longior admittenda puero est, incipiendo computum octo diebus a tempore mortis mariti, [n] & ita consequẽter vsq; ad decem menses & duos dies, nec interim hęreditas diuidatur, verũ in puerum cedet si viuus nascatur, vel post mortẽ suam in eius matrem. Hoc itidẽ intelligi debet de puero qui citius vltra prescriptum a iure tempus nascatur, vt si mulier superducat virum moriaturq;, & vxor impregnata maneat, pariatq; citius q̃ quod a tempore cõnubij iuxta cursum cõmunem parere debuę

m. Sp.Sa.li.i.ar.xxxvi

n. Vide Spe.Sa.li.i.ar. xxxiij. & in auten de restituti. & ea quæ parit in undecimo mense in glosa potissimum.

232

o. Mulier prægnans in malefiao depræhensa quo pacto iudicatur super ea.

rat computabitur vt iam expressum est.

Nec iudicari debet super eam &c. Queritur si mulier in manuali facto homicidij, furti, incendij, ac alterius cuiusuis maleficij deprehensa sit, [o] impregnataq; incedat, quo pacto iudicanda est. R. Ex quoquidem maleficium patrauit, quod nec impunitũ manere debet. Sed quia puer quem gestat nihil demeruit, quare nec occidi protunc mulier debet iudicialiter, quia alias fetus in vtero occideretur contra iusticiam, excessus enim parentis, puero nihil obesse potest: vt. ff. de penis. L. Prægnantis: & in alijs multis legibus. Quare non nisi in cute & carne punitur, & hoc intellige iuxta quãtitatem excessus. Si em̃ excessus sit in tantum quod vitam demeruit, prolongari sententia debet, quoad enixa sit prolem, postmodum vero sententiabitur iuxta demeritum: vt. ff. de penis. L. Pregnan.

Articulus XCVII

De iuramento iudicialiter facto.

a. Intellige digitos super crucem.

SI uir iuramentũ corã iudicio præstare debeat, licite & sine pena supra apponere [a] & deponere poterit absq; licentia Iudicis, & per id nihil ammittit, nec iudici q̃q̃ dare cogitur.

Articulus XCVIII

De mulcta ratiõe iuramẽti soluẽda.

IVramenti denarium, hoc est Iudicis mulctã ex iuramento proueni entem nullus dare tenetur. Si iuramentum cum iudicis consensu dimissum sit.

Iuramentũ etiam fieri debet secundum quod querulatum sit, si ille in iure suo perfectus esse uult.

Glosa.

Declaratum etem̃ superioribus est, quomõ vnus contra accusatorem iuramẽto liber esse debeat. Hic in articulo presenti preuenit auaricię nõnullorum iudicum, qui mulctas extorquere velint, ab illis qui iuramenta iudicialiter faciunt, & forsan sine consensu iudicis digitos cruci apponant, vel deponant, nullã etenim mulctam occasione istius expetere debet: vt textus habet articuli. xcvij. Sed nec aliquid expẽdere mulcte tenent̃, si iuramẽtũ de consensu iudicis dimissum sit.

b. De iuramentis uide per totum ad finem usq; articuli.

Notandum circa id, [b] positq̃ iuramentum corã iudicio, p̃missum vel decretum sit, illudq; contra actorem non expleuerit, Iudici mulcta exoluitur. Iudex eterim cum alijs ad iudicium pertinentibus superintendere debẽt, an recte iuramentum expleuerit, quod si nõ recte fecerit mulctam iudici dabit, si vero expleuerit nihil patietur, & hoc in textu tangitur articuli.

Iuramẽtum si vnus alteri facere debeat, sit pro quacunq; re sit, promissumq; iuramentũ fuerit, & petitio tandem subsequatur: vt iuramentum dimittat, qui & respondeat facile se facturum velle, dummodo consensus iudicis sit. Iudex v̊o dicat saluo iure meo, & nullus illorum iudicem cõtentare vellet. Accusatusq; iurare cogitur, in quem cedit iuramentum illud, an ad actorem, accusatum, vel iudicem. R. quod qui culpabilis manet super illum iuramentum deriuatur, idq; sine culpa iudicis fit. Iudex enim nullum iurare cogit aut querulari, nec male agere, nec iniuriã facere, & ita non cadit iuramentum super iudicem q̃ mulctam expetit. Mulctam etem̃ Iudex accipit ex officio suo, ratione istius, quia ille deliquit erga deum: in proximo suo delinquendo, & quia Iudex loco dei residet iudicialiter, quare & mulctam deo pertinentem pro excessu iusto recipit: vt. C. de modo. mulctarum per totum.

c. Iuramentum iuxta querelam fieri debet.

Notandum prẽterea quod iuramentum fieri debet iuxta querelam, [c] si perfectus iure esse vult vt textus habet: vt si pro hereditate inculpatur quis, iurabit, quod hereditatẽ pro qua accusatus sum habeo ab isto vel isto, nomen exprimendo venditoris: emptam vel donatam, vel ex successione patris legittime mactam: vel iudicialiter corã iudicio & scabinis: qui post donationẽ factam iã mortui sunt acquisitã sic me deus adiuuet & omes sancti.

d. Iuramentum testiũ quo pacto fieri debet.

Iuramẽtum etiam testium qui alterius iuramentum confirmare volũt, [d] hoc pacto fieri debet. Iuramentum quod. P. peregit ratione donationis est iustum & sincerum, ita me deus adiuuet & omnes sancti. Vel sic, donatio quam. P. iuramento confirmauit suo, est iuste & legittime facta ita me deus adiuuet & eius sancti.

Iuramentum autem occasione obiecti homicidij hoc pacto fit. Quẽadmodum mihi obicitur per. P. quod amicum, vel fratrem eius occidissem vel vulnerassem istius facti innocens sum sic me deus adiuuet & omes sancti. Illi vero qui iuramentum eius confirmabũt: sic dicent. Iuramentum quod. N. fecit pro homicidio sibi obiecto est iustum & sincerũ, ita me deus adiuuet &c.

Iuramentum preterea illorum quibus obicitur, quod consci sint facti, aut mortis hoc modo fit. Secundum quod mihi obicitur qd cõsilio, auxilioue adessem consciusq; sim homicidij, istius innocens sum, sic me deus adiuuet &c. Illi vero qui cum eo iurant sic pronũciabunt. Iuramentum quod. N. fecit, quod conscius non sit facti, est iustum & sincerum &c. & eo modo contra omnes querelas mutatis mutandis, iuramentũ exequi debet.
Circa id notandum specialiter, quod prout Scabini iuramentũ decreuerint, ita consignari debet, & posq; terminus iuramenti prefixus aduenerit, iuramentum pronunciabitur & exequitur, vt proficiat iuri suo. Si iuramẽtum non consumauerit pro primo, admittet sibi reiteratio pro secundo, & item pro tertio iuramentum meliorare poterit, vbi si nõ expleuerit, per amplius meliorare dicta sua minime potest, sed & pro singulis iuramenti reiterationibus iudici mulctam soluet, si corã Burgrabio actum sit, sexaginta solidos: corã Aduocato vero octo solidos.

Articulus XCIX

De arrestatioñ et uarendatioñ equi.

a. *In prouinda Regni Poloniæ, arca æqui uenditionem ut cõmuniter hæc promittuntur ut non sit ſmaticus. Item quod non sit nauſeaticus ſeu reumaticus. Item quod non ſit areſtatus uel ſubtractus alij addũt ut textus habet quod apparens uidere non ſit cecus.*

b. *Spe. Sax. li. i. ar. ix.*

c. *Merces falſas uenaens quid demeretur.*

WEndat si unus equum alteri, ubi & guarendam promiserit, guarendare in eo tenetur,[a] quod non sit statiuus, ita quod a loco tempore se offerente, ire & transire nollet. Item quod apparens uidere non sit cæcus. Item quod non sit arrestatus aut subtractus, sed sit liber.

Glosa.

Articulus presens declarat nobis, quo pacto varendatio rei vendite fieri debeat. Exemplũ ponens de equo vendito, vbi venditor varẽdare oportet ea quę textus habet, & per id intelligi debent mercantię omnes & res vendibiles, in quibus variatio & defectus fieri potest b venditor etenim emptorem varendare oportet iuxta iura venditionis mercatorumq; consuetudinem & leges, & signanter pro defectu qui conspici vel dinosci de facili non possunt, posthac vero inre vendita dinoscuntur, c preterea si merces ille vendite inueniantur & appareant posthac falſe, accusari venditor potest super falso, si negat forum seu venditionem propior esteuadere. Si vero recognoscit forum sed dicat quod sibi non promisisset p falso, appareatq; expresse falsitas rei illius respondere oportet emptor p falso, & si contra eum probare possit metter tius vt iuris est, d lucratur super eo penam varendę hoc est manum qua varendam prestitit vel medium verigeldum, vt Spe. Sax. li. ñ. ar. xv.
Si argentum vel pecunia fuerit pati eum oportet in quantum solus facti noxius sit, e sed si pro bonis sibi date sunt pecunię & habere potest varendatorẽ recognoscatq;, fit liber, si negat hisce damnũ tollerare oportet. Quod si fuerit suspectus manum perdit. Si vero aliter negotium vertatur vitam demeretur, vt Spe. Sax. li. ñ. ar. xxvi.

d. *Spe. Sax. li. iij. ar. xv.*

e. *Vide. Spe. Sax. li. iij. ar. xxvi.*

Articulus C

De autoritate Consulatus in accusando.

COnsules ex parte ciuitatis inculpare unum nõ possunt pro debito seu excessu, nisi illud corã eis in consulatu agatur in loco ubi præsident.
Quem autem inculpauerint defendere se iure suo poterit.

Articulus CI

Maideburgen. ad extraneum ius trahi non debent.

QVousq; & quamdiu cives Maideburgeñ uerã actionem aut responsiuam tenuerint, a & se coram Episcopo aut Burgrabio iustificari exhibuerint, tamdiu nemo eos extra ciuitatem ad extraneũ ius trahere potest.

a. *Spe. Sax. li. iij. ar. xcv & lxxxvij. Iure Muni. supra ar. xxxviij.*

Articulus CII

De pena Scabinorum si sententiã pecunia corrupti pro uoto alicui decernant.

SCabinus si pecuniam accipiat ab uno, & sibi pro eo sententiam singulatim pronunctiat sine consensu & scientia aliorum consodalium suorũ, sententia illa nullius uigoris erit, & si cõuictus sit, sotñ eius eum a sede alienare possunt scabinali, ita quod peramplius Scabinus non erit.

In textu cum dicitur. Quamdiu ciues Maideburgen veram actionem tenuerint &c. idest q; diu ius nemini denegant vel non euitant iuri comparere & querulanti de se iusticiam ministrare coram iudice suo, sicut coram sculteto respondere in extraneo iudicio minime tenẽtur, & si illic grauaretur extũc appellatiõis locum habebũt illic vbi de iure appellare dñt.
¶ Scabinus si pecuniam accipiat &c. hoc ex eo fit. Quia contra officium facit suum, & ita indignus officio reputari debet. Scabinis etenim interest, quod vnanimiter omnes simul sententiam edicere debeant cum deliberatiõe bona, si itaq; vnus pecuniam accipiat, & sententiam edicat, sine consensu aliorum consodaliũ, illa sententia nõ ligat, si probari possit ac cõuinci quod illam vendiderat. vt. ñ. q. vi. c. Et qui appellat. §. venales.

Articulus CIII

De probatione debitorũ post mortuam manum.

QVilibet persoluta debita [a] declarare debet ad sacra post manum mortuam metseptimus.
Accuset si quis alium pro pecuniis causam debiti [b] & pro quo sibi id tenetur coram Iudice nominare eum oportet.
Si debitum sit [c] ex alea uel ludo cõtractum respondere sibi nõ tenetur nec iudex pro eo iudicare.

a. *Spe. Sax. li. i. ar. vi. li. iij. ar. xxxi. supra Iure Munid. ar. lxvij.*

b. *Spe Sax. li. iij. ar. xli. & supra Iure Munid. ar. xxvi. & xxxiij.*

c. *Spe. Sax. li. i. ar. vi.*

Articulus CIIII

De Aleæ ludo.

NVllus hospitum [d] puerum aut seruum alicuius hominis supportare nec eidẽ subuenire, nec intercedere eundem in ludo debet, nec pignorari ad maius poterit, nisi in eo quod circa se habuerit, & si aut fugerit liberatur.

d. *Articulus præsens fundatur super ar. vi. li. iij. Sp. Sax. & signãter in glosa ibidem.*

b. *Recognitio consularis quo pacto coram iudice peragi debet.*

c. *Transgressoribus ciuitatis saluus conductus dari non debet sine consensu ciuitatis.*

Glosa.

Articuli presentes specialẽ sensum habent & declarant ea quę antehac q̃dammodo tacta sunt, daturq; doctrina in articulo centesimo, q̃ pacto & sub quibus cõditionibus consules ciuitatis vnum inculpare possunt. Secundo declaratur quòd Maideburgen ad nullũ extraneum iudicium trahi possunt. Tertio ostẽditur p qua causa Scabini deponi seu exaustorisari poterint. Primum extenditur ad conuentum ciuium generale, & hoc intelligẽdo pro mandato seu statuto, quod consules ciuitatis vnanimiter statuũt, sub pena nummaria seu pecuniaria: mandatumq; illud si quis trãsgrediatur, ac pro eo inculpetur in conuentu ciuium publico, ille vero exponat innocentiam suam, propior erit defendere sese, q̃ quis eum testibus conuincere possit, nisi forsan coram eis in loco vbi president actum sit vel recognitum, potestatem enim habebunt, conuincẽdi eum in consulatu, penamq; ciuitatis tollerare cogitur.
Notandum circa id, cõtingat seu eueniat aliquid coram consulatu, sicut pro impetitiõn. allocutiõn. & alia causa, sit quęcumq; sit, negotiumq; illud deuoluatur ad iudicium, ac vnus eorũ trahat se ad consules cũ causa sua: b alter vero contradicat dicẽdo, quod recognitiõ consulum nec prodesse nec obesse alicui potest. Recognitionẽ illam consules in iudicio facere debent omnes in simul coram Iudice & scabinis, nec tenebitur vnusquisq; singulatim recognitionẽ facere, sed Proconsul recognoscat, & alij tandẽ cõsensum pstent.
Notandum insuper si constitutio ciuitatis sit vt precaueatur vel euitetur aliquod malũ vel cõstituatur quicq; pro commodo & honore ciuitatis, sub certa pena etiã pecuniaria, sicut in exemplo, si homicidium cõmittatur, vt transgressor careat introitu ciuitatis, prefigiturq; tempus viginti annorũ & cũ hoc pena quinquaginta marcarum. Cõmittaturq; homicidium, & accusatus, seu malefactor aufugiat, ac adeat dominũ ciuitatis: ab eoq; gratiam obtineat. Dominus ciuitatis vt sic, mandare non potest malefactorem suscipere, nisi idem sufficiens aportet documentum ab amicis interfecti, quod composuerit cum eis, ne ciuitas in damnum veniat. c Saluum etiã cõductũ dominus dare non debet sine ciuitate, nec ciuitas sine cõsensu iudicis & scabinorũ.

Articulus CV

De solido in iudicio solui consueto.

QVando unus alteri in iudicio sub banno regio in debito hæreditatem locat. Is qui eam accipit iudicio unum solidum soluit pro memoriali & in signū pacis.

Articulus CVI

De testimonio occasioñ hæreditatis

TEstimonium produce re postq̄ unus uult super ꝓprio alicuius metseptimus uel mettertius id facere eum oportet cum homini bus possessionatis ad illud iudiciū pertinentibus.

Articulus CVII

De Testimonio debitorum.

SI persoluta debita testificari debeāt super proprio alicuius, id facere tenentur homines possessionati si coram iudicio debitum illud contractum non sit.

Articulus CVIII

De probatione solutionis debitorū.

PErsoluta debita si unus probare intendit pure & simpliciter, ad id accersiri poterint omnes homines qui in iure suo non redarguuntur.

Articulus CIX

Communis respondentium regula est, si pro debito inculpatus sit, siue post mortuam manum debitum expetatur, siue quocumq; alio modo, causam debiti perquirere ab actore debet: vt sciat pro quo debitum illud contractum sit quod & actor facere cogitur: vt Spe Sax. li. iij. ar. xli. & hoc ex eo fit: vt respōdens premeditet an debitor sit nec ne: vt. C. de edē do. L. Iusium. & C. de iureiuran. L. Generaliť.

e. Debitum ex ludo cō tractum soluere non oportet, & alia de ludo uide.

e Quod si forsan debitum illud ex ludo contractum sit, soluere non tenetur: vt Spe. Sax. li. i. ar. vi. §. Furta, spolia, nec lusorie pdita. Vnde & circa id notandum quod nullus iudicum iudicare debet f super lusorie perdita, aut pacta manualia: vt. C. de aleę lusu. L. alearum vsus. &. ff. eo. ti. per totum.

f. Spe. Sax. li. i. ar. vi.

Articuli. cliij. sensus est quod nullus alteri & signanter hospes actiuus in tabernis vel diuersorijs ad ludum seu pro ludo quicq̄ accōmodare debet, nec eñ accōmodatum illud, iure repetere poterit, sed nec ex rebus domini accōmodatū resarcire, g dominus eteñ illud repetere iure poterit: vt Spe. Sax. li. iij. ar. vi. Nisi forsan accomodatum repetat suum in rebus proprijs seruí quas protunc circa se habuerit. Vnde et clara habetur lex Spe. Sax. li. iij. ar. vi. quod seruus exístens in obsequio domini si equum suum perluserit, dominus resarcire nō tenetur, si vero equum domini ludo ammittat, illum dominus ab eo qui lucrauerat repetere potest. Seruo eteñ facultas non est data, equum ludo ammittendi.

g. Spe. Sax. li. iij. ar. vi.

De aleę lusu & aleatoribus vide abunde. ff. de aleę lusu per totum, vbi & lex ibidem solennis ponitur, per quam lusus aleę prohibetur, penam condignam statuens, nedū his qui ludum exercent, verum & illis vtpote hospitibus actiuis, potissimum qui illud admittunt. Sequitur textus legis.

h. De prohibēdo aleæ lusu uide.

h ℂ Prætor ait, si quis eum apud quem in alea lusum esse dicatur, verberauerit, damnūue ei dederit, siue quid eo tempore dolo eius subtractum est, iudicium non dabo. In eum qui aleę ludende causa vim intulerit, vtiq; quę res erit animaduertam. Si rapinam fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio. Susceptorē eñ duntaxat prohibuit vindicari non etiā colluſores, q̄uis & hi indigni videantur. vide alia quę in eadē lege de hac materia ibidē habētur: vide etiam de lusu aleę. C. eo. titu. abūde. & item in. c. Clerici. super verbo. ad aleas. extra de vita & honestate cleri. &. xxxv. dis. c. i. & abb: in dicto. c. Clerici. vbi determinat quinq; questiones, quarum Prima est, an repeti potest quod in ludo perditum sit. Secunda an valeat consuetudo in contrarium. Tertia an ex mutuo facto in ludo, oriatur actio. Quarta an valeat transactio ibi facta. Quinta an vendens rem in ludo, teneatur de cúsctione. vide etiam Spe. Sax. li. i. ar. vi. & li. iij. ar. vi.

234

De testimonio occasioñ falsi.

MAnum alterius si unus testimonio lucrare uellet occasioñ falsi id facere cogitur mettertius cum hominibus fidedignis.

Articulus CX

De testimonio occasioñ uulnerum.

SI unus cum testibus agere uellet pro uulneribus in manuali facto, istud facere oportet metseptimus, secundum formam iuris ciuilis,

Articulus CXI

De testimonio occasioñ iniuriarū.

TEstimonium omne occasioñ iniuriarum in causa quæ cum clamore ad iudicium delata est, ubi ad uitam uel sanitatem cedit, fieri debet cū septem testibus.

Glosa.

Articuli presentes sunt recapitulatiui prius dictorum omnia etenim quę hic breuiter tacta sunt antehac declarata habentur. Vnde articulus. cv. non aliud intendit nisi cū quid in iudicio bannito alicui tribuitur. Is qui dominum acceptat vnum solidum dare tenetur in signū pacis vel pro memoriali Scabinis. Articulus tandem sequens. Cvi. non aliud itidem disponit, nisi cū quis testimonio proprium lucrari vel conuincere vult, & hoc intelligę si proprium huiusmodi corā iudicio sibi donatum vel absessum non sit, trahere enim vt sic se poterit ad testes homines possessionatos, qui recognoscant donū vel uenditionem, propiorq; erit probationem testibus, q̄ alter sua vnica manu sibi euincere. Si vero negotium sit in causa manualis facti apportatusq; iudicio sit malefactor, extunc actor propior erit eū euincere metseptimus.

Articulus CXII

De querelis occasione prædæ uel furti.

ACcusatus si quis sit pro furto, aut spolio, a ubi uel in quo manuale factum probare possit. a. Spe. Sa. li. ij. ar. xxv.

Vel sic, conqueratur unus contra aliquē quod rem ex spolio uel prædа possideat, manifestumq; appareat spolium. Si ad id Iudex cū uiolentiarū clamore citatus fuerit, persequi eundē Iudex incontinenti tenetur, & actori super facto aut prædа & similiter prædonē ac iniuriæ complices iudicare. Posthac uero debet actori super illa re dare possessionem, si accusatus se Iure excusare non poterit.

Si uero quis b iudicialiter accusetur in sui præsentia & a iudicio aufugerit, est in querela superatus. b. Sp. Sax. li. ij. ar. xlv.

Glosa.

Ex textu articuli presentis doctrina elicitur: c quod nullus sui Iudex esse debet, vnde si alicui violenter quid accipiatur, d non violēter viceuersa illud expetat, quia qui sic facit de iure nostro pena capitis punitur, nisi forsan in fuga fiat, idq; probari possit, vt Spe. Sax. li. ij. ar. lxix. Innitur etiam ex textu presenti quod sententia nulla dari debet, e nisi probationes precedant sufficientes: vt. C. de eden. L. qui accusare. Postq̄ vero probatū sit sufficienter ex facto manuali, sententiabitur tandem cōtra furem vel prędonem: vt. ff. ad le. Iul. de vi. publica. in multis legibus. hoc idē etiam intelligitur de complicibus & cōscijs facti eorum: vt Insti. de obliga. quę ex delict nascun. §. Interdum.

Tum etiam qui prędones occultant, eādem sustinebunt penam: vt. C. de his qui latrones vel alijs criminibus. L. Eos. Posthac vero mittitur ille in possessionem cui res ablata fuit, vt Spe Sax. li. ij. ar. xxv.

Si vero quis iudicialiter accusetur &c̄.

Notandum circa id quod vnus quandoq; innocens facti est, declarareq; posset innocentiam suam, f dummodo se iudicio presentet. Sed quia non comparet reum sese declarat, & hoc cōtingit quadrifariā. g Primo

c. Vide supra ar. xxvij.

d. Nullus uiolēter res sibi ablatas recuperare debet.

e. Sp. Sax. li. ij. ar. xxv.

f. Spe. Sax. li. ij. ar. xlv.

g. Innocens quandoq; reus facti efficitur quadrifariam.

Si vnus accuset alium cum presens sit. Accusatus vero non confidens iudici discedit a iudicio. Secundo qui non admittunt quererę res furtiuas aut spoliatas, illi pro fure & prędone reputantur. Tertio si vendicatur apud vnum res furtiua, ille vero aufugit dimittendo rem huiusmodi allocutā. Quarto si vnus alteri iniuriatus sit ex decreto; demādatum sibi fuerit vt emendet sibi, ille vero facere recusat friuole, actioq; criminaliter instauretur reus efficitur proscribiturq; tandem: vt Spe. Sax.li.i.ar.lxix.

Articulus CXIII

Quo pacto unus a proscriptione sese liberare debeat.

a. *Vide hoc idem in forma Sp.Sax.li.ij.ar. iiij.*

APROscriptione qui se exuere uel eliberare uoluerit.[a] Iudex si requisitus fuerit eidem pacem in municipio ad cōparendum pronunctiare debet ut tuto iudicio cōparere possit. Postq; uero iuramēto se expurgauerit, Iudex cum uerbis & digitis eundem absoluet, quēadmodum eum proscriptioni includerat. Conetur autē eū quis indebite impedire, & ipse sese iureiurando a proscriptione liberauerit, ulterius p scriptus nō est reputandus. Verum pax sibi indicetur, & ipse fideiussores ponat ut in tribus sequentibus iudicijs se præbeat responsurum, si quis eundē impetere uellet. Si uero in his tribus terminis eum nemo inculpauerit ab actione sententialiter absoluetur.

Exuat autem quis se a proscriptiōe in absentia actoris, ille uero promittat ac fideiussores statuat ad compatrendum & non comparet, illā procrastinationem seu penam ex stipulatione prouenientem iudex lucrabitur & nō actor, dummodo eundem secundario proscribat sicut de iure facere tenetur.

Glosa.

Articulus presens plurimum vtilis est & admkta valet. Vnde si vnus iniuste proscriptus sit, habita notitia articuli presentis facile se eliberare poterit [b] euenit etem sępius quod actor iniuste quandoq; accusat, testesq; minus iuste resiſicantur, exinde tandem proscribitur vnus minus iuste, vt cum quis pro violētia vel vulneribus accusatur, in instanti proscribitur antequā negotium pernoctetur: vt Spe. Sax.li.i.ar.lxx. [c] Qui itaq; se iniuste ꝓscriptum fore nouerit procedere debet: vt textus habet & se a proscriptione expurget.

b. *Spe.Sax.li.ij.ar.iiij.*

c. *De proscriptis uide.*

Nec obstat si quis dicat, proscriptus per sententiam proscribitur, sententia autē rescindi non debet: vt. C. Sententi. rescin. non posse. L.i.&.L.vlti. Respondeq̄d ibi loquit de sententijs legittime latis. Sed quia iste iniuste proscriptus fuit, quare sententia huiusmodi nulla, nec habuit vim legis, nec sententię interlocutiue, sed fuit iniustū quid, & ita illud iniustum hic reuocabitur & non sententia: vt in auten. Hęc constitutio innouat constitutionem. §.i.coll.viij.&.C.de iudicata: in multis legibus.

Notandum vlterius circa id, [d] Si quis a proscriptione se dolose liberet fideiussoriāq; ponat sistendi se & nō comparet, debet alibi ꝓscribi, ac Iudex mulctam accipit, hoc est verigeldum, hoc tamē intellige si ex proteruia respondens non venit, si vero fideiussor iudicio se ostendat & non posse habere illum quem fideiussit declarat, parti cedet actoree verigeldus: vt Spe. Sax.li.iij.ar.ix.

d. *Spe.Sax.li.ij.ar. iiij.*

Cum etiam in textu dicitur, exuat autē quis se a proscriptiōe in absentia actoris &c. intelige de his qui sunt proscripti & antehac nō citati, vel quibus terminus non fuit assignatus, quia alias sine voluntate actoris se exuere non posset. vide plura de hac materia Spe. Sax.li.iij.ar.iiij.

Sciendum pręterea si ciuis vel prouincialis homo in municipio possessionē habeat, violentiamq; vel iniuriam in ciuitate vel alibi in extraneo iudicio faciat, ac tandem euadat, debet in illo iudicio proscribi vbi demeruit, vt ibidem sentētiari si detinetur, qđ si noxa vel iniuria illa commissa sit in ciue nostro in aliena ciuitate, vel iudicio extraneo ibidem in illo iudicio vbi noxa eidem facta sit, querelam inchoare, & eandem continuare, malefactoremq; ad proscribendum ex officio ordinare, & hoc si corpore valido sit quod id facere queat, vel si ius consequi poterit, [e] quod si corporis valitudine prepediatur, vel ius cō sequi non possit, & venerit in ciuitatē vbi ille possessionatus est, declarauerit; ius suū coram iudice, poterit factum manuale ibidem declarare & contra violatorem pacis agere, si factum non est pernoctatum, sed si factum pernoctatū fuerit, querulari debet tribus iudicijs & ius suū vt iuris est perducere.

e. *Nota passum istum.*

235

Articulus CXIIII

In facto manuali cū quis comprę/henditur.

a. *Spe.Sa.li.iij.ar.xxxv*

CAptus in manuali facto [a] cum furto aut spolio. Harum rerum nullum nominare poterit uarendatorē nec se ad eundem trahere, & hoc si in instanti duellariter allocutus sit.

Articulus CXV

De facto manuali.

b. *Manuale factū q. t.*

MAnuale factum tunc dicitur quando uir appræhenditur in facto illo seu in fuga facti.

c. *Sp.Sax.li.ij.ar.xxxv. & supra Iure Munic. ar.xxvij.*

[c] Item manuale factū dicitur quando quis furtum uel spolium in sua habuerit possessione ubi solus cluem ad habitationem uel cistam portat nisi forsan res adeo sit parua quod fenestra ibidem proici possit. Manuale etiam factū est cum gladius, sica, aut aliud simile in manibus unius deprædētur cū quibus pacē freġerit, & detētus cum clamore ad Iudiciū ducatur. [d] Illdq; actor metseptimus probare tenebitur.

d. *Spe.Sax.li.i.ar.lxvi.*

Glosa.

Pro intellectu textus notandū est, quod querela duplex est, vbi necessario varendator habetur [e] vel vbi quis varendatorem habere potest [f] vna est Ciuilis sicut si accionem intento pro bonis immobilibus, & ille qui illa vendidit te varendare seu tueri non potest, bona illa tollit viceuersa pecuniam restituendo & vterq; manet sine dāmno: vt Spe. S. li.i.ar.ix.

e. *Sp.Sax.li.iij.ar.xxxv glo.*

f. *Querela duplex ubi necessario uarendator habetur.*

Alia est querela Crimmalis cum vnus alium accusat pro re iniuste possessa, sicut si quis me accuset pro preda, vel quod sibi domum aut castrum deprędatus sim egoq; dico quod mihi id facere mandatum est, [g] quod & dupliciter intelligi debet, quia vel ille qui mihi mandauit tantę potestatis erat qđ eidem obedire me oportuit, sicut si forsan meus pater fuit, vel meus dominus feudalis, id q; corā iudicio recognouerit mihi mādasse, vel si suū mancipium sim liberatur iste si ille respondere ceperit: vt. ff. Si fami. fur. fecis. dica. L.i. & sequentibus, secus vero si negauerit quod ex mandato eius factum sit. Si quis uero excesserit ex mandato alicuius vel noxam fecerit in furto, prędа, & ille qui mandauit potestatem super eo nō habuerat, varendare eundem nō potest, dato quod recognoscat factum, quod videlicet ex mandato eius factum sit, sed magis erit socius illius malefacti, & similē subibit penam, nec huic pena minorabitur: vt Insti. de obliga. quę ex delict. nascū. §. Interdū. ff. vi bono. rapto. L. Prętor ait. §. Dolo. C. de raptu virgi. & vidu. L.i. Spe. Sax. li.ij.ar.xiij. & xxv.

g. *Malefactum cōmittens ex mandato alicuius an eum excusare illud potest.*

Nullum etiam poterit nominare varendatorem &c. [h] & hoc fit ex duplici causa. Primo quia opinatur forsan quod per hanc advarendatorem exceptionem dilationem faciat vt sibi pena prolongaretur: vt. ff. de penis. L. Si quis. Tum etiam ratione istius quia factū est manuale: vt Spe. Sax. li.ij.ar. xxxv. glo. Secundo non potest se trahere ad aliquē varendatorem, hoc est nullum hominem accusare potest, quod illā rem ab ipso habeat, & hoc intellige si negare velit, sed si recognoscat ille factum huiusmodi, extunc reus idē manebit & iste dimittetur: vt. C. de questi. L. Sicuti. &. C. de accusa. & inscrip. L. Accusationes. & Insti. de obliga. quę ex delict. nascun. §. Oblatum.

h. *Sp.Sa.li.iij.ar.xxxv.*

Aduertendum etiam, [i] quod manuale factū probare non potest qui post alterū diem furtum aut spolium sibi illatum apud aliquē inuenerit, & ille res huiusmodi aperte & manifeste emit, nec postea occulte seruauit, nec ꝓ furtiua rem illā habuit. Ad euictorem tamē rahere se debet si duellariter pro ea alloquatur vel criminaliter accusetur.

i. *Spe.Sa.li.ij.ar.xxxvi.*

Notandum pręterea, [k] quod manifesti facti triplex est iudicium, sed & in facto illo tria veniunt consideranda. [l] Primo quod captus in manuali facto ad fideiussoriam dari nō debet nec eidem alter terminus prefigi, vt Spe. Sax.li.i.ar.lv.& lxvi.& C.de custo.reo. L. in quacunq;. Secundo quia sic deprehensi negare factum non possunt, actor etenim propior est eos conuincere metseptimus. vt Spe. Sax.li.i.ar.lxvi.& C. de accusa.& inscrip. L. singuli. Tertio quęcunq; sentētia contra eum feratur, eam increpare non potest, vt Spe. Sa. li.ij.ar.xij. in fi.&.C. quorum appella. non recipi. L. Obseruari.

k. *Spe.Sa.li.ij.ar.xxxv. glo.*

l. *Manualis facti triplex iudicium.*

Manualis etiā facti [m] ius periculosum est ex tribus. [n] Primo quia negari non potest factū illud, qui enim in facto comprehenditur ac si ad manū eius res affixa sit iudicat: vt. ff. de furtis. L. Fur. Secundo manuale factum etiā

m. *Sp.Sa.li.ij.ar.xxxv.*

n. *Manualis facti Ius periculosum ex tribus.*

fit si in facti fuga deprehenditur: vt. ff. eo.ti. L. siue igitur. Tertio manuale factum etiam ꝓbatur, si furtū vel spolium in loco occulto vel scrinijs occlusis ad quę claues ipse solus portat inuenitur, & hoc notanter superaddi/tur si solus claues portet. Si etenim clauē alibi seruare solitus est, uel etiam alicubi appẽdere, vel alteri tribuere, estq; vir perfecti iuris & boni nominis defendere se cōtra manuale factum & furtum poterit iure suo.

o. Spe. Sa.li.ij.ar.xxxv

Notandum preterea [o] quod actio manualis facti triplex est. P Primo cū expetitur ab his contra quos agitur duntaxat pena, sicut cū agitur cōtra proscriptos, ibi actori nihil sequitur ex pena rei. Secundo actio fit tantūmodo pro bonis ablatis per reum: vt videlicet si mobilia sint, quod agat contra eum ex possessione illa accepisse sua, expetens, vt ablata restituātur: vt. Spe. Sax. li. i. ar. lxx. in prin. & Insti. de actio. §. Omnium. Tertio cum expetitur vtrumq; tam pena q̄ bona ablata: vt cum quis prędonem cum preda iudicio presentat, vel furem cum furto & petit res restitui, ac malefactorem puniri: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxv. &. xxxi. & Insti. de acti. §. ex maleficijs. §. Vi aūt. &. §. Sed & legis Agline.

P. Actio manualis facti triplex.

Articulus CXVI

De pena illius qui uarendam promisit uarendare tamen non potest.

a. Spe. S.x.li.ij.ar.xy.

Qvi iudiciū uenerit [a] & causam huiusmodi proponat pro qua uarendam promittere cogit eandēq; cum præstiterit, alter postmodum superueniens causam eandem in iudicio proponat & is qui uarendam promiserat eum uarendare seu defendere non poterit, nec istum ab actione propellere ualet accionem suam liberare oportet cū uarende emenda, hoc est dextera eius cum qua uarendam promisit uel medio uerigeldo.

Promittatur uero uarenda pro armis bellicis, hæreditate, rebus expeditorijs seu paraferna uel alijs bonis mobilibus in uarendaq; defecerit, hoc est quia sibi per sententiam infringitur, promissor Iudici dabit mulctam, res uero huiusmodi cum emenda dimittere cogitur.

Varendam necessario unus præstare debet [b] in causa homicidij, mutilationis, uulnerum pro suis agnatis & propinquis. b. Spe. Sax. li. ij. ar. xvi.

Glosa.

Dictum etenim superioribus est, quod in causa homicidij, armorum bellicorum, geradę &c. guarēda necessario prestatur, quare iusto hic pena contra illum qui varendare nō potest cum promiserit exprimitur. Textus in se planus est nec multa indiget declaratione.

Ibi cum dicitur & alter tandē veniat qui causam eandem in iudicio proponat &c. Intellige qui ad eandem causam ius habeat. Vnde si vnus presens sit & viderit pro illa causa negotium agi, pecuniāq; tolli vel etiam in prouincia si sit presens, obticetq; anno & die, post hac agendi nō habebit locum. Vnde vt textus habet, is qui varendam promiserit euincere illum cui promisit tenetur, quod si facere non valeat, actionem liberabit cum varēde emenda, vel medio verigeldo, & hoc intellige si sit actio criminalis vtpote pro homicidio, mutilatione, vulneribus, nec ad altiora cogi potest, nisi vt presens ius disponit, & per id liberatur, huiusmodi vero medium verigeldum dare tenebitur illi cui varendā promiserat, et cum hoc restituere cogitur sibi recompensam seu verigeldum tempore actionis mote sibi datum.

Varendam autem si quis promiserit in actionibus ciuilibus, vbi nec membri amissio, nec cōrporis pena expetitur, non aliud perdit, nisi quod pro re vendita acceperat.

Articulus CXVII

De fideiussoria pro aliquo præstita.

a. Spe. Sax. li. iij. ar. ix.

Fideiussor si quis existat ꝓ uno [a] eundem sistendi in Iudicio illūq; habere non potest ut illum constituat, emendare eum oportet secundum quod in culpatus fuit si in quærela uictus sit Si uero quærela extendat se ad uitā, uerigeldum præstare cogitur qui ad actorē & non Iudicem dinoscitur pertinere, sed Iudex in eo mulctam obtinebit.

236

Glosa.

b. Fideiussoria duplex.

Pro declaratione textus notandum quod fideiussoria duplex est, [b] extra iudicialis, & coram iudicio. Fideiussoria quę extra iudicium fit, negari potest. Saxonibus enim admissum est, quod vnus alteri ad iuramentum deferre potest vbi manuale factum non apparet: vt Spe. Sax. li. i. ar. vij. xv. & xviij. [c] Hoc idem etiam legibus obseruatur, quod vnus iuramento absoluitur vbi nulla probatio sufficiens appareat. vt Insti. de Acti. §. Item si quis. &. C. de iureiuran. L. Causa. &. L. In bonę fidei. ℂ Fideiussores vero qui in iudicio promittunt, liberari iuramento non possunt, vt in articulis prędallegatis. li. i. Spe. Sax. &. ff. de pręto. stipula. L. i.

c. Vide hoc idē in forma Spe. Sax. li. iij. ar. ix glo.

d. Fideiussores tripliciter efficiuntur.

Fideiussores coram iudicio facti, tripliciter efficiūtur. [d] Primo quia vel ibi presentes nō sunt, denunctiare tamen faciunt, vt eis credatur, & isti fideiussores fiunt ex voluntate. Voluntatem etenim habent quod id facere voluntatem habent: vt Insti. de obliga. quę ex consen. §. Item ex his. ℂ Alij fideiussores sunt facto: sicut q furta vel spolia in suam possessionem apportare sinūt, quod si accusantur, spoliatores ex tradere tenentur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. lxxij. Tertio fideiussores fiunt verbo sicut illi qui personaliter soli stipulantur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. ix. & Insti. de verbo obliga. §. Verbis. Huiusmodi autem fideiussores vel fideiubēt pro responsione seu ratione querelę, & hoc dupliciter vel in actionibus ciuilibus vel criminalibus. Fideiussor si quis existat in actione ciuili, [e] & ille qui respondere debeat nō cōparuerit, necessario fideiussor in se accipit accusati responsionē & eius omne ius: vt in auten. de fideius. & manda. §. Si quis: coll. i. & hoc intellige si principalis haberi non potest, vt pro debito moneatur, & signanter si in illa iurisditione non resideat: vt in auten. de restitu. §. Penulti.

e. Nota spedalia quędam fideiussoriæ.

Fideiussorem preterea si quis se ponat pro aliquo in actione ciuili & non comparuerit fideiussorē eliberaturus, bona debitoris principalis nō prius imperi vel alloqui possunt, nisi contra fideiussorē prius agatur: vt in auten. de fideius. & manda. §. Sed neq; has res.

Item si principalis pecuniam promiserit fideiussorq; id spopōderit, pecuniaq; haberi nō potest, extunc alijs bonis solutionem faciet: vt in auten. eo. ti. §. Quid aūt de cętero. coll. i.

Itē fideiussores si plures fuerint manu coniūcta, quicūq; ex his solutionem fecerit reliqs omes liberabit, actionēq; habebit contra alios, sortes ipsorum expetendi: vt. ff. de solu. L. Stichum. §. vlti. et. C. de duo. reis stipula. L. i.

Preterea qui pignus & fideiussores simul accipit, nō potest fideiussores impetere, nisi prius restituat pignus fideiussoribus, ratiōe cuius fideiussoriam fecerant.

Insuper si fideiussoria inter creditorē & illū qui promittit immutatur verbo vel promisso aut alia obligatione fideiussores vero qui ante hac fideiusserant ad id non consenserunt liberantur a priori fideiussoria, vt insti qui. mo. tolli. obligati. §. Preterea nouationem.

f. Spe. Sax. li. iij. ar. ix.

f Promittat etiam si quis rem inhonestam importabilem explere non tenetur, vt Insti de inutj. stipula. §. quod turpi. & ff. de verbo. obliga. L. generaliter.

Si vero querela extendatur ad vitam &c. hic tangitur alia fideiussoria in actionibus criminalibus quę itidem coram Iudicio fit, huiusmodiq; fideiussor penā illius pro quo fideiusserat sustinere non tenetur, sed verigeldo absoluitur: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxv. & li. iij ar. ix. & hoc ex eo fit, quia iure Saxonico omnium rerum est determinatus verigeldus.

g. De hac materia uide abunde Spe. Sax. li. iij. ar. ix.

Notandum etiam circa id quod detentus in manuali facto & Iudicio aportatus ad fideiussoriam dari uon debet.

Et item ex quo nullus datur ad cautionem nisi ille qui propositum habet defendendi se se, si ergo in defensa succūbit, fideiussor suus soluit verigeldū, & respondens proscribitur, & ac pro mortuo iure reputatur: vt Insti. de capi. diminu. §. Maxima. & cum hoc Iudici mulcta cedit.

Articulus CXVIII

De fideiussoria occasione iniuriarū.

a. Spe. Sax. li. iij. ar. ix.

Fideiusserit si quis alium Iudicio præsentare [a] si is qui præsentari debuerat se sine stipulatore præsentabit, denūcciauerit; q; Iuri ac protestatus sit, suum liberabit fideiussorem.

Qui uero hominem captiuum fideiubet uiceuersa statuendi uel respōdendi, fideiussor istud exequi tenetur pro tempore statuto & non captiuus.

b. Spe. Sax. li. iij. ar. ix.

Si quis accusatum pro iniurijs in Iudicio [b] uiolenter exinde abduxerit, comprehensus simili pena plectetur. Si aufugerit illico proscribendus est, & hoc si in facto cum uiolentiæ clamore insecutus fuerit.

Glosa.

Hęc quę hic habētur antehāc declarata sunt, nec multa interpretatione indigent.
In textu cum dicitur. Istud exequi fideiussor tenetur &c. Ratio huius est, quia fideiussori creditur & non captiuo.
Qui accusatum pro iniurijs a iudicio abduxerit &c. de his vide. ff. ad le. Iul. de vi. publica. L. Qui dolo fecerit.

Articulus CXIX

De fideiussoria facta ubi interim principalis moritur.

a. Spe. Sax. li. iij. ar. x.

Fideiubeat unus aliquē [a] pro iniuria accusatū tpe determiato Iudicio præsentare, & is quē pītare debeat interi moriat, stipulator si defunctū præsentauerit liberat. Quod si pro debito accusatus fuit debitumq; illud nondum perlucratum erat interimq; moritur principalis, præsentare eum Iudicio non oportet, sed si mortē eius metterti⁹ us ꝓbabit liberabitur a fideiussoria hæredes tamen mortui pro debito respondebunt.

b. Spe. Sax. li. iij. ar. x.

Si moritur equus [b] uel aliud pecus quod statui debuit, fideiussorq; apportabit cutim illius, absoluitur per id.

Glosa.

In contrarium istius articuli videntur militare leges quędam vbi innuitur, quod mortuo illo super quē querela fit cessat omnis actio: vt. ff. Si pendeh. appella. mors interue. L. i. §. Quamuis. & C. Si reus. vel actor mor. L. Si is quem. R. Quod leges allegate locum habent, si vnus pro iniurijs detentus interim moriatur anteq; causa terminetur; [c] & querela duntaxat tangit in vitam suam, quia vt sic mortuo illo actio etiam finitur. Sed si negotium tangat vitam & bona, respondere ille cogitur ad querelam qui bona habere expetit: vt. C. ad le. Iul. maiesta. L. Meminisse.
Fideiussoria si sit occasiō. debiti, & principalis mortuus sit fideiussor liberatur dūmodo mortem declarauerit. [d] Et hoc intellige si ꝓ pecunia vl' debito nō fideiusserit, heredibus tamen posthac actio intentari potest.
Si moritur equus vel animal &c. Hic tertia tangitur fideiussoria. vide de hac materia Insti. de inuti. stipula. in multis locis. Insti. de empti. & vendi. ff. de rei uendicatiōn. in multis legibus. Is autem qui vt sic cutim animalis mortui apportauerit, iurare cogitur ad sacra, quod absq; eius culpa animal illud mortuum sit.

c. Vide abūdantius S. Sax. li. iij. ar. x.

d. Nota.

Articulus CXX

De Volatilibus.

Columbæ, corui, picæ, pauones & aliæ [a] aues quæ nō sunt unguibus stringentes, [b] si in campum euolant, in commune ueniūt, secus est de auibus unguibus stringentibus.

a. Intellige de auibus immansuetis & non domestias.

b. Spe. Sax. li. ij. ar. lxi. & li. iij. ar. xlvij.

Articulus CXXI

De Apibus.

Agmen apum, si ex alueario unius aut ex domo uel curia euolauerit ad uicinum suum, uicinus maiori iure apes retinebit q̄ ille insequi debeat. Apis etenim nō est uermis domesticus, sed fere naturæ

Articulus CXXII

De Gallis.

Galli si euolant in domū alterius, & damna faciant capere illos poterit & alas abscidere domuq; transmittere illius cuius erāt.

Glosa.

Ad aues hic in textu expressas, annumerantur etiam aues quę ad voluptatem seruantur, si enim ex possessione illius euadunt communes sunt, & qui eas primū occupauerit, illius erunt: vt sunt aues cantantes &c. vt Insti. de re. diuisi. §. Pauonum quoq; & colūbarū. Qui ergo huiusmodi aues habere vult

in conclaui eos seruet necesse est. Interim em quod eos seruet sue sūt: vt Insti de re. diuisi. §. Fere igitur & bestię. Is etiam annumerantu asperioli, mardures & alię bestię quę ad voluptatem seruantur: vt Insti. eo. ti. §. quicquid autem horum.

c. In bestijs furtum cō mitti potest.

Notandum circa id, [c] quis bestię & aues supra memoratę ferę naturę sint, furtum tamē in eis committi potest: vt Insti. eo. ti. §. Allegato, & si in manuali facto comprehensus sit cum clamoreq; iudiciū adductus ad cutim & carnem sententiatur. Si pro furto accusetur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xiij. Consilium tamē est vt nullus in hoc casu per clamorem violentię accusetur. Sed si desistere non vult a querela, simplicem & ciuilem instituat actionem: vt Insti. de Iniuri.
Quicunq; etiam animal huiusmodi vel aues in domo occiderit vel conculcauerit sua, declarare oportet quod prēter voluntatem id factum est, & illum cōtentare cum sibi simili, [d] & si fidem sibi dare noluerit confirmare eum oportet duobus digitis. Si vero ex contemptu & in opprobrium fecerit idq; recognoscat dare oportet similem pro simili, vt pauonem pro pauone, cignum, ibim, vel aliud simile cum mulcta & emenda.

d. Vide Spe. Sax. li. iij. ar. xlvij.

e. Vide de falconibus & alijs auibus.

[e] Aues vnguibus stringētes, sicut falcones accipitres, & alię similes sunt etiā ferę naturę, anteq; capiuntur & alligantur, positq; vero capiunt & assuescant volare & reuolare, ꝑ amplius ferę naturę nō sunt, sed illius q assuefecit dūmodo ꝓpria voluntate illas nō dimiserit, quis em quandoq; eas dimittit, volūtatem tamen habet eas rehabendi, & hoc si assuefacte sunt reuolare, & esca viceuersa reuocantur, alias si reuocari se nō permittunt, ferę intelligentur naturę, & ita illius fiunt qui eas occupat. Quod si auis huiusmodi cum ligatura quam in pedibus habet euolauerit capta sit, ille qui detinet, bene dinoscere potest ex ligatura, quia auis sua non est: vt Insti. de re. diuisi. §. In his autem animalibus, & ita fur sit, q̄uis nō furtiue illam ex domo cepit sua.

f. Furtum q.t.

[f] Furtum etenim non est aliud nisi iniusta cōtrectatio rei alienę [g] inuito domino, vt Insti de obliga. quę ex delict. nascun. §. furtum est contrectatio, [h] nullus tamen pro huiusmodi furto suspendi debet.

g. S. Sa. li. ij. ar. xxxvij.

h. Falconem alterius occupans non suspenditur.

[i] Apis si euolat ex alueario &c. hic etiā ostenditur modus quo pacto obseruari se vnus debet in animalibus feris. Quiuis etenim qui huiusmodi animalia fera seu apes in alueario seruat, aut aues in caueis, tam diu illius sunt q̄ diu per plateam vel sepem alterius nō euolauerint, illas etenim inuestigare non potest, nam vicinus eum prohibere poterit, ne domū intret suam: vt Insti. de re. diuisi. §. Plane qui alienum fundum. Apis etenim est vermis fere naturę, vnde si euolauerint apes illius sunt qui eas occupat, siue ex alueario domus, siue e siluis aut nemoribus euolauerint. Is qui eas primum in alueario occludet suo illius erunt.

i. De apibus idē.

Apes autem si quis furatus fuerit, vt fur iudicabitur. Prēterea apes cuolate uestigio insequi possunt dum modo illas apprehendere poterit insequi tamen in alterius possessionē illas non admittitur.
Circa id etiam considerandum est de auibus Aues etenim in tuo arbore nidificantes tui sunt, sed si crescant & euolauerint occupantis fiunt.
Mel etiam āpum non insequitur apes ipsas sed illius erit qui illud possederit vide amplius de hac materia Insti. de re. diuisi. §. Apū quoq; fera natura est.
Galli si euolant &c. [k] Vnde galli si in domū alterius vel curiā euolauerint non tamen per id illius sunt, & si quis gallum vel gallinam occupat contra ius facit, galli etem non adeo facile vt cętera volatilia custodiri possunt, vnde si ad vicinum venerint damnumq; fecerint, & ille interficiat eosdem exoluere cogitur, [l] statuto verigeldo, si pro eo accuseturr vt Spe. Sax. li. iij. ar. li. Quare hic in textu ad euitandum damnū doctrina datur, vt si forsan gallus vicino damnū fecerit, apprehendi debet, & ale absecentur domūq; remittatur.

k. De gallis considera.

l. De verigeldo gallorum, vide Spe. Sax. li. iij. ar. xlvij. & li.

Articulus CXXIII

De animalibus feris & nociuis.

a. Verres q.t. Vide S. Sax. li. ij. ar. lxij. glo.

Qui [a] uerre tenuerit, canem, lupū, ursum, [b] cerruum, aut simeam quicquid damni fecerint resarcire tenetur qui illa seruat. Quod si post damnum illatum eis renunciare uoluerit animalia huiusmodi excludendo aut eis uictualia denegando, indemnis esse non potest, si is qui damnū accepit comprobare mettertius poterit quod ille animalia huiusmodi usq; in diē illati damni tenebat.

b. Spe. Sax. li. ij. ar. xl. & lxij.

Interficiat si qs canem, [c] ursum, uel aliud simile animal sibi nocere uolens manet in demnis si iuramento probare audet quod causa necessitatis id fecerit.

c. Spe. Sax. li. ij. ar. lxij.

Qui bestias quorum natura fera est [d] tenere uoluerit, eas intra sua septa, aut oclusas seruare debet possessiones.

d. Spe. Sax. li. ij. ar. lxij.

Glosa.

Superioribus declaratum est de volatilibus distinctionē eorundē ponens quod videlicet quędam sunt ferę nature, quędam vero domestica. In presenti articulo determinat de quadrupedibus signanter quorum natura fera est, e & quę ante pastorem in campum pelli non possunt, enumeratq; nonnullas bestias sub nomine illorum alias itidem eis similes intelligere volens, per canem etē intelligi vult omnes bestias quę cōmuniter circa homines commorantur, ex natura tamen nociua sunt. Vnde si canis damnum faciat alicui, is qui eum seruat probare tenetur de ignorancia qa videlicet nesciuit quod canis ille mordax sit.

e. Insti. de re. diuisi. §. ferę igitur.

f. De canibus uide.

Quod si canis alligatus sit cathena f in domo vel curia alicuius damnumq; inferat ille sibi culpa erit quem lesit. Preterea si canem emiserit in pecora alterius & vulneretur, is qui vulnerat indemnis manet. Insequatur etiam canis pecora extra domum vnius in plateam damnumq; faciat, hospes vel dominus illius canis damna refarciet. Insuper si canis in platea virum vel mulierem impeteret mordereq; vellet, nec aliter violētia canis prohiberi posset, g declaretq; necessitatis causam, & interficiat vel vulneret canem: manet sine dāno, si probabit vt iuris est, necessitatis defensam. Et signanter si vulneret in pedem anteriorem vel in latus probareq; duobus digitis audeat ad sacra, quod coacte & indefensa id fecerit. Si vero in partem posteriorem vulneratus sit canis, non potest sine damno manere, & hoc si in manuali facto inculpetur, exoluere enim canem oportet cum statuto verigeldo: vt. Spe. Sax li.ij. ar.xl. hoc itidē intelligendum erit de alijs animalibus mansuetis, quę tamen ex natura nociua sunt, vt abunde declaratur: li.ij.ar.xl. Spe. Sax.& Insti. Si quadrupes.paupe.fecis.§. Animalium. &.ff.eo.ti. in prin.

g. Spe.S.li.ij.ar.xlviij.

h Bestiæ ferę damnū faacntes an resarare is q eas fouet tenetur.

Notandum circa id, h qđ animalia fera si qs tenuerit, vt sunt lupi, vrsi, vulpes, pantheri, leopardi, leones, damnūq; per eas inferatur, resarcire cogit, nec excusari potest, i dato qđ post illatū damnum bestiā expellat. Si is qui damnum accepit, mettertius ꝓbabit, quod bestiam illam vsq; ad tempus illati damni seruauit, ratio istius est, quia bestię huiusmodi ad seruandum interdictę sunt, quare damnū per eas illatum is qui eas fouet iuxta taxatū verigeldum resarcire tenetur: vt Insti. Si quadru.paupe.fecis.dica.§. Etenim. dum tamen is qui damnum accepit, mettertius probabit vt extra de testi. c. vniuersis. &. ff. de iniurijs. L. hac lege. Et de huiusmodi bestijs ferisintelligitur articulus presens. tum & lxij. li. ij. Spe. Sax. Si vero animalia demestica, vt est aper, taurus & alia similia, k damnum vl' noxam fecerint, is cuius est pecus damnū resarciet iuxta verigeldum seu valorem, & hoc intellige, si animal illud post noxam factam in suam recepit possessionem. Si vero noxiū animal ab eo omnino expellitur: nec seruat illud neq; pascit aut potat, innocens est a dāno, damnificatus vero accipit illud in recompensam dāni si vult, & de huiusmodi animalibus intelligitur. ar.xl.li.ij. Spe. Sax.

i. Spe.Sax.li.ij.ar.lxij.

k. Animalia demestica damnū faacntia an sans facere domūs cogitur.

l. Bestiæ quis ferę sint uenari tamē non potest.

Sciendum etiam, l & si quidem animalia fera communia sint: venari tamen non possunt in syluis alienis, ex constitutione etenim statui potest, m ne vnus in alterius fundū ingrediatur, & ita per indirectum venatio prohibet sine licentia illius cuius sylua est, quę alias iure naturali admittitur: vt Insti. de re. diuisi. §. Plane. &. C. de rei. vendica. L. Si fundum.

m. Spe. Sax. li.ij. ar. lxij

Bestia etiam quę per venationē insequitur, vel quę in occluso iā detenta seruatur, in tantū illius est in quantū intra munitiones cā habet, si euaserit occupantis erit: vt Insti. de re. diui. §. quod enim.

n. Spe. Sax. li.ij. ar. lxi.

Feram etiam & bestiam, n si insequēdo quis vulneraverit, eam in nemus alterius insequi potest, dummodo cornu non suffler, & canes nō instiget ad insequendum, & si eam ceperit nō delinquit, si effugerit illius erit, qui posthac occupabit: vt Insti. de re. diuisi. §. Quicquid autem.

Articulus CXXIIII

De fornacibus & caminis.

a. Spe. Sax. li.ij. ar. li.

Quilibet prouidere fornacem & caminū a debet, ne scintillæ in alterius curiā euolent.

Fornaces, cloace, & stabuli porcorum tribus pedibus a sepe construi debent.

Glosa.

Constitutio presens ad cōmunem omnium vtilitatem sancita est, teneriq; inuiolabiliter debet sub priuatiōe vitę et bonis. Ratio istius: si etenim ignis eruperit ex mala prouisione, damnum subsequi posset in vita & bonis: vt ff. de dam. infecto. in multis legibus. Huicq; constitutioni subiacent omnes ciues, signāter vō artifices igne laborātes: vt sunt pistores, cereuisiarum braxatores, fabri, & alij similes.

Vicinus vero vel alter quiuis cognoscens quod damnum exinde euenire posset. Scabinis vl' officio illud indicere debet, iminensq; damnū declarare. Quod si damnū aliquod subsequatur ex sua negligētia illud repēdere tenebitur: vt Insti de interdic. L. Videamus.

Articulus CXXV

De Fabris & eorum officina.

238

Kuenia

Emat si faber domum in ciuitate illic ædificare potest conflatoriū seu officinam pro artificio suo, aut aliud qquid uoluerit, prouidere tamen debet ne damnum exinde aliquod eueniat.

a. Nota de fabris.

Nullus faber a construere potest in platea angarium seu equiciniū, hoc est officinam ubi equi sufferrantur, si antehac ibi nulla erat, sine ciuium consensu.

b. De pistoribus considera.

Glosa.

Quamuis quilibet homo vti potest domo sua quā emit secundum eius beneplacitū, id tamen facere debet citra damnum alterius. b Vnde & pistor si domum emerit, fornacem construere non potest nisi superueniat consensus ciuitatis.

Notandum circa id quod omnes constitutiones pretacte pro bono ciuitatis sancite sunt vt. ff. de interdictis. L. Videamus.

c. Constitutiones omnes triplices sunt.

c Vnde & constitutiones omnes signanter interdictorie triplices sunt vel in tribus continentur. Quędam sunt prohibitorie, vbi continetur & prohibetur ne quisq; fiat contra cōmunem vtilitatem, vt quod vnus alteri violenter non accipiat, nec alium occidat, nec in locis publicis aut sacris ędificet. Alię sunt restitutorie, quę suadēt restituere id quod quis iniuste occupat. Alie sunt exhibitorie, vt est interdictum de tabulis exhibendis, seu extraordinarijs actionibus & similia, vide de hac materia abūdantius. ff. de interdictis: p totū.

Articulus CXXVI

De stilicidijs & alijs urbanorū seruitutibus.

Dach

d. Spe. Sax. li.ij. ar. xlix

Nulli stilicidium a in curiam alterius immittere licet. Vuusquis etiā partem curiæ suæ sepire debet, alioquin damna per hoc uicino suo illata resarcire tenetur.

Si uero ipsi soli damnū eueniat uicinus soluere non opportet.

b. Spe. Sax. li.ij. ar. li.

Cloace præterea b uersus curiā uicini cōstructe ꝓuideātur & muniāt.

Glosa.

Lex presens statuta est, vt precaueatur de futuro damno, vnde si quid huiusmodi vicinus a vicino fieri ꝓsenserit, iudici indicere debet qui & demandabit eidem vt precaueat de dāno vicini, qui si non fecerit, mulctam Iudici soluet & cum hoc ędificiū destruere cogitur, & damnū rependere, nisi forsan probare posset iusto edificasse: vt. ff. de ope. noui. nūciaci. in multis legibus.

Sciendum circa id si duo vicini habeant domos in vno pariete: domusq; vnius sit ruinosa, c alter vero vicinus id Iudici denuncciet, d Iudex demandare sibi oportet, vt prouideat de damno ad quindenam, tandem ad octauam, posthac ad triduum, exinde vero ad duas noctes, si non fecerit, Iudex emendabit eū & puniet. Vicino vero de damno cauebit, vt ff. qui. ex cau. in posses. ea. L. i. & ij. & ff. de dam. infec. L. dies.

c. Spe. Sax. li.ij. ar. xlix glo.

d. De ædifiio ruinoso uide.

Si vero vicinus non querulatur nec petit cauteri de damno, interimq; ędificium coruat super domum vicini extunc damnum resarcire tenebitur, vel ligna seu robora quę in curiam ceciderunt vicini, vicinus tollit: vt. ff. de dam. infec. L. venit. &. C. de liberali causa. in multis legibus.

Articulus CXXVII

De limitibus & graniciebus.

a. Spe Sax. li.ij. ar. l.



Vi arbores aut lapides finium regundorum a ideſt distinguendorum limitum ponere uelit, uicinū qui ex altera parte fundum habet ad id uocare debet.

Qui curiam uirgis sepit uersus fundum suum arbusta debet uertere uirgarum.

Glosa.

b. Nota de limitibus seu graniciebus.

Notandum si & in quantū controuersia exorta sit occasiōn finium regundorum b negotium illud ad superiorem dominum pertinet qui & mittere debet ad conspiciendum differentias illas: vt. C. Finium regundorū. L. i. & Insti. de offi. iudi. §. Si finium regundorū.

Item nulli admittitur actio super diuidundo vel occasiōn finium limitādorum, nisi actor ostendat bonorum illorum possessionē occasione quorum limitatio fieri debet: vt. C eo. ti. L. Si quis. Item cum possessio probetur: diuisio subsequi debet, nō obstante cōtumacia

partis aduerſe: vt. C. eo. ti. L. iij. §. Quod ſi alius ter. c Item qui conatur alterius fundi partem occupare, victuſq; ſit, tãtum ammittit de ſuo quantũ vicino ipſo occupare voluit: vt. C. eo. ti. L. Si conſtiterit.

c. Vide hoc idem Spe. Sax. li. ij. ar. l. & C. ſignum regundorũ per totum.

Item actio finium regundorum non longi temporis, ſed triginta annis preſcribitur: vt C. eo. ti. L. vltima.

Articulus CXXVIII

De Humulo & ramis arborum.

a. Spe. Sax. li. ij. ar. lij.

IRãſcreſcat ſi humulus ſepem, a qui radices habet infra ſepem, uel cuius fundo radices figerit quantum de humulo attrahere poteſt per ſepem, humulũ tollet, quod uero extra manet uicini eſt.

b. Spe. Sax. li. ij. ar. li.

Rami arborum ſepem non trãſcendant in damnum uicini.

Cloacæ præterea b uerſus uicini curiam extructe, uſq; ad terram muniantur.

Gloſa.

c. Spe. Sax. li. ij. ar. lij.

Notandum pro declaratione textus, quod q radicem arboris vel aliarum herbarũ in fundo habet ſuo, eundem iure naturali arbor vl' herba pertinet. c Planta etenim vitam ſuam ex illius fundo habet, & ita radicem ſequitur vt Inſti de re. diuiſi. §. Si Titius. &. ff. de acquiren. re. domi. L. Adeo. §. Si alienam. Vnde ꝙuis radices arborum ſeu herbarum tui ſint, in colligendis tamen fructibus damnum vicino inferre non debes propter commodum tuum ℂ Rami præterea arborum in curiam vicini tendere non debent, intellige ſi noceãt vicino: vt. ff. de arbo. ceden. L. ait Prætor.

Fructus etiã arboris poſitꝙ carpũtur, ſi quid ceciderit in fundum ſeu curiam vicini, illius manet, nulli etenim violentia inferenda eſt: vt. ff. de reg. iur. L. Nullus.

Cloacę præterea: vt textus habet prouideri debent, & hoc ſtatutum eſt propter communem vtilitatem: vt. ff. de cloacis. L. Prætor ait.

Articulus CXXIX

De Verigeldo & emendis.

a. Spe. Sax. li. i. ar. l.

PErcuciat ſi quis hominem infamem a hoc eſt luſorem uel pugilem, aut mulierem publicã, abſq; uulnere, accuſatus coram iudice & recognoſcat, demerebitur Iudici mulctam, & parti mediũ emendæ, b hoc eſt quindecim ſolidos.

b. Integra etenim emenda ad maximum extenditur ad xxx. ſolidos Spe. Sax. li. iij. ar. xliij. & xlv.

Sub banno regio c mulcte præſtatur tres libræ. Sculteto uero octo ſolidi.

c. Vide ſupra iure munia. ar. xvi. xlvi. & item xlvij. Spe. Sax. li. iij. ar. xl. & lxiiij.

Articulus CXXX

De Verigeldo ubi ſolui debeat.

VErigeldum nemo ſoluere debet, niſi coram Iudice & Scabinis, ꝙs teſtes habebit ſi neceſſe fuerit.

Gloſa.

d. Verigeldi emendæ & mulctæ diferentia.

Pro maiori intelligentia articuli preſentis, tum & precedentium d nota differentiam inter verigeldum, emendam, & mulctam.

Cum Emenda etenim melioratur vel purgatur noxa, quam quis in hominem commiſit.

e, Hoc idem uide ſeu. c. li.

e Cum verigeldo purgatur factum in homine ex negligentia patratum: vt ſi quis iniuriatus alteri quid ſit, vel interficiat alium ex improuiſione, aut in defenſa, expurgaueritq; ſeſe vt iuris eſt verigeldo abſoluitur.

Mulcta autem datur deo, vel Iudici in ſede Dei reſidentis, propter id quod patrauit noxam in homine contra mandatum Dei. vt C. de modo mulctarum.

f. Pena duplex.

Pena etiam f ſeu emenda duplex eſt. Quędam eſt corporalis, vbi exceſſus in corpore punitur: vt Spe. Sax. li. ij. ar. xiij.. Alia pena eſt pecuniaria, quę pecunia exoluitur, & quia non omnes homines ſunt generatione ſimiles. g quare nec omnes ſimiles emẽdas habent, vt de & textus hic meminit, quod emenda pugilum ſeu luſorum, eſt quindecim ſolidi.

g. De emenda & uerigeldo unuſcuiuſq; ſtatus hominum uide Spe. Sax. li. ij. ar. xlv.

Articulus CXXXI

De uiarum & ſemitum latitudine.

a. Spe. Sa. li. ij. ar. xxvij. glo. & ut. m ar. lix. in textu.

VIa publica habere debet a de iure latitudinis octo pedes, ſemita uero tres pedes.

Via huiuſmodi intelligi debet, tam in ſyluis campis, aquis, ciuitatibus, & vt communiter tãtę latitudinis eſſe debet, quod vnus currus alteri cedere poſſit: vt Spe. Sax. li. ij. ar. lix. & Inſti. de ſeruitu. ruſti. prędi. §. Via.

Articulus CXXXII

De arreſtatione equi.

b. Sp. Sa. li. ij. ar. xxxvi.

ARreſtet ſi quis equum. & ille ſe ad ſuum trahat euictorem, ille qui equũ arreſtauit b iſtũ inſequi cogitur, per tantam diſtãtiam prout ſibi deſignauerit, iurare tamẽ cogitur ad ſacra quod ad uerũ uaren datorem eundem trahat, & item fideiuſſores ſtatuat pro omnibus impenſis.

Articulus CXXXIII

Pro quibus rebus ſe ad uarendatorem unus trahere non cogitur.

b. S. Sax. li. ij. ar. xxxvi.

AVrum argentum non formatum, b cũ his nullus cogitur ſe ad euicto rem trahere dummodo is apud quem aurum uel argentũ uendicatur, uel alloquatur, præſumitur eſſe tantarum facultatum, qđ illd emere uel exoluere preualuerit.

Articulus CXXXIIII

Pecunia & merces citius obtinẽtur ꝙ quod euincantur.

c. Spe. Sax. li. i. ar. xy. & li. ij. ar. xxxvi.

CVilibet pecuniam ſuã obtinere poteſt, c & iuſtas merces mettertius.

Articulus CXXXV

De uendicatione rei furtiue.

d. S. Sax. li. ij. ar. xxxvi.

ALloquatur ſi uir d bona aliqua, ſiue ſint panni, ſiue aliæ res huic ſimiles quæ ſibi ſubtractæ, uel præda ablatæ ſint, ad id ſe unica trahere debet manu & iurare ad ſacra quod res huiuſmodi ſua fuit, & nunc adhuc eſt, ſibiq; furto uel præda ablata fuerat.

e. Hæc conſuetudo de calcãdo ſuper pedem equi, abrogata eſt ut habetur in gloſa ar. xxxvi. li. ij. Spe. Sax.

Si autẽ equus fuerit quem alloquitur ad eum ſe trahat ut iuris eſt, e de betꝙ cũ dextro pede ſuper ſiniſtrũ equi pedem calcare, & manu ſiniſtra appræhendere equi auriculam, offerendo probationem ac iurabit ſuper caput equi, quod 'equus ſuus fuit, & adhuc eſt, ſibiq; furto ablatus uel præda acceptus ſit. Poſthac ille ad ſuum ſe trahet euictorem, & iſte eum inſequi cogitur, nõ autem ultra mare magnum. Si uero dicat equum emiſſe in foro libero uaren datoremq; habere nõ poteſt, equũ perdit, & cum hoc Iudici mulctam ſoluit.

Articulus CXXXVI

Ab inchoatione cauſæ, nullus ſolue re Iudici aliquid tenetur.

f. Alij textus habent à uendicatione ſeu arreſtatione rei & hoc intellige ſi obſeruet condiciones quæ infra in gloſa habẽtur, ſignanter quod res illa quã alloquitur ſua ſit.

PRo inchoatione 'cauſæ, f nullus quicquam ſoluere debet Iudici & Scabinis.

Gloſa.

g. Non omnes furto accuſari debent apud quos furtũ inuenitur.

Dictum eſt ſuperioribus & ſufficienter declaratum de facto manuali & quo pacto in eo procedendum. Vnde pro intellectu tam precedentiũ ꝙ textus preſentis, g Sciendũ quod non omnes manuali facto accuſari poſſunt, nec vt fures iudicandi apud quos furtum reperitur, & vt id locum habeat, quod videlicet vt fures non iudicentur tria in ſe habere debent. Primo quod res illa pernoctata ſit. h vt Spe. Sax. li. ij. ar. xxxvi. &. ff. de fur. L. quo deſtinauit. Secundo quod res illa non occul-

h. Vide hoc idem Spe. Sax. li. ij. ar. xxxvi. glo.

tetur: vt. C. de his qui latro. vel alijs crimini. reos occul. L. i. & ij. & Insti. de obliga. quę ex delict. nascun.. Tertio quod ille apud quem res huiusmodi reperit sit pleni iuris: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxxix. &. C. de exhibē. L. i. &. C. ex qui. cau. infami. iroga. L. Si furtim.

Sciendum preterea, [i] quod is qui equum vel aliam rem mobilem alloqui vel arrestare vult cum consensu iudicis vt faciat necesse est: vt C. vt licc. nemi. sine iudi. L. eius. [k] Item vt certo sciat rem huiusmodi suam fore, dato etem quod iudicis consensus sit, res tamen sua non fuerit, damnū patiet: vt Sp. Sa. li. ij. ar. xxxvi. &. ff. quę senten. sine appella. rescin. L. Illud. Nec consensus Iudicis eū iuuabit. Iudex etem non plus admittit: nisi quod ius ipsum admittere debet. Sed si quid contra iuris ordinem admittat, non admittit illud vt Iudex, quare admissio illa inualida. Item quod ille qui vē dicat: facere debet iuxta iuris cursum quia aſs cadet a causa: vt. C. de ordi. cogni. L. Si res. In autē. vt Iudi. sine quo q̄ suffrag. §. eas. coll. ij. ℂ Notandum vlterius quod ille qui rem possider, [l] duplicem defensam contra vendicatorem habet, vna est extra iudiciū, alia vero coram iudicio. Extra iudicium contigit cum defendo meum, si quis mihi illud violēter accipere vel auferre cōtra iusticiā vellet. [m] Violentia etenim vi propelli potest: vt ff. de vi. & vi. arma. L. Idem est. §. Si autem. & Spe. Sax. li ij. ar. xiij. Item extra iudicium defensa fit, si alienum apud me habeam & impedio quo minus ille cuius res est rehabere posset, p̄ predone vel fure reputabor: vt sic, pro vno etenim & eodem reputatur qui bona alterius rapit, & qui aliquem in vsufructu proprie rei impedit: vt Insti. de vi. bono. rapto. §. Qui res. Secundus modus defense cōtra vendicatorem fit cōrām iudicio, & iste tāgitur in textu. & Spe. Sax. li. ij. ar. xxxvi. defensaq; huiusmodi fit per contradictionē. [n] Sciendum insuper, si quis bonā sua vendicare voluerit id facere iure & p̄ sententiā debet. [o] hisce verbis. Domine Iudex peto mihi de iure admitti, vt rem vendicem meam, quod & Iudex admittere sibi debet.

Vnde & contra huiusmodi vendicatorem respondens triplicem habet defense responsionem. Quia vel dicit rem esse emptam, vel donatam, aut si pecus est educatum, aut per hereditatem deuolutā. Si dicat rem emptam vel donatam fuisse statuere varendatorē tenetur. Quod si varendator haberi non potest & dicit rem in communi foro emptam, nummos perdit. Si vero solus educauit vel elaborauit mettertius probare tenetur. Si ex deuolutione declarabit vt iuris est. [p]

Considerādum vlterius [q] pro ampliori textus declaratiōe, quod res vendicari non possunt, [p] nisi ex natura differentiam inter se habeant: vt sunt pecora, vestimēta, & alia huiusmodi.

Moneta autem seu pecunię in prouincia cōmuniter currēn. siue sint aureę siue argentee, & item aurum & argentum nō elaboratum, vinum, triticum non consignatum, alloqui seu vēdicari non possunt, si ille tantę facultatis sit quod huiusmodi res habere prēualeat, quia alias pro fure reputabitur: vt. C. de rei vendi. L. Si ex ea.

Notandum insuper est, [q] quod res efficitur furtiua multis modis. [r] vtpote res quę furtibus ablata sit. Item res q̄ inuenta sit & denegatur posiq̄ occasioñ illius interrogatio sit, ille tamen furto accusari non potest, & sic de singulis.

i. Alloqui uel arestare rem uolens quid obseruare debet.

k. S. Sax. li. ij. ar. xxxvi.

l. Rem posidens duplicē defensam habet contra uendicatorem.

m. Vim ui repellere decet.

n. Vide modū in uendicatione rei perdite.

o. Spe. S. li. ij. ar. xxxvi.

p. Res uendicari non possunt nisi ex natura diferentiā inter se habeant.

q. Res efficitur furtiua multis modis.

r. Vide Spe. Sax. li. ij. ar. xxv. & ar. xxix. & item li. iij. ar. xxij.

Articulus CXXXVII

Vbi contra Iudæum querulari oportet.

IVdæum Christianus accusare non potest, ni si coram iudice suo cō/petenti.

Iudæus ti promittat ius seu iuramē tum alicui, id in congregatione seu schola, eorum facere eū oportet.

Articulus CXXXVIII

De Iudæis an uarendare quem possunt.

IRahat se unus in emptione rei ad Iudæum [a] eundē pro euictore expetendo, Indæus illum uarendare non potest nisi in quantum ius immutet suum, hoc est nisi ut Christianus respondere uellet. Agat Christianus contra Iudæum pro debito cum testibus, eum conuincere mettertius debet, cū Iudæo & Christiano.

[b] Iudæi etiā conuincunt Christianum Indæo & Christiano.

a. Spe. Sax. li. iij. ar. vij.

b. Spe. Sax. li. iij. ar. ij. glo.

Glosa.

Et quia superioribus dictum est, quod pro qualibet re impetita & vendicata trahere se

240

vnus oportet ad euictorē. Ponitur ergo lex presens si Christianus Iudęum pro aliquo impetat, eundem coram competēti iudice quęrere oportet. Actor enim forum rei sequitur. vt extra. de foro compe. c. Si diligenti.

c. Iudæus christiani uarendator esse non potest ex certis causis.

Notandum circa id quod ille qui venditionem recognoscit, emptorē varendare oportet excepto Iudęo, & hoc fit [c] ex certis causis Primo quia nullus se ad Iudęum pro varendatore trahere potest, ita quod actor eū illic insequi cogeretur, nisi Iudęus varēdare vellet vt alter Christianus, ita videlicet quod Iudęus super re vendicata vlterius varendatorem indicere vellet, quod quidem iure facere non tenetur: & hoc ex certis & legittimis eisdem admissum est causis, & signāter ex eo, vt res furtiue eo facilius inueniri & restaurari possint, [d] quare conceditur eis vt res furtiuas emere possint, nec super eo varendare cogun tur cum alicui quid vēdiderint, immo quicquid a Iudeo emitur, reputari debet quod illud varendari non poterit. Qui em̄ deliquit in vno, hoc est in emptione rei furtiue cuius emptio sibi admittitur, etiam opinari potest de alio malo, videlicet quod rem vendidit furtiuam, vnum enim malum sequitur aliud vt. ff. de rei vendi. L. ex diuerso. & in auten. vt iudi. sine quo q̄ suffragi. §. Cogitatio. coll. ij.

d. Iudæis admittitur res emere furtiuas.

ℂ Considerandum etiam, [e] quod si Christianus interficiat Iudęum, vel eundē iniuria afferit, [f] iudicatur super eo secūdum excessum & econtra si Iudęus interficiat Christianum: vt. C. de Iudęis & cęlicolis. L. Nullus & Spe. Sax. li. iij. ar. vij.

e. Spe. Sax. li. iij. ar. vij.

f. Christianus interfiaens iudæū quæ pæna.

Insuper si apud Iudęum inueniant res Ecclesię, & vtpote calices, missalia, ornatus ecclesiastici, & alię res sacrę, pro furibus reputabū tur. Sed si non fuerint consecratę res illę, euictorem statuet, quod si consecratę sint nullū euictorē statuere potest, res etem̄ Ille nullius sunt: vt Insti. de re. diuisi. §. Nullus.

g. Vide plura de hac materia Spe. Sax. li. iij ar. vij.

Articulus CXXXIX

De iuramento Iudeorum.

IVdæi iuramentum facere debent, secundum aliquos modo infrascripto, prout mihi. N. culpam dat quod sibi iniuriatus sim. Huiusmodi accusationis innocens sum, ita me deus adiuuet, qui cœlū terram, gramina, & omnes res creauit, meāq; iudaicam legem statuit, & ut sic proficit in iure suo.

Alij uero in iuramentis Iudæorum obseruant modum qui sequitur, & dicunt quod iuramentum Iudæi facere debent ante Sinagogam, tenē/do catenam qua sinagogæ hostium attrahitur ad occludēdum, & quod nudipes stet, pronunciabiturq; sibi iuramentum hisce uerbis. Prout tibi culpam. N. dat, quod tu innocēs facti es, sic te deus adiuuet, & si iniuste iuras, quod te deus confundat qui cœlum & terram creauit, aerem & gramina, & si iniustus es, quod te deus perdat, qui in archa octo homines tempore diluuij enutriuit, qđ si falsus in iuramento sis, ut te deus perdat, qui ciuitates quinq;, Sodomam, Gomoram, &c. igne inferna/li combussit, quodq; te deus cōfundat, qui cum Moyse ex rubo igneo locutus est. Et si iniustus sis, quod te deus perdat, qui Moysi legem tradidit, ac digitis propriis in tabulis lapideis eandem conscripsit. Et si iniuste iuras, quod te deus perdat, qui Pharaonem in mari rubro contriuit, & Iudæos libere ad terrā fluentem melle & lacte transduxit. Et si iniuste iuramētum profers, quod te deus confundat qui Iudæos. xl. annis in deserto māna pauit, [a] qđq; deus te perdat ad infernumq; transmittat cum corpore & anima.

Iuramentū istud Iudæus face re debet sup libro Moysi. Iudæus etiam extra Synagogā exire nō debet sine mitra Iudaica.

a. Sciendū quod quodlibet membrum uramenti acāpi potest pro totali uramento cum expressione tamē causæ p̄ qua iuratur.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

IVS istud & Constitutiones præsentes; Nos Cæsar Otto ciuibus nostris & incolis Magdeburgi cum consensu Principum & Seniorum prouinciæ dedimus, & de uoluntate eorūdem ciuium pro plebiscito seu iure municipali una cū omnibus iuribus quæ a Constantino & Carolo diuis Imperatoribus sancita habent. Tum & omnes eorum bonas consuetudines dummō fidei Christianæ non contraueniāt eisdem confirmamus. In robur & maius testimonium ac perpetue rei firmitatem præsens priuilegium cō muniuimus cum aureo sigillo appensoq; secreto nostro. Datū in anno Domini Noningentesimo quadragesimo octauo. Imperij nostri anno tertio. Dominica Pentecostes, in præsentia principum Imperij electorum, qui sigilla itidem sua appēsa ad id applicuerunt, de uoluntate etiam assensu, & autoritate sanctissimi patris Papæ Benedicti.

Glosa.

Superius articulo. xxix. habitum est, quod nullus ex possessione eici debet: nisi pro eo accusatus iudicialiter veris sententijs abiudicatus sit. [b] ℂ Vnde pro intellectu illius ampliori notanda hic q̄dā veniunt, quo pacto se vnus in vendicanda re aliqua apud alium inuenta habere debeat, danturq; nōnullę regulę quo pacto in his procedendum. Primo q̄d Iudex aut Scabini neminē ex possessione eicere debent nisi iure uictus sit. Secūdo prohibet illis quorū bona sunt, siue sint ꝓpriū siue alia bona mobilia aut īmobilia, q̄d ꝓpria autoritate ad ea se nō intromittant. Et q̄a duplicia bona sunt q̄ vendicari p̄nt, mobilia videlicet & immobilia. Ponit primū modus de mobilibus bonis, [c] si quis ea p̄uenerit apud aliquē qui forsan ea vel emit, vel sibi impignorata sunt, vel ea inuenit, aut ex alluuione sibi applicata, aut a furibus vel prędonibus ablata, seu quouis aliomodo sibi aduenere, alter vero aduenīat, bonaq; apud eū p̄uenta expetat, dicendo hoc vel hoc: vtpote equus vel aliud mobile meum fuit, & vltimate ad me pertinebat cum mihi ablatū est, volo mihi reddi, accipiatq; vt sic equum violēter, alter vero vtpote ille cui equus violenter acceptus est ad iudicem veniat querulando q̄d P. violenter contra deum & iusitiam sibi equum accepit vel rem aliam quam ipse in possessione habuit sua, publiceq; tenuit & nemini Ius denegauit, dum modo quis eum iure impetijsset petens Iure decerni.

Tandem P. respondeat, equum vel rem aliā mobilem quę mihi furto ablata est vel exinundatione aut quouis aliomodo alienata apud istum inueni, & illam vendicaui eandem intercedere volens sicut Ius & scabini decreuerint petoq; decerni an Iure ad illam se trahere debeam, postmodū M. dicat, protestor vobiscum domine Iudex & honorati scabini recognitionem eius quia sine licentia iudicis id fecerit, cum ego Ius sibi nunq̄ denegauerim: peto per sententiam decerni an iusto meum accepit. R. quod iniuste se intromisit bonis illis ex quo uiolenter & nō autoritate officij id fecerit. Querat tandē an id recte egit. Respondetur, quod qui aliquid sibi vendicat contra iusticiam & contra consensum iudicis non recte facit.

Quęratur vlterius quid exinde demeruit [d] R. quod qui iniuste se bonis intromittit restituere illud viceuersa tenetur cum multa & emenda: vt Instit. vi. bono. raptu. §. sed ne dum Quod cum factum sit huicq; bona viceuersa restituentur & in possessionem mittatur, tandem P. querulare poterit super M. occasione bonorum huiusmodi quę M. per responsionem defendere tenebitur, vt Instit. eo. ti. & §. allegato.

Per simile etiam querela formanda erit, si qs violenter proprium vel hereditatem occupauerit. [e] Tercio prohibetur etiam Iure scabinis & iudici quod neminem sententiari debent, qualiter hereditatem aut possessionem quis probare debeat nisi prius probatio sibi adiudicata sit: vt Spe. Sax. li. ñ. ar. xvij. & C. de probationibus. L. siue. Quarto docetur q̄d nullus expelli a possessione debet [f] nisi veris sententijs vincatur: vt C. de edendo. L. edita. & L. finali.

QVERITVR si Iudex & scabini [g] certo sciant aliquem mala fide occupare bona aliqua an Iudex ei demandare debet quod cedat bonis sine strepitu Iuris. R. quod nullus alienari debet a possessione quamuis iniusto possideat, dato quod Iudex certo sciat Iudex etenim actori querelam, & accusato responsionem admittere tenetur.

Si quis etiam dicat res ista vel possessio est mea & traho me ad iudicem & scabinos quibus notum est illam meam fore, petoq; decerni an Iure mihi cedere ex possessione non

b. *Glosa ista est extra ordinaria articuli præsentis, sed magis est declaratiua supra eo. li. ar. xxix. & item Spe. Sax. li. i. ar. lxx. ac li. ij. ar. xxxiij. & lxx. & itē li. iij. ar. lxxxiij.*

c. *Practicam uide quo modo in uendicatione rei proceditur.*

d. *Vide ad hanc materiam Spe. Sax. li. ij. ar. xxy*

e. *S. Sax. li. ij. ar. xviij.*

f. *Spe. Sa. li. ij. ar. xxiiij*

g. *Iudex etiā si certo ſaat quod aliquis rē male poſſederit demā dare non poteſt ut ea cedat niſi per ſententiam uincatur.*

non debeat. R. quod alienari non potest nisi iusta querela formetur, & tamdiu quoad p sententiā ex querela sibi abiudicetur: vt Instit. de interdic. §. commodum autem.

Quinimmo in presentia istius qui rem possidet intentari debet actio alias non valebit nisi forte contumax sit: vt iij. q. ix. c. caueant iudices & C. de procuratoribus: quia absente, sed & tribus terminis legittimis cittari debet antequam contra eum decernetur: vt Spe. Sax. li. ñ. ar. xxiiij. & C. quomo. & quan. Iudex. senten. profer. L. ij. Cum vero vt sic citatus non comparuerit, iste in possessionem mittetur: vt C. eo. ti. §. cum non.

spe. Sax. li. ij. ar. xxiiij.

Considerandum insuper quod aliquis bona sua iusto possessa Iure amittere seu alienare poterit, per venditionem, obligationem, liberam dimissionem, ex negligentia prescriptionis, vel alijs multis modis, & de issis quatuor modis vt pote quo pacto per venditionem, obligationem, resignationem, vel ex negligētia res dimittitur in sequenti articulo singulatim declarabitur.

Articulus CXL

Declarat modos quo pacto res unius esse desinit.

[a] Pro intellectu tam precedentium [a] q̄m quę hic in glosa presenti declarantur.

Notandum quod qui vendere vult aliquid debet esse rei dominus, varendare em̄ oportet venditor emptorem in re vendita: vt Spe Sax. li. i. ar. ix. & li. ij. ar. xxxvi. alias pro fure reputaretur: vt Spe. Sax. li. iij. ar. iiij.

Quęritur si vnus vendit proprium seu hereditatē suam, quam & probet literis vel alijs documentis suam fore [b] eandemq; proprijs ac bene acquisitis pecunijs emit, tum & per sententias iuridicas obtinuit quod propriū illud vendere possit ac resignare, ille vero q emit possessionem desuper accepit q̄diu venditor eum varendare debeat ab impetitione R. quod qui bona sua vendit quę habuit in possessione varendare emptorem tenetur anno & die contra presentes. Contra absentes vo triginta annis et anno ac die & signanter q̄diu vixerit de forma Iuris: vt Spe. Sax. li. i. ar. xxix. & li. iij. ar. iiij.

Sciendum quod ille qui vendit aliquid varendam prestare tenetur, vbi etenim venditio vel emptio interuenit rei alicuius signanter proprij coram iudicio vt sic necesse est vt ibidem confirmetur venditio, ac resignatio illa denunccietur vt Iuris est, & hoc ex eo si forsan posthac bona quis imperere vellet quod iudicialiter seu coram iudicio vbi resignata sunt id faciat.

Resignatio etiam bonorum [c] fieri non debet nisi in iudicio cui subsunt bona illa.

Venditio preterea si perfecta esse debeat cum determinatione rerum, expressioneq; verborum vt sit necesse est, [d] quodq; confirmetur hominibus vel alijs obligationibus iuxta prouincię consuetudinem ita quod retrocedere non posset sine consensu vtrorumq;.

Venditio namq; inualida est nisi subsequatur voluntas vtrorumq; & is qui emit intromittat se rei empte vt abunde habetur. Instit. de empti. & venditi. §. in his autem quę scriptura conficiuntur.

QVERITVR si duo in simul agant super venditione vel emptione pro aliqua re & vnus non concludat finaliter nec pretium nominet an venditio sit completa necne. R. q̄d in casu isto si non concluserint super contractu nec pretium nominatū sit venditio nulla pretium enim nominare oportet: vt Instit. de empti. & venditi. §. pretium autem.

Quęritur [e] si duo super emptione contractū faciant & concludant insimul sub condicione in quantum emptor pecuniam venditori assecuret, vel per fideiussoriam eandem pro re empta promittat, & interim emptor intromittat se bonis venditoq; partem pretij rei vendite accipiat, emptor etiam in possessionem veniat & bona possideat nec est determinatum tempus solutionis pretij residui emptor in possessiōe sedeat nulla pretij facta assecuratione, tandem & emptor insinuet q̄d contractum emptionis tenere nec assecurare potest, venditorq; expetat bonorum suorum possessionem euacuandi, emptor autē defendat probando possessionem mettertius quā nec euacuare vult nisi pecunia sibi restituat, an vt sic possessio euacuanda sit & an venditor pecuniam apud se seruare non debeat, ex quo emptor possessionem occupauit & contractum emptionis seruare non valuit: vel an pecunia emptori restituenda venit. R. si quis bona vendiderit sua siue sit proprium siue hereditas condicioq; expressa sit [f] dummodo solutioni satisfaceret vel eam cautionē assecurare posset, emptorq; partem pecunię desuper dederit. Contractumq; emptionis postmodum reiecit etiam si possideat anno & die plus vel minus emptor bona huiusmodi possidere Iure non potest, verum illa euacuare quod si venditor pecuniarum quid desuper ceperit emptori eandem restituere non tenet ex eo quia emptor eundem in sua impediuit possessione, nisi contractum inter eos aliter sit. Quod si venditor emptori quid promiserit, Iure contra eum aget non tamen antehac nisi prius possessionem euacuet & hoc ex eo quia contractus vēditionis annullatus est & distractus non ex parte venditoris, sed ex parte emptoris: vt Instit. de empti. & venditi. §. in his autem.

QVERITVR [g] vendat si quis bona alicui quę emptor in veram accipiat possessionem vt supra habitum est interimq; damnum ob-

a. *Articulus præsens non est ex priuilegio sed magis est declaratiuus supra ar. xxix. Item Spe. Sax. li. i. ar. lxx. li. ij. ar. xxxij. & lxx. li. iij. ar. lxxxiij.*

b. *Venditor q̄diu emptorem uarendare tenetur in re uendita.*

c. *Resignatio bonorū non fit nisi in iudicio cui subsunt.*

d. *Venditio ut ualeat quæ requruntur.*

e. *Venditionis & emptionis uide cautelas.*

f. *De emptiōibus uide Spe. Sax. li. i. ar. ix. li. iij ar. iiij.*

g. *Domū uendens quę et in possessionē cepit emptor nondūq; facta iuridica resignatione comparatur cui cedet damnum.*

uenerit bonis per ignem vel aquam, venditor expetat bonorum seu domus solutionem, emptor vero respondeat domum quidem esse emptam nondum tamen resignatā sibi fore, sed & damnum illud absq; eius culpa superuenit resignatione nondum subsequuta, licet solutionem stipulatus sit, an in eo damnum pati cogatur domumq; sibi exsoluere, quę nondum resignata est, vel an ipe maiori iure domū dimittere non debeat: aut quid sit iuris. Actor vero replicando instet. Ex quo quidem emptionem recognoscit, domumq; vt hospes inhabitauit, nec ego pro aliquo damno sibi stipulatus sum vel promiseram, paratusq; semper fui domum resignare liberamq; dimittere, dummodo pecunia superrestans iuxta contractū exsoluta fuisset. peto per sententiam decerni, an emptor pecuniam quam sine aliqua conditione promiserat exsolui debeat, exquo quidem possessionem domus nactus est, & an damnum quod citra negligentiam subsequutum est meum, mihi obesse & sibi prodesse poterit. ℟. Ex quo sufficienti facto emptionis contractu ꝓ bonis seu domo, vbi & emptor certam pecuniarū summā desuper accepit, emptor bonis illis se intromisit & ea possederit sine contradictione, nec venditor resignationi contradixit, sed & emptor emptionem confirmauit per pecuniam datam, & cum hoc possessionem accepit ante damnum illatum, extunc pecuniam exsoluere complete tenetur, damnumq; emptori, & non venditori computabitur: vt Insti. de empti. & vendi. §. Cum autem vendicio.

Sciendum circa id quod sententia ista extendit se & vtilis est ad id quod emptor periculum tollerare cogitur rei empte ipso facto, & hoc ex eo fit, quia possessionem rei accepe rit, quāuis resignatio non subsequatur, dum modo ex vtroq; emptio & vēditio recognoscatur: vt. ff. de pericu. & commo. rei. vendi. L. iij. & alijs sequentibus.

Considerandum preterea si se bonis nō intromiserit emptor, dato quod pecunia desuper data sit etiam si probare posset emptionē & quod emerat ꝓpior negatiua absoluitur: ex quo resignatio non est subsequta q̄ ille eum conuincere posset, pecuniam tamen desuper datam perdit, quod si pecuniā posthac expeteret declarare cogitur vnde eueniat debitū illud. Si dicat pecuniam sibi datam tūc cum ab eo domus empta sit, & exinde vendi tionem recognoscat, extunc contractus venditionis contra eum citius probari possit, q̄ ille negare valeat, & vt sic emptor vēdicabit aream domus vendite, & illi pecuniam exsoluet: vt Insti. de emptio. & venditio. §. Quod si fugerit.

QVERITVR Equum si quis emat [h] vel pecus, & emptor mercipotum bibat cum vēditore & alijs hominibus, contractūq; fori concludāt, ac vnus alteri aream seu certam pecuniam desuper tribuat, emptorq; equum superequitet ac illū probet, nec denominatur tempus solutionis nec promissum aliquid super periculo aut damno equi, emptor equū suscipiat, ac tandem venditorem petat, quod in suo stabulo equum ad certum tempus stare permittat, interimq; in stabulo damnū euenīat, ille reuersus equum expetat quem inuenit vel mortuum vel claudicantem, aut alio defectu superueniēte peioratum, renuat equū accipere, venditor tandem pecuniam ab eo expetat iuxta cōtractum emptionis, emptor contradicat allegans equum bene sanum emptum ab actore, qui nec dum in possessionē venit eius, quinimmo in stabulo venditoris mortuus vel defectuosus factus, quod & probaturum se offert, siue id ex negligentia aut scientia sua effectum est, eum nihil refert. Petatq; ꝓ sentētiam decerni an equū quē in possessioñ semper habuit venditor sua, exsoluere teneatur: vel quid sit iuris. Actor tandē replicet, ex quoquidem hic astat ac recognoscit equum a me emptum, vbi & exsuperabundāti me traho ad illos qui emptioni affuerunt, sed & is equum acceptauit & illi se intromisit me dūtaxat expetendo: vt equum in stabulo permitterem stare meo suis expensis & in suum periculum, interimq; defectuosus vel mortuus factus absq; culpa & occasioñ mea: eiusq; damni ex animo doleo circa id innocentiam declarare offerens meam prout Scabini decreuerint, petens id per sententiam decerni an cum huiusmodi contradictoria pecuniam retinere possit meam: vel quid sit iuris. ℟. Si venditor probare potest vt iuris est quod emptor equū susceperat iuxta fori contractum, tandemq; petijt equū in stabulo vēditoris ad certum tempus sisti, interimq; dānum seu periculum equo obuenerit, ac venditor ad sacta duobus digitis probare audebit quod damnum absq; eius culpa euenit, emptor iusto equū soluit, ex quo forum iuxta recognitionem emptoris legitime factum sit: vt. ff. de pericu. rei. vendi. L. Illud. & Insti. de empti. & vendi. per to.

In causa emptionis & venditionis, Notanda est generalis regula, quod ex quacunq; causa inter emptorem & venditorem conditio superuenerit illa potissimum obseruanda est, sicut si forsan contractum vnus faciat cum alio occasione vini, frumenti, equi, pecoris, vel alterius quicquid sit, & inter emptorem vel venditorem eueniat cōditio aliqua sicut dummodo solutionē cautione stipulatus sit, vel solutionem fecerit, vel res illa libera, sit, vel varendari poterit, aut pecus illud sanum sit, aut ad probam datum, aut aliquid simile in contractu expressum interimq; aliquid eueniat incommodi rei vendite, vbi & emptor sub illa conditione rē apud vēditorem reliquerit, probariq; potest per venditorem conditio illa per homines qui contractui emptionis affuerūt, & cū hoc iuramēto

Regula uēditionis & emptionis.

h. Equus emptus & apud uenditorem locatus interim moritur cui damnū cedit.

l. Vide ad hanc materiam ff. de peri. & cōmo. rei uendite per totum.

vt iuris est. Maxime custodienda erit cōditio supueniens. Sed si res empta nulla reseruata condicione in possessionemq; accepta apud venditorē pro custodia relinquitur damnūq; interim eueniat iuramētoq; probare audebit venditor quod damnum illud in re vendita absq; eius culpa subsequtum est [l] manet sine damno & quicquid pecuniarum desuper datum est ammittitur nisi forsan contractus inter eos aliter fiat: vt ff. de peri. & commo. rei. vendi. L. i. Sed & conditio inter venditorem & emptorem facta magis pertinet ad emptorem posq̄ rem in suam accipit possessionem is vero cui committitur vel apud eum relinquitur res illa, est custos rei illius, sed qui custodit rem tanq̄ suam propriam idq; probauerit vt iuris est manet sine damno. Contractus etenim mutuus inter eos factus dummō probari poterit ius limitat omne. Hoc idem intelligendum erit de panno, vino, oleo, zinzibere, & alijs rebus quę per gustum, tactū, visum, dinosci possunt, quę vnus hodie emit & illa nō accipit interimq; ea destrui contigit emptor suscipere cogitur si venditor eum a contractu liberum dimittere non vult: vt ff. de peri. & commo. rei vendi. L. quod si & sequētibus legibus, potest tamē intentari actio doli contra venditorem.

k. Quo pacto ex oppignoratione res unius desinunt esse.

Notandum preterea [k] quod ex oppignoratione bona desinunt alterius fore sicut si. T. bona N. impignorauerit [l] nihilominus proprietas bonorum manet apud T. vt si forsan vineam vel domum inscripserit, & ille hereditatem huiusmodi in decem auri marcis acceperit cū condicione eam redimendi ad tēpus festi sancti Martini, hereditatemq; hanc si non exemerit ad tempus prefixum, vt cum illa disponat secundū eius voluntatem, quę ritur per sententiam decerni quis veram possessionem in huiusmodi bonis habere debeat ℟. si quis bona obliget sua in certa summa ad tempus determinatum illa exemendi, creditorq; illa in possessione habuerit sua is qui obligauit nec vendere nec obligare vlterius ea potest sine voluntate illius cui obligauerat & quamuis creditor in possessione illa habuerit sua nihilominus si quid damni iterim in bonis euenerit absq; negligentia possessoris damnum circa bona manet obligata. Quod si ille qui obligauit eliberare bona non potest, damnum sufferre non tenebitur erga illū cui bona impignorata sunt: vt Insti. de loca. & conducti. §. conductor autem.

I. Oppignoratorū bonorū proprietas cui cedit.

m. Vide feu. c. lv. glo.

QVERITVR ex quo quidem oppignoratio [m] eque ligat vnum sicut & venditio in quo hęc duo differunt. ℟. quod obligatio seu impignoratio non alio differunt nisi per id [n] qđ res vendita exemi viceuersa nō potest, impignorata vero libere exemi poterit. Exindeq; sequitur quod is cui res impignorata sit eandem diuendere non potest sine voluntate illius qui oppignorauit, vt C. de pignori. & ipote. L. creditores.

n. Venditio & oppignoratio quibus differunt.

QVERITVR o si vnus inscriptionem faciat alteri bonaq; obliget sua, assecurationem faciendo debiti cum promissione ad certum tempus illud soluendi nec solutionem facere potest nec bona eliberare. Creditor vero cui bona obligata sunt id quod iuris ordo exposcit cum bonis huiusmodi oppignoratis faciat ea denuncciando & iuridice indicendo illi qui ea sibi obligauit, posthac vero bona huiusmodi vendidit Pan huiusmodi bona sibi obligata, & per eum vendita varendare possit nec ne. ℟. quod quamuis vnus obligationem faciat bona oppignorando sua cum conditione adiecta quod is cui obligata sunt diuendere posset si ad prefixum tempus non exemerentur, posito etiam quod per sententiam sibi decernatur vt diuendere valeat, diuendatq; de facto varendare tamen illa non poterit quia dunraxat loco pignoris illa habuit, immo ille qui inuadierat, vel cui ipse fauerit exemere potest dato etiam quod anno & die prescribat q̄ nulla etem ꝑ scriptio fieri potest. quādiu ꝓbare poterit rem illā oppignoratā fuisse, [r] vt C. de pigno. L. creditores. Varenda namq; venditoris rei oppignorate maior esse non potest nisi quod probet rem sibi fore inuadiatam in ista vel ista summa, & ad illud tempus quodq; processit cū pignore vt iuris est & quod vendidit pignus ex eo quia ille secundum contractū non eliberauit. Queritur si aliquid in bonis oppignoratis edificatum sit [s] an expensas repēdere debeat is qui eliberare vult anteq̄ [t] uncuētur bona illa. ℟. si edificia sint necessaria restituere cogitur is qui bona exemit de forma iuris: vt C. titu. & L. allega.

o. Regulæ obligationum

p. Bona obligata diuē dita si sint an uarendare uenditor illa ualeat.

q. Res oppignorata nullam patiur præscriptionem.

r. Sp. Sa. li. ij. ar. xxiiij. feu. c. lv. & iure Mun. supra ar. xx.

s. Aedificia in bonis obligatis facta an repetantur.

Queritur oppignoret si quis bona quę fructum & vtilitatem afferrunt [t] vt pote agros vineas, humuleta, hortos, pomeria, prouentus, thelonea, aquaia, insitas seu bancos panum, calcipariorum, cerdonum, laniorum, tum & domos cum condicione ea redimendi ad certum tempus ex bonisq; vt sic oppignoratis, vtilitas indies prouenit nec sit expressū circa oppignorationē qđ bonis illis cū singulis vtilitatibus vti debeat vsq; ad exēptionē, prouētus illi an ad summā capitalem defalcari debeant necne. ℟. quod si quid bonorum in quibus vtilitas aliqua sit oppignoratum fuerit, vtilitas illa ad summam capitalem defalcetur, nisi forsan expresum fuerit circa cōtractum quod bonis illis in summa huiusmodi libere vti debeat quia alias si acciperet & expresum in contractu non esset vsura foret, vt Spe. Sax. li. i. ar. liiij.

t. Prouentus & utilitates ex bonis obligatis pcepte an ad ſmam capitalem defalcari debeant.

Queritur si quis oppignoret bona alicui in certo debito & idem principalis hęc eadem bona alteri vendat [u] an is cui bona oppignorata fuerant debitum suum in illo qui bona sibi oppignorauerat vel potius in bonis sibi oppignoratis & post hac alteri venditis quę rere debeat. ℟. si qs oppignoret bona alicui diuendatq; hęc eadem bona alteri sine volū-

u. Bona oppignorata uni & post modū diuendi a alteri ille primus an in pſona eius ap lis uel potius in bonis debitū quærere debeat suum.

243

tate istius cui prius oppignorauerat bona huiusmodi, is qui in possessione bona pretacta habet optionem habebit debitum suū querere, vel in persona illius q rem vendidit vel in bonis oppignoratis de forma iuris.

QVERITVR si bona quis impetat pignus suum esse dicendo literasq; habuerit desuper predecessori duntaxat suo ptinentes. Respondens vero expetat probationē a vendicatore ille tandem ad literas predecessoris sui se trahat, [x] Respondens iterū dicat. Ex quoquidē bona alloquitur mea pignus suum esse dicēdo probareq; literis intendit quę eum non concernunt peto per sententiam dari, an ipse bona alloqui possit mea. Actor iterum instet. Quandoquidem propinquior illius sum heres, bonaq; omnia cum omni iure ad me deuoluta sunt, siue sit proprium siue hereditas, debita: mobiliaq; ac immobilia bona, peto p ius decerni an bona sua q̄ in vadio steterunt vendicare possim: vel quid sit iuris. ℟. Ad has controuersias quod & siquidem nullus ex directo lucrare pignus potest nisi is cui oppignoratum est, nihilominus tamen si debitor remansit quis, & bona sua in debito oppignorauit, heres pro eo istum accusabit, & si recognoscat respondens vel cōprobatum contra eum sit bona esse oppignorata heres ad vadium venire potest cū omni iure in his pecuniis prout predecessori debebat de forma iuris.

QVERITVR si bona oppignorata sint siue illa sint mobilia siue immobilia, contingatq; damnum in bonis, oppignorans tandē ea exemere veller, [y] expetens vt ea meliorare & reformaret, ille vero dicat, bona sibi essō oppignorata, custodiamq; quanto maiorē potuit in custodiendis illis habuit tanq̄ circa sua propria, quod si sibi fidem dare non vult id obtinere paratum se offert prout ius decreuerit, petens per sententiam decerni an super eo damnum sufferre cogatur. ℟. Si vadium oppignoratum sit illudq; diligenter ac fideliter custoditur, eueniatq; tandem vadio damnum sicut si comburatur vel furto ablatum sit cum aliis eius bonis, si ad sacra probare ausus fuerit, quod absq; eius culpa & negligentia damnum subsequtum est, nullā impetitionem habere debet de forma iuris.

QVERITVR Si aliqs cum consensu & voluntate mea domum inhabitet meam, siue promittat censum siue non: vel etiam si bona censualia aut mihi inuadiata apud me conduxerit, [z] posthac vo ex bonis illis abire voluerit census soluere recusans, detineamq; eū suppellectilem occludendo eiusdem, post hac tandem negotium ad iudicem deferatur, querelaq; proponatur contra me quod suppellectilem occluserim, ego defendam dicendo, suppellectilem seruari in possessione vel in bonis meis censualibus loco census, qui posti exsoluetur suppellectilis libera erit, ille vero contrauenias dicendo mihi peritus nihil teneri cum nec aliquid etiam promiserit, ego tandem contradicam. Ex quoq; dem substantiam & suppellectilē eius in possessione bonorum meorum habeo, an propior non sim circa censum cōseruari meum q̄ ipse negare valeat: vel quid sit iuris. ℟. Cū bona conducuntur quicquid bonorū ad bona illa conducta vel ad pactum data apportauerit bonisq; resederit vno anno, medio, siue quartali si dominus bonorum censualium censu carere noluerit, censualis soluere cogitur, occludereq; potest in habitationibus suppellectilem eius, siue censum promittat siue non, & si confirmare iuramento audebit qđ in censu id fecerit suo, citius & maiori iure cē sum obtinebit q̄ ille negatiua absolui potest vt Spe Sax. li. i. ar. liij.

Sciendum circa id [a] quod quędam bona efficiuntur ex seipso pignus seu vadium, q̄is non specificētur loco vadij esse data, [b] sicut quicquid homo censualis vel inquilinus in domū importat hospitis sui, illud totum pignus hospitis erit, occludereq; illud in censu poterit & conseruare fideliter. Si alias sine alocutione manere vult: vt. C. de loca. & conduc. L. Certi iuris est.

QVERITVR si tutor intromittat se in bonis pupilli, [c] vel ea in prouisionem acceperit tutorq; bona itidem habuerit sua, an bona huiusmodi tutoris sint pignus pupilli de iure d ℟. Si tutor bonis pupilli se intromiserit, & tutoriam acceptauerit bona sua sunt pignus pupillo, ita quod tutor facultatem nō habebit bona sua alienandi, oppignorandi, aut vendendi.

QVERITVR si vnus bona sua alteri obliget impignoret, [e] cum clausula apposita ac verbali compromisso in defectu exēptionis bona huiusmodi vendendum aut vlterius impignorandum: vel si alter quicumq; contractus inter eos sit, an dominus pignoris ininstanti cum dies exemptionis transierit bona huiusmodi alienare posset, signanter si in literis expressum sit, quod id facere ei liceat sine iuris adminiculo vel tanq̄ omnia iura transacta fuissent. ℟. si bona alicui oppignorata sint ille vero ad certum tempus non exemerit cittari debet tribus iudicijs ad impugnandum qđ si pro tertio iudicio non comparuerit pignoris dominus inuestiri seu institui debet in bona iure illo prout literis docuerit, nec aliquis eum exinde eicere valebit nisi per querelam iudicialem, si comparuerit cittatus & est presens actor literas vel acta iudicij legi postulet vel alio quouismodo probet, quo pacto iste vel iste se se obligauit querens ex eo si contradicere quid huic veller, si nihil contradicat dimittetur pignus libere creditori corā iudicio, Iudexq; demandabit vt vadium eliberetur ad quindenam, si non exemerit interrogabit posthac creditor quid cum bonis illis siue sit proprium siue hereditas facere debeat, & iterum per quindenam similiter interrogabit, sententiabitq; eidem qđ denūciare bona illa debet p tres quindenas, quod cū factum sit, decernetur qđ insinuare debitori debet in domo vel in curia eius cū Scabinis, & habebit iterū inducias q̄tuordecim dies, & q̄rat posthac creditor, quēadmodū omnia iura & gradus iuridicos in vadio perduxi, put Iudex & Scabini mihi decreuerāt, ad quos me traho: peto p sententiā decerni ex q̄ secundū iuris ordinē ad bona introductus sum, & in ea institutus, an bona huiusmōi euacuare mihi nō debeat. ℟. qđ ex quoqđ iuris ordine in bona institutus est, extūc bona euacuari debēt. Tandē dñus pignoris post decretā euacuationē accipere debet possessionē bonorū illorū vel aliū illic loco sui mittere vel domū occludere eandē in possessionē accipiendo, queratq; tandē vlterius quid cū vadio huiusmodi signāter cū domo facere debeat. ℟. quod illā tenere debet illese anno & die & iterim exemi & eliberari potest. Anno vo & die trāsacto domū vēdere poterit & aliena re varēdāq; pmittere quantā solus habuit & nō maiorē de forma iuris: vt S. S. li. i. ar. lxx.

QVERItur Mulier habēs reformationē dotalitij [f] in bonis seu domo, vendaq; posthac domus illa, etiā cū consensu eius dummodo circa venditionē precustodiat vt iuri suo non noceat an dotalitiū in bonis illis repetere potest. ℟. qđ mulier iure dotalitiū repetet, dato qđ venditioni cōsentiat, dūmodo pcustodiat ne iuri suo dotalicionali noceat, imo nec obrit iuri suo, obtinet eū dotaliciū suū in quātū illd pbauerit ante oīa debita: g & hoc si bona illa in dotalicio oppignarata sunt anteq̄ creditoribus obligata fuerāt: vt Insti. qui aliena. licet. §. Accidit.

QVERITVR an tutor bona pupillorū alienare, [h] vendere, oppignorare, vel censum de sup inscribere posset. ℟. Tutor bona pupillorū nec diuendere, nec oppignorare, nec q̄uismō obligare poterit, ita qđ illud pati cogātur, [i] cū ad annos peruenerint, nisi ostēdat & declaret, cum cōmodo pupillorū id factū fuisse, quodq; pecuniā illā in vtilitatē pupillorū conuertat alias non de forma iuris.

QVERITVR An ecclesiarū prouisores, Plebani, Abbates, Guardiani, defectu supueniēte, Ecclesiarū [k] res sacras vt sunt ornatus & alia apparamēta, calicesq; impignorare possent necne. ℟. quod nullus siue sit spiritualis siue secularis, monachus, vel ecclesię patronus alienare vel oppignorare qcq̄ rerū ecclesię poterit, [l] ex quacunq; etiā necessitate, nisi dūtaxat pro redēptione captiuorū de forma iuris: vt Insti. de re. diuisi. §. Sacre res.

Sciendum etiam circa id, [m] quod homines liberi & pueri in pignus ac in vadium dari non debent: vt in auten. de non alienan. aut permutan. §. Si autem creditor. coll. ij.

QVERItur si res aliq̄ apportaq; sint in bona mea cēsualia vel in domū quā cōduxi, vt prius dictū est, [n] ille vo q domū conduxit oppignoret res vel suppellectilē anteq̄ cēsum soluat meū, interimq; ego aduenia ac ille cui oppignorate res sunt dicat eius esse vadiū, an sibi vel maiori iure mihi cedēt res ille. ℟. quod res omes & suppellectilis tota quecūq; p inquilinū vel censitū in bona censualia vel domū importantur sunt pignus illius cuius domus est in cēsu suo, nec inglinus res huiusmodi obligare alteri poterit, qđ si faciat dñus domus iure illa vendicabit dūmodo rescierit, si negauerit illeq; oppignorauerat, pcedatur in negotio vt iuris est. Si recognoscat restituere cogitur & iste multā & emendā exsoluet: qđ si vadiū perditum esset in domo hospitis exoluere illud cogeret dominus domus, vel iuramēto defēdere qđ absq; eius culpa aut negligētia id factū sit: vt C. q res pignori obligari pñt in mulis legib. & signanter. L. felicis.

Notandū insup [o] quod bona etiā ex resignatiōe alterius desinunt fore dūmodo id fecerit in loco vbi de iure id facere debeat: P vt Insti. de re. diuisi. §. p traditionē. Nihil etem conuenientius est naturali equitati quā volūtatē dñi volentis rem suā in aliū transferre ratam haberi: vt C. de vsucapi. trāsforma. L. vnica.

Considerandū pterea qđ bona desinūt esse alterius q ex negligentia pscriptionis vt inter p̄ sentes anno & die inter absentes triginta vno anno & anno & sex septimanis: vt Sp. Sax. li. i. ar. xxix. nisi legale impedimentū eū defendat: vt Spe. Sax. li. ij. ar. vij. ¶ Iure etiā feudali bona desinunt esse vt si feudi inuestitura per anni circulū a dño non petatur, dño cedit feudum vt in auten. de vsu. feu. §. constitutio nup. §. pręterea. coll. x. Iure etiā prouinciali [r] bona vnius desinunt esse cū tribus iudicijs contra vnū conquritur & ille non cōparet, vt sic em pro tertio iudicio actor mittetur in possessionem: vt Spe. Sax. li. i. ar. lxx. & C. quomo. & quā. Iudex sententia. L. cessante

QVERItur si quis iniuste bona allocutus sit [s] nullūq; Ius habens mittatur in possessionē & iste cuius bona sunt negligat se in iure suo an istud nocere sibi debet necne? Dicunt aliq qđ minime officere potest respondenti ex eo quia ille iniuste egit & iniuriatus est huic. Ius aūt suadet vt nemini noceamus: vt Insti. de iure natu. §. iuris pcepta. ℟. tñ & melius si respondēs se neglexerit in iure suo & defensa, [t] exindeq; bona sibi abiudicātur, alter vero in ea intromissus sit ille cuius bona erant negligit se ex cōtumacia de forma iuris. ¶ Sciendū tñ circa id [u] qđ & si quidē Iudiciū humanū decipere hoies potest, Iudiciū tñ dei minime, vnde licet is cuius bona alloquūt negligit se: Iure qđē humano pdit bona pta̅cta nō aūt iure diuino, sed & bona sic ex cōtumacia pdita recupare iure poterit p iustas querelas anteq̄ occupator pscribat. Causa aūt potissima cur iste cuius bona alloquunt ex negligētia pdit bona huiusmodi est, pter cōtumaciā & inobedientiā Iudicis propt id etem qđ cōtumax est Ius priuat eū bonis & actori illa tribuit: vt in auten. de exhiben. & introduc. reis. §. si vero. coll. v.

FINIS.

x. Bona oppignorata certo instrumento ad id confecto an hæres eius illa recuperare poterit.

y. In bonis obligatis damnum si eueniat qs illud tollerare cogitur

z. Conductor seu dominus domus aut fūdi alterius censum obtinebit ad sacra q̄ inquilinus negare ualeat.

a. Quædam res ex se ipso efficiuntur pignus.

b. Spe. Sax. li. ij. ar. lix.

c. Bona tutoris sunt pignus pupilli.

d. Spe. Sax. li. i. ar. xxiij

e. Bona obligata in summa debiti tēpusq; præfigatur illa excmenat condāone adiecta, si ad præfixum tēpus non exemerit ut cum illis faaat pro libitu, an illico tempore aduenięte diuēdi poterint.

f. Bona dotalidonalia si diuendita sint etiam de consensu uxoris cō diaone tamen reseruata ne iuri noceat suo an dotaliaum repeti potest.

g. Vide hoc idē supra Iure Munia. ar. xxij. glo.

h. Tutor an bona pupillorū diuendere aut oppignorare ualeat.

i. Vide supra Iure Munia. ar. xxvi.

k. Res Ecclesiæ an oppignorari possunt.

l. Spe. Sax. li. iij. ar. vij.

m. Homines liberi in pignus dari nō posūt nec pueri ipsi.

n. Res per inquilinū in domum loco pignoris apportate an oppignorari ualeant.

o. S. Sax. li. ij. ar. xxiiij.

p. Vide quomodo ex resignatione res unius desinunt esse.

p. Ex negligētia prescriptionis quomodo res amittuntur considera.

r. Spe. Sax. li. i. ar. lxx. & supra Iure Munia. ar. xxiij. practicā huius uide in glosa.

s. Impetat si quis bona & nullum Ius habens ex negligentia partis aduerse mitatur in possessionem an uero domino nocere quid posit.

t. Spe. Sa. li. ij. ar. xxiiij glo. uide ad propositū

u. Ex iuris strepitu aliqua admittūtur quæ tamē in foro consentiæ non ualent. Consciencia etenī mille testes

Errata in imprimendo commissa.

Fol.iij.col.ij.ver.xv.interti, lege interit.
Fol.iiij.col.iij.ver.xxviij.alio, lege alteri.
Fol.v.col.iij.ver.v.vullus, lege nullus.
Fol.eo.col.iiij.ver.xxi.testificare, le.testificari
Fol. & col.eisdē ver.a fine xv.ipso, lege ipsi.
Fol.vij.col.iiij. ver.a fi.xv. ipso, lege ipsi.
Fol.ix.col.iiij. ver.xxviij.ipso, lege ipsi.
Fol.x.col.ij. ver. ix. a fi. muncionibus, lege municionibus.
Fol.xv.col.ij.ver.xxxvij.cogi, lege cogere.
Fol. eo.col.iiij.ver.xxvij.ipso, lege ipsi.
Fol.xvij.col.iij.ver.xx.a fi.patrocinare, lege patrocinari.
Fol.xviij.col.i.ver.xxiij.cōtigi, le.cōtingere
Fol.xix.col. ij.ver.viij. ipso, lege ipsi.
Fol.eo.col.iij.versu.xxiiij.a fine conspici pro conspicere.
Fol.xx.col.iiij.ver. vij. a fi. regraciabit, lege regraciabitur.
Fol. xxi. col ij. in annota.ar. v, lege ar.iiij.
Fol.eo.col.iij.ver.xx. possidere prescribi, lege possideri prescribere.
Fol.xxiiij.col.iiij.ver.xxi.a fi. principe, lege a principe.
Fol.xxv.col.iiij.ver.xxxv.gerede, le.gerade
Fol.xxvi.col.i.ver.xiij.a fi.prestationem, lege prestitionem.
Fol.xxvij.col.ij.ver.a fi. iiij. morsarius, lege mortarius.
Fol.xxix.col.ij.ver.xiiij. is, lege hijs.
Fol.eo. col.iiij.ver.xxviij.quot, lege quod.
Fol.xxx.col.ij.ver.x.a fi.eundem, lege ibidē
Fol.eo.col.iij.ver.xxi. prouiditur, lege prouidetur.& ver.a fi vij.prestolare lege prestolari
Fol.xxxi. col.i. ver.vlti.L.xix.pro L.i.ij.iij.
Fol.xxxij.col.i.ver.xviij.prescribi, lege prescribere.
Fol.eo.col.ij.ver.xxi.alienare, lege alienari.
Fol.xxxiij.col.i.ver.a fi.xiiij.testilicabit, lege testificabitur. & ver.ix.a fi. credi pro credere.
Fol xxxiiij.col.ij.ver.xxij.coreo, lege corio.
Fol.xxvij. col. iij. ver. a fi. iij. attigere, lege attingere.
Fol.xxxviij.col.i.ver.vi.detineri, le.detinere
Fol.xxxix.col.iij.ver.iiij.impedi, lege impediri.
Fol.& col.ea.ver.a fi.vij.& xix consedunt, lege consedent.
Fol.xl.col.ij.ver.a fi.xvi.officij, lege officio
Fol.& col.eisdē ver.xxix.indicere, lege indicare.
Fol.xli.col.iij.ver.xxix.lucrare, lege lucrari. & item ver.xxxv.alias lege alibi.
Fol eo.col.iiij.ver.ix. regraciare, lege regraciari.
Fol.xliij.col.ij.ver.xi.dixerint, le.edixerint.
fo.xliij. col.iij.ver.xxix. impetionis.lege impeticionis.
fo.xliiij.col.i. ver.xix.posset, lege possit.
fol.xlv.col.ij.ver.xxiij.emancipantis, lege emancipatis.
fol.l.col.iiij.ver.iij.testificare, lege testificari.
fol.li.col ij.ver.xviij.a fi. protestaueritq;, lege protestatusq; fuerit.
fol.lij.col.ij.ver.xxviij.querulare, lege querulari.
fol.lv.col i.ver.xxv.a fi.conulses, le.cōsules
fo.eo.col.iij.ver.xxxi.lucrauerat, lege lucratus erat
fol. lvij. col. iij. ver. xxvi. Aquiline, lege Aquilie.
fol.lix.col.i.ver.iij.annumerantu, lege annumerātur. & sequenti ver. volurptatem, lege voluptatem.
fol.eo.col.ij.ver.iij.euolate, lege euolantes.& ver.viij. tuo pro tua, & tui pro tue.
fol.eo.col.iij.ver.xviij.a fi.eas, lege ea.
fol.eo col.iiij.ver.xxi.befliam, lege bestiam.
fol.& col.eisdem, ver.v.a fi.indicere, lege indicare.
fol.lx.col.i.ver.iij.a fi.vicinus, lege vicinum.
fol.eo.col.ij. ver. v. indicere lege indicare.
fol.eo.col.iii.ver.xvij.a fi.tui, lege tue.
fol.lxi.col.iiij.ver.xiij.a fi.indeus, lege iudē
fol.lxiij.col.ij. in annota. vlti.quem le. quā.
fol.lxiiij.col.ij.ver.viij.indicendo, lege indicādo & ver. xx.inuadierat, le. inuadiauerat.
fol.eo.col.iij.ver.xxiij.lucrare, lege lucrari.
fol.lxv.col.ij.ver.xvij.mulis, lege multis.

Finis.

245

Tota licet ueteres exornent undiq; cæræ
Atria, nobilitas sola est atq; unica uirtus.

PROMPTVARIVM IVRIS PROVINCIALIS

Saxonici, quod Speculum Saxonum uocatur, tũ & Municipalis Maideburgeñ. summa diligẽtia recollectum, et ad cõmunẽ editum utilitatẽ.

Adiuncta præterea habentur ex li. feu. certa loca ad communem modernorum in Iure ciuili usum magis utiliora.

Cracoviæ. apud Hieronymum Victorem
Anno 1535. in mense Maji

Non facile inuenies multis in milibus vnum.

Virtutem precium qui putet esse sui.

In Regia Poloniæ Cracouia Hieroymus Vietor, excudebat Mense Mayo. Anno. M.D.XXXV Cum gratia & priuilegio Sacræ Regiæ Maiestatis Poloniæ ac Sarmatiæ ne quis infra decennium hoc idem imprimere audeat, uel alibi impressum huc aduehere aut uenundare sub penis ibidem in priuilegio expressis.

CLARISSIMIS VRBIS CRACOVIEN. SENATORIBVS

NIcolaus Iaskerus Bonarum artium ac philosophiæ cultor earundē Magnifi. A Secretis, suipsius obsequentissimam commendationem.



CLARA DIVINI ILLIVS PLATONIS in eo quē de Repub. scripsit libro. Senatores optimi habetur sententia, fœlicem ac vere beatam fore ciuitatem, quę à prudentibus gubernatur, à probisq; & sapientibus administratur. Tantisper enim fœlix & tranquilla efficitur Respub. donec prudentes extiterint qui magistratus gerunt. Tales constat esse ciues & populares, quales hŋ fuerint qui gubernando & regendo eisdem pręsunt. Exemplo etenim vt in plurimum viuitur prefectorum. Magnus Orator ac summa apud Romanos autoritate philosophus habitus Cicero, cum de Repub. scriberet, Platonis sententiam sequutus, tradidit nihil esse illi principi Deo qui omnem regit mundum, quod quidem in terris esset acceptius, quàm concilia cętusq; hominum iure sociati quę ciuitates appellantur. Sed quid est iure sociata ciuiū multitudo nisi quę optimi magistratus gubernaculis subiacet, quę legum religioni conformatur, Institutis regitur, moribus ac virtutis disciplina constituta est, vnitate coniuncta indissolubiliter viuit, omni prorsus vacat odio, deniq; iusticię laude continetur. Maximi procul dubio viri apud priscos extitere ac iure habiti sunt & appellati sapientes, qui vrbes condere excogitarunt & ceperunt, dispersosq; montibus & syluis homines ac passim beluarum more vagantes ad societatem vitę conuocarunt. Non minori profecto laude digni sunt earundem ciuitatum rectores administratoresq;, quorum industria, populi & ciuitatis salus asseruatur, hominum mutua conciliatio & societas retinetur, omnis boni incremētum Respub. accipit, quorum virtute, opera, prudentia & autoritate illa geruntur, quę à totius mundi principe & rectore Deo imperata, quęq; sanctissimis legibus sancita ac constituta sunt. Vt autem boni ac sapientis administratoris ciuitatum rectores nomē sortiantur, multa eos prospicere oportet, multa animaduertere & prouidere. Omniū primū vt diuini nominis Maiestas summa veneratiōe & amplissimis ,psequatur honoribus, atq; id quod Deus ipse vel faciendum vel fugiendum instituerit custodiatur. Proximum huic iustícia proponitur, vt omni studio ac totis viribus tractetur, quę reddens vnicuiq; quod suum est vna prę cęteris in Reipublicę administratione maxime dominatur. In cunctis ciuitatum ac populorum gubernaculis cum Grecorum legislatores prestantissimi, Solon, Ligurgus, & Plato. Tum & Tullius noster Iusticiam in primis vigere debere in pollitica sua tradiderunt institutione, qua si homines caruerint, intereat omnis humana societas necesse est. Summa itaq; diligētia adniti debent, vt iustícia prę omnibus fulgeat & clarescat, nec eā omittere audeant, causa amoris, gratię, odŋ, munerum, non meretricio more venales habeant manus Rerumpub. prefecti. Munus etenim etiam fortissimorū obcęcat mentes. Adhibentes preterea concordíam atq; vnanimitatem quod est vel maximum ciuilis societatis vinculum, ciuitatisq; salutem, securitatem & conseruationem procurat, Amicā enim & prudentem esse ciuitatem oportet, nihil siquidem perniciosius ciuitati est diuisione ipsa, nihil vtilius ac melius vnione. Virtus animorum vnita fortior est seipsa dispersa, Concordia paruę res crescunt, discordia maximę dilabuntur Salustij testimonio. Exempla prę foribus mille. Vnde in ciuitate voluptatis & doloris communio ciuitatem ipsam vnit, quando videlicet magistratus & in communi ciues omnes maxime ex earundem rerum accessu vel decessu, augmento vel decremento, fortunio vel infortunio pariter gaudent ac dolent. Et quemadmodum ex male cruciato membro alię corporis partes compatiuntur, vel cum bene euenit gestiunt, sic & illi omne superueniens bonum vel malum in solidum & perequum ipsis adscribunt, horum

Cuego po traeber aby ly Klor Jmie do brego raz dep

1. at meiestas diuina cum ve nerabilis ne debita perse quantur

2 at Justicia qua re rebus ne dominabur

vero diuersitas dissoluit eandem quando videlicet eiusdem ciuitatis incolę & ex hijs qui in ciuitate contingunt casibus alij vehementer dolent, alij lętantur plurimum. Ad omnem vero ętatem & ordinem Reipub. fidus superintendere debet administrator, Infantiam seu puerorum educationem procurando, Adolescentiam ignis libidine flagrantem refrenando, virilem mitigando furorem, senum quoq; auariciam moderando, Sed vel maxime puericia & adolescentia custodienda est. Puericiam dico, non enim parum refert infantem sic vel sic assuescere, difficilimeq; ea dediscimus quibus à puericia imbuti sumus. Natura siquidem tenaces sumus eorum quę rudibus percipimus annis, vt Quintili. primo Oratorie institutionis habet. Et hęc ipsa magis pertinaciter herent quę deteriora sunt. Leonides Alexandri magni pędagogus vt à Babilonio Diogene traditur quibusdam eum vicijs imbuerat, quę robustum quoq; & maximum Regem ab illa puerili institutione sunt prosequuta. Nec ipse Aristoteles summus eius ętatis philosophus, Alexandro posthac magister ascitus eundem ab hijs reducere potuit. Detestandi itaq; veniunt nonnulli liberorum suorum obliti impij patres, qui multo maiorem curam & diligentiam impensasq; vberiores in dirigendis alendisq; equis, administrandisq; & procurandis bonis eorum faciunt, quam in susципienda opera educationis filiorum suorum, qui & heredes illorum futuri sunt, nomen eorum perhenne portantes & repręsentantes, bonorum omnium successores, qui vel illorum quę vel ex auaricia congregata sunt ex mala educatione dissipatores, vel pauce relictę substantię ex optima institutione adauctores, qui consilijs vrbes regere, legibus fundare, iudicijs emendare expectantur. Adolescentiam vt memini compescendo. Adolescens siquidem vt Plato septimo de legibus habet, est omni bestia intractabilior, omni fera indomita seuior. Nam cum prudentię fontem nondum habuerit insidiosissimus est acerrimusq; & petulantissimus omnium bestiarū, custode q; remoto, cereus in vicium flecti, monitoribus asper, vtilium tardus prouisor, prodigus eris, sublimis cupidusq; & amata relinquere pernix, ideo institutis quasi frenis compescendus est. Nam si cum natura fœlici rectam quoq; disciplinam fuerit assequutus mansuetissimus inter viuentia euadere solet. Si vero non satis aut non bene fuerit educatus, ferocissimum omnium quę in terris nascuntur animal redditur. Sed & ciuitatum prefecti duo Platonis precepta in memoria habeant, vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur q; quicquid agant ad eam referant, omnia consilia, verba, opera, ad reipublice decus augmentum & communem applicent vtilitatem, deniq; salutem patrię, nō modo externis rebus, sed vitę quoq; anteponant & sanguini, commodorum obliti suorum. Nam & iustissime ciuitas ordinata traditur in qua quisq; proprios nescit affectus. Alterum vt totum corpus Reipublicę sic procurent, nedum partem aliquam tueantur, reliquas deserant. Vt enim tutela, sic procuratio Reipublicę ad vtilitatem eorum q commissi sunt, non ad ipsorum quibus commissa gerenda est. Q ui vero parti ciuium consulunt, vel maiorem in eos declarant affectū, partem vero negligunt, quinimo eosdem spernunt pernicioſissimam rem in ciuitatem inducunt seditionem atq; discordiam, quę procul vt diximus à repub. esse debent, in interitum em̄ hęc perducunt ciuitatē, sed vel firmissimam sępe labefactant Rempub. Omni etiam auaricia, ira, odio, seu inimicicia administratores vacuos esse oportet. Auaricię inquam, nam ipsa est mater omnis erroris & malicię, nec vllum iusticię in illo corde inuenitur vestigium, in quo sibi auaricia fecit habitaculum. Ira, sępius etenim irę excandescentia impedit animum ne possit noscere verum. Odio tamen erga subditos, quam inter semetipsos. Qui enim inter se odio laborant, magis student alter alterius interpellare facta, q̄ preclarum quicquam edere, & seipsos magis insectantur quam hostes. Non patiatur iacturam aut damnum iusticiam expectens propter iudicantium dissensiones odia & hostilitates, foris & ante ianuam inimicicias ac simultates relinquant iudiciorum prefecti, & recti ac iusti iudicij vestem induant causas iudicaturi. Quinimo hijs non admissis, vel si irrepserint explosis & rejectis inuicem diligant sese, concordiam ament, vnitatem spiritus consectentur, amicam amplectantur pacem, quę bonorum omnium cumulum prestat, quę totius humani generis salutem conciliat & procurat. Saluator noster non aliud magis in extremo nobis relinquit testamento nisi pacem, nisi dilectionem inquiens. Pacem meam do vobis pacem relinquo vobis, mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Necessaria item quędam sequuntur vt in se habeat ciuitatum prefectus videlicet Modestiam, sed vel maxime in animi passionibus, equum & affabilem sese reddens, neue quid ire effundat, propensum ostendens animum. Nihil enim laudabilius, nihil magno & preclaro viro dignius placabilitate atq; clementia. Et itē prudentia & fortitudine abundare eum oportet. Nullam etenim generi humano requiem fieri posse legislatores credebant nisi in idem ciuilis potentia sapientiaq; cō currat. Prudentia inquam, non enim verus Iudex vt Plato de legibus disserit, ea quę iudicio determinanda sunt discere debet, non ab alijs interrogare quid eum loqui oporteat & quasi stupefactus tam clamore multorum q̄ ignorantia sua sic vel sic ferre sententiam. Fortitudinis autē, quia nec etiam si per se ipsum intelligit, debet propter ignauiam & fortitudinem ex eodem ore quo iudicaturus deos inuocauit, desidiose iniquum promulgare iudicium. Non eum deterreat ius expetentium excellentia personarum. Non amicum respiciat, non inimicum despiciat, non consanguineum, non socerum, non affinem, non charum ac fidum coniunctumq; socium, non peregrinum, non aduenam, non gentilem vel patrię vnius, verum ex equo id quod ius dictauerit promulgando, nec optare vt iuxta voluntatem illius omnia proterue fiant, quod si pro voto non cesserit excandescere & furere illum contingat. Non em̄ affectare debemus vt voluntatem nostram cuncta sequantur, vel ad nutum omnia cedant, sed vt prudentiam voluntas cum modestia imitetur. Prudentia etenim ceterorū dux est, sed et corū quę in Senatu habita & tractata sunt fidus custos secretissimusq; obseruator in scrinio cordis illa recondens ac sepeliens, nec labijs admittens tuis, quę eum posthac pœniteat. Exemplo adnixus Xenocratis, qui interrogatus quur linguā suam vltra solitum cohiberet, respondisse fertur, quia dixisse me aliquando pœnituit tacuisse nunquam. Vnde & multa audienda pauca vero loquenda natura ipsa docet, os hominibus vnum & aures duas formādo. In hijs preterea quę pro bono Reipublicę promulgata sunt, constantia obseruetur necesse est, non quod nunc placet, posthac displiceat, non quod hodie iusticię loco pronūctiatur, cras pro iniusticia reiudicatur, ne appareat in ipso redargutionis nota, in simili casu diuersas & eadem contrarias pronunctiando sententias, non in gratiam vnius vel alterius à recto discedat. Status enim ciuitatum rectumq; iudicium alicuius artis aut persone gratia violari aut immutari minime debet. vij. dis. quę contra mores. Maiestas item & autoritas obseruetur in decretis & constitutionibus, vt firma stabilia ac perhenne duratura sint, populares vt id quam diligentissime custodiant cogendo. Ridiculi siquidem est & leuitatis, constitutiones promulgare nisi ille in executionem deducantur. Frustra leges cōdere, nisi sint qui illas manuteneant & exequantur. Nihil prodesse de rebus iustis iudicia aut sententias princeps philosophorum Aristoteles vi. Politicorum discoptat, nisi essent qui eas custodirent, exequutioni mandarent, si id deerit communio inter se ciuium permanere non potest. Difficilia forsan hęc aliquibus videntur, verum rectoribus ciuitatum maxime necessaria. Nec enim ciuitatum administrator circa facilia versatur. Vnde & Xenophon in Econo. rempub. administrare & alijs scire imperare difficillimum fore dicit, sed quanto difficilius tāto preclarius, tanto Deo acceptius, magisq; meritorium. Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerintue, certum esse in cœlo destinitū locum, vbi beati quo sempiterno fruantur Romanę eloquentię princeps Cicero libro sexto de Repub. expresse concludit. Sed vel omnium maximum ciuitatum administratores ac rectores sacratissimas custodiant leges ac iura eorum Municipalia, patriosq; mores eas manibus semper tractent suis, oculis diligēter intueant̄ memorię q; tradāt. Leges inquam tanquam Reipublicę plurimum necessarias & eandem conseruantes. Demosthenes Grecorum disertissimus leges animā esse ciuitatis dicebat, vt enim corpus anima ipsa viuit, anima vero priuatum, cadit & stare nō potest, sic & ciuitas legibus conseruatur, hijs vero deficientibus corruit. Nihil tā ad Dei cultum, quā ad bene beate ac ciuiliter viuendum fieri & excogitari potest, quod non in profundissimis Legum ac Municipaliū iurium codicis

bus contineatur, quod non exacte enucleatur, examuſſimq; decidatur. Ad omnẽ ęqtatem, ſtatum, ordinem, regulę poſitę, nihil indeterminatum, nihil indeciſum, nihil imperfectum in eis relinquitur, non aliud prę ſeferunt conſtitutiones ſanctiſſime niſi virtutem. Non enim ad aliud legiſlator proſpectum habet niſi ad virtutes ampliſſimas, non aliud ſuadet niſi iuſticiam, nõ niſi id quod bonum & ęquum eſt cohortatur, tũc ſiquidem iuſticiam colimus, cum boni & ęqui noticiam profitemur, ęquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolum pœnarum metu, verum premiorum quoq; exhortatione efficere cupientes. Cõmendatur potentiſſimus Alexander Macedo, quod aſſidue etiam noctu poſtq; euigilaret in lecto decumbens, Egregios Homeri libros manibus ſuis tractare ſolitus ſit, illorum lectione oblectatus. Sed quid fabulę Poeticę cum ſacratiſſimis commune habent legibus, quę cõparatio lucis ad tenebras. Cur non maiori tractent affectu, cur non auidius legantur leges ipſe, cur Iura municipalia patrię q; inſtitutiones menti non imprimantur, quę Reipublicę Ciuitatis ſtatũ & conſeruationem complectuntur quę ab omnibus ſciri debent, nec quenquam, maxime vero ciuitatis prefectos & rectores excuſare poterit eorum ignorãtia, nec vituperare eas quisq; audet, nec quęrere vtrum bone vel male ſint, nec diſceptare de ipſis quod ſic vel ſic ſancite ſint, ſed iudicare ſecundũ ipſas oportet. Naturę & ſuipſius prorſus obliti videntur qui ſacratiſſimas conſtitutiones patriasq; leges vel mores tãtopere auerſantur, Sapientiſſimus poẽta fingit Vlyſſem optare vt vel fumũ de patrijs exoriẽtem focis videre liceat. Nonnulli vero leges poſthabere & contemnere videntur ornamẽtum patrię pulcherrimũ, quarum beneficio ipſi & aluntur & conſeruantur, vt ne naturę quidem plus q; hijs debeamus. Non poſtremis profecto extollenda laudibus venit Senatores Magnifici vrbis huius inclyte Cracouien condicio, prę cipuis ſiquidem quę ad ſtatũ Reipublicę fœlicẽ eiusq; conſeruationem maxime competant antehac ſemper & nunc dotata eſt virtutibus Ciuitas ipſa, erga Deum religione flagranti, ad conſeruationem ciuium prouiſione ſufficienti, ampliſſimis preterea abundans legibus, condonata emunitatibus, adaucta libertatibus, & item vigilantiſſimis prouiſa rectoribus, prudentiſſimo ornata magiſtratu. Tanta ſiquidem ex antiquo in huius vrbis prefectis abundabat ſemper erga Deum religio, officij ſtupenda Maieſtas, iuſticię profeſſio, animorum conſtãtia, inter ipſos amica pax & concordia, in alios ęqua beneuolentia & pietas innata, ac deniq; omnium virtutũ copia, vt vel nulla vicina vrbs religione, iuſticię adminiſtratiõe, ac recta omnium gubernatione eidem ęquari potuit. Intantum quod multi tam huius Regni militaris ordinis proceres & alterius ſtatus homines, tum & exterarũ nationum nobiliores infiniti, proprio relicto ſolo, dulci poſthabita patria, natiuis omiſſis delicijs, eorundem admirati prudentiam, ęquitatis & iuſticię cernentes excellentiã, ipſorum ſuperioritati (quod quidem mirum eſt) vltro ſeſe ſubiciebant, Ciuesq; effecti Imperio eorũ officioſiſſime parebant. Sed & ęuo noſtro vt alias omittam virtutes Clariſſimi viri, tanta in vobis reſplẽdet intellectus acrimonia, ingenij ſagacitas, tãta prudẽtię et induſtrię admiratio, quod à Sereniſſimis Regni huius Principibus & Regibus nonnulli è Collegio veſtro ad publicas Regni totius & quidem ſummas euecti ſunt prefecturas, eorum adminiſtrationi & fidei officia concreduntur magnifica & pergrandia. Tanta inſuper abundat in vobis legum notitia Iurium municipalium conſtitutionumq; patriarũ peritia. In vtroq; genere deliberatiuo videlicet & iudiciario prompta & ſubtilis adinuentio, vt nedum ad dirigenda ciuilia negotia, Sacra Maieſtas Regia vos prefficere, verum et difficillimas inter ſubditos ſuę Maieſtatis emergentes cauſas Iuris prudentię confidens veſtrę cognitioni & deciſioni cõmittere dignatur. Ab alijs item diuerſi ſtatus hominibus in extremis ambiguisq; cauſis ad vos tanq; ad ſummũ prudentię recurritur fontem, ex eiſdem in eorum dubijs & controuerſijs quaſi ex ipſo iuris ſcrinio ſententiam ſpectantes, legum & Iuris peritiã apud vos reconditam certo habentes. Cupiens & ego ex animoq; affectans Ornatiſſimi viri notitiam legum & Iurium municipalium ac conſtitutionum in omni Repub. maxime oportunam alijs quoq; non eſſe alienam, verum vt in communi omnes ad exemplar preſtantiarum V. Iuris illius q; peritiſſimi euadant, arduis quotidianiſq; officij mei licet occupatus laboribus & curis, Ius prouinciale Saxonicum,

Ve Municipale Ma

tum & Municipale Maideburgen quo potiſſimum & hęc vrbs, ceteręq; Regni ciuitates vtũtur pro virili clarius reddens nuper in lucem ediderã. Sed & in preſens varias eaſq; precipuas ac vtiliores in codicibus illis hincinde ſparſas ſententias, & quę promiſcue nulloq; habito ordine illic continentur, in iſtud fideliſſime congeſſi volumen, materiarum titulos adaptando proprios. Ex re id fieri putãs, vt & M. V. eodem ceu Indice & promptuario quodam vti poſſint, legumq; & municipaliũ iurium latiſſimos ac profundiſſimos locos antehac vobis haud incognitos, & quibus abundatis affluentiſſime eo inſpecto facile in memoriã adducere. Illi vero qui alijs occupati negotijs, & quibus iuris lectio in vſu non eſt, ſummatim aggregata & recollecta viſa & cognita materia non omnino cecutientes & ignari iuris reputentur ciuilis, Sed & opus iſtud ſub titulo Magnificentiarũ veſtrarũ typpis Calcographis excudendum curaui, quod quidem licet ob ſui vtilitatem merito omnibus cõmendatum eſſe debere ſperem, in ſpem tamẽ vocor minime dubiam illi plus gratię & cõmendationis acceſſurum quod ſub nomine & titulo M. V. prodierit in publicũ. Obnixius rogans vt lucubratiões & labores hoſce meos grato accipiãt animo, me cõmendatum habeñ. Cracouię.
xv. Menſis Maij. Anno.
M. D. XXXV.

Abbas.

ABbates & Episcopi, secūdū obtinēt militarem clipeū, et sunt Principes spirituales. Spe. sax. li. i. ar. iij. Iur. mu. ar. vij. glo.
Abbates & Episcopi nobilitatem habent acquisitam nō innatam. Spe. sax. li. i. ar. iij. Iure mu. ar. viij. ibidem habetur quod nobilitas innata principalior est acqsita glo.
Abbates Abbatisse qui feudo vtuntur seculari, primo Feudum á Rege, tandē curam spiritualem accipere debent, Spe. sax. li. iij. ar. lix.
Abbas seu Episcopus in sex septimanis non electus, electio cedit Regi. Spe. sax. li. iij. ar. lix. glo.
Abbates, Plebani, Guardiani res ecclesię alienare non possunt nisi pro redemptione captiuorum. Iur. mu. ar. cxl. glo.
Abbas vide infra in dictione Monachus ad hanc materiam plura.

Absens.

ABSENTIE quinqꝫ genera. Spe. sax. li. i. ar. lxx. glo. Feu. c. xxxvij.
Absens ad omnes actus & querelas citari debet alias sententia non ligat, Spe. sax. li. iij. ar. xxiiij. li. i. ar. lxx. Iure muni. ar. lxiij. &. cxxxix. glo.
Absens contra absentem sententia non ligat nisi ter citatus nō compareat, Spe. sax. li. iij. ar. v. glo.

Actio.

ACTIO prius cepta iudicialiter accusari & proponi non debet coram iudicio Comitis seu Burgrabij Spe. sax. li. i. ar. ij.
Actio omnis siue in rem siue in personā spacio triginta annorum tollitur, Spe. sax. li. i. ar. xxix. glo. & hoc intellige de actionibus perpetuis, secus enim est de temporalibus quę minori spacio excludūtur vt ibidem in glosa limitatur.
Actio, in actione personali non requiritur possessio sed quasi possessio. ibidem ar. xxix. glo.
Actionem cedens potētiori perdit causam Spe. sax. li. i. ar. xlvij. glo.
Actionem intentare potest mutilatus & corpore viciatus excepto duello, qa vt sic per agnatū aget, Spe. sax. li. i. ar. xlvij.
Actionem ceptam non prosequens mulctam soluit. li. i. ar. liij.
Actiones omnimodas & pacem fractam, Iudex vbiqꝫ locorū in sua iurisditione cognoscere potest, nisi sit actio super ꝓprio Spe. sax. li. i. ar. lix.
Actionem suam prosequi volen. secundū leges & ius cōmune, iurare coguntur qd iudici nec alteri cuiq̄ (excepto tamen Aduocato seu Ferendario) quicq̄ dederunt, nec dare volūt actionem suam meliorem reddere volen, li. i. ar. lx. glo.
Actiones duę in iudicio proponite est in Iudicis arbitrio audire quā vult, nisi vnus probet prioritatem in actione, Spe. sax. li. i. ar. lxi.
Actionem in iudicio nondū ceptā nullus intentare compellitur. Spe. sax. li. i. ar. lxij. Iur. mu. ar. xlvij. glo. fallit hoc si vnus aliū diffamat, qa vt sic iudex sibi terminum pfigere debet, vbi eū agere oportet vt ibidē in annota. habetur. &. li. iij. ar. xc. glo.
Actionem iniuriarum clamore iudiciario inchoatam prosequi vnus cogitur ibidem li. i. ar. lxij.
Actio, ad quam actionē vnus cogi potest et ad quam non, vide distinctionem super hoc ibidem ar. lxij. li. iij vide, & Iure muni. ar. xlvij.
Actione intentata actor & reus tribus vicibus interloquātur quousq̄ per prēconē ad iudicium aduocentur, li. i. ar. lxij.
Actionem incipiens & cum parte componens an ad prosequendum eandem per iudicē cogi poterit, ibidē. li. i. ar. lxij. glo.
Actionem intentans quam desistere vult, tria cauēda vt nō incurrat in pēnā iudicis ibidem Spe. sax. li. i. ar. lxij. glo.
Actiones simules eodem iure deciduntur. li. i. ar. lxv. glo. li. ij. ar. xij. glo. &. ar. xv. glo li. iij. ar. lxxxvi. glo.
Actionem iniuriarū passum exhibere, pmittens & id facere neqt verigeldo absolui nec p id iuri derogat suo, li. i. ar. lxv.
Actio ciuilis & item criminalis quid sit & vnde dicatur. Spe. sax. li. i. ar. lxvij. &. lxxi. li. iij. ar. ix. Iur. muni. ar. xvi. xvij. & item. lxxij. &. cxv. in glo.
Actio, in actione ciuili terminus habetur ad proximū sequēs iudicium. In criminali vero ad tres quindenas. Spe. saxo. li. i. ar. lxvij. glo:
Actio, in actione criminali tria cōsideranda ibidem. glo.
Actio iniuriarum quid sit. Spe. saxo. li. i. ar lxvij. & Iur. muni. ar. lxxxix. glo. Feu. c. xxiij. glo.
Actio iniuriarum dicitur etiā actio mixta

ibidē li.i.ar.lxviij.glo.Iur.muni.ar.lxxxix glo.

Actio,in actione iniuriarum quādoq; ciuiliter quandoq; criminaliter procedi pōt. ibidē glo. & Iur.mu.ar.lxxxix.glo.

Actio iniuriarum ex triplici causa diuersimode instituitur, ibidem. li. i. ar. lxviij. Spe.Sax.glo.

Actio criminalis ciuiliter agi potest. ibidē li.i.ar.lxviij.glo.li.iij.ar.ix.glo.

Actio cōtra absentem pro debito quomō procedendum. Spe.sax.li.i.ar.lxx.

Actio iniuriarum cum clamore cū adhuc pernoctata nō sit proponenda est. ibidem. & Iur. mu.ar.xxxvi.

Actio non pernoctata in instanti iudicanda,pernoctata vero si sit ad quindenā terminus assignatur,vel ad fideiussoriā accusatus datur. Spe.sax.li.i.ar.lxx.glo.

Actio iniuriarū septem testibus probanda ibidē.li.i. ar.lxx. Iure mu.ar.xci.

Actiōe iniuriarū victus proscribitur ibidē li.i.ar.lxx.& li.ij.ar.xlv.Spe.sax.

Actio iniuriarū in absentia iudicis pconi est declaranda & tandem iudex veniens eūdem proscribit nec erit causa pernoctata.ibidem.li.i.ar. lxx.

Actio,in actione proposita quomō actor persistere debet & quomō procedere contra aduersarium vt nanciscatur possessionem. Spe.sax.li.i.ar.lxx.glo.

Actio si coram iudicio Comitis intentetur Comesq; terminū negligat, illum solum duntaxat actor perdit,sed si plures in actione iniuriarū per eū termini negligātur,actionem de nouo incipere necesariū est.li.ij.ar,ij.

Actio agatur si contra presentē super proprietate qui nō habet terminum prefixum eidem ,pximi iudicij terminus assignetur. Spe.sax.li.ij.ar.ij.

Actio proposita contra aliquem & iudex non venerit,secundo citandus est reus & queruletur contra eum, vtilitas tamē illius est qđ non prescribit actio,ibidē glo.

Actio,in actione qualibet extra duellum oportet vnum incontinēti fateri vel negare.Spe. sax. li.ij.ar.iij.quomodo autem id verum sit vide glo.ibidem. Tum & circa ar. xxxvij. li.iij expositionem clariorem inuenies.

Actionem corā iudicio intentans,vbi & varenda prestatur si alter supueniens causam eandem proponat & ille prior ipsum amouere non potest,eum cū dimidia recōpensa causam dimittere opportet vel carere manu dextra, li.ij.ar.xv.

Actio iniuriarum contra aliquem proposita fideiussoriam statuere non oportet,sī tātum proprij habet quantū verigeldus sius sit.Spe.saxo.li.ij.ar.v.Iur. mu.ar.xxvij

Actio,agens actione iniuriarū cōtra absentē,& postea in presentia nō prosequēs demeret mulctam & emendā actorq; absoluitur á causa. Spe.sax.li.ij.ar.vij.

Actionem prosequens licet reus absoluatur nullū sustinet damnū,ibidem.

Accionē inchoās & tandem in presentia non prosequēs cadit ab actione quomodo intelligi debet,ibidem glo.

Actio captiui sententialiter in crastinum dilata Iudex eundem ad cautionem prestare debet nisi sit factum manifestum.Spe. saxo. li. ij. ar. ix.

Actio pro morte patris vel alterius cōsanguinei occisi competit masculis & nō fœminę.li.ij.ar.xvi.glo.

Actiones penales ex maleficijs in hęredē rei non competere certissima regula.est li. ij.ar. xvij. glo.

Actio, agere cōtra iudicem volens in probatione testimonio iudicis non indigebit, li. ij. ar. xxij.

Actio quę non extenditur nisi ad mulctā & pœnam simplicem,iudex cum duobus sententiam inuenire solitis probabit eandē ibidem li.ij ar.xxij.

Actio si vlterius se extendat quid ad probandum necesse sit ibidē li. ij.ar.xxij.

Accionē omnē cū testibus proposità sequitur semper emēda & mulcta,ibidē glo.

Actio criminalis semper ciuiliť instituí potest.Spe.sax.li.ij.ar.xxvij. glo.et li.iij.ar.ix

Actio manualis facti triplex. Spe. saxo.li. .ij.ar.xxxv. glo.& Iur.muni.ar.cxv.

Bellum iustum dicitur quod ex edicto geritur de rebus repetendis aut propulsandis li.iij.ar.lxiiij.glo.
Bellum cum iustum geritur vtrum quis apte vel ex insidijs pugnet nihil ad iustitiam interest, ibidem glo.
Bellum esse debet necessitatis, vt deus liberet á necessitate & cõseruet in pace, bellũ enim geritur vt pax acquiratur, ibidẽ.
Belli iusti requisita. Spe.saxo.li.iij.ar.lxxviij.glo.
Bellum, vide in dictione miles.

Benefacta aut beneficiũ

Benefactum alicuius nõ cogitur vnus soluere niſi inquantum quis potest, Spe.sax. li.iij.ar.iiij.& ar. xxxix. Iure muni.ar. xxvij.glo.
Beneficium ecclesiasticum alicui collatũ reuocari potest q̃diu vult vnus si non sit cura per ordinariũ imposita, li.iij.ar.lix.
Beneficiatus cogitur patronum enutrire si ad egestatem deuenerit, ibidem.

Bestia.

Bestiæ duplices. Spe.saxo.li.ij.ar.xl. glo.
Bestia iniuriam seu violentiam inferre nõ potest, li.ij.ar.xl.glo. Iure muni.ar.liiij.glo
Bestijs pax indicta in tribus Saxoniæ nemoribus, exceptis vrsis, vulpibus, & lupis. Spe. saxo.li.ij.ar.lxi.
Bestiam venando si vulneret, in siluam altèrius illam insequi potest dummodo cornu non suflet & canes non instiget, ibidẽ ar.lxi. Iure muni. ar. cxxiij.
Bestijs si iniuriam quis infert in vita aut sanitate non condemnatur, ibidem.ar.lxi.
Bestias fouens damnum illatum resarcire tenetur. Spe.saxo.li.ij.ar.xl.& ar.lxij. Iure muni.ar. cxxiij.
Bestia tamdiu est tua q̃diu eam possides. li.ij.ar.xliiij. glo.
Bestias fouere volens intra septa aut munitiones illud facere tenetur. Spe.saxo.li.ij ar.lxij. Iure muni.ar. cxxiij.
Bestia, vide ad hanc materiã supra super dictione animal, & infra titulo pecus, & dictione fere.

Bona.

Bona mobilia quãdoq; dicuntur illa quę per mortem ad hęredẽ deuoluuntur. Spe. saxo.li.i.ar.vi.in princi. glo.
Bona acquisita per pueros non emancipatos, & qui in potestate sunt patris omnia patris erunt, li.i.ar.x.glo.
Bona materna post mortem matris cum filius separari voluerit præsertim immobilia nisi perirent, pater extradere pueris cogitur, hoc idem etiam de matre erit intelligendum. li.i.ar. xi.
Bona indiuise possessa per fratres & alia item bona si interim adaucta sunt, vtilitas in commune omnibus cedere debet. Spe.saxo.li.i.ar. xij.
Bona cum vxore accepta cum fratribus & socijs diuidere non est necesse, ibidem Iure muni.ar..xcvi.glo.
Bona luxuria aut prodigalitate consumpta ipsemet damno ascribet suo, ibidem ar.xij
Bona alteri cõcessa, oppignorata, deposita, si ille vel hęres negare voluerit, expositor iuramẽto obtinebit, li.i.ar.xv. vide tamẽ in glosa huius limitationẽ, datur enim etiã possessori probatio.
Bona vxoris respectu viri quam colligantiam habeant, vide abunde Spe. saxo. li.i. ar.xxxi. glo.
Bona confiscata quomodo per hęredes eliberantur. Spe. saxo.li.i.ar.xxxvij.
Bona in dotalicium assignata emere periculosum est li.i.ar. xliij.glo.
Bona in fraudem creditorum alienari nõ debent alias repetuntur, ibidem li.i.ar. xliiij.glo.
Bona tripliciter possidentur. Spe.saxo. li.i.ar.liiij.glo.feu.c.lx.glo.
Bona quamuis non obligentur pignoratícia tamen efficiuntur dupliciter. feu. c. lv.& circa ar.liij. li.i.Spe.saxo.
Bona quomodo alloquí dicuntur, & quę eiusdem vtilitas, li.i.ar.lxx. glo.
Bona censualia duplicia. Spe. saxo. li.ij. ar.xxi.li.iij.ar.lxxvi.& lxxxix. glo. feu.c. xxxvij.
Bona mobilia alienari possunt sine hęredum consensu, dummodo id faciat cum facere potest, & quopacto procedendũ. Spe.saxo.li.i.ar.lij.
Bona alienata, vel oppignorata ęgritudinis tempore per maritum, vxor nec familia propter id incusari debet, ibidem, li.i. ar. lij.

257

Bona mobilia quę sunt & quę immobilia, ibidem, & quod dupliciter acquirunt.
Bona mobilia duplicia, ibidẽ li.i.ar.lij.glo
Bona triplicia inueniuntur, proprium, feudum, & mobilia, ibidem glo.
Bona alicuius vendicans vel alloquẽs, dato quod ea non cõsequat mulctã non prę stabit, dummodo ea non violenter inuaserit. li.i.ar.liij. Iure muni.ar.xxxvi.
Bona donata filio emancipato illa tamẽ pater apud se retineat, cõmittatq; malefícium cui cedunt bona illa. Spe.saxo.li.ij.ar. xix.glo.
Bona sextuplicia pignorari non possunt. Spe.saxo.li.ij.ar.xxiiij. glo.
Bona alicuius propria amittuntur multis modis, li.ij.ar.xxiiij.
Bona per sententiam alicui adiudicata q̃ uis antehac nullum ius habuit per sententiam tamẽ ius consequitur, ibidem.glo.& Iure muni.ar. cxl. glo.
Bona sententiatorum, damnatorum, & conscienciũm sibi mortem ex furia cedũt hęredibus. li.ij.ar.xxxi. & in glo. ibidem.
Bona alterius habens & sententiatur propter excessum bona cedunt illi cui proprie bona pertinent & qui in depositum dedit ibidem ar.xxxi
Bona qui seipsos interficiunt in carceribus pœnę metu, cedunt fisco, ibidem glo. Iure muni.ar.xxvi.glo.
Bona per iudicẽ confiscantur, si non soluit vnus mulctã per annum. li.ij.ar.xli.
Bona si duo allegant illorum fore ex contraria possessione quomodo iudex procedere debet, li.ij.ar.xlij.
Bona acquiruntur vel aduenire vni possunt tripliciter. li.ij.ar.xliiij.glo.feu.c.xiij.
Bonorum impetitio quid sit. feu.c.xiij. & circa arti.xliiij.li.ij.Spe.saxo.hoc idẽ vide.
Bona ab alio contigit habere tripliciter, ex feudo, conducto, impignorato. li.ij. ar. lvij.glo.feu.c.vij.& lx.glo.
Bona triplicia, propria, feudalia, impignorata. li.ij.ar.lix.glo. feu.c.xiij.
Bona conducta vsurpare volens tantum amittit quantum vsurpare sibi voluit, ibidem. Spe.saxo.li.ij.ar.lix.
Bonorũ feudalium & proprij differentia. feu.c.liiij.& circa ar.lix.li.ij.hoc idẽ vide.
Bona duplicia, quędam sunt propria ea tamen in feudum habet vnus, quędam feudalia præcise feu.c.xvi.& circa ar.lix.li. ij.Spe.saxo.
Bona rapta nullo modo possideri seu præscribi possunt. Spe.saxo.li.ij.ar.lxiiij.glo.
Bona duplicia quę varẽdare oportet. Spe. saxo.li.iij. ar. iiij. glo.
Bona dupliciter vendicari possunt. li. iij. ar.iiij. glo.
Bona vendita aut donata repetere contigit dupliciter, ibidem.
Bona mobilia varendari non oportet nisi recognoscat venditionẽ aut donationẽ, ibidem.
Bona ĩmobilia varendari non oportet si corã iudicio adhuc nõ sunt resignata, ibidẽ
Bona quę nõ necessario varendãtur, ibidem ar.iiij.li.iij.
Bona quędam dantur ratione officij non tamen erunt feudalia nec iure feudi sed iure curię illa possidebit. feu.c. lxij.& circa ar.iiij.li.iij. Spe. saxo.
Bona simili testimonio impetita quomodo diuidi debent. Spe saxo.li.iij.ar.xxi.
Bonis alicuius se non iure intromittens si dimittere iure cogitur, mulctam & emendam soluet. li. iij.ar.xlij. & in glo. ibidem ampliorem huius vide declarationem.
Bona accõmodata si pro tempore statuto non redduntur mulctam non dabit si corã iudicio actum non sit, ibidem.
Bona mortui vxore prægnãte relicta qs prouidere debet. li.iij.ar. xxxviij.
Bona mobilia post mortem vxoris cedũt viro li.iij.ar.lxxvi. rationes ibidem in glo. vide.
Bona immobilia post mortẽ vxoris non cedũt marito, ibidẽ & ratiões in glo. vide.
Bona quadruplicia quę maritus capit cũ vxore, ibidem glo.
Bona an per vxorem alienari possunt viuente marito, vide per longum ibidem.ar. lxxvi. li. iij.
Bona, de bonis censualibus vide quędam necessaria. li. iij.ar.lxxix.
Bonorum censualium in respectu ad rusticos qui ea possident iura quędam specialia, ibidem glo.
Bona per aliquem donata, vendita, si quis possederit & alter item per ipsum & iudicem in possessionem mittatur, possidens licite contradicere poterit. li.iij.ar.lxxxiij. Iure muni.ar.xxix.
Bona mobilia quoad uixerit varendare oportet, ibidem li.iij.ar.lxxxiij.
Bona donata aut ex querela adiudicata q̃diu varendare teneatur, vide ibidem.

Bona pro quibus litigatur in manus tradi debent varendatoris, ibidem ar. lxxxiij.
Bona violenter occupans ante mortem alicuius perdit ius quod in expectãdo post mortem eius habuit, li.iij. ar. lxxxiiij.
Bona seu res accipiens occupans alterius ignoranter putans suas fore & nõ occultat, criminaliter accusari non potest dum modo sacramento confirmat se ignoranter occupasse. Spe. saxo. li.iij.ar.lxxxix.
Bona desinũt possideri tribus modis. Iure muni. ar.xx. & cxl. glo. feu.c. xxxvij.
Bona pupillorũ per creditores occupata quomodo eliberari tandem debent cũ pupilli adoleuerint. Iure muni.ar. xxvi. glo.
Bona pupillorum ex certis causis diuendi possunt, ibidem Iure muni.ar.xxvi. glo.
Bona ex admortuo in matrem aduenientia post mortem tandem eius cui cedunt. Iure muni.ar.lvij. glo.
Bona mobilia immobilia ex successione deuoluta quõ alienari possunt. Iure muni. ar.lxi.
Bona mobilia aut merces cõparate ex illis bonis quę ex admortuo cesserunt quo modo alienari licet, ibidem.
Bona aut merces labore proprio acquisite tempore perfecte sanitatis alienari licet Iure muni, ibidem ar. lxi.
Bona censualia ab aliquo habita signanter ab ecclesia si negat ille se ab eo habere sub censu, hic possidens censualis cicius obtinebit metseptimus q̃ qd' dominus eũ alienare deberet. Iure muni. ar.lxij.
Bona admortua patri vel matri illis tandem mortuis cui cedunt. Iur muni.ar.lxiij. glo.
Bona mobilia iure acquisita quomodo obtinentur si forsan ille cuius fuerant ea repetere vellet. Iure muni.ar.lxiiij.
Bona perlucrata iudicialiter cõtra aliquẽ, quomodo possidentur & quopacto ille veniens ea eliberare ex aresto poterit, ibidem glo.
Bona iudicialiter lucrata & possessa etiã contra absentem maiori iure quis obtinet q̃ alter sibi eripere possit, vt pote creditor cuius bona sunt & hoc intellige si debitũ ille postmodum recognoscat, ibidem glo. ar.lxiiij. Iure muni.
Bona si acquisita sint per virum labore, prio qui habet filium ex priori vxore, & vxor itidem pueros ex priori marito, bona mariti cedunt filio viri maiori iure q̃ pueris mulieris. Iure muni.ar.xcvi.
Bonis nullus se intromittere debet propria autoritate. Iure muni.ar.cxxxix. glo. & Spe.saxo. li.iij.ar.xxiiij.
Bona obligata si interim euenit damnũ in illis cui cedit damnum illud, vide Iure muni.ar. cxl.
Bona quędam ex seipso vadium efficiuntur, vt est supellectilis per inquilinum in domum q̃ conducit importata, ibidem.
Bona tutorum vadium est pupillorum postq̃ se tutelę intromittunt, ibidem.
Bona obligata tempore prefixo non exẽpta an diuendi possunt, & quomodo procedendum, ibidem.
Bona, si quis super bonis agat etiam iniuste & alter se negligit actor iuste obtinet bona huiusmodi, ibidẽ ar. cxl. Iure muni.
Bona vendicans sibi alio iure quã quod habet, vt si habet feudalia dicat esse propria perdit vtrunq̃. feu.c.xxxvij.
Bona mobilia, vide infra in dictione mobilia, de hac etiam materia vide infra titu. hereditas, & itẽ titu. res. & dictiõe propriũ

Bonus.

Bonus, pro bono quilibet reputari debet, donec contrariũ probetur. li.ij.ar.v.glo.
Bono animo quicquid fit pro honesto reputatur. Spe. saxo.li.iij.ar.xxxvij.

Burgrabius.

Burgrabius nullum legale iudicium habere potest sine sculteto. Spe. saxo.li.i.ar. lix. & li.iij. ar. lij. Iure muni.ar, x.ar. xvi. & xviij.glo.
Burgrabius bannum á rege habet, iudicium á domino terrę. Spe. saxo. li.i.ar.lix. Iure muni.ar.xi:
Burgrabius quomodo bannum indicere seu iudicium bannire debet. Spe. saxo.li.i. ar.lix.li.iij.ar.lij. Iure muni.ar.xvi.
Burgrabialia iudicia ter in anno celebrãda. Spe.saxo.li.i.ar.ij. li.iij.ar.lxi. Iure mu. ar.xlv.
Burgrabij, Margrabij, Gograuij, phalãsgrauij, deriuationẽ vide. Spe.saxo.li.iij.ar. liij.glo. & feu.c.lxxij.ibidem circa eũdem articulum.
Burgrabius & nullus alter iudicat super insidias, obsidia, domorũ irruptiones. Iure muni.ar.xxxviij.& xlv.& xc.
Burgrabio surgente ex iudicio sculteti iudicium sequitur. Iure muni.ar. xlv.
Burgrabius in iudicio nullas ciuiles iudi-

258

cat causas nisi occasione pprij, hereditatis, occasione feudi. limitũ, ibidem ar.xlv.glo.
Burgrabij & Sculteti pœna & quando solui debet. Iure muni.xlvi.
Burgrabio aut Sculteto scabinus sententiam inuenire non tenetur extra dies iudiciales nisi sit manuale factum, ibidem.
Burgrabius & scultetus iudicare possunt omni die vbi sine testimonio agitur, ibidẽ
Burgrabius, de burgrabijs vide infra in dictione Comes.

Caminum.

Caminum quilibet protegere debet ne á scintillis damnũ vicino eueniat. Spe.saxo. li.ij.ar.li. Iure muni.ar,cxxiiij. & cxxv.

Canis.

Canem interficiens in defensa si iurauerit quod causa necessitatis id fecerit nihil demeretur. Spe.saxo. li.ij. ar. lxij. Iure muni.ar.cxxiij.
Canes venatici per aliquẽ occupati si non habentur & restitui non possunt, per eorum similes soluuntur, dummodo iuretur equiualere. Spe. saxo. li. iij.ar.xlvij. Iure muni.ar,cxx.glo.
Canis vel aliud animal volens hominem mordere si occidatur, iurauerit q̃ occisor qd' eũ aliter cohibere nõ potuit, nihil soluit, Spe. saxo. li.ij. ar. lxij.li. iij. ar. xlviij. Iure muni.ar. cxxiij.
Canis qui campũ visitat alligetur ne damnum inferat li. iij.ar.xlix.
Canis inferens damnum ille quem sequitur vel si hic soluendo non est damnum á domino resarcitur, ibidem.
Canis haberi non debet vbi vulgo iter est li.iij.ar.xlix.glo.
Canem occidens non in defensa quomõ solui debet abolita consuetudo, quod causa suspendi & tãdem in altum oppleri tritico debeat, ibidem glo.
Canis damnũ faciens ille q̃ fouet eũ probare oportet qd' nesciuit eum rabidũ & mordacẽ fuisse. Iure muni.ar.cxxiij.glo.
Canis cathena ligatus si damnum facit ille sibi in culpa erit quem lesit, ibidem.
Canem emittens in pecora aliena si leditur absq; culpa ille qui lesit erit, ibidem.
Canis vulneratus extra domum in defensa in anteriori vel posteriori parte quomodo procedendum in querela, ibidem Iure muni.ar.cxxiij. glo.

Canon.

Canones cum legibus concordãt. Spe.saxo.li.i.ar.i.glo.

Captiuitas.

Captiuitati datus propter id quod fideiussore caret non derogat iuri aut honori. Spe.saxo.li.i.ar.lxi. Iure muni.ar.xxvij.
Captiuitas quid sit. li.ij.ar.vij. glo.
Captiui hominis actio si in crastinum inducta fuerit ille ad cautionem dari debet fideiussoriam, nisi sit in manuali facto deprehensus. li. ij.ar.ix.
Captiuus extra manuale factum detentus eliberari per sententiam debet, vel quere re causam oportet quur id fieri non debeat, li.ij.ar.ix.in anno.
Captiuans percutiens famulũ alterius quę pœna li.ij.ar.xxxiiij. Iure mu.ar.lxxx.glo.
Captiuum tenens hominem respondere tenetur omnibus pro ipso agere volentibus ibidem li.ij.ar.xxxiiij.
Captiuitas duplex, ibidem glo.
Captiuans alium sine rerum ablatione aut vulnerans absq; mortali vulnere heredibus lesi respondere non cogitur, si post anni spacium moritur, nisi actio sit inchoata tempore vitę. Spe.saxo.li.ij.ar. xxxi.
Captiuitas iusta neminem cruciat. li.iij.ar. xxxix. glo.
Captiui facta & promissiones sunt ipso iure inanes. li.iij.ar.xli.
Captiuus ad fidem dimissus vel transactionem faciens explere tenetur, ibidem.
Captiuus promittẽs quid propter vitę cõseruationem & non potest implere, iuri non derogat suo, ibidem.
Captiuus fraudulenter si se reuersurũ promiserit implere non tenetur dummodo iuret dolose & per metum ad istam venisse stipulationem, ibidem.
Captiuus duo tenere & implere tenetur, fidem promissam, & transactionem, ibidem glo.
Captiuus coactus ad transactionẽ, pmittens certã summã quid facere debet quod periurus non sit, ibidem.
Captiuus exquo seruus illius est qui eum detinet, quare promittere nihil potest, ibidem. glo.
Captiuitas nulla honesta nisi quę in bello fit, alij vero si quem captiuant fraudulenter facere videntur, excepta tamẽ detenti

one in tuẽdo bonis suis, vel prouincijs vel vitam suã vel alicuius alterius ibidẽ.glo.
Captiuus non implens promissa an periurus sit, ibidem ar.xli.glo.
Captiui omnes in aduẽtu Regis sunt Regi presentandi .li. iij.ar.lx.
Captiuũ si detinet vltra postq̃ sibi á Rege demandatum sit detentor erit illegalis, ibidem.
Captiui omnes illius iurisditionis, iudici presentari debent, ibidem.glo.
Captiuus in carcerem publicũ datus quomodo iudex euadere debet vt sit sine damno tam in ciuilibus q̃ in criminalibus actionibus. Iure muni.ar.xvij.glo.
Captiuus, vide infra in dictione carcer.

Carcer.

Carcer mulierũ separatus esse debet á carcere virorũ. Spe.saxo.li.i.ar.lxx.in anno.
Carceribus iniectus publicis ob defectum fideiussorie honori minime derogat suo. Iure muni.ar.xxvij.glo.
Carcerem iudex prouidere debet, & propter id ex caduco hereditatẽ & arma bellica capit. Iure muni.ar.lix. glo.
Carcer vide ad hunc sensum supra in dictione captiuitas.

Carolus.

Carolus Magnus ius terestre dedit Saxonibus Fredericus vero feudale. Spe.saxo. li.i.ar.xiiij.glo.
Carolus magnus Sclauos debellauit. Spe. saxo.li.iij.ar.lxx. Iure muni.in prologo.
Carolus magnus xli. annis imperauit Saxonibus, Item priuilegiũ dedit & alia plura de vita & virtutibus eius. Spe. saxo.li. iij.ar.lxxxij.glo. Iure muni. in prologo.

Castitas.

Castitas duplex, & illa diuersum sortitur modum in virginibus, coniugatis, & viduis. Spe.saxo.li.iij.ar.i.& xxvij glo.
Castitatis votũ duplex, ibidẽ li.iij.ar.xxvij

Castrans.

Castrans aliquem ex proposito quę pœna.li.ij. ar. xvi. glo. & ex lege duodecem tabularum, ibidem.

Castrum.

Castrum fouens malefactores bannitur seu proscribitur. Spe.saxo.li.ij.ar.lxxij.
Castrum accusatum super spolio quomodo expugnatur, ibidem.
Castrum, de castro exeuntes damna si faciant quomodo procedendum erga illos, & illi quomodo iure defendi possunt, ibidem
Castrum q̃ remote vnum ab alio edificari debet.li.iij.ar.lxvi.
Castra, oppida, muniri non debent sine licẽtia iudicis, ibidem.
Castrum propter iniuriam destructũ reedificari non potest sine licentia iudicis, ibidem glo.& feu.c.lxxiij.
Castrum destructum per aliquem voluntarie vel propter paupertatem desolatum, aut violenter amissum restaurari potest, ibidem li.iij.ar. lxvi.
Castrum minus iuste occupatum quomodo consequi debet secundum iuris ordinẽ, li.iij.ar.lxvij.
Castrum minus iuste occupatum actio interim contra eum fieri non potest vt destruatur nisi prius agatur contra occupatorem, ibidem.
Castrum demoliri potest ex quatuor causis, ibidem glo.
Castrum demoliturus iudex quomodo procedere debet, et villani quomodo sequi eundem tenentur.li.iij.ar. lxviij.
Castrum cum destruitur iure condemnatum cremari non debet nec ligna auferri, nec aliquid capi nisi sint spolia, illa etenim spoliato restituuntur, & alia ad hanc materiam, ibidem.
Castrum iudex diruere non potest nisi rationabilibus inductus causis, quę sunt quatuor, ibidem.
Castrum domini etiam vasallus destruẽdum iuuare cogitur cum rationabiles precedant causę, ibidem li.iij.ar.lxvij.

Cautio.

Cautionem interponi non oportet actori, nisi alter terminus prefigatur. Spe.saxo.li. i.ar.lxi.
Cautio statuenda per actorem lite contestata quod illic terminet actionẽ, ibidẽ glo
Cautio expeti potest ad sistendum se iudicio & de parendo iuri, & hoc verum in actionibus criminalibus. li.iij.ar.xiij.
Cautio, vide ad hunc passum infra titu. fideiussor, & itẽ titu. obligatio & ꝓmissio.

Celibatus.

Celibatus prohibetur ex lege xij. tabularum. Spe. saxo.li.ij. ar. xxiij.

259

Census.

Censualis non debet pignora maiora pro domino sustinere vltra censum vnius anni. Spe.saxo.li.i.ar.liiij.
Censum non soluens tempore debito in crastino soluet duplum, & sic consequenter si dominus censum iuxta sententiam prosequitur in domo censita, ibidem.
Census extra fines ędium non est soluendus, ibidem.
Census & decimas facilius dominus aut eius factor obtinebit si denegatus fuerit, ibidem.
Censum si persolutũ censitus dixerit mettertius probabit, ibidẽ in annota. & feu.c. lxv. glo.
Census, pro censu á fundo dominus licite pignorabit sine licentia iudicis, ibidem, li.i. ar. liiij.
Censitus sine licencia domini foueas facere, arbores excidere, minime potest, nisi sit sua hereditas illa censualis, ibidem.
Censum quilibet instituere potest in traditione rei prout velit, li.i.ar.liiij.glo.
Census difinitionem vide, ibidem.glo.
Census presitus tanto tempore quod nõ sit memoria illius, & item á xl. annis soluendus in posterum erit. ibidem glo.
Census propria autoritate non est auferẽdus, ibidem.
Censitus probans censum tribus annis retro proxime transactis exsoluisse, presumitur quod non fuit negligens immo semper soluisse, ibidem glo.
Census quando soluitur ex agris, ibidem.
Census in traditione rei alicui imponi potest prout vnus vult, ibidem glo.
Census soluendus est secundum estimationem monete protunc currentis cum census impositus sit, ibidem glo.
Census Romani sunt autores, ibidem li.i. ar.liiij & li.ij.ar. lvij. Iure mu.ar. vij.glo.
Censualium ius erga dominos, & econtra triplex, & vtilitas eiusdem duplex, ibidem li.i.ar.liiij.& li.ij.ar. lvij.
Censuales duplices, quidam pertinent sem per ad bona, quidam non, ibidem.
Censualis alienari á proprietario in certis casibus ante tempus potest, ibidem in glo. causas, vide li.i.ar. liij.
Censitus accusatus de censu solutionem mettertius probabit, sed si dominus dicat non soluisse propior est eum conuincere q̃ ille negatiua absolui, & vt sic conuictus duplum soluit, & sic consequenter. feu.c.lxv.& circa ar.liiij.li.i. Spe. saxo.
Censitus quicunq; sit, edificia fundi suis reliquit heredibus, nisi sit militaris qui eà vxori dederit. Spe.saxo.li.ij.ar.xxi.
Censualis fundus si domino feudi cedit eidem cedunt edificia, ibidem.
Censualia bona duplicia, ibidem glo.& li. iij.ar.lxxix.feu. c. xxxvij.glo.
Censiti an milites esse possint. li.ij,ar.xxi. & lix. glo.
Censualis si moritur eius heres edificia in terra aliena facta cum recedit tollit, preter anteriorem & posteriorẽ sepem domum & fimum, illa etenim dominus redimet, li.ij. ar. liij.
Census & redditus feudalis quãdo soluũtur, quomodo & á quibus rebus, & cui cedũt mortuo vasallo, vide abunde Spe. sax.li.ij.ar.lviij.
Census & redditus heredis feudalis cũ ad annos peruenerit eidem cedere debet, & quomõ dominus segetes abscidit, ibidẽ.
Censualem non innatum dominus si alienare & econtra, si ille recedere vult quando denunctiare vnus alteri debet. Spe.sax li.ij.ar.lix.
Censitus si moritur, heres succedit in fundum. ibidem.
Census mortuo domino heredi soluitur. ibidem.
Censualis ante tempus expelli non debet nisi in certis casibus, ibidem glo.
Censitum nihil varendare oportet nisi a patre suo. ibidem glo.
Censum non soluens ad tres annos locata bona vacabunt domino. ibidẽ glo.
Censitus quicquid bonorum in curia habet est pignus loco census, ibidem. li.ij.ar. lix.& Iure.muni.ar.cxl.
Censualis quis dicatur. ibidẽ. li.iij.ar.xlv. glo.
Census mulieris mortue si iam preterijt ante mortem suam ille cedit viro, li. iij.ar. lxxvi. feu. c.lvij.
Census pecuniarius & censualium bonorum diferentia, li.iij.ar.lxxix.
Censualia bona sunt nec̃ propriũ, nec̃ hereditas, nec̃ feudalia, & de bonis censualibus plura ibidem. glo.
Censitorum rusticorum super bonis censualibus consedentium iura specialia ibidẽ li.iij.ar.lxxix.glo.

Census agrorum vnde ortum habent. Iure muni. ar. vij

Census retentus ante dotalicium & non monitus vt soluatur, viro tandē mortuo, dotalicium per id impediri minime potest. Iure muni. ar. xxij. glo.

Censu non soluto si bona res seu supellectilis per censitum alienata sint, dominus bonorum illa repetere potest, & obtinet illa maiori iure q̄ is cui inuadiata sunt. Iure muni. ar. cxl. ibidem de censu plura.

Certantes.

Certantes q̄ sint & quod sunt infames, vide li. i. ar. xxxviij. et xxxix. Spe. saxo. glo.

Certantes in publico certamine & vnus alium ledens nihil resarcire tenetur, li. ij. ar. xxxviij. & ar lxxi. glo.

Certantes causa virtutis non sunt infames secus si pro pecunijs id faciant, ibidē glo.

Certātes, vide plura in hūc passum in dictione duellum, & item in dictione pugil.

Cibaria.

Cibaria domestica quę sint. Spe. saxo. li. i. ar. xxij. Iure muni. ar. xxiiij. xxvi. & lviij. glo.

Cibaria domestica quis tollit & quomodo diuidūtur, li. i. ar. xxij. Iur. muni. ar. xxiiij. & lviij.

Cibaria vxor non hereditat tempore vitę viri nisi post mortē. Spe, saxo. li. iij. ar. xxxviij.

Cibaria domestica q̄uis post mortem viri appareant, si tamen maritus eius conditionis fuerit quod ex huiusmodi rebus victum quęritabat suum ad hereditatem pertinebunt. Iure muni. ar. xxiiij.

Cibariorum domesticorum quantum mulier accipit post mortem viri. Iure muni. ar. xxiiij. & lviij.

Cimiterium.

Cimiterium confugientes qui defenduntur & qui non. Spe. saxo. li. ij. ar. x. glo. Iure muni. ar. ix. glo.

Cimiteria cū construūtur cruces illic apponuntur vel sculpūtur ad denotandū immunitatē loci. Iure muni. ar. ix. glo.

Cimiterium, vide plura infra in dictione Ecclesia.

Citatio.

Citatio non est principium sed preludium iudicij. Spe. saxo. li. i. ar. lxij. glo.

Citatus ter & non comparet proscribitur li. i. ar. lxvij.

Citatus pro qualibet non comparitione impensas soluet anteq̄ ad responsionem admittitur, ibidem in annota.

Citati tribus vicibus si non comparent actor in possessionem mitti debet. li. i. ar. lxx. practicam huius vide. Iure muni. ar. xxiij. glo.

Citatus ad iudicium non veniens mulctā soluet, li. ij. ar. vi. Iure muni. ar. xlvij. glo.

Citare nullus alium potest nisi eum accuset vel quod accusetur. li. ij. ar. xiiij.

Citari absens ad omnes actus debet, alias sententia non ligat. li. ij. ar. xxiiij. li. iij. ar. v. circa fi. glo. Iure muni. ar. lxiiij.

Citatus pro violentia quot homines secū habere potest ad iudicium, & quomodo se regere debeat. li. ij. ar. lxvij.

Citationis modus illorum qui ad palantiā pertinent. Iure muni. ar. xv. & in glo.

Citati ad palantiam & non veniunt sententia nihilominus per illos qui intersunt pro qua fuit appellatum edici debet, ibidē glo.

Citet si vnus alium & tandem liberum dimittat an mulctam soluere tenetur iudici, vide sensum huius sub distinctione. Iure muni. ar. xlvi. glo.

Citationis forma & quomodo procedere debet, cum aliquem pro debito & alijs iniurijs citat, & de citationū effectu abunde vide Iure muni. ar. xlvij. glo.

Ciuitas.

Ciuitas, ē ciuitate tria genera hominū expellenda, leprosi, cadauera mortuorum, et mendicātes validi. Spe. saxo. li. i. ar. iiij. glo.

Ciuitatis status non debet propter aliquē violari. Spe. saxo. li. i, ar. xxx.

Ciuitas oppignorata maiori q̄ vt consueuit exactione torqueri non debet. feu. c. lv. & circa ar. xxiiij. li. ij. Spe. saxo.

Ciuitates quę palantię dicuntur in Saxonia quinq̄ vbi Rex cum curia residere debet. li. ij. ar. lxij.

Ciuitas foralis erigi non potest sine licencia principis, li. iij. ar. lxvi. & Iure muni. ar. ix. glo.

Ciuitates aut castra erigi non debent sine licentia iudicis propter inobedientiam inhabitantium. Spe. saxo. li. iij. ar. lxvi. glo

Ciuitas vel cōmunitas vt delinquere dicatur quę requiruntur. li. iij. ar. lxxxvi. glo.

260

Ciuitas illa iustissime ordinata est, in qua q̄sq̄ ꝓprios nescit affectus, ex dicto Platonis. Iure muni. ar. ix. glo.

Ciuitas cum edificat necessario venit cōsensus Imperatoris et Pape, Iure muni. ar. ix. glo.

Ciuibus ꝓhibere prędes prouincię potest ne ciuitatem muro cingant vel fortalicia extruāt, si prędsentitur id in damnum fore. Iure muni. ar. ix.

Ciuitas cum erigitur cruce signatur in signum pacis, ibidem. glo.

Ciuitatis mandatum & consuetudo non extendit se vltra, nisi inquantum iurisditio extēditur. Iure muni. ar. ix.

Ciuitatis Maideburgeñ. Iure municipali locatio. Iure muni. ar. x.

Ciuitatis administratores ex priuilegio Ottonis Ruffi Imperatoris, potestatē habent officia prouidendi. Iuramenta suscipiendi, ac alia faciendi tanq̄ solus Imperator adesset, ibidem glo.

Ciuitas antiquior & principalior alicuius prouincię vel regni, caput esse debet iuris erga alias ciuitates illius prouintię. Iure muni. ar. xij.

Ciuitatis constitutionem frāgens quid demeretur. Iure muni. ar. xix.

Ciues omnes subesse imperio proconsulis debēt dato quod ciuitas libera sit. Iure muni. ar. xix. glo.

Ciuitas necessario constituitur ex diuersi generis hominibus, mechanicis, mercatoribus, laboratoribus, agricolis. Iure muni. ar. xix. & xliij. glo.

Ciuis q̄libet brasea facere, cereuisiam propinare & mercari potest. Iure muni. ar. xlviij. glo.

Clamor.

Clamor iudiciarius est inchoatio querele seu actionis. li. i. ar. lxij. Iure muni. ar. xxxviij. glo.

Clamorē iudiciariū excitans & non prosequens pœna tres solidi, ibidē li. i. ar. lxij.

Clamor iudiciarius non semper emendatur pœna trium solidorum, ibidem li. i. ar. lxij. & li. ij. ar. xxvij. Spe. saxo.

Clamor si excitatur, factū debet esse euidens & subsequi oportet membri amissionē vel saltim pœna. Spe. sax. li. ij. ar. lxiiij.

Clamorem violentiarum excitans contra aliquem vbi manuale factum non sit, pœnam illam tollerare cogitur si eum non cōuincet. li. ij. ar. lxiiij. glo. finali.

Clenodia.

Clenodia Imperij quinq̄ quę Imperatori Romę circa eius coronationem vt cōmuniter conferuntur & eorū declaratio. Spe. saxo. li. iij. ar. lx. glo. feu. c. iiij. glo.

Clericus.

Clerici etiā legibus obedire tenentur. Spe. saxo. li. i. ar. i. glo.

Clericus cum sorore vtēsilia diuidit simul & cum fratribus hereditatem, & quare id fit rationes vide li. i. ar. v. Iure muni. ar, xxiij. & lvij.

Clericus debet esse ordinatus, tonsuratus, ibidem. li. i. ar. v. Iure muni. ar. lvij.

Clerici morte vtensilia relicta pro hereditate censentur, ibidem.

Clericus beneficiatus non diuidit vtensilia matris cum non emancipatis, ibidem.

Clericus sororem habens in perceptione hereditatis coequantur, ibidem.

Clericus quicquid post se reliquit hereditas est, ibidem.

Clericus duntaxat accipit supellectilē matris cū sororibus nō autē supellectilē sororum aut agnate, ex textu innuere videtur, ibidē in annota. Spe. saxo. li. i. ar. v. & glo.

Clericus duplicia possidens bona hereditaria & feudalia post mortem eius cui cedant, ibidem li. i. ar. v. glo.

Clericus diuidit cum fratribus & nō monachus. li. i. ar. xxv.

Clericus diuisionem bonorum affectans coram iudice seculari agere eū oportet. li. i. ar. xxv. glo.

Clericus in tribus respōdere cogitur apud iudicem secularē, li. i. ar. xxvi. feu. c. ij. glo.

Clerici iudicium exercere in criminalibus non possunt, sed bene alijs comittere, ibidem. li. i. ar. xxvi. glo.

Clericus siue prędsbiter scięs aliquē in mortali fore peccato. Eucharistiā petēti ministrare debet. Spe. saxo. li. ij. ar. i. in annota.

Clerici & milites thelonea non pendunt li. ij. ar. xxvij. feu. c. xi.

Clerici & milites negociantes soluere thelonea coguntur. ibidem li ij. ar. xxvij. & feu. c. xi.

Clerici & iudei arma portare non debēt. li. iij. ar. ij.

Clerici arma portātes & nō tonsi, delinquēs in eis, vt laico emēdā dabit, ibidē.

Clericum percutiens ipso facto est excõmunicatus, ibidem glo.
Clerici iurisdicionem temporalem habentes arma deferre possunt. Si vero iurisdictionem non habent temporalem arma sumere eis nõ licet in propria persona, nisi ad defensam vel ad adhortãdũ, ibidem li. iij. ar. ij. glo.
Clericus neq; comam neq; barbam nutriat, ibidem.
Clericus dimittens in persequutione habitum non perdit priuilegium suum, immo percutiens eum est excommunicatus, ibidem glo.
Clericorum nomine qui intelliguntur, ibidem li. iij. ar. ij.
Clerici á quibus potissimum abstinere debent, li. iij ar. ij. glo.
Clerico non creditur qui cum vxore alterius cohabitat dato quod probare velit zelo bono id eundem facere li. iij. ar. xxxvij. glo.
Clericorum filij peiores sunt q̃ laicorum naturales filij, legittimari enim minime possunt. Spe. saxo li. iij. ar. xlv. glo.
Clericus nullam habens sororem accipit supellectilem prę omnibus agnatis etiam sororibus matris. Iure muni. ar. xxij. & Spe. saxo. li. i. ar. v.
Clericus an per duellum agere potest & quomodo, & an efficiat irregularis, vide iure muni. ar. xxxv.
Clericus accipiens Geradã promittens q; presbyterari virginem superducat si moriatur Geradam restituere nõ tenetur. Iure muni. ar. lvij.
Clericorũ filius si superducat vxorẽ pueri quidem sui legittimi sunt, succedere tamen patri non possunt. Iure mu. ar. lix. & Spe. saxo. li. i. ar. li.
Clericus, vide infra in dictione sacerdos.

Clipeus militaris.

Clypei militares septem, & quẽ quis clypeum obtinet incipiendo ab Imperatore. Spe. saxo. li. i. ar. iij. Iure muni. ar. vij. glo. feu. c. i.
Clypeus quid sit, ibidem. li. i. ar. iij. & li. iij. ar. lxxij. glo. feu. c. i.
Clypeus militaris vni aduenire potest, nõ tamen ius recuperat prouinciale, vt patet de monacho in abbatem electo. li. i. ar. xxvi. glo.
Clypeo militie carentes non relinquunt post se arma bellica li. i. ar. xxvij.
Clypeum quando diminuere quis dicitur. li. i. ar. lij. glo.
Clypeum patris filius obtinet legittimus. li. ij. ar. lxxij.
Clypeo nobilitatis quicunq; includuntur milites esse possunt. Iure muni ar. vij. glo.
Clypeus, vide infra in dictione scutũ bellicum.

Cloace.

Cloacę stabuli porcorum fornaces trium pedum á sepe edificari debent. Spe. saxo. li. ij. ar. li. Iure muni. ar. cxxiij. cxxvi. & cxxvij.
Cloacę versus curiam vicini ad terrã vsq; muniantur, ne fetore vicino noceant, ibidem li. ij. ar. li. & Iure muni. ar. cxxvi. & cxxvij.

Coactio.

Coactio duplex, verbo et facto. li. i. ar. xxv. Spe. saxo. glo.
Coactio duplex ex violentia & ex iure, & ita iterum duplex. li. ij. ar. i. glo. feu. c. xxxix. glo.
Coactio triplex honesta, deifica, timorosa. feu. c. xxxix. & circa ar. i. li. ij. Spe. sax.
Coacte promittens quid adimplere non tenetur. Spe. sax. li. iij. ar. xli. glo.

Cognatio.

Cognationis gradus in septimo terminatur in percipiendis hereditatibus, in quinto vero ad contrahenda matrimonia. Spe. sax. li. i. ar. iij.
Cognationis gradus quomõ distinguuntur, & qui in primo continentur ibicẽ.
Cognationis gradibus propinquiores prę feruntur & alia de gradibus successionis ibidem plura vide.
Cognatio triplex, ex genelogia, affinitate, baptismo, & quę tacit ad succedẽdũ, & quę impedit tantummõ matrimonium ibidem. li. i. ar. iij. glo.
Cognatio, ex cognatione spirituali, quę ex baptismo contrahitur nouem propinquitates nascũtur, ibidem. Spe. sax. li. i. ar. ij. glo.
Cognata mulieris facilius obtinet vtẽsilia eiusdem q̃ vxor mariti. li. i. ar. xx. & Iure muni. ar. lvij. & lviij.
Cognatus iudicare potest super vitam sanitatẽ hereditatem cognati, & eum occasione pacis fracte insequ, & alia plura vide

261

li. iij. ar. lxxviij.
Cognatus dicitur ex parte matris siue sit vir siue mulier. Iure muni. ar. xxiij. glo.
Cognata quare ex parte fusi descendere dicitur, ibidem Iure muni. ar. xxiij.
Cognata accipiens geradam struere debet marito lectum propter honestatem, ibidẽ ar. xxiij. &. Spe. sax. li. iij. ar. xxxviij

Collatio

Collacio qualis esse debeat, vide Spe. sax. li. i. ar. xiij. glo.
Collacio, quicquid vnus habet tempore mortis patris venit in collationem cũ non emancipatis ibidem.

Comes. Comitatus.

Comes sub banno iudicans sine Sculteto iudicare nõ potest. Spe. sax. li. i. ar. lix. & li. iij. ar. lij. Iur. mu. ar, x. ar. xvi. &. xvij.
Comes si negligit terminum iudicialem illum solum perdit actor, li. ij. ar. ij.
Comitis nomine iudex quilibet intelligi debet, ibidem glo. & ar. xij. glo.
Comes & Comitatus quid sit & quomodo intelligitur. li. ij. ar. xij.
Comes coram sculteto respõdere tenetur, li. iij. ar. lij.
Comitatus pertinens in feudum vexillorum eundem vacantem habere non licet. li. iij. ar. liij.
Comitis iudicium quomodo celebrari debet, & qui interesse tenentur. li. iij. ar. lxi. & li. i. ar. ij. Iure muni. ar. xlv.
Comites sunt subiudices principum, ibidem glo.
Comes non semper indicere iudicium debet, ne subiectos iurisditionis sue fatiget & destruat mulctis, ibidẽ li. iij. ar. lxi. glo.
Comes partem Comitie alteri dare non potest. li. iij. ar. lxiiij.
Comes vnde dicatur. li. iij. ar. lxiiij. glo.
Comes bannit iudicium sub bãno regio, Marchio sub sua fidelitate. Iure mu. ar. x.
Comes sine sculteto nullum iudicium habere potest. Scultetus vero sine vndecim scabinis, ibidem, ar. x.
Comes, residuum de comite vide supra in dictiõe Burgrabius, & infra titulo iudex.

Commissum.

Commissum si sit alicui facere aliquid personaliter illud alteri cõmittere non potest, Spe. saxo. li. i. ar. liij. glo.
Commissum vide plura infra in dictione mandatũ.

Compensatio.

Cõpensatio iure Saxonico locũ nõ habet Spe. saxo. li. iij. ar. xij. glo. & in annota.

Complices. V. Auxiliarii

Complices eque sicut principales puniuntur, li. ij. ar. xxv.
Cõplices q dicant ibidẽ. li. ij. ar. xxv. glo.
Complices seu participes homicidij debẽt pro homicidio condemnari siue sit particeps delicti ex consensu, consilio, facto, opere. li. ij. ar. lxiiij. glo.
Complices & conscij facti fiũt, maleficos in arce occultañ, & hi qui arcem inhabitant per simile culpandi veniunt ex eo qa malefactum pro rato habetur. lib. ij. arti. lxxij. glo.
Complices etiam dicuntur nedum illi qui auxilio sunt maleficij vel receptatores eorundem, sed etiam si accepta pecunia vel parte surreptorum eosdem apprehẽdere omiserint, vel prehensos dimiserint. li. ij. ar. lxxij.
Cõplices, vide supra in dictiõe auxiliarij.

Compromissio.

Compromissum non extenditur in compromittentis heredes si de ipsis cautũ non sit in cõpromisso. Spe. saxo. li. ij. ar. xi. glo. Compromissum de cõpromissis vide plura infra ti. fideiussor et dictione promissio

Concordia.

Concordia quid sit & quę eius vtilitates vide abunde infra ti. transactio.

Concredens.

Concredens aut concedens alicui aliquid & ille alienat non potest rem in emptore nisi in illo cui concredidit refarcire. Spe. sax. li. ij. ar. lx.
Concredens rem aut concedens alicui & ille alienat, res huiusmõi ab herede vel ab iudice si ad illũ ptinet postulet ibidẽ ar. lx.

Condemnatus.

Condemnatus in mortem liberari non potest etiam iuramento, nisi seruus per dominum. li. ij. ar. xix.
Condemnatorum & seipsos interficientium ex furia, bona cedunt heredibus. li. ij. ar. xxxi.
Condemnatus debitam sustinẽs pœnam, potest in sacro loco sepeliri. li. iij. ar. l. glo.

Conditio.

Conditio apposita omnem limitat legem. Iure muni.ar.xxij. & li.ij.ar.x.glo.li.iij,ar v.glo.fina.
Coditio vẽditioni vel emptioni apposita plurimũ obseruãda est.Iure muni.ar.cxl.

Conductor pacis.

Conductum saluum prębens alicui,si dãnum inferatur resarcire tenetur. lib.ij.ar. xxvij.
Conductum saluum soluere non tenetur cui placet corpus & res fortunę exponere, ibidem.
Conductum, de conducto vide plura infra in dictione saluus conductus.

Conductio. Locatio.

Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet,& si quid in lege cõductionis prętermissum est id ex ęquo & bono prestabit.li.ij.ar.xxxij.glo.
Conductio,in omni conductione damnũ prouideri debet,dato quod expressum nõ sit.li.ij.ar.xlvij.glo.
Conductio & venditio quibus differunt. Spe. saxo.li.ij.ar.lix.glo.
Conductitia bona quę dicantur.lib.ij. ar. lix. glo.
Conducta res si moritur vel anihilatur, damnum est domini principalis, precium tamen conducti exsoluere oportet conductor.li.ij.ar.lix.glo.
Conducta seu locata bona recuperari possunt tripliciter ibidem.
Conductor domus frui debet priuilegio pacis in domo illa.li.ij,ar.lxvi.glo.
Conductiõis seu locationis modus sextuplex. li.ij.ar.lix.glo.feu.c.xiiij. & lx.
Conducta bona loco proprij qui vsurpare vult tantum amittit de suo quantũ vsurpare voluit de alieno, ibidẽ li.ij.ar.lix.glo.
Conductor inquilinũ ante tẽpus alienare nõ potest nisi in tribus casibus,ibidẽglo.
Conducens bona damnũ superueniens tolerare oportet & non proprietarius,ibidẽ, li.ij.ar.lix. glo.
Cõducere labores ac operas suas an vnus poterit,li.ij.ar. xxxiij. glo.
Conductio bonorum cum consensu hęredum esse debet.li.iij.ar.lxxvij.glo.
Conductum & locatum hęredes seruare non tenentur,sine tamen damno illius qui conduxit,ibidem ar.lxxvij.li.iij
Conductione & locatione ęque bona alienari possunt,sicut per venditionẽ,li.iij.ar. lxxvij.glo.
Cõductoris vel inquilini domus,tota suppellex quam importat est pignus domini domus in censu.Iure muni. ar.cxl.
Conductiõis & locatiõis plura ibidẽ vide
Conductor domus potest in suo cẽsu occludere suppellectilẽ inquilini sine prędicio,ibidem.
Cõductor domus citius iuramẽto obtinet censum in inquilino q̃ ille negatiua absoluitur,ibidem.
Conducens domũ suppellectilem importatam in domum alteri impignorari non potest, est eñ pignus in censu,immo dominus domus eam recuperare iure potest Ibidem ar. cxl.

Confessus.

Confessus victus habetur. Spe.saxo.li. ij. ar.xvij. & xxij. glo.
Confessus, ex sola confessiõe potest vnus dãnari dũmõ sit sine tortura,alias non valeret, ibidẽ li.ij.ar.xvij.in annota.& glo.

Confirmatio.

Confirmatio alicuius priuilegij in forma communi facta, vt pote eo respectu si & inquantum ius ad id habes vel iuste possideas cum similibus,nullum vel modicum ius tribuit sed verius conseruat. Confirmatio vero quę fit ex certa scientia cum causę cognitione tribuit ius, li.ij. ar.xxx.glo.

Coniuratio.

Coniuratio principũ non excluso Imperio est crimen lese Maiestatis.Spe.saxo.li. ij.ar.i.
Coniuratio ciuitatum,ciuium, mercatorũ pœna pondo auri.ibidem glo.
Coniuratio principum non excluso Imperio si ex obliuiõe id factum sit,deliquit cẽtum pondo auri, Si ex malicia vita bonis honore priuatur & pro eis intercedẽs infamis est,ibidem glo.
Cõiuratio facta inter principes, ciuitates, personas,seruari non debet,nisi sit propter pacem,ibidem li.ij. ar.i.

Corona.

Coronatio Regis Romanorum triplex.li iij.ar.lvij.
Corona Imperij triplex, & earum interpretatio.li.iij.ar.lvij.glo. feu.c.iiij.

Conscientes mortem.

Inferre sibi mortem dupliciter contingit. Spe.saxo.li.i.ar.v.glo.& li.ij.ar.xxxi.glo.
Conscientes mortem sibi ex Melancolia hęredes succedunt. Seipsos autem interficientes timore pœnę fiscus succedit, ibidẽ li.i.ar.v. glo.& li. ij.ar. xxxi. glo. & item Iure muni. ar. xxvi.
Conscientes sibi mortem in sacris non sepeliuntur, nec pro eis oretur, ibidem li. ij. ar. xxxi.

Conscij facti.

Conscij facti qui dicuntur, vide supra titulo auxiliarij & dictione complices.
Conscius facti quod sit in homicidio si qs alloquatur,in iuramento q̃ defecerit,quid demeretur.Iure muni.ar.xci.

Consilium.

Consilium,pro consilio dato vel dando licitum est pecuniã accipere pro fatiga. Spe. saxo. li.i.ar. lx.

Constitutio.

Constitutio qualis esse debet. Spe.saxo.li. i. in prologo.Iure mu.ar.xxij. & ar.xliiij.
Constitutio quid sit. Iure muni.ar.i.
Constitutio iuri naturali minime derogare potest.li.i.ar.iij. glo.& Iure muni. ar.i. & ij.
Constitutiones propter actus humanos qui & mutabiles sunt constitute habentur,quare &leges occasione illorum sancite ex rationabilibus causis imutantur,li.i. ar. iij. glo.
Cõstitutio ex triplici immutatur causa. li. i.ar.iij.glo.
Constitutio dupliciter corigitur seu immutatur.li.i.ar.iij,li.ij.ar.xxvi.Iure muni.ar.i.
Constitutiones immutare possunt ius humanum non tamen ius naturale.li.i.ar.iij. li.iij.ar.xxix.Iure muni.ar.i. & viij.
Constitutio posterior derogat priori ex lege xij.tabu.li.i.ar.xiiij.&li.ij.ar.xxvi.li.iij. ar.lxxvij. glo.dato etiam quod ibi nulla mentio sit de illa constitutione.
Constitutio legem, consuetudo vtrumq; vincit.li.i.in prologo.& li.ij.ar.xxvi. glo.
Constitutiones contra eccleśię libertatem introducte ipso Iure casse & inanes esse debent li.i.ar.xvij.
Constitutio facta per iudicem cum maiori parte populi,á minori parte seruari debet.li.ij.ar.lv.
Constitutio vniuersitatis seu cõmunitatis si valere debet necessario fit á maiori parte populi,ibidem glo.
Constituciones ortum habuerunt ex triplici causa,ibidẽ li.i.ar.lv.& Iure mu. ar.i.
Constitutio ex electione venit. Iure mu ni.ar.i.
Constitutiones in Babilone late in abusum venerunt.Iure muni.ar.vi.
Constitutio difert á plebiscito, Iure muni. ar.xliiij. glo.
Constitutio,tria sunt quę ex constitutionibus iuri naturali contradicere videntur. Spe. saxo. li.i.ar. lij.
Constitutio occasione futuri damni statui potest.li.ij.ar.xlix.et ar.liij.glo.
Constitutio priuatorum q̃uis pro lege haberi non debet cõmuni,ab illis tamen seruatur qui constituerunt. Spe. saxo.li.ij.ar. lxij.
Constitutiones pro bono ciuitatis de iure facte in tribus continentur,Prohibitorio, Restitutorio, & Exhibitorio.Iure muni. ar.cxxv.glo.Spe.saxo.li.ij. ar. li. glosa.
Constitutio si aliqua lata est contra ius naturale, Imperatores seu legislatores intenerunt & statuerunt modum ad opprimendum sub condicione constitutionem huiusmodi.Spe.sax.li.i.ar.li.& ar.lij.& itẽ Iure muni.ar. iiij.
Constitutio, vide plura ad hãc materiam infra in dictione lex, & in dictione plebiscitum, &titu. Ius.

Consuetudo.

Consuetudo mos & lex quo differant Iure. muni. in prolo.
Consuetudo quid sit. Spe.saxo.li.i.in prolo.Iure muni.ar.i.
Consuetudinem quid efficit quod habeat vigorẽ legis,ibidem li.i.in prolo.Iure muni.ar. i.& xliij.
Consuetudo seruatur vbi ius scriptum deficit & si non est consuetudo iudicandũ est per simile,si hęc duo deficiunt iudicatur secundum consuetudinem vrbis Romanę ibidem in prolo.li.i. & Iure muni, ar.xliij.
Consuetudo mala reicienda nec illa excusari quis potest,ibidem li.i.in prolo. & Iure muni.ar.i.li.ij.ar.xxxvij.glo.

Consuetudinem an due vices faciunt & quomodo intelligendum, ibidem li. i. in prolo. Spe. saxo.
Consuetudo si vna sit in foro actoris, & alia in foro rei, quę illarū sit tenenda, ibidē
Consuetudinis tres virtutes maxime necessarie, ibidem in prolo. li. i.
Consuetudo duplex bona & mala, & alia de consuetudinibus vide Iure muni. ar. i. Spe. saxo. li. i. in prolo. & ar. lv. glo.
Cōsuetudines ac ritus familię patrięq; seruande sunt ex li. xij. tabu. Spe. saxo. li. i. in prolo. glo.
Consuetudo interpretatur statutum li. i. in prolo. & ar. xvij. glo. & item Iure muni. ar. i.
Consuetudine potest induci omne id qđ priuilegio conceditur li. i. ar, xvij. glo.
Consuetudo preponitur quandoq; legi, & hoc si per desuetudinem huiusmodi legi abrogatum est. Spe. saxo. li. ij. ar. xxvi & xlvij. in fine glo.
Consuetudo legis habet vigorem & maxime custodienda li. ij. ar. lvi. glo.
Consuetudo si sit á tempore quo memoria non extat quod communitas vnius villę intra limites alterius animalia pascere, ligna in nemore aut gramina succidere consueuit, seruanda est consuetudo illa li. ij. ar. xlvij.
Consuetudo optima legum interpres li. ij. ar. xlvij. & li. iij. ar. lij. glo.
Consuetudo priuilegium seu legem priuatam facit li. iij. ar. lviij. glo.
Consuetudo ciuitatis alicuius ad quam appellatur, in causa appellata decerni pro iure non debet, ita quod alibi seruari teneatur sed secundū leges decernēdū vt patet de Maideburgeñ. occasione dotalitij. Iure mu. ar. xxij.
Consuetudo, vide infra ad hunc passum in dictione plebiscitum.

Consul.

Consulum electionis modum vide abunde Iure muni. ar. xlij.
Consules ad vnum annum eligi debent ibidem.
Consules quid superintendere tenentur & eorum iudicandi potestas ibidem.
Consules electi, proconsules inter se eligunt ibidem.
Consulum iuramentum ibidem & in glo.
Consules conuentum ad pulsum campanę habent & negligentes quid demerentur ibidem.
Consulum in iudicando potestas ibidem.
Consulum in animaduertendo erga reuēditores autoritas Iure mu. ar. xlij.
Consules á Romanorum republica ortū habent, ibidem glo.
Consulum eligendi modus secundū Maideburgeñ. ibidem glo.
Consulum electores quid precauere debeant in eligendo, ibidem.
Consulum electio si á manu dependeat potenti quid precustodiendum est, ibidem glo.
Consules eligi debēt non ex diuitibus, nō ex pauperibus, sed ex mediocri statu ciuium ibidem.
Consules qui esse non possunt, ibidem.
Consules eligi non debent extranei, tum nec hi qui raro domi morantur, tum nec nonagenarius, ibidem glo.
Consules electi quopacto se gerere debēt in residendo locis suis, ibidem glo. & alia de consulibus plura ar. xlij. Iure muni.
Consulibus si cōmitatur negotium terminandum inter principes vel magnificas personas antequam se negocio intromiserint, fideiussores vel literas expetere debent super decreto seruādo, & quod ciuitas posthac indemnis maneat, Iure muni. ar. li. glo.
Consules nullū inculpare pro debito possunt nisi illud coram eis in residentia actū sit nam vt sic accusatus defendere se iure potest & quomodo id intelligit. Iure muni. ar. c. & in glo.
Consules illorum quę coram ipsis acta sunt si quis recognitione indiget eorumdē coram iudice testificare omnes tenentur ibidem glo.
Consules si quid testificari debent cum p cōsule, non tenētur omnes singillatim recognitionem facere, sed proconsul duntaxat recognoscit, consules vero consensum prebent, ibidem Iure muni. ar. c. in glo.

Contractus.

Contractus, de contractu vide infra in dictione, societas.

Contumax.

Contumax, ex contumatia intromissio actori datur si occasione bonorum actio instituebatur, si vero in debito pignoratio

263

li. i. ar. lxvij. glo. finali.
Contumax quis sit & alia de contumacibus, vide li. i. ar. lxx. glo. & in annota. ibidem.
Contumax, contra contumacem duplici pceditur querela Ciuili & criminali. Spe. saxo. li. i. ar. lxxi. glo.
Contumaces multipliciter fiunt, ibidē glo.
Contumax pro confesso habetur secundū statuta locorum, li. ij. ar. xlv. glo.
Contumax efficitur reus licet compareat in tribus casibus, li. ij. ar. lxvij. glo.
Contumacia triplex, ibidē ar. lxvij. glo.

Contumelia.

Contumeliam certi homines inferre non possunt nec factum illorum pro contumelia imputatur. Spe. saxo. li. ij. ar. xxxiiij.
Contumeliam inferens alicui si ille se iuste excuset, iste sufferre eandem cogitur. Spe. sax. li. iij. ar. lx. glo. fi. & li. ij. ar. viij.
Contumelia, de contumelia vide infra in dictione infamia, & in dictione iniuria.

Conuenire.

Conueniri nullus debet nisi coram suo iudice. li. iij. ar. xxv. & lxxxvij. Iure muni. ar. xxviij. & lxvi.
Conueniri per querelam vbilibet locorū quis potest siue laicus siue clericus quem ordinarius iudex ad iudicium trahere nō potest. li. iij. ar. lxxxvij. Iure mu. ar. xxviij.
Conuenire, vide ad hanc materiam plura infra in dictione, reconuenire.

Conuincere.

Conuinci nullus in honore potest nisi iudice & scabinis alias propior est euadere. Iure muni. ar. xxxij. glo.

Creditor.

Creditor si ad terminum solutionis nō venerit vel veniens pecuniam accipere non vult, pecuniam per id nō amittit suam sed duntaxat diem & terminum illum perdet, li. ij. ar. xi.
Creditores ante tricesimum occasione debiti hęredes mortui minime īpetere debēt li. i. ar. xxij. glo.
Creditor fugientem debitorem detinere potest non tamen violenter rem ab eo auferre sed iudicio presentare, li. ij. ar. xlv. & Iure muni. ar. xxvij.
Creditor non tenetur de casibus fortuitis li. iij. ar. v. glo.
Creditor etsiquidem de iure communi necesse habet probare commissionem pignoris non tamen tenetur probare quod sine dolo & absq; culpa sit amissum, li. iij. ar. v. glo.
Creditor quomodo sup solutione quęruari, & eam prestolare tenetur quadrupliciter, li. iij. ar. xxxix. & quodammodo etiā habetur ad hunc passum, li. i. ar. xxij. glo. li. iij. ar. xxij. Iure muni. ar. xciij.
Creditor accipere tenetur mobilia, q̄uis argentum sit sibi promissum, ibidem & ar. xl. glo. & item eo. li. iij. ar. ix. glo.
Creditor non expectans diem solutionis illum duntaxat diem perdit, ibidem li. iij. ar. xxxix.
Creditor debitum probans super proprio alicuius & iure perducto proprium sibi assignari debet, & indicatio subsequi, dato quod pueri pupilli sint cum tamen adoleuerint contradicere debito possunt. Iure muni. ar. xxvi. glo.
Creditor debitum prestolare potest prout longe voluerit. Iure muni. ar. xxvij.
Creditor, ad hanc materiam vide infra in dictione debitor.

Crimen.

Criminis obiecti purgatio quomodo fieri debet, & per quos, vide li. i. ar. xxxix. glo.
Crimen lese maiestatis incidentes quomodo puniuntur, li. ij. ar. lxxi. glo.
Criminaliter accusatus septem testibus cōuincitur, li. i. ar. lxx. li. ij. ar. lxiij. Iure muni. ar. xxxvi.
Crimen non alibi iudicatur nisi vbi quis deliquit, li i. ar. lxvij. glo.
Crimen contra imperium cōmissum & crimen lese maiestatis quid vnumquodq; illorum sit & quomodo differant, & est excessus grauissimus vbi & filij delinquentis puniuntur, licet non in vita tamē infames fiunt, li. ij. ar. lxxi.
Criminis lesę maiestatis obiecti nō excusat vnus, siue pfecerit crimē, siue ad actū processerit dando vel recipiendo sacramētum super crimine, committendo vel aliquid simile, voluntas enim ibidem pro facto reputatur & gladio talis punitur, li. ij. ar. lxxij. glo.
Crimen cōmittens verbo contra principem eidem maledicens, vel contra alium dominum suum quomodo punitur. li. ij. ar. lxxi. glo.

Crimen, vide ad hanc materiam plura supra in dictione, actio criminalis.

Crine et cute.

Crinem & cutem redimens infamis efficit li.i.ar.xxxviij. Iure muni. ar. xliij.
Crine & cute furi pœnam infligere quid sit.li.ij.ar.xiij. Iure muni.ar.xxxviij.

Christianitas.

Christianitatis status in tria hominũ genera diuisus,li.iij.ar. lxxix·glo.

Curia.

Curiam vnusquisq; sepire debet ne damnum vicino fiat,quomõ & ad quantã altitudinem,li.ij.ar.xlix.& Iure muni.ar.cxxvi.& in glo.
Curiam vel agrum sepire volens arbusta virgarum versus suum fundum vertere debet,li.ij.ar,L.Iure muni.ar.cxxvij.
Curia q̃ alte sine licentia iudicis possit sepibus aut muro cingi.li. iij.ar. lxvi.

Currus.

Currus vacuus onerato cedet, ambulans equiti,eques currui. Spe. saxo. li.ij.ar. lix.
Currus prius pontem ascendens prius trãseat, ibidem ar. lix.
Currus si damnũ fecerit equitando, quis damnũ resarcire teneatur.li. ij.ar. xl.

Custos.

Custos equorum vel pecorum damnum per animalia factum soluet.Spe.saxo.li.ij. ar.xl.
Custos, vide infra in dictione, pastor.

Damnatus.

Damnari vnus post mortem non potest, nisi in tribus casibus.Spe.sax.li.i.ar.ij.glo.
Damnari vnus potest ex sola confessione.Spe.saxo.li.ij.ar.xviij.in annota. vide plura in dictione sententiatus ad hunc passum.

Damnum.

Damnum tollerare potest quis quamdiu vult. Spe.saxo.li.i.ar.lxij.
Damnum á sua negligentia illatum resarcire vnus tenet. Spe. sax.li.ij. ar.xxxviij. ibidem vide quod puteus aquę prouideri vsq; ad genua debet á terra.
Damnum si vicino tuo illatum sit per aliquem inimicum tuum ex culpa tua an cõtra te agere possit, li.ij.ar. xxxviij.glo
Damnum ex igne illatũ ille resarcit á quo ignis prosilijt. ibidem.
Damnum contigit tripliciter, ibidem.li.ij. ar.xxxviij.
Damnum illatum á cane, apro, aut alio animali, si illud dominus post noxam susceperit damnum soluet,si vero illud expulerit á damno immunis erit.li.ij.ar.xli.Intelligitur tamen id de animalibus mansuetis,quia in non mãsuetis aliter fit,dato em quod nõ susceperit illud, nihilominus dãnum per bestias illatum resarcire tenetur, vt eodem.li.ij.ar.lxij.Iure mu.ar.cxxiij.
Damnum per equum vel pecus illatum quod sub custodia famuli est, famulus resarciet,si vero aufugerit dominus illud exsoluet, ibidem li.ij.ar.xl.
Damnum si quis accipit in loco vbi certamina fiũt ipse sibi iputabit,li.ij.ar.xxxviij.
Damnum factum in segetibus per anseres porcos si á canibus mordentur eorum erit damnum li.ij.ar.xl.
Damnum illatum per seruum in ducendo curru seruus si effugit dominus verigeldo damnum soluet,ibidem.
Damnum per animal illatum non soluitur ex facto suo mulcta, ibidem.
Damnum qui infert eidem etiam damnũ inferri potest,ibidem.ar.xl.
Damnum quid sit & ad hoc quod damnum sit duo requiruntur, & alia de damno,ibidem glo.
Damnum contigit trifariam, ibidem li.ij. ar.xl.
Damnum á pecoribus segetibus immissis quomodo soluitur,li.ij.ar.xlvij.
Damnum ab animalibus quę pignorari non possunt in segetibus factum quomõ probatur, ibidem.
Damnum á villanis alteri villę factum in pratis quomodo punitur, ibidẽ ar.xlvij
Damnum illatum in segetibus quę non induxit tempore quo alij inducunt nõ soluitur,li.ij.ar. xlviij.
Damnum ex edificio vicine domus quomodo resarciri debet & quopacto iudici illud denunciatur,li. ij.ar. xlix.glo. Iure muni.ar.cxxvi.glo.& alia de damno infecto,ibidem glo.
Damnum in aliqua re illatũ an competat domino illius rei vel conductori, vel etiã in re pignoraticia cui damnũ imminet,li.ij ar. lvij.

264

Damnum qui suffert eidem querela competit,ibidem li.ij.ar.lvij. glo.
Damnum in re locata conductoris est nõ domini,li.ij.ar.lix.glo.
Damnum si illatũ sit sartori in pãno meo, & fur detinetur,est in optione mea vt cõtra furem vel sartorem actionem intentẽ li.ij.ar.lx.
Damnum illatum ab vrso, lupo, aut alia bestia,qui eas fouet resarcire tenetur dato quod post damnũ illatum illa non susceperit,& quomodo probatio venit li.ij.ar. lxij. nec est contra articulum xl. quia ibi loquitur de mansuetis animalibus, vide hoc idem. Iure. muni.ar.cxxiij.
Damnum á bestia illatum seruo meo qui artificium nouit quo se nutriuit per mutilationem duplo soluitur li.ij.ar.lxij.glo.
Damnum á puero illatum tutores soluũt li. ij. ar.lxv. Iure muni.ar.xxxviij.
Damnum fit eciam preter voluntatem,ibidem ar. lxv.li.ij.
Damni & violentię differentia ibidem ar. lxv.
Damnum illatum ex castro aliquo quomodo procedendum erga illos, & illi quo modo iure se defendunt, li.ij.ar. lxxij.
Damnum illatum per fatuos & furiosos curatores soluunt li.iij.ar.ij. Iure muni.ar. xxxviij.
Damnum illatum iuxta taxatum verigeldum refunditur si non sit verigeldus deputatus extunc secundum estimationẽ actoris,si reus illud iuramento non minuet, li. iij.ar.xlvij. & li.
Damnum, in alterius damnũ nemo verbum immutare debet,li.iij.ar. lxxi. glo.
Damnũ illatum domino vel alicui alteri vbi vasallus in comitiua prẽsens sit absq; tamen consensu eius quomodo absoluitur,li.iij.ar. lxxviij.
Damnum illatũ villę & alijs vicinis villis quomodo rependi debet & quę emenda, li.iij.ar. lxxxvi.
Damnum illatum per equum qui freno detineri non potest ita quod puer impositus est equo & leditur, cui cedit damnũ. Iure muni.ar. xxxviij.
Damnum imminens quilibet vicinus officio publicare tenetur.Iure muni.ar.cxxiiij glo.

Debitum debitor.

Debita hęres soluit qui hereditatem tollit sed non nisi in quantum hereditas in mobilibus se extendit. Spe. saxo.li.i.ar. vi.& in glo.huius vide interpretationem,& Iure muni.ar.xxvi.
Debita ex proprio per mortem denoluta solui non oportet, ibidem li. i. ar. vi. Iure muni.ar.xxvi. glo.
Debita non soluuntur nisi de quibus hereditas fuerit ampliata, vel quę hęres fuerit stipulatus,ibidem li.i.ar.vi.& in glo.vi de interpretationem.
Debita probari debent post manum mortuam per lxxij. testes & quare hoc fit ibidem vide. Probatio tamẽ ista hodie venit ad septem testes vt in glo.ibidem declaratur & Iure muni.ar.lxvij. & ciij.
Debita defuncti hęredibus persoluantur, ibidem,li.i. ar.vi.
Debita quę homo solus contrahit aut soluat aut iuret,ibidem Spe. saxo.li.i. ar.vi.
Debita omnia hęres soluere tenetur si inuentarium non fecit quod si negauerit bonorum quid percepisse & posthac aliter inueniatur duplum soluere cogitur. li.i.ar. vi.Iure muni,ar.xxvi.glo.
Debita mulier non soluit ex dote li.i. ar. xx.
Debitum mulier soluere cogitur ex vitę prouisione si promiserit illud, seu. c. xxxi. & circa ar.xx.li.i. Spe.saxo.
Debitum pro quo mulier stipulata fuit cũ viro,illo tandem mortuo, an creditores in ipsa vel in hęredibus mortui debitũ querere debeant.feu.c.xxxi.& circa arti.xx.li.i Spe. saxo.
Debitum ante tricesimum ab hęredibus emoneri non debet li.i.ar.xxij.glo.
Debitor profugus in fraudem creditorũ bona alienans creditor illa recuperabit.li. i.ar.xliij.glo.finali.
Debitum adiudicatum non soluẽs,mulctã soluet. li.i.ar.liij.& li.iij.ar.xliij.glo.fi.
Debita ante tempus prefixum solui possunt, li.i.ar.lxv.
Debita in eo loco solui debent vnde tuto á creditore reportari possint. ibidem.
Debitor nõ absoluitur nisi in eo loco soluat vbi sese obligauerit.li.i.ar.lxv.glo.
Debitum solutum testimonio duorum indigebit, mortue vero manus septem, ibidẽ.ar.lxv.& li.ij.ar.vi.li.iij.ar.lxxxv.glo.
Debitum tempore adueniente si creditor accipere non vult,illud reponi apud officium debet. ibidem.

Debitum in determinato loco dari obligatū, ibidem ſolui debet nec liberatur debitor niſi illic ſoluat, ibidem glo.
Debitum in vno loco ſolui promiſſum, promittens non tenetur in alio ſoluere loco, ibidem.
Debitum & ſi ante tempus prefixū peti non poteſt, occaſione tamen cautionis ex certa cauſa contra debitorem agi poterit, ibidem glo.li.i.ar.lxv.
Debitum, ad querelam occaſione debiti triplex reſponſio, & triplex exinde iuramentum, ibidem li.i.ar.lxv.
Debitor etiam ſi iuret ſolutionem factam nō per hoc fideiuſſor liberatur, ibidem, li. i.ar.lxv.glo.
Debitum, bona in debito per ius acquiſita per annum ſeruantur anteq̄ diuenduntur li.i.ar.lxvij.glo.& in annota.
Debitor infra annum poſt datam intromiſſionem bona obligata liberare poteſt, ibidem glo.& in annota.
Debitum, agat quis pro debito contra aliquem qui abſens eſt & qui ad iudiciū non pertinet, ad quindenam ſolutio demandetur, vel ſe ad contradicendum ſtatuat, li.i. ar.lxx.
Debitum, contra abſentē pro debito quomodo proceditur. ibidem.
Debitum non ſoluens ad tempus prefixū pignorari debet, & pignus ſex ſeptimanis ſeruari, tandē vero diuendi. ibidē.
Debitor pignore ſe tueri contra creditorē poteſt, & illud cū diuenditur quicquid creditor non attigerit in debitore requiret, ibidem ar.lxx.& Iure.muni.ar.xxvij.
Debitum vi extorqueri non debet, ſed per querelam expetatur, ibidem li.i.ar.lxx.glo.
Debitum in iudicio acquiſitum in quindena ſoluitur, li.ij.ar.v.Iure muni.ar.xxxiiij. & xciij.
Debitum ſoluitur in domo creditoris ante occaſum ſolis, ibidem li.ij.ar.v.
Debitum ſolui debet in proxima iudicis domo ſi creditor domicilium non habeat ibidem.
Debitores nō ſunt cogendi metu aut gladio, fallit hoc ſi fuerit profugus, ibidem in annota.
Debitor fideiuſſoriam ſtatuere cogitur dato quod proprium habeat ſi debitum excedit taxam proprij, ibidem.
Debitum magnum ſoluitur in quatuor menſibus, ibidem li.ij.ar.v.glo.Iure muni. ar.xxxiiij. vbi habetur quod in duodecim ſeptimanis ſoluitur, & item Iure muni.ar. xciij
Debitum promiſſum vel adiudicatum ſine determinatione temporis in inſtanti ſolui debet, & quomodo id limitatur, ibidē li.ij.ar.v.glo.& Iure muni.ar.xciij.
Debitor etſiquidē in inſtanti cū promiſerit vel debitum adiudicatum ſit vnus efficiatur, non tamen ſtatim pignorari debet racionem iſtius vide ibidē glo.li.ij. ar.v.
Debiti ſolutio probatur duobus hominibus ſolutionem videntibus. Spe.ſaxo.li.ij. ar.vi.& ſupra li.i. ar. lxv. Iure muni. ar. xxxi.
Debitor efficitur vnus quatuor modis. li. ij.ar.vi. glo.
Debiti ſolutionem probare debet metterius & hoc eſt verum ſi debitum non eſt inſcriptum, ſi vero inſcriptum fuerit metquintus, ibidem li.ij.ar.vi.glo.feu.c.xix.
Debitum ſoluere cogitur, ſi ſacramentum pro eo decretū non fecerit, li.ij.ar.xi.
Debitum ſoluere licebit & pignora liberare moneta interdicta ad quindenā poſt interdictionem, li.ij.ar.xxvi.li.iij.ar.xl.glo
Debito ſoluto litera obligata eſt inefficax & reddenda eſt á creditore. Spe.ſaxo. li.ij. ar.xlij.glo.
Debitor fugiens per creditorem detineri poteſt & iudicio preſentari non tamē violenter rem ab eo extorqueat li. ij.ar.xlv. glo. Iure muni. ar. xxvij. & item ar.v. in annota.
Debitum communitatis vel vniuerſitatis an omnes ſolui teneantur, & an collectio debiti illius ſit per capita vel per libram li. ij.ar.lv.glo.
Debitum vniuerſitatis an forenſes ad ſoluendum teneātur ibidem.
Debitum patris ſoluit filius & quomodo li.iij. ar.x.glo.
Debitum an heres ſoluere tenetur ſi nulla ceperit bona li.iij. ar.x.glo.
Debitum conuictum tempore vitę patris filius ſoluere tenetur, ibidem ar.x.
Debita variis contrahūtur modis, & ſecūdum id multiplex illorum ſolutio, li.iij. ar. xxij. glo.
Debitum ante tempus prefixum monitū ſoluere non oportet, ibidem.
Debitum, pro debito nullus proſcribitur, ibidem ar. xxij.
Debita vel occupata heredibus mortui

ſunt ſoluenda, li.iij.ar.xxxi.Iure muni. ar. lxvij.
Debitore mortuo heres non tenetur pro debito reſpondere, niſi habeat bona ſub ſe pro quibus inculpatur, ibidem, vide ad hanc materiam li.i.ar. vi. & xxvij. & itē li.ij. ar. xvij.
Debitum mortui per heredes eiuſdem cōtra debitorem viuū non neceſſario illis incūbit probatio, ſed reo defenſa & probatio venit li.iij.ar.xxxi.glo.& ſup̄ li. i.ar.vi
Debitum contra heredes mortui propoſitum, hoc eſt mortue manus per actorem probari debet, ibidem li. iij.ar.xxxi.glo. et ſupra li.i.ar.vi.Iure muni.ar.lxvij. & ciij.
Debito proprio accuſatus, per affirmationem vel negationem reſpondendum eſt, ibidem li.iij.ar. xxxi
Debitor in ſoluendo qui non eſt nec fideiuſſorem habet per iudicem creditori per manum dari debet & quomodo ſeruari. li. iij.ar.xxxix, & Iure muni.ar.xxvij. vide abunde quomodo ſeruatur & laborare cogitur.
Debitores iuxta legem xij.tabu. qui ſoluēdo non erant necabantur etiam in partes ſecabantur, ſecus tamen obſeruatur iure noſtro, ibidem circa ar. xxxix. li. ij. in glo.
Debitor creditori datus tamdiu laborare eidem cogitur quoad laborando ſe á debito eliberauerit & ſic vincula finē ſorcientur, ibidem li.iij.ar. xxxix.
Debitor á creditore aufugiēs á debito nō abſoluitur, ibidem li.iij.ar.xxxix. Iure mu. ar.xxvij.& detinere eum poteſt vbicunq̄ preueniatur & iudici preſentare.
Debiti ſolutio expetitur quadrifariam, li. iij.ar.xxxix. glo.
Debitor promittens creditori ſolutionem & cautionem preſtans non oportet eum dari per manū creditori. iure mu.ar. xxvij.
Debitorem ex municipio creditor ducere volens fideiuſſoriam ſtatuat quod in ſanitate eum non ledat, ibidem Iure muni. ar.xxvij.
Debitorem ſe affirmans propter benefacta alicuius arctius cōpelli ad ſoluendum non debet niſi in quantum poteſt. Spe.ſaxo.li.iij.ar.iiij. & ar.xxxix. Iure muni.ar. xxvij.
Debitorum ſolutio quomodo ſit ex mobilibus q̄uis argentum promittatur li. iij. ar.xxxix. glo.
Debitor paratam pecuniam non habens eliberatur bonis alijs & ſic faciens nō redditur infamis ibidem.
Debitor ad laborem cogi poteſt loco debiti & quicquid laborando promeruerit ad rationem debiti defalcetur, ibidem li.iij. ar.xxxix.glo.
Debitum ſoluere nō tenetur niſi prout, promiſerit, ibidem ar. xxxix.li.iij.
Debiti ſolutionem expectare vnus oportet in domo ſua vel iudicis vicina ad ſolis occaſum. Spe.ſaxo.li.iij.ar.xl.
Debitor obligans alicui nummos vel argentum ſi pignora offert per hoc non eſt liber, niſi ſit inter eos pactum, ibidem li.iij. ar.xl.& in glo.vide quomō id intelligat.
Debitū in nummis vel argento per nuncium licito ſoluitur ibidem.
Debitum nulli preſentetur nuncio niſi q̄ ſit apud iudicium ad id deputatus ibidem.
Debitor huiuſmodi pecuniam vel argentum ſoluere tenetur prout condictamen inter eos fuit ibidem.
Debitor non exprimens in contractu ſup denarijs, ſoluere eū oportet denarios qui ſunt currentes in loco vbi ſtipulatio facta eſt, ibidem.
Debitor nullibi ſolutionē preſtare tenetur niſi in loco vbi promiſerit, ibidem.
Debitor moneri etiam in alio loco poteſt q̄ in quo ſolutionem promiſerit & hoc ſi rate in loco condictaminis non ſatis fecit, ibidem glo.
Debitum contrahitur dupliciter ex natura & ex cōſtitutionibus, ita ſolutio earum duplex, ibidem glo.
Debitum nummis ſolui debet qui cōmuniter in prouincia currunt, & quibus panis ac cereuiſia emitur, niſi aliter in cōtractu expreſſum ſit, ibidem glo.
Debitor tenens triplicem ſummā & ſoluit aliquid, computare illud poteſt ſuper quam ſummam voluerit, quod ſi non expreſſerit iſtius erit electio qui capit, exceptiones tamen iſtius vide li.iij.ar. xl. glo.
Debitum petens ab aliquo cauſam debiti exprimere oportet ſi reus optet li.iij.ar.xli. Iure muni.ar.xxvi.& xxxiiij.& ciij. cauſam iſtius ibidem vide in fine glo.
Debitum quomodo lucratur contra debitorem li.iij. ar.xlv. glo.
Debiti ſolutio eque valet per ſubdelegatum ſicut per principalem. Spe ſaxo. li.iij. ar.lxxxv. glo.

Debitor quod quis efficiatur non requiritur pluralitas verborum sed simplex affirmatio vel negatio. Iure muni. ar. xxij. glo.
Debita antiquiora obfuscant & prẽcedũt posteriora, ibidem glo.
Debitor iudicio adductus quomodo procedendum cum eo. Iure muni. ar. xxvij.
Debitum potest prẽstolari q̃diu quis vult ibidem.
Debitoris labor quem apud creditorem facit, taxari & defalcari debet ad summã debiti capitalem, ibidem. Iure muni. ar. xxvij. & alia de debitis ibidem.
Debitorum exigendorum vide modum. Iure muni. ar. xxxiij.
Debitum absq; testimonio omni die iudicari debet, hospitibus vero etiam cum testibus omni die iudicatur. Iure mu. ar. xlvi
Debiti adiudicatio hospiti soluenda est vltra aliam noctem, ibidem.
Debitorem peregrinatum vel mercatum euntem, turbare non licet in alieno iudicio, alias damnum resarcire eidem tenetur Iure muni. ar. lxvi quadrat ad id Spe. saxo. li. iij. ar. lxxxvij.
Debitum ante reformationem dotalicij contractum prẽcedit in solutione dotalicium. Iure muni. ar. xxij.
Debitum promissum pro mortuo quomodo absoluitur. Iure muni. ar. lxvij.
Debitorem peregrinatum euntem, si creditor in campo vel extra suam iurisdictionem prẽuenit, an eum detinere potest. Iure muni. ar. lxvi. glo.
Debitum cum hospes contra hospitẽ quẽrit quomodo absoluitur. Iure mu. ar. lxviij
Debiti mortue manus declaratio quomodo fit & quid sit. Spe. saxo. li. i. ar. vi. li iij. ar. xxxi. Iure muni. ar. lxvij. & ciij.
Debito mortue manus accusatus solutionem probare potest metseptimus. Iure muni. ar. lxvij. glo. & ar. ciij.
Debito accusatus si testibus sit, testibus absoluitur, si simpliciter etiam vnica liberat manu, ibidem. Iure muni. ar. lxvij. glo.
Debitum coacto iure soluens eodem die soluitur, & iudex mulctam obtinet. Iure muni. ar. xciij.
Debitum recognitum ad quindenam soluitur, tandem ad octauam, tandem ad triduum, tandẽ ad solis occasum decernitur, semper cum pœna iudicis, ibidem.
Debitum non soluens possessio eius confiscatur si possessione caret, banno compellitur tandem detinetur, ibidem.
Debitum contrahitur multis modis, ibidẽ Iure muni. ar. xciij. feu. c. xlvi.
Debitum in ludo contractum vel pro ludo accomodatum repeti iure non potest li. i. ar. vi. Iure muni. ar. ciij.
Debitor locans hereditatem in iudicio, is qui acceptat vnum solidum prẽstat iudicio. Iure muni. ar. cv.
Debita persoluta super proprio alicuius probare per testimonium volens istud fieri oportet per homines possessionatos. Iure muni. ar. cvij.
Debitorũ solutio probari potest per omnes qui iuri non derogarunt suo. Iure muni ar. cviij.
Debitor, vide ad hanc materiam supra in dictione, creditor, & infra in dictione, solutio.

Decima.

Decima si non tollitur tempore debito & interim conculcatur perpetrans nullum ex eo damnum sustinet. Spe. saxo. li. ij. ar. xlviij.
Decima soluenda á frugibus, & quomõ ibidem & feu. c. xi.
Decima quomodo ab vnoquoq; animali & quando soluitur vide ample li. ij. ar. xlviij. per totum.
Decima dat ab omnibus animalibus exceptis gallis, ibidem.
Decima quid sit & cui prẽstatur, ibidem glo. & feu. c. xi. glo.
Decima cui debetur, potest de iure cõmuni petere interdici domino fundi ne fructus colligat nisi eo vel eius nuncio prẽsente, li. ij. ar. xlviij. glo.
Decimarum actio ad forũ spirituale spectat, li. ij. ar. xlviij. glo.
Decimam non soluens quę pœna, ibidẽ, li. ij. ar. xlviij. glo.
Decimas accipere admittebatur feudalibus laicis et quomodo, ibidẽ li. ij. ar. xlviij. glo. et ar. lvij. glo. feu. c. xi. glo. ccpiosius.

Declaratio.

Declaratio debiti mortue manus quomodo fit, vide Spe. saxo. li. i. ar. vi. & li. iij. ar. xxxi. Iure muni. ar. lxvij.
Declaratio, vide ad hanc materiam in dictione mortua manus.

Dediticius.

268

Dediticij qui sint, vide li. iij. ar. xliij.
Dediticiorum et latinorum diferentia, ibidem, li. iij. ar. xliij. glo. fina.
Dediticij viliores sunt latinis li. iij. ar. xlv. glo.
Dediticius & originarius differunt, ibidẽ & Iure muni. ar. l.
Dediticius maiorem verigeldum obtinet q̃ originarius q̃uis vilior sit, rationẽ istius vide, li. iij. ar. xlv. glo.
Dediticius, vide ad hunc passum plura in dictione originarius, & dictione latinus.

Defensio.

Defendere quomodo quisq; se potest in iudicio secundũ gradus aut dignitatis cõditionẽ, tam miles, ciuis, q̃ rusticus, occasione predę aut furti obiecti, li. i. ar. lxiij. glo.
Defensio bonorum duplex, li. ij. ar. xxxvi. glo. Iure muni. ar. cxxxv. glo.
Defendens vnus vitam suam quõcumq; illam defendit ignoscendum est. Spe. saxo. li. iij. ar. lxxviij. glo.
Defense seu repulse necessarie probatio, & quę requiruntur quod necessaria defensa dicatur, ibidem glo. & li. ij. ar. xiiij.
Defendere vitã tutius est q̃ violentiã querulari, ibidem glo.
Defendens domus violentiam ille veram facit defensam, ibidem li. iij. ar. lxxviij. glo.
Defensam facere dicitur si gladio quem occidit eum armis impetentem animo nocendi, q̃uis eundem inuasor nõdum ledat, li. iij. ar. lxxviij. glo.
Defensam necessariam probare vnus cõgitur metseptimus li. iij. ar. lxxviij. hodie tamen defensa probatur duobus testibus non omni exceptione maioribus, ibidem in annota.
Defensa eque spiritualibus sicut secularibus admittitur, ibidem li. iij. ar. lxxviij.
Defendere quilibet propior est vitam, honorem q̃ alter eum cõuincere. Iure muni. ar. lxxv. glo.

Denarius.

Denarij quales esse debent in exsoluenda mulcta, emenda, & verigeldo, in iudicio. Spe. saxo. li. iij. ar. xl, & lxiij. Iure mu. ar. xlvij. feu. c. lxix. glo.
Denarij, vide de denarijs infra super titulo moneta, & magis in dictione nũmus.

Depositum.

Deposito nulla condicio superaddi debet, alias si conditio apponatur, nõ iam vt depositum erit sed magis pignoraticium vel conductum, li. i. ar. xv. glo.
Depositum habens manifeste si vendicetur res illa per alium furto nõ potest accusari. Spe. saxo li. iij. ar. v.
Depositarius etiam ille cui aliqd cõceditur quid facere debet cum res aliqua apud eũ vendicatur, ibidem.
Deposita res si ex furto spoliis, incendijs amissa sit, nullam in eo depositarius sustinebit pœnam, nisi dolo malo feciſſet, ibidem.
Depositi natura est vt illud econtra restituat, ibidem glo.
Depositũ quando potest non reddi. ibidẽ.
Depositum manifeste seruari debet, ibidẽ
Deposita pecunia publice, eque manifeste seruatur in cista seu scrinio sicut equus in stabulo, & vacca in campo, ibidẽ, & Iure muni. ar. lvi. glo.
Depositum accõmodatum mutuum differunt, ibidem li. iij. ar. v.
Deposito vti non debet depositarius, ibidẽ
Depositarius non soluit rem perditam etiam si negligentius custodit eandẽ, ibidem
Depositi quatuor vtilia consideranda, & alia de deposito plura vide, ibidẽ li. iij. ar. v
Depositarius arestare depositum non potest, etiam si quid sibi tenetur deponẽs vel in eum delinquens immo non reddens efficitur infamis, ibidem, li. iij. ar. v. glo.

Deus.

Deus est principiũ & finis omnium rerũ omniumq; scientiarũ caput & autor. Spe. saxo. in pro. & in glo.
Deus hominem cunctis prẽfecit animalibus. li. ij. ar. lxi.
Deus, quod á Deo statutum est perfectũ habetur li. ij. ar. xxiij. glo.
Deus hominem ad suam creditur imaginem cõdidisse, & glorioso redemit sanguine, li. iij. ar. xlij.

Digitus: dens.

Digitus, dens, quomõ soluitur si leditur Spe. saxo, li. ij. ar. xvi.

Dilatio.

Dilationes iuris quę sint, li. ij. ar. x. glo.
Dilatio nõ datur in certis casibus, li. ij. ar. iij. feu. c. lxv.

Diuisio.

Diuidere vnam volentes hereditatem senior diuidit, iunior eligit. Spe. saxo. li. iij. ar. xxix. Iure muni. ar. xxv. glo. feu. c. xxxij. glo. Si vero plures sint qui ad diuisionem pertineant, quid faciendum, ibidem vide.
Diuisio rerū triplex, ibidem li. iij. ar. xxix. glo. feu. c. xxxij.
Diuidens rem cum alio non oportet in minutas partes scindere eandem, ibidem li. iij. ar. xxix.
Diuisio bonorum fieri ita nō potest quod vnus agrum habeat alter vero censum soluat, ibidem glo.
Diuidere nollens cum ei diuisio competat iudex diuidet, ibidem li. iij. ar. xxix.
Diuisio quādoq; venit ex necessitate quę tamen iure esse non deberet. feu. c. xxxij.

Diuortium.

Diuortio subsequuto dos peti potest. Spe. saxo. li. i. ar. xxi. glo.
Diuortium triplex, ibidem. glo.
Diuortij causę in legibus habentur multe li. i. ar. xxi. glo.
Diuortio ex legittima causa subsequuto, vt pote, quia contrahere non poterant, pueris in iure non derogatur qui ante diuortium nati sunt, nec huic quem in vtero gestat, li. iij. ar. xxvij, & alia plura de diuortijs ibidem vide in glo.
Diuortium vt sit nulli rectius agere competit nisi cosanguineis li. iij. ar. xxviij.
Diuortio legittime subsequuto mulier obtinet dotalicium in proprietate viri & edificia, sed illa non auferret, dotem etiam nō obtinebit, li. ij. ar. lxxiiij. & alia plura vide ibidem quę cedūt mulieri diuortio subsequuto.
Diuortij causa coram iudice spirituali agi debet, sicut & causa dotis, ibidem glo.
Diuortio facto pueri ab vtrisq; enutriri debent apud matrē tamen manebūt quoad adoleuerint ad triennīū, ibidem.
Diuortij q causam non prestat apud illū pueri manebunt, ibidem li. iij. ar. lxxiiij.

Dominus.

Domini sunt duplices in respectu ad famulos, & in respectu ad seruos, li. ij. ar. xvi. glo.
Dominus seruum cōdemnatum excipere potest, & quomodo li. ij. ar. xix.
Dominus pro famulo nonnisi quantum precij constat respondebit, li. ij. ar. xxxij. li. iij. ar. vi. feu. c. lx.
Dominus mercenarium expellens plenā ei prestabit mercedem, ibidē li. ij. ar. xxxij. Iure muni. ar. lxxx. feu. c. lx.
Dominus non tenetur de facto famuli nisi mandauerit vel ratum habuerit illud, ibidem li. ij. ar. xxxij.
Dominus pro seruo emptitio respōdere tenetur, estq; in arbitrio eius, aut seruū extradere, aut damnum soluere, ibidem glo.
Domino seruum occidere non licet, ibidē Spe. saxo. li. ij. ar. xxxij.
Dominus cuius auriga damnū facit cum equo vel curru, & fugit, damnum soluet, & ad maiora non obligat, li. ij. ar. xl. & lx ij. glo.
Dominus equorum cuius auriga aliquem curru interemit nō tenetur nisi amicis defuncti vnum verigeldum, iudici vero nihil tribuitur, li. ij. ar. xl. in annota.
Dominus tria tantummodo probare contra vasallum potest quod loquitur, quod facit, quod promittit in iudicio, feu. c. xlvi.
Dominus alienare feudalem & censitum, non potest, q̄diu facit ea quę ex debito facere tenetur. feu. c. xli.
Dominus quomodo res per famulum iudo amissas repetet, vide clare li. iij. ar. vi.
Dominus duo pro rato tenere cogitur, quę per famulum vel filiū eius gesta sunt Spe. saxo. li. iij. ar. vi. glo.
Dominus non tenens promissa vasallo, a iuramento vasallus absoluitur, li. ij. ar. xix ibidem vide plura quę dominus erga vasallum seruare debet.
Dominus quomodo in seruo vel ancilla ius perdat suum, & ille vel illa exinde in libertatem eripitur, li. iij. ar. lxxij.
Dominus super vitam sanitatem hereditatem vasalli, cognati & ecōtra iudicabit, nec per id ledit fidelitatem suam li. iij. ar. lxxviij.
Dominus vasallum & econtra insequi potest eum debellare & alia facere citra eius fidelitatem, ibidem.
Dominus occidens vasallum in defendendo & econtra non delinquit, ibidem.
Dominus defendere potest tam actiuum q̄ passiuum hospitem, tum socium vię contra vasallum & econtra, ibidem li. iij. ar. lxxviij.
Dominus occidens vasallum & econtra, vita, honore, bonis priuat, li. iij. ar. lxxxiiij.

incendium

Domus.

Domus vicini licite destrui potest, tempore incendij propter euitare maius malum, & si ignis ad illam vsq; domū venerit destruens manet sine damno si non peruenerit illuc, resarciendum est damnū, li. ij. ar. xlix. glo.
Domo sua quiuis pro libitu vti potest, sine tamen damno vicinorum. Iure muni. ar. cxxv. glo.
Domus si sit ruinosa & damnum immineat vicino quomodo procedendū & qualiter damnum resarciendum, ibidem, & Iure muni. ar. cxxvi.
Domum meam extruere possum quantum altius mihi placuerit, dato etiā quod officiat luminibus vicini mei, ibidem li. ij. ar. xlix. & ar. li. glo.
Domus violentiam defendens, ille iustā & necessariā repulsam facit, li. iij. ar. lxxviij. glo.
Domorum irruptio quomodo probatur, & quę pœna. Iure muni. ar. xc.

Donatio.

Donatio quam vir vxori facit triplex li. i. ar. xx. Iure muni. ar. xxij feu. c. xxxi. glo.
Donatio propter nuptias quę sit. li. i. ar. xx Iure muni. ar. xxij. feu. c. xxxi. glo.
Donatio propter nuptias mulieri vera fit in proprio tempore tamen vitę mariti est ipsius vitę prouisio seu expectātia feudalis, post mortem vero est eius feudū, li. i. ar. xx. li. iij. ar. lxxv. Iure mu. ar. xxij. glo.
Donationem quam mulier viro facere potest. Spe. saxo. li. i. ar. xxxi. glo.
Donationem faciens cum id facere non potest donatio nulla. li. i. ar. lij. Iure muni. ar. lxv. glo. feu. c. xxxi. glo.
Donata ęgritudinis tępore pro his vxor post mortem viri nō respondebit, Sed nec familia, p eo inculpari pōt, ibidē li. i. ar. lij.
Donata contra voluntatem heredū illud heredes repetere possunt, ibidem.
Donationem inter viuos quis facere potest, & qs nō, ibidē vide per longū in gl.
Donationem mulier viro impedire minime potest, ibidem.
Donatio rerum ab vxore quomodo valet, ibidem glo.
Donare quid potest filius familias, ibi. gl.
Donatio inter cōiuges non valet nisi morte confirmetur, ibidem li. i. ar. lij. glo.
Donatio perficitur nedum inter prędentes sed etiam inter absentes per nūcium vel epistolam, ibidem in glo.
Donator tenetur ad traditionem rei quā dare promisit vel eius estimationem, ibidem glo.
Donatio, in donatiōibus Saxonum lex, ibidem, li. i. ar. lij. glo.
Donatio excedens quingentos aureos indiget scriptura, ibidem glo.
Donans Saxo cum id facere minime potest, donatio nulla, quia dat quod suum non est sed heredum, & alia de donationibus, ibidem in glo. vide.
Donationem ciuis facere potest ex bonis quę non ex successione nec ex admortuo cedunt, si ita est fortis quod iudicio stare potest cum donatio fit. Rusticus si pertransire potest per stadium insequens aratrum. Mulier si ad ecclesiam ierit viginti virgis a domo distantē, ibidem glo. & Iure muni. ar. xx. feu. c. xxxi. glo.
Donans suia alicui quacunq; donatione teneri debet, ex lege xij. tabu. non tamen Iure Saxonico, ibidem li. i. ar. lij.
Donari possunt mobilia tempore ęgritudinis actualiter & quantum, ibidem li. i. ar. lij. Iure muni. ar. xx. & lxv. feu. c. xxxi.
Donatio non fit sine consensu heredum. Intellige de bonis admortuis secundum Ius municipale. quo ad villanas vero intelligitur de omni proprio, ibidem li. i. ar. lij. Spe. saxo. in annota.
Donationem videns & ei non contradicens posthac contradicere non potest, li. ij. ar. vi. Iure muni. ar. xx. feu. c. xvij.
Donatio, proponatur si cōtra vnum qđ donationem vidisset iuramento se absoluere poterit q̄is etiam protunc iudicio adesset, nisi forsan ad donationem huiusmodi verbo aut facto iuuisset, ibidem li. ij. ar. vi. glo.
Donationem videns & non contradicēs quomodo postmodum contradicere debet, ibidē li. ij. ar. vi, Iure muni. ar. xx. glo.
Donatio triplex, Mobilium, Immobiliū, Seruorum, li. ij. ar. xxx. glo. fina.
Donata & benefacta non tenetur quis resarcire nisi prius suam protegat necessitatem. li. iij. ar. xxxix. glo.
Donum à magistratu aut iudice accipi denegatur ex lege xij. tabularum sub pœna noxę, li. i. ar. lx. glo.
Donata & empta propior est possessor obtinere quā eū quis cōuincere, li. iij. ar. iiij
Donatio perfecta reuocari non potest, ibidem glo.

Donatio reuocatur in certis casibus & quomodo valet, quō vero non, ibidē glo.
Donator nō tenetur de euictione rei donate, nisi sit dolo malo, ibidem, & li.iij.ar. lxxxiij. Iure muni.ar.xxx. & lvi.
Donatarius astringitur naturaliter donatori ad antidona hoc est retributionem, li. iij.ar.iiij.glo.li.iij.ar.lxxxiij.glo.
Donationē promissā adimplēdā nō debet ꝓmissor artari nisi inquantū potest, ibidē li.iij.ar.iiij. & ar.xxxix. Iure mu.ar.xxvij.
Donatio seu vitę ꝓuisio vera fit & fieri debet in proprietate & non in feudo.li. iij. ar.lxxv.
Donatio in feudo multis modis viciari potest, ibidem.
Donatio propter nuptias in re feudali defuncto viro non valet, nisi dominus post modum consenciat, ibidem ar.lxxv.
Donata tribus diebus possidentur & quō intelligitur. li. iij.ar. lxxxiij. Iure muni.ar. xxx. & lvi. & in glo.
Donatum si cui quid sit in eo donatarius nonnisi donationem probare poterit li.iij. ar.lxxxiij.
Donator an tenetur de euictione seu varendatione, ibidem li.iij. ar.lxxxiij.glo.
Donatione facta inter virum & vxorem omnium bonorū, mobilium, immobiliū, gerada nihilominus cedit cognatę. Iure muni.ar.xxiij.glo.
Donatio fieri potest coram hominibus iudicio pertinētibus si iudex & scabini mortui sint, adminus tamē duo scabini adesse tenentur. Iure muni.ar.lv.
Donata iudicialiter viro aut mulieri, quibus illorum cū his facere potest quicquid vult. Iure muni. ar.lvi.
Donauerit si quis aliquid eo animo vt ille deprehēdatur cum re huiusmodi: quid faciendum est quod sine culpa maneat, ibidem, & Spe.saxo.li.iij.ar.v.
Donatione facta mulieri in bonis immobilibus cui cedunt bona illa mortua muliere. Iure muni. ar.lvij.glo.
Donatione facta domus mulieri omnia ad id pertinentia possidebit, ibidem.
Donatio facta mulieri iudicialiter illā obtinet iudice & scabinis, ibidē & Spe. saxo. li.i. ar.xx.
Donationem factam extra iudicium manu vnica confirmabit, ibidem Iure muni. ar.lvij. & Spe.saxo.li.i.ar.xx.
Donationē extra iudicium factam in hereditate mulier metseptima cum viris & mulieribus obtinebit, & alia de donationibus abunde vide ibidē Iure mu.ar.lvij
Donatione facta vxori omnium bonorū post mortem vxoris cui cedunt bona illa, ibidem ar.lvij.
Donata alicui prius iudicialiter si post modum eadem quis donare velit, contradicere prior poterit. Iure muni.ar.lx. Spe.saxo. li.iij.ar.lxxxiij.
Donata ędificia pueris vel vxori à viro si post mortem eius ea quis alloqui vellet, mulier & pueri facilius ea obtinebunt q̄ quis ea euincere poterit. Iure muni.ar.lxi.
Donare seu dare in lecto ęgritudinis nullus qnicq̄ potest vltra tres solidos sine heredum consensu, & alia de donis in lecto ęgritudinis plura vide. Iure muni.ar. lxv. & item Spe.saxo.li.i.ar.lij.quodammodo habetur.
Donatio duplex inter viuos et causa mortis, ibidē glo. & Spe.saxo.li.i.ar.lij.glo.
Donatio trifariam inutilis redditur, ibidē ar.lxv. Iure muni.
Donatio, vide infra in dictione venditio ad hunc passum.

Dos dotalicium.

Dotalicium seu vitę prouisionem q̄uis illi abrenunciauerit mulier repetere potest, nisi forsan de non repetendo iurauerit li.i. ar.iij.feu.c.lvi.circa ar. xxxi.li.i.
Dos, pro dote quid militaris dare potest vxori sine heredum consensu. Non militaris vero quantū vide Spe. saxo.li.i.ar.xx.
Dotem mulier proprio obtinet iuramento. Possessionem cū testibus, li.i.ar.xx. Iure muni.ar.xxij. & lvij.
Dotem vxor viro dicitur dare, vir autem vxori donationem propter nuptias, ibidē li.i.ar.xx.glo. & li.iij.ar. lxxiij.glo.
Dos quādoq̄ dicitur donatio propter nuptias, quandoq̄ ante nuptias, quandoq̄ dotaliciū, quandoq̄ sponsalicia largitas, ibidem li.i.ar.xx.
Dos, ad hoc vt dos sit, necessario requiritur quod matrimoniū sit contractum non solum de facto sed etiā de iure, li.i.ar.xx.
Dos seu dotalicium quare hoc nomine nuncupatur, ibidem li.i.ar. xx.glo.
Dotalicium mulieres in pueros erogare non tenentur, ibidem li.i.ar.xx.glo.
Dos dari dicitur viro propter onera matrimonij, & item dos equari debet donationi, ibidem ar.xx.
Dotem accipiens mulier hereditatem non capit & econtra, ibidem.
Dos, ex dote mulier nulla soluit debita, et

268

quomodo id intelligi debet, ibidem glo. & feu.c.xxxi. abunde.
Dos percipitur ante omnia debita, & quō id intelligatur. ibidem.li.i.ar.xx. Iure mu. ni.ar.xxij.feu.c.xxxi.& c.lvi. glo.
Dos peti potest marito viuente, sed vergente ad inopiam, ibidem Spe.saxo.li.i.ar. xx.feu.c.xxxi. vide amplius.
Dotalicium, nec cum voluntate, nec sine voluntate per virum alienari potest, alias mulier illud tempore viri lucrari poterit, nisi iuramento forsan abrenūciauerit, ibidem li.i.ar.xx.glo.li.ij.ar.xxiiij.glo.
Dotis & dotalicij prerogatiue maxime, ibidem glo.li.i.ar.xx.
Dotalicium datur mulieribus in proprietatibus, in iudicio sub banno cum consensu heredum.li.i.ar.xxi.Iure muni.ar.xxij. glo.feu.c. xxxi.
Dotalicium mulieribus nullus infringere potest, ibidem.li.i.ar.xxi.feu.c.xxxi.
Dotalicium in certis casibus perditur, ibidem li. i.ar. xxi. Iure muni.ar.xxij. feu.c. xxxi.glo.
Dotalicium obtinetur etiam diuortio subsequuto, ibidem li.i.ar.xxi. Iure muni.ar. xxij.feu.c.lvij.
Dos, vir habens duas vxores, pueri primę vxoris accipiunt dotem matris suę per eam importatam vltra alios & patrē eorundem, ibidem li.i.ar.xxi.glo.
Dos perditur & donationem propter nuptias vir nihilominus dare cogitur ex sex causis, ibidem li.i.ar.xxi.Iure mu.ar. xxij. feu.c.xxxi.glo.
Dote & donatione vxor carens in quartam bonorum viri partem succedit, ibidē. Spe.saxo.li.i.ar.xxi. & xxiiij. Iure muni. ar.xxij.ibi ad tertiam partem admittitur.
Dos accipitur post res expeditorias.li.i.ar. xxiiij.
Dos, ad dotem quid pertineat? & dos rusticarum fœminarum alia, ibidem.
Dos, ex dote necquicq̄ alicui prestatur, nec lectum vidua sternere cogitur, li.i.ar. xxiiij.in annota.
Dos, ad dotem etiam pertinere dicitur, si quid in pecuniis aut alijs rebus sibi datū sit, li.i.ar. xxiiij. in annota.
Dos, pro dotalicio iure spirituali agi potest li.i.ar. xxxi.glo. imo causa dotis corā iudice ecclesiastico agitāda, li.iij.ar.lxxvij.glo.
Dotē nō accipit vxor quā apportauit marito, sed loco illius capit dotalicium, causas istius & alia de dote plura vide, ibidem li.i.ar. xxxi.
Dotis dotalicij & donationis propter nuptias causa tam iure spirituali, q̄ ciuili instituī potest, li.i. ar.xxxi. glo.
Dotem importatam in pecuniis paratis maritus accipit non tutorio nomine, sed sibi datur ex eo quia ipse etiam sibi reformationem dotalitij facit vel vitę prouisionis, li.i.ar.xxxi.glo.
Dotē accipit mulier ante oīa, dato qd' bona obligata sint. feu.c.lvi.circa ar.xxxi.li.i.
Dos, super dotalitio viuente marito necessario mulier habet tutores. feu.c. lvi. circa ar.xxxi. li.i.
Dotalitium denominatū in bonis vel frumentis si mulier habeat in certa summa, illa taxare nō poterit secundū velle suū. sed cōmune forū. feu.c. lvij. circa ar. xxxi.li.i.
Dotalicium aut vitę prouisio inscripta mulieri in bonis mariti non potest ea loco proprij vsurpare, alias perdit illud, li i. ar. xxxij.li.ij.ar.xxi. Iure muni.ar. lvij.
Dotalicium ex triplici causa perditur, ibidem.li. i.ar. xxxij.
Dotalicij ꝓrogatiuas, vide li.i.ar.xxxij.gl.
Dotalicium si mulier habet in aliqua proprietate edificia derelicta ab ea non mulieris heredibus sed viri cedūt, li.i.ar. xxxij.li.ij.ar.xxi. Iure muni.ar.lvij.
Dotalicium, in dotaliciū assignata bona emere periculosum est.li.i.ar. xliij.
Dotalicium mulieres tollunt etiam ex bonis damnatorum, li.ij.ar.xxxi. glo.
Dotem comestibiliaq̄ non hereditat mulier tēpore vitę viri, nisi ea post mortē eius cœperit. li.iij.ar. xxxvij.
Dotaliciū verū in proprietatibus fit & nō in feudo.li.iij.ar. lxxv.
Dos, diuortio subsequuto nō redditē sed bene dotaliciū seu vitę ꝓuisio. li.iij.ar.lxxiij.
Dotalicium in feudo inscriptum, mulier marito secundo nubenti dare non potest feu.c.lvij.circa ar.lxxvi.li.iij.
Dotalicij, Expectancię feudalis, & vitę prouisionis diferentia.li.iij.ar.lxxvi.glo.
Dotem vxor perdit si virum occidere procuret, li.iij. ar. lxxxiij.
Dotaliciū seu vitę prouisio per virū reformata in bonis indeterminate, vir nihilominus oppignorare potest, nisi reformatio illa sit in bonis specificatis, q̄a vt tunc oppignorare non poterit. Iure muni.ar.xxij.
Dotalicium in bonis denominatum, & si

peiorantur bona, obtinet tamē mulier ante omnes creditores & debitores quibus post reformationem dotalicij cōtraxerat, ibidem ar. xxij.

Dotalitiū q̄uis mulier consenserit oppignorari, cum reseruatione iuris sui in bona in quibus dotalicium reformatum sit in primis nihilominus obtinet dotalicium, ibidem, Iure muni. ar.xxij. & ar.cxl.

Dotalicium habens inscriptum mulier, & postmodum obligationē faciat cum marito in illis bonis vel fideiussoriam, libera esse non potest à solutione, ibidem Iure muni.ar.xxij. feu.c.xxxi.

Dotalicium inscriptum in bonis censualibus, census ille antehac persessus p̄cedit solutionem dotalicij. ibidem Iure muni. ar.xxij.

Dotalicium sine condicione vxori denominatum, ipsa mortua sine prole dotaliciū cedit vxoris patri, cum cōdicione vero denominatum, hoc est quod vir denominet post mortem suam dotalicium tolli, illa mortua manet dotalicium apud maritum, ibidem.

Dotalicium per fideiussoriam promissum reformari cum dos daretur, non subsequatur q̄ reformatio ac maritus interim moriatur, si probetur quod dos exoluta sit fideiussores dotaliciū exsoluere tenentur, ibidem.

Dotalicium denominatum coram viris fidedignis, siue sit postmodum inscriptum siue non, vxor dotaliciū probabit suo iuramento, possessionem vero per testes, ibidem ar. xxij. & lvij. glo. & item Spe. saxo.li.i.ar.xx.

Dotalitium si non sit denominatum quāuis mulier apportet pecuniam ad virum dotalicium expeti non potest, actio tamen haberi poterit super pecunia apportata. ibidē Iure muni.ar. xxij.

Dotalitium vxoris ex priori marito vir secundo nubens & eā superuiuens, quāuis non sit à pueris diuisa, post mortem eius obtinet quod ei competere videbatur. ibidem, & Spe.sax. li.iij.ar.lxxvi.

Dotalicium ex gratia institutum est mulieribus. ibidem, ar. xxij. Iure muni.

Dotē Iure municipali mulier relicta non accipit & quomō intelligitur, ibidē.

Dotis secūdum ius Prouinciale & Municipale differentia. ibidem.

Dotalicium si non sit denominatum per maritum, & bona habent labore acquisita tertiam bonorum vxor accipit partē, ibidem, & Spe. saxo. li.i.ar. xxi. glo. vbi in quartam partē admittitur, & cum hoc paraternam seu geradam tollit.

Dotalicium vnde dicatur, & cur hoc vocetur nomine ibidem Iure muni.ar. xxij.

Dotalicium obtinet mulier etiam si à viro separetur per ecclesiam, ibidem, ar. xxij.

Dotalicij tollendi consuetudo Maideburgi vsitata, illa tamē deriuari non debet ad alias ciuitates ita quod cętere ciuitates illā seruare teneātur, nec secundum illā Maideburgen. in causa dotalicij appellata iudicant, ibidem Iure muni.ar.xxij.

Dotaliciū viuente viro, apud virū manet, & cibaria domestica. Iure muni. ar. xxiij.

Dotaliciū si nullū mulier habuerit in bonis viri, in eisdem viri bonis manebit & necessarijs prouidebitur quoad uixerit. Iure muni. ar. lvij.

Dotalicium si quis infringere mulieribus nitatur illud mulier probare potest cum viris & mulieribus metseptima, qui fuerunt p̄sentes, ibidem.

Dotaliciū vitę prouisionis in hereditate inscriptū diuendi non potest, ibidem Iure muni.ar.lvij.

Dotalicium propter paupertatem & imperitiā prouidendi, impignorari alteri potest & quomodo, vide practicam ibidem & item Spe.sax.li.i.ar.xxi.glo.

Dotalicium denominatum sine determinatione post mortem vxoris viro adhuc viuente cedit patri vxoris, cum specificatione vero apud maritum manet, ibidem Iure muni. ar.lvij.

Dotalicio quomodo renūciatur, vide practicam. feu.c.lvi.circa articulum xxxi. li.i.

Dotalicium quomodo per relictam expeti debet, vide practicam, feu.c.xxxi. glo.

Dotalicium in bonis inscriptum loco pignoris, mulier post mortem viri pignus illud inuadiare potest. Iure muni.ar.xcv.

Dotalicium mulieri reformatum in bonis viri, dato quod illa consenciēte bona obligentur, vendantur, perdi dotaliciū non potest dummodo p̄custodiat ne illud noceat iuri suo. Iure muni.ar.cxl. & supra xxij

Dotalicij p̄rogatiue tres. Spe. saxo.li.i. ar.xx.feu.c. xxxi.

Dotalicium, vide ad hunc passum plura infra in dictione vitę prouisio.

Dubietas.

269 Dubietas triplex, iuris, probationis, & facti. Spe. saxo. li.iij.ar.xxvi. glo. feu. c. x. vide amplius. glo.

Dubitatur si quis super facto alicuius qđ in bonam vel in malam interpretari potest partem, potius in bonam interpretari debet, ibidem Spe.saxo.li.iij.ar.xxvi. glo.

Dubium, etiam in dubijs est obediendū melior enim est obedientia q̄ victima, li. iij. ar.lxiiij. glo.

Dubietas, vide infra ad hanc materiam in dictione Opinio.

Duellum.

Duellum iure admittitur. Spe.saxo. li.i.ar. xvij. Iure muni. ar. xxxv.

Duellum abrogatum est & venit ad iuramentum septem testium, li.i. ar.xxxix. glo. & lxiij. Iure muni.ar.xxxv.

Duellum admittitur in tribus casibus, ibidem li. i.ar.xxxix.glo.& lxiij. feu. c.lv.

Duellum indictum mutilato, eius agnatus eum defendit. li.i.ar.xlviij.

Duellum indictum mutilato, & qui tutorem habere non potest tacto sacramento pugilem pecunia conducere poterit, ibidē

Duellum contra mortuum indictum itidē defendi potest, ibidem.

Duellum, in duello si se per pugilem defendere quis nititur; actor etiam p̄r pugilem agat, ibidem.

Duellum abrogatum & venit ad septem testes, ibidem, & ar.lxiij.glo, ex statuto Alberti Imperatoris. Iure muni.ar.xxxv.

Duello plagiarium suum conuincere volens si propter debilitatem corporis id pro tunc facere non potest, Iudex in tēpus differat certū. li.i.ar.xlix.

Duella seu pugilationes Saxones seruabant ex eo quia militares erant. ibidem glo. & Iure muni.ar.xiij. &.xxxv.&.ar. lxxxiij. glo.

Duellum bannitus alteri sibi ęquali indicere volens, quatuor progenitores indiget scire. li.i.ar.li.

Duellum indictū alteri, & id iure probatū fuerit iniuste factum, prouocanti emendā dabit. Ibidē.li.i.ar.li.

Duellū quomodo indicitur, & quę solennitates seruātur circa id per lōgū vide li.i. ar.lxiij. Iure muni.ar.xxxv.

Duellum quid sit. ibidē.li.i.ar.lxiij.glo.& Iure muni. ar. xxxv.

Duellum prohibitum Iure Canonico & Ciuili ibidem. Spe.saxo.& Iure muni.ar. xxxv.

Duellum denegare potest in generatione deteriori sed non deterior meliori ibidem li.i.ar.lxiij. Iure muni.ar.xxxv. Articulus tamen iste reprobatus est.

Duellū Carolus confirmauit Saxonibus specialiter. Fredericus vero vbiq̄ tenendū instituit. ibidē li.i.ar.lxiij.

Duellum post meridiem indictum denegari potest, ibidem ar.lxiij. & Iure muni. ar. xxxv.

Duellum denegatur cōtra cognatū. ibidē ar. lxiij.&.Iure muni. ar.xxxv.

Duellū pro occiso mortuo recte admittitur nō obstātibus priuilegijs quibuscunq̄ rationes vide Spe.sax.li.i.ar.lxiij. Iure muni.ar.xxxv.

Duellum ex legibus ortum habet. ibidē. li.i.ar.lxiij. glo.

Duello alloqui volens, tria in se habere debet, ibidē li.i.ar.lxiij.Iur. muni.ar.xxxv feu.c.lv.

Duellum illatum alicui si non venit quomodo vincitur. ibidē.& ar.lxv.

Duellū recte admittitur in certis casibus non obstante constitutione aliqua. li.i.ar. lxiiij. glo.

Duellum indici potest pro vulneribus liuidis. li.i.ar.lxviij.

Duellum cum interpositione duelliū verborę potest quis alium ad duellum capere. li.i.ar.lxviij.

Duello probare volens mortuū aut vulneratum adductū iudicio, si deficit in probatione, ipsemet vt violator pacis condēnetur. li.i.ar. lxix.

Duellum si indicitur ex obrupto non p̄custodito, inducię sibi dari debēt secundū sui generationē. li.iij.ar.iij.

Duellum prouocare seu indicere est criminaliter accusare. ibidē glo.& in annota.

Duello prouocatus & dilationē petens, fideiussoriā statuere oportet, nec sufficit promissio si non sit possessionatus. ibidē. li.ij.ar.iij.glo.

Duello super iniurijs conuictus pœnā demerebitur capitalē. li.ij.ar.xvi.

Duellariter alloqui quid sit. li. iij.ar.xxvi. ar.xxxv.Iur. mu.ar.xxxiij.&.xxxv. glo.

Duellum indicens comprehenso in iudicio & actione translata, pax vtriq̄ indicetur. li.iij.ar.xxxvi.

Duellum ex rancore factum est peccatū. Iure muni.ar.xxxv.
Duello superatus quid demeretur, & de duello plura cum instantijs, ibidem Iure muni.ar.xxxv. feu.c.lv. glo.
Duellum clericus promittens an illud explere tenetur, & interficiens aliquem an deponi possit ab officio: & item clericus per pugillem duellariter interficiens vnū, an efficitur irregularis? Iure mu.ar.xxxv
Duello accusatus tribus querelis, si contra vnamquamq; septem testibus expurgari poterit, duellum acceptare non oportet, ibidem Iure muni. ar.xxxv.
Duellum decretum pro homicidio quomodo procedendum est, & quomodo recusatur. Iure muni.ar.lxxxij.
Duellum, quomodocumq; se vir tuetur duellariter eodem etiam modo alloqui duellariter debet. Iure muni.ar.lxxxij.
Duello agnatus interfecti repellit omne testimonium quodcūq; producere vellet contra interfectū. Iure mu.ar. lxxxvij.
Duello victus eius pueri sunt ifames. feu. c.lv.glo.
Duellum vasallus domino indicere potest sed prius bona quę ab ipso in feudum habet renunctiare tenetur, alias faceret contra honorem suum. feu.c.lv.glo.

Dux.

Dux vnde nomen sortitur. li.iij.ar. liij. & lviij.glo. Iure.muni.ar.vij.
Dux, princeps, de aliquo ducatu inuestitus dux proprie dicitur. li.iij.ar.lxiiij.glo.
Ducis & Principis differentia. feu.c.lxxij circa ar.liij.li.iij.

Ebrietas.

Ebrietas est origo mali. li.iij.ar.lxix.

Ecclesia.

Ecclesia non defendit eos qui in illis delinquunt. li.ij.ar.x. Iure muni.ar.ix.glo.
Ecclesia, ad ecclesiam vel cimiterium fugientes liberi sunt, & ecclesia dat eisdē alimenta. ibidē li.ij.ar.x. Iure mu.ar.ix.
Ecclesia vel cimiteriū non defēdit quincq; genera hominū. ibidem. li.ij.ar.x. Iure mu. ar.ix. & alia de immunitatibus ecclesię ibidem plura, vide.
Ecclesiam fugiēn, trahi ex ea non debent verum victus non ministretur. ibidem li. ij.ar.x.
Ecclesia reformationes itinerum & pontium agnoscit, quia respicit pietatem. li.ij. ar.xxvij.
Ecclesia est mater sacri Imperij. li.iij.ar. lvij.
Ecclesiam fugiēn vel cimiterium & si inuestigentur, sineq; strepitu detinentur possunt exinde trahi si per sacerdotes nō prohibentur, secus est si prohibeātur. Iure muni.ar.ix.glo.
Ecclesiarum ministri si prohibent ad cimiteria ingredi, obtemperandū est. ibidē.
Publicanus vñ dictus sit, li.ij.ar.xxvij.glo

Puer. Posthumus.

Pueri cum separari voluerint à patre, pater omnia bona materna eisdem restituere teneẽ.li.i.ar.xi.Iure muni.ar.xxij. Iutellige tamen vt in glosa declaratur de bonis immobilibus.
Puer contra patrem in iudicio querulari non potest.li.i.ar.xiij.glo.
Puero posthumo viuente post mortẽ patris, feudum dominus eidem restituet ab ipso tentum.li.i.ar.xxxiij.
Puer posthumus tollit ꝓprietatem patris, ibidem.
Puero mortuo hęreditatẽ eius accipit mater, li.i.ar. xxxiij.
Puer manifeste Ecclesię presentatus omnes qui eundem audierunt viderunt testimonium de eius vita dabũt, ibidem li. i.ar.

308

xxxiij. Iure muni.ar. xcvi.
Puer si moritur ante baptismum Christianus agnatus tollit hęreditatem, ibidem li. i.ar.xxxiij.
Pueri duplices, naturales et legittimi, li.i.ar. li.Iure muni. ar.iiij.
Puer pubes factus vxori suę & aliorum tutor erit & duellum sufferet, li.i.ar.xlij.
Pueri ex iuramento patris periuri nõ sunt li.ij.ar.i.in annota.
Pueri indistinctorum fratrum sunt eque propinqui sicut distincti fratris in percipienda successione, li.ij.ar.xx.
Puer ante annos discretionis occidens aliquẽ vitã demereri non potest. li.ij. ar. lxv. Iure muni.ar.xxxviij.& hoc verum est ni si sint doli capaces, vt ibidem in glo.limitatur finali.
Puer occidens aliquem vel damnum inferens tutores verigeldum soluent, ibidem li.ij.ar.lxv.Iure muni.ar. xxxviij.
Puer interficiens aliquẽ plenum soluet verigeldum, ibidem li.ij.ar.lxv.
Puer delinquẽs quomodo de iure nostro & secundũ leges puniri debet, li. ij.ar.lxv. glo.
Puerum corigens, virga cedens, si iuramẽto confirmabit propter excessum id fecisse nihil demeretur, ibidem.
Puer & innocens non debet interfici propter excessum parentum, li.iij.ar.iij.glo.
Pueris ex diuortio subsequuto inter parentes iuri non derogatur, li.iij.ar. xxvij.
Pueri concepti tempore puerperij cõmuniter fiunt leprosi, lunatici, ibidem glo.
Puerperio quur mulieres sex septimanas decubant, ibidem li.iij.ar.xxvij.glo.
Pueri ex legittimis nuptijs nati legittimi manent, dato quod coniuges per sententiã iuris spiritualis dirimantur, li.iij. ar. xxvij. glo.finali.
Puero mortuo post mortẽ patris non exstante hęrede bona deuoluuntur ad matrẽ, Iure mu.ar.lvij.& Spe.saxo.li.i.ar.xxxiij.
Pueri qui in hęreditate patris mortis tempore fuerint accipiũt bona, et non hij qui emancipati sunt, hęreditatem tamen vẽdere non possunt absq; hęredum consensu. Iure muni ar. lvij.
Puer non emancipatus cum consensu matris vendere edificia patris potest sine consensu emancipatorum. Iure muni. ar.lxiij.
Pueri si duplices sint & primi emancipati fuerint alijs etiam datum nõnihil sit, illud quod collatum est pueri retinebunt residuum quicquid sit diuident inter se equaliter. Iure muni.ar.xcvi.
Pueri partem non faciunt viuis parẽtibus, nec emphiteosis instrumentum cuius parẽtes pro se & eorum pueris accipiũt, pueris prodesse potest interim quod parentes viuunt.li.iij.ar.lxxix.
Puer, vide plura ad hunc passum supra in dictione filius, & dictione proles.

Pugil.

Pugiles sunt qui pro pecunia decertant.li.i. ar.xxxix. glo.
Pugilatio venit ad probationem septem virorum exceptis tribus casibus, ibidẽ.
Pugile quilibet se defendere potest sed homo bone fame per pugilem conuinci minime poterit, li.i.ar.xlviij.
Pugiles, vide plura in hunc passum supra in dictione certantes & dictione duellum.

Pupillus.

Pupillus apud suspectum tutorem educari non debet ex lege xij. tabu. circa ar. xxiij. li.i.glo.& in annota. ibidem.
Pupillo mortuo tutor hęredi eius rationẽ facere tenetur.Iure muni.ar.xxvi.glo.
Pupillorum bona mobilia taxari primum debent anteꝙ illa tutor accipit, ibidem.
Pupillorum bona diuendi nec impignorari possunt, ibidem, & ar.cxl.
Pupillorum bona deperdita tutor necessario probabit non sua fore factum culpa, ibidem. Iure muni.ar.xxvi.
Pupillorum bona diuendi possunt ex certis causis, ibidem.
Pupilli vendita per tutores bona recuperari possunt postꝙ annos attigerint, ad vnũ annũ si sunt presentes, si absentes ad xxxi annos & anno & die, ibidem.
Pupillus sine tutore respondere non tenetur, & alie eorundem prerogatiue, ibidem
Pupillus citatus coram iudice datur eidem ad quindenam, tandem secundo & tertio si non venerit lucratus est in querela & hoc nonnisi in actione iniuriarum, ibidẽ.
Pupillus non nisi in actione iniuriarum citari potest, ibidem.
Pupillorum bona peiorari non debent, ibidem.
Pupillorum bona quomodo per creditores occupantur, ibidem.
Pupillorum bona per creditores occupata quomodo econtra pupilli eliberant, ibidẽ

Iure muni. ar.xxvi.
Pupilli sine tutore querulari non possunt nec quicq̃ facere, nec bona suscipere etiam in vtilitatem ipsorum, ibidem, & feu.c.lvi. glo.
Pupillus quomodo probabit annos discretionis, ibidem Iure muni. ar.xxvi.
Pupillus probans annos suos potest cum bonis facere quicquid vult, ibidem.
Pupillus nihil dare tutori potest, ibidem.
Pupillus, vide plura ad hunc passum infra super titulo Tutor.

Puteus.

Putei aquarum premuniri debent vsq; ad genua ne damnum contingat, li.ij.ar.xxxviij. in annota. & glo.

Quadrans.

Quadrans quid sit. li.iij.ar.xlv.

Querela.

Querulari in iure spirituali non potest nisi habeat quatuordecim annos. li. i. ar. xlij. glo.
Querelę omnes in absentia alicuius propositę, tribus vicibus coram iudicio proponi debẽt, li.i.ar.lij.glo. clarius vero in textu ar.lxvij.
Querelas pernoctatas nullus iudicat nisi Burgrabius, li.i.ar.lvij. Iur.mu.ar.xxxviij.
Querela reconuentionalis iure Saxonico quomodo instituitur, & alia de reconuentionibus plura vide, li.i.ar.lxi.glo.
Querulari necessario veniunt nullo etiam intrigante tria hominum genera, li.i.ar. lxij.glo.
Querela, in querela quam quis desistere vult tria vitanda vt non incidat in pœnã iudicis, ibidem glo.
Querela duplex contra contumacem, li.i. ar. lxxi.
Querela nulla esse potest vbi iudex non adsit, li.ij.ar.ij.glo.
Querela, à querela reiectus acsi querelam non incepisset reputatur, li.ij.ar.xv.glo.
Querela duplex, transitoria & perhennis li.ij.ar.xvij.glo. feu.c.xliij.glo.
Querela fit quatuor modis, ibidem li.ij.ar. xvij. & feu.c.xliij. glo.
Querela instituí potest iure feudali triplicíter. feu.c.lxi. & circa ar. xvij. li.ij.
Querela quandoq; competit vni iudici decidenda, cum vero incidentaliter quid eueniat ad alium iudicem remitti negotium oportet, li.ij. ar.xlij.
Querelę quędam sunt quod vtraq; pars & actor & respondens esse potest, li.iij.ar. xxi.glo.
Querela, exceptiones cõtra querelam quę sint, li.iij. ar.xxij.glo.
Querele annali spatio desertantur & quomodo id intelligat, li.iij.ar.xxxi, & in glo. ibidem.
Querela duplex vbi necessario varendator habetur, li.iij.ar.xxxv.glo. Iure muni. ar.cxv.glo.
Querelę si sint in mortem aut sanitatẽ sententiari non debet, nisi recognoscat aut cõuincatur, li.iij.ar.xxxix.glo.
Querelę & responsionis vide pulchra ibidem.
Querulari licet etiam pro minima re. li.iij. ar.xlvij. & li.ij.ar.xxxix. & ibidem in glosis vide distinctionẽ quia si sit delusus, deceptus, conuenit querela pro damno quod se extendit ad duos solidos, si contra furẽ etiam pro vno nummo.
Querela duplex, ibidem li.iij.ar.xlvij.
Querele necessario proponende pro stupro prędа, & cum clamore institui debent Iure muni.ar.xxxvi.
Querelas necessarias quę pernoctate sunt nullus iudicat nisi Burgrabius. Iure muni. ar. xxxix.
Querulari contra vnumquemq; potest sitie sit clericus siue alter quiuis quem iudex suus ordinarius ad suum trahere non potest iudicium. Spe, saxo. li.iij. ar. lxxxvij. glo.
Querelę omnes & iniurię cum clamore in iudicio propositę vbi probatio sit, iurare pro illis non poterit, si vero nulla probatio sit citius vnus iure sese expurgabit. Iur.muni.ar.xl.
Querelę triplices, Iure muni.ar.xlvij. vide ibidem Spe. sax. li.i.ar.lxij.glo.
Querela mortuę manus quomodo absoluitur. Iure mu.ar.lxvij.
Querela hospitis contra alium pro debito quomodo absoluitur. Iure mu.ar.lxvij.
Querelę coram iudicio propositę crimínales, differri non possunt sine consensu iudicis, alias oportebit eum actionẽ de nouo incipere. Iure muni.ar.xci.glo.
Querelę iniuriarum quędam specialia. Iure muni.ar.xci. glo.
Querela, vide ad hanc materiam plura supra in dictione actio, & dictiõe actor, & infra in dictione reconuentio.

Quod semel placuit.

Quod semel placuit amplius displicere nõ debet, quomodo intelligitur. li.i.ar.iij.glo.

Raptus.

Raptus virginum et mulierum noxa grauissima in iure, & aggrauatur ex tribus. li.ij.ar.lxiiij.
Raptorum pœna triplex, ibidem glo.
Raptor, de raptoribus damna facientibus vide li.ij.ar.lxxi. & lxxij. abunde in textu & in glo.
Raptus, vide infra in dictione violentia, et dictione stuprum.

Ratihabitio.

Ratohaberi debent domini seu patres familias quę filij vel serui eorum fecerint, rationes vide. li.iij.ar.vi. glo.

Recompensa.

Recompensa quę sit vnicuiusq; status hominis, & quomodo exsoluitur, & alia infra vide plura in dictione vergeldus.

Recompensatio.

Recompensatio quid sit. li.i.ar.xliiij.

Reconuentio.

Reconueniri occasione feudi vnus potest coram iudice prouinciali, & alia de reconuentionibus plura, li.i.ar.xiiij.glo.
Reconueniri potest clericus coram iudice seculari, li.i.ar.xxvi.glo. & ar.lxi. glo.
Reconuentio, vbi quis aliquem conuenerit, ibidem reconuenietur. li.i.ar.lxi. li.iij ar. xij. & ibidem vide in glo. quomodo ex antiquo ius istud seruabatur, & item vide li. iij.ar.lxxix. Iure muni.ar.xxvij.feu.c.xvij glo.
Reconuentionis ius apud Saxones seruatur, & quomodo, ibidem li.i.ar. lxi.
Reconuentio, causę tres in quibus reconueniri vnus non potest, ibidem li.i.ar.lxi. & li. iij.ar.xij. feu.c.xvij.glo.
Reconuenire potest pars respondẽs actorem pro his quę in alijs iudicijs indecisa sunt, vel nondum cepta vel non concordata, ibidem li.i.ar.lxi.feu.c.xvij.
Reconuentionali iure etiam Episcopus coram seculari iudice respondere cogitur, li.ij ar.xij. glo.
Reconuenire, vide ad hanc materiam supra in dictione conuenire.

Repetere.

Repetens ab aliquo donata & vẽdita qd ille facere debet, & quomodo procedendũ li.iij.ar.iiij.
Repetere bona contingit dupliciter, li.iij. ar.iiij.glo.

Res.

Res accomodate quę differentiam sui habẽt heres sine testimonio obtinere poterit, quę vero nullam habent differentiam vt sunt pecunię &c. heres iuramento obtinebit, li.i.ar.xv.glo.
Res sunt finite nomina vero infinita nec omniũ rerum appropriatum nomen impo ni potest sed quandoq; circumloquutiuũ, li.i.ar.xxiij.glo.
Res tempore mariti obligate is redimat cui de iure debentur, li.i.ar. xxiiij. & Iure muni ar.xxiij.abunde glo.
Rerum male acquisitarum succedet fiscus li.i.ar.xxvij. glo.
Res desinunt vnius esse multifariam, li.ij. ar.xxiij.glo.
Res maioris importantię etiam maiori indigent prouisione, li.ij.ar.xij.glo.
Res tempore tẽpestatis ex naui eiecte eicientis sunt, li.ij.ar.xxix.glo. li.ij.ar.xliij.glo
Res ex negatione furtiue fiunt non tamen contra illum proceditur ad vitam, ibidem li.ij.ar.xxix. Iure muni.ar.cxxxvi.glo.
Res per alluuionẽ applicate restitui debẽt ibidem li.ij.ar.xxix.
Res seu bona propter excessum alicuius si sub eo reperta sunt non vsurpantur etiam si ille morte intereat, verum ad dominum proprium deueniunt, li.ij.ar.xxxi.
Res honesto modo acquisita furtiua efficitur, vt si quid mihi locas, vel quid inuenio & postmodum illud negetur habere. li.ij. ar.xxxvij.
Res parua aliter iudicatur quã magna. li. ij.ar.xlvij.glo.
Res aliena tua efficitur sextupliciter. li.ij.ar lij.glo.
Res vẽdicari potest dupliciter. ibidẽ glo.
Rem suam alicui accõmodans, oppignorans, in depositũ dans, vel alioquouis modo de voluntate sua alienans, & ille tandẽ perluserit amiserit, ille non poterit repetere, nisi ab isto cui cõcredidit. li.ij. ar. lx.
Rem obligatam, concessam, morte istius ab heredibus expetere vnus potest. li. ij. ar.lx.

Rem nullius esse contigit multipliciter.li. ij.ar.lxi.glo.
Res que nullius sunt sextuplices inueniuntur.ibidem glo.
Res Ecclesie diuendi possunt propter redemptionem captiuorū & sustentatiōem pauperum.Iudeis tamen non venduntur, nisi in priorem materiam conflentur. li.iij. ar.vij.glo. Iur.mu. ar.cxl.
Res simili testimonio impetita quomodo diuidi debet,& quomodo probatio admittitur.li.iij.ar.xv.& ar.xxi.
Res litigiosa si à duobus impetatur,retentor eam iudici si id postulet presentabit ad cause vsq; decisionem asseruandam,& vt sic liberatur. li.iij.ar.xv.
Re etiam propria vnus male vti prohibetur.li.iij.ar.xxix.li.ij.ar.xxxij.glo.
Rem clarius enucleans maiori est laude dignus, q̄ qui adinuenit.li.iij.ar.xxxix. gl.
Res cōmissa famulo seu procuratori per dominum prescribi non potest,nec eā vendicare poterit.feu.c.lxij.et circa ar.xlij.li.iij
Rerum duarum per aliqua inserta verba cōmixtio naturam earū non facile miscet adinuicem. li. iij.ar.xlij.glo.
Res triplices que vendicari possunt. li. iij. ar. xliij. glo.
Rerum vendicatio quomodo fit, ibidem glo.
Rem sibi non iure vsurpans si iure ab ea propellitur, eandem restituet cum mulcta & emenda,ibidem. li.iij.ar.xliij.
Res iniuriose accepta, solui debet cum emenda siue sit multum siue parum,& si iurauerit eam non habere, secundum estimationem soluet nisi valorem minuat Iuramento. li.iij. ar.xlvij.
Res quarum verigeldus non est taxatus, secundum valorem estimationis solui debet si solutionem faciens iuramento non minuet. li.iij.ar.li.
Rem vnius Rex non potest alteri conferre,li.iij.ar.lx.glo.
Rem alicuius accipiens putans esse suam & non celauerit,furto accusari non potest res tamen illa restituitur,li.iij.ar.lxxxix.
Res, vide ad hanc materiam supra in dictione Bona,& dictione Inuente res.

Rescriptum.

Rescriptum apostolici vel alterius non valet quando cōmittit seculari vt rem secularem spirituali iudicet iure,& quomodo intelligitur,li.iij.ar.xxv.glo.

Resignatio.

Resignatio bonorum iuridica est vtilis ad quatuor.Spe.sax.li.i.ar.xxxiij.Iure muni. ar. xx.
Resignationis hereditatum quis modus seruandus,& que cerimonie. Iure municipali vide per longum. Iure muni.ar.xx. & Spe.sax.li.i.ar.lij.
Resignari nō potest hereditas sine consensu heredū,si illa hereditas non sit sibi abscessa vel resignata, hereditas vero empta cuilibet resignari poterit, Iure muni.ar.xx. & ar.lxi. & item Spe.saxo.li.i.ar.xxi. ar. xxxiij.& lij.& ibidem ex textu elici potest quod hereditas que à parentibus venit resignari non potest, ex eo quia resignata non est.
Resignationem accipiens necessario cum iudice & scabinis ad domum ire debet ad acceptandum intromissionem,& tandem ad iudicium viceuersa veniat ad confirmādum resignationem & possessionem,ibidem Iure muni. ar.xx.
Resignatio bonorum nociua est illis qui presentes sunt & silent, illis vero qui absentes sunt minime obest. Iure muni, ibidem.ar.xx.
Resignatio,ad resignationem exequendā quomodo procurator expeti debet à iudice,ibidem.
Resignationis hereditatum formam amplam,vide ibidem Iure muni.ar.xx.glo.
Resignatio vt valeat vel admitti debeat, que requiruntur ad vniuscuiusq; statum & ordinem, videlicet milites, ciues, villanos,mulieres. ibidem. Iure muni. ar.xx. Spe.sax.li.i.ar.lij.
Resignatione facta signum poni debet in caput suscipientis resignationem, ibidem. Iure muni.ar.xx.
Resignatio bonorū vnde ortum habeat, ibidem.
Resignans proprietatem varendare illam debet anno & die. Iure muni. ar.xxi.
Resignatione facta quid scabinis datur, ibidem.
Resignatione facta in iure municipali cōsedens, & negotium sit quod varendatiōe indiget eum varendare oportet q̄diu vixerit,ibidem Iure muni. ar. xxi.
Resignatio aut donatio si fieri debet & scabini mortui sint,eligi debent duo scabini, & quatuor ad iudicium pertinentes

311

à domino villę.Iure muni.ar. lv.
Resignata bona viro vel mulieri coram iudicio ille vel illa facere potest cum huiusmodi bonis quicquid voluerit, Iure muni. ar.lvi.
Resignatiōe nondum subsequuta emptor si se bonis emptis vel dono intromiserit,dā numq; interim eueniat,emptori attribuet & non venditori, secus est si se bonis non intromiserit, quia vt sic negatiua absoluet q̄s pecuniam desuper dederit.Iure muni. ar.cxl.glo.
Resignatio bonorum in illo iudicio esse debet vbi hereditas sita est. Iure muni. ar. cxl.& alia de bonis que per resignationē vni aduenium,ibidem glo.

Responsio.

Responsa prudentum que sint. Iure muni. ar.i.
Respondenti quādoq; cedit ꝓbatio sue respōsiōis, & nō actori,li.i.ar.xv.li.iij.ar.iiij.
Respondere clericus tenetur coram iudice seculari in tribus casibus, li.i.ar.xxvi.
Responsio triplex ad querelam occasione debiti,li.i.ar.lxv.
Respondere mulier pro rebus mariti non tenetur que ipse tempore vite distraxit, li. i.ar.lij.
Respondere potest quis & agere sine ferēdario si damnum exinde subsequutum sustinere vult.li.i.ar.lx.
Respondentis regula in respondendo,li.i. ar.lxij. glo.
Respondere vnus tenetur in instāti pro re quam non possedit anno & die,à contrario ergo sensu si quis possederit respōdere non tenebitur,li.ij.ar.ij.li.iij. ar.xxxvij.
Respondenti datur dilatio ad premeditandum,ibidem, li.ij.ar.ij.
Respondere vnus tenetur in omni actiōe excepto duello in instāti per affirmationē vel negationem,li.ij.ar.iij.feu.c.lxv.et quō id intelligatur,ibidem vide in glosa,& circa ar.xxxvij.li.iij.
Respondenti non datur dilatio in certis casibus, & signanter vbi in recognitionem vnius datur,ibidem li.ij.ar.iij.glo.
Respondere incipiens & non finita causa in alium terminum prorogetur, reus non statuens se vt victus condemnetur, li.ij.ar. ix. & ar.xxiij.
Respondere non dicitur aliquis nisi ad obiecta responderit, ibidem li. ij.ar.ix.
Respōsio, q̄s contumax non respondere rit condemnat tamen tanq̄ victus, li. ij. ar.ix. in annota.
Respondere si cōperit quis diebus feriatis iudicetur super eo,intellige occasione iniuriarum, li.ij.ar.x.
Respondere filius non tenetur pro patre defuncto, occasione iniurie vel violentie facte,li.ij.ar.xvij.
Respondere dominus non tenetur pro famulo dūtaxat quantum precij eius sit, nisi forsan aliter stipulatus fuerit, li.ij.ar.xxxij.
Responsio,q̄diu me defendo respōdere tā diu non respondeo, li.ij.ar.ix.li.iij.ar.xxx. feu.c.lxviij.glo.
Respondere vnus non tenetur alicui nisi se ille prius sibi iustificauerit quem accusauit,li.iij.ar.xij.
Respondere non tenetur pluribus super vno conquerentibus, nisi à primo sit prius absolutus, ibidem.
Respondere si reconuentus nolit,nec ipsi respondebitur. li. iij. ar. xij. glo.
Respondere proscriptis & excōmunicatis vnus non tenetur,illi vero omnibus de se querulantibus respondebunt.li.iij.ar.xvi. Iure muni.ar.iiij.
Respondere vnum nō oportet qui nec domicilium nec bona in illo iudicio possidet. li.iij.ar. xxv.
Respondere vnus in alieno iudicio non tenetur,ibidem li.iij.ar.xxv.& lxxxvij.Iure muni.ar.xxviij.&.ci. in glosis vide ibidem declarationem.
Respondere in extraneo iudicio oportet in certis casibus.li.iij.ar.xxv.& ar.lxxxvij Iure muni. ar.xxvij.& lxv.glo.
Responsio duplex,ad querelam,& contrā querelam. li.iij.ar.xxx.glo.feu.c.lxij. &.c. lxvij.
Respondere quis non tenetur in certis casibus, ibidem li. iij. ar. xxx. & lxxi. feu.c. lxviij.
Respondere si quis ceperit in iudicio ferendario carebit,ibidem li.iij.ar.xxx.
Respondere vnus non tenetur super spolio,vulnere &c. heredibus mortui,si post anni spacium moriatur nisi ante decessum actio intentata fuisset. li.iij.ar. xxxi.
Respondere heres non tenetur super spolio quod pater patrauit,& alia de responsionibus singularia quedam vide ibidem. li.iij.ar.xxxi.
Respōdere quiuis vbiq; locorū corā Re

ge tenetur nō ſecundū iura actoris, ſed ſecundum iura ſua. li.iij.ar.xxxiij. ibidem in gloſa vide huius declarationem, ſi ſcilicet ibidem prēſens eſt pars reſpondens, alias ſi non ſit prēſens, citari non debet, ſed in illa iuriſditiōe vbi reſidet per iudicem illius iuriſditionis iudicabitur

Reſpondere pro duello non tenetur vnus niſi in territorio ſuo ibidem.

Reſpondere etiam non tenetur extra territorium ſuper proprio, ibidem.

Reſpondere vnus coram Rege vel Imperatore non tenetur in certis caſibus. li.iij. ar.xxxiij.

Reſpondere ad obiecta quilibet tenetur per affirmationem, Intellige ſuper mobilibus. feu.c.lxv. & circa ar.xxxviij.li.iij.

Reſpōdere qui ſpernit in iudicio ſuper propoſita cum a iudice ſibi precipiatur mulctā prēſtabit, ſecundo & tertio ſi demandetur ei vt reſpondeat & non vult, in actiōe eſt ſuperatus, ſi vero ſit criminalis actio tenetur actor metſeptimus id comprobare. li.iij.ar.xxxix.

Reſponſiones occaſione debiti, vide ibidē glo.

Reſponſio, quemadmodum actori non creditur abſq; probatione querlę, ita reſpondens reus habetur quoad ſe excuſet. ibidem.

Reſpondere ſecularis coram ſpirituali iudice tenet̄ in certis caſibus. li.iij.ar.lxxxvij. Iure muni. ar.xxviij.

Reſpondere Sclauus nō tenetur Theutonico ſi eū nō intelligit. li.iij.ar.lxix. & lxxi.

Reſpondere quiuis in prouincia ſua tenetur, Intelligendū eſt de ſimplicibus non de principibus, quia illi non niſi coram Imperatore reſpondebunt, li.iij.ar.lv.glo.

Reſpondere vnus tenetur in illo iudicio vbi agere vult contra aliquem, li.i.ar. lxi. li.iij.ar.xij. & lxxix. Iure muni. ar. xxviij.

Reſpōdere ſpoliatus non tenetur niſi mittatur in poſſeſsionem rei ſpoliate, li. iij. ar. xxxvi.glo.

Reſpondenti ius fauorabilius eſt q̄ actori Iure muni.ar.xxxv, & xxxviij.glo.finali.

Reſpondere vnus non tenet̄ pro re quę iā tranſacta eſt. Iure muni. ar.li.

Reſpondere reus ad actionem non tenet̄ ſi actio non innato ſermone proponatur & niſi intelligat ea quę ſibi obiciuntur, li. iij.ar. lxxi.

Reſpondens etiam reſponſionem facere debet eo ſermone quem actor et iudex intelligat, rationes vide ibidem, & hoc fieri debet per ipſum ſolum ſi linguagium illud callet, vel per procuratorem ſuum.

Reſpondens quomodo ad reſpondendum ſermone extraneo compelli debet, ibidem.

Reſpondere coram Imperatore nullus cogitur niſi ſuo ſermone, ibidem.

Reſpondere poteſt actori in alia lingua, et ille agere in alia dummodo vterq; vtrūq; calleat linguagium, ibidem.

Reſpondens quomodo ſe defendere debet quod non reſpondeat in aliena lingua, ibidem.

Reſpondere nemo cogitur niſi veracitēr intelligat ea quę ſibi obiciuntur, nec ex ſua reſponſione obligatur niſi intellexerit ea quę ab aduerſario obiciuntur, ibidē li. iij. ar.lxxi.glo.

Reſpondere vnus non tenetur in quatuor caſibus, ibidem li.iij.ar.lxxi.glo.

Reſpondere nemo tenetur in aliquo iudicio ſecundum iura ſpecialia villę, ſed ſecundum ius cōmune, niſi ſit occaſione hereditatis aut alijs bonis aut debiti, li.iij.ar. lxxix.

Reſpondens extra manuale factum propior eſt euadere q̄ quis eum conuincere, vnde ſi extra iudicium in aliquo linguagio negotia exercuit, poſthac vero cū cōtra eū iudicialiter proponitur negat ſe linguagiū illud callere, euadet iuramento. Iure muni. ar. xxxviij.& li.iij.ar.lxxi.glo.

Reſponſio contra reſponſionem fieri poteſt. Iure muni.ar.lxviij.glo.

Reſpōſionem triplicem habet ille cum res apud illum vendicatur. Iure mu ar.cxxxvi glo.

Reſtitutio.

Reſtitui ablata poſſunt ſine hęredum conſenſu, li.i. ar. lij.

Reſtitutio, vide infra in dictione ſpolium.

Reuenditor.

Reuenditor quid demeretur excedens ſtatutum ciuitatis. Iure muni.ar.xix. & xliiij.

Reuenditor demerens cutim & carnē & eliberans eandem manet infamis & ſine iure, ibidem. & ar. xliiij.

Reuēditor, vide ſupra in dictiōe Peneſtici

Reus.

Reo ex reſponſione quandoq; incumbit probatio defenſę ſuę, li.i.ar.xv.glo.

Reus quomodo ſe defendere cum accuſatur poterit & quomodo non. feu.c.xix. & circa ar.xv.li.i.vide.

Reus pro pręda ſibi obiecta metſeptimus propior eſt ſe defendere, li.i.ar.lxiij.

Reo dilatio danda eſt ad reſpondendum, li.ij.ar.ij. in gloſa alias ſi voluerit reſpondere poterit ininſtanti.

Reo licet quod & actori, ibidem li.ij.ar.ij glo. & li.i.ar.xv.li.ij.ar.lxvij. glo.

Reo dat̄ dilatio ſecundū Saxones ad proxima bina iudicia, nec eidē terminus abreuiari debet, ſecundū Canones vero et leges dantur xij. dies, ibidem li.ij.ar.ij. & ar.iij.

Reus extra duellum in omni actione tenetur vel fateri vel negare. li.ij.ar.iij. & in gloſa vide limitationem, quod reus etiam poteſt habere dilationem ocaſione debiti.

Reo non datur dilatio in certis caſibus, ibidem. li.ij.ar.iij. feu.c.lxv. ibidem circa articulum eundem.

Reus efficitur actor in excipiendo. li.ij.ar. vi.

Reus ſi admittit probationē actori in cauſa mortis, Iudex ferre debet ſententiam. li. ij.ar.xviij.glo.

Reus efficitur ex ſola confeſsiōe, ibidē.

Reus cui cauſa ante guarendam in eius conſcientiam non eſt delata prēſtita guarēda nō tenet̄ poſitioni actoris reſpondere ſed actor cogitur actionē probare. li.i.ar. vi. & li.ij.ar.xxij. in annota.

Reus contra quem teſtimonium producitur vel ſibipſi defertur, ininſtanti reſpondere poteſt, vel ad deliberandum accipere ſi vult. li.ij.ar.xxij.glo.

Reus negans rem petitam poſſidere cum tamen poſſideat facta de hoc fide q̄ actor non probet rem eſſe ſuam transferenda tamē eſt in eum poſſeſſio. li.ij.ar. xxxvi. glo.

Reus efficitur quandoq; vnus dato quod innocens ſit ex certis cauſis. li.ij.ar.xlv.glo. Iure muni. ar.cxij.glo.

Reus comparendo fit quandoq; contumax. li.ij.ar.lxvij.

Reus facti fit vnus quatuor modis. li.ij.ar. lxxij. Iure muni.ar.xli.glo.

Reo competit etiam probatio. li.iij.ar.iiij. glo.

Reo aſſignatus terminus ad reſpondendū occaſione iniuriarum, & actor infra illum terminum reum reperit, eum areſtare poteſt ad ſtatuēdum cautionem vt eius quę/rimonijs reſpondeat. li.iij.ar.xij.

Reo probationis tempus non currit niſi prius actor varendam preſtet. li.iij.ar.xiiij. glo.

Reus actorem ab actione repellere poteſt & ei non reſpondere. li.iij.ar.xvi.

Reus ſtipulandi, dicitur reus à re non à reatu. li.iij.ar.lxxxv.

Reus poteſt in qualibet cauſa tribus vicibus interloqui et in conſultādo immorari tamdiu quoad tribus vicibus per ſententiam reuocetur, ita quod reuocationem audiat. feu.c.lxix.

Rex.

Rex eſt ſupremus iudex omnium, & ille loco ſui ſubdelegat alios quia ſolus per ſe vbiq; iudicium minime exercere poteſt. li.i.ar.lviij.li.iij.ar.lij. Iure muni.ar.viij.glo.

Rex eſt communis iudex omnium. li. iij. ar.xxvi.feu.c. lxv.

Regis vel Imperatoris ſingularia quędam ibidem li. iij.ar.xxvi.

Regium mandatum reiciendum, ſi ſit cōtra leges & ſecundum iura iudicandum, & item literis Regijs credi non debet ſed nec acceptentur ſi quid diſponunt contra ius ſcriptū, ibidē li.iij.ar. xxvi. ar.xxxiiij. & lxiiij.

Rex, corā Rege ius qlibet obtinet ſuum li. iij. ar.xxxiij.

Rex, coram rege vbiq; quiuis reſpondere tenetur. ibidem.

Rex quinq; cauſas iudicare non poteſt. ibidem li.iij.ar. xxxiij.

Rex, ad regem fit recurſus in certis caſibus. li.iij.ar.xxxiiij.

Regna Romano Imperio ſubiecta ī Ducatus tranſmutata ſunt. li.iij.ar.xliij. Iure muni.ar.vij.

Regem eligere Theutonici debent. li.iij. ar.lij. Iure muni.ar.viij.feu.c.iiij.glo.

Regis electionis ſolennitas. ibidē li. iij.ar. lij.glo.

Rex eſt iudex ſuper proprium feudum & vitam vnituſcuiuſq; ibidem.

Rex non poteſt eſſe vbiq;, vnde Principibus committit iudicia, & illi tandem officialibus. ibidem li.iij.ar.lij. Iure muni.ar.viij. glo.

Regem eligendi Carolus Theutonicis dedit facultatem, Iuxta tamen veriorem declarationem, Eccleſia & Apoſtolicus hanc eis conceſſit auctoritatem, ibidem li. iij. ar.lij. glo. & in annota. feu. c.iiij. Iure

muni.ar.viij.
Rex fit ex electione, Imperatoriam dignitatẽ cosequitur actibus bellicosis, nomẽ vero Imperatorium ex consecratione Apostolici, ibidem. li.iij.ar.lij.glo.
Rex feudale vexillum vltra annum retinere non potest. li.iij.ar.liij.
Regis circa electionem iuramentum. li.iij. ar.liij.
Rex facto semel iuramento postmodum non iurabit, nisi forsan de fide accusatus, ibidem li.iij.ar.liiij.
Rex semel facto iuramento postmodum testis erit verbo omnium rerũ, ibidem.
Rex, in regem qui eligi non potest, ibidem. & feu.c.iiij.
Rex iura Franconie habere debet cuiuscumq; fuerit nationis, & quomodo id intelligatur. li.iij.ar.liiij.
Regis vitam nemo in iudicio impetere potest, nisi prius fuerit imperio priuatus. ibidem
Regium verbum loco iuramenti esse debet, omniaq; verba eius vera sint, acsi iuraret, ibidem.
Rex de legittimo thoro esse debet iure nõ maculatus, ibidem glo.
Rex nemini subesse debet in quantũ rex, ibidem li.iij.ar.liiij. Iure muni.ar.viij.
Rex quomodo iudicari debet. Iure muni. ar.viij
Regis Romanorum ius quale sit, ibidem Iure muni.ar. viij.
Rex potest filium suum cõstituere regem sine electione quo ad nomen, sed non quo ad regimen. li.iij.ar.lvij. glo.
Regis Romanorum coronatio triplex. li. iij.ar.lvij.glo.
Regis in aduentu ad aliquam prouinciam Thelonea & monete sibi vacabunt, iudicare etiam licebit omnes causas quę corã iudicio cepte nõ sunt, omnes etiam detenti eidem presentabuntur. li.iij.ar.lx.
Rex vel Princeps non potest rem vnius alteri conferre, ibidem li iij. ar. lx. glo. nisi legittima precedente causa.
Rex indicens publicam expeditionem vel iudicium omnes adesse tenentur. li. iij. ar. lxiiij.
Regium mandatum triplex, ibidem glo.
Rex & iudex quilibet super vitam, fanitatem, hereditatem vasalli & cognati iudicare potest nec per id ledit fidelitatem, li.iij. ar.lxxviij.
Rex, vbicunq; in processu iuris saxonici sine appositio Rex nominat, de Rege Romanorũ intelligẽdũ est. li.iij.ar.lxxviij.glo
Rex obtinet primum gradum nobilitatis Iure muni. ar.viij. & a Rege nobilitatis & militaris dignitatis origo habetur.
Rex debet esse Theutonicus. Iure muni. ar. viij. & ar. xiiij. in fi. & Spe.saxo.li.iij. ar.liij.
Regnum, de regnorũ transmutationibus vide Iure muni.ar. vij.li.iij.ar.xliij.
Regi Romanorum vasallus in nullo contrauenire potest nisi forsan contra imperium quid machinatus sit, alijs vero cõtra/uenitur in certis causis, li.iij.ar. lxxviij.
Rex, vide ad hunc passum supra titulo Imperator.

Rippa.

Rippa, vide ad hãc materiã sup̃ titu. agger

Romani.

Romani Imperium tenent ex parte sancti Petri. Iure muni.ar.vij.
Romani ab vrbe condita & imperio nacto nulla viuebant lege, ibidem Iure muni ar.vij.
Romanorum principes prouincias subiugantes, feudum instituerunt & censum. li. ij.ar. lviij. & liij. Iure muni.ar.vij.
Romani vtrunq; gladium & secularem & spiritualem obtinent. li. iij.ar.xliij.
Romani prouincias subiugãtes Reges dominari permiserunt, transmutatisq; nominibus in testimonium quod subiecti erant duces & phalansgrauij vocitabantur. li.iij. ar.liij. glo.
Romani totius mundi tenent principatum. li.iij.ar.xliij.Iure muni.ar.vij.
Romani Imperij origo. vide li.iij.ar.xliij. & item Iure muni.ar.vi. & item vij. & sequentibus articulis per longum.
Romani Prouincijs & ciuitatibus iura & plebiscita tulerunt. Iure muni.ar.vij.
Romani precipui legum inuentores, num morumq; & censuum. Iure muni. ar.viij. & sequentibus articulis.

Rusticus.

Rustici iura scire non tenentur. li.i.ar.xxviij.li.ij.ar.lv.li.iij.ar.xxxix. & lxxix.
Rusticus effectus miles non per hoc efficitur de stirpe militari. li. i.ar. xx. & xxvij. feu. c. ij.
Rustici arma bellica non tollunt, li.i. ar. xxvij.
Rusticum nullus infeudare tenetur. li.i.ar. xxvij.glo.
Rusticorum scrutinium quomodo fit & quo pacto obseruatur. li.i.ar.lviij.glo.
Rusticorum prędiorum iura & seruitutes li.ij.ar.xxvij.glo.
Rustici inter se statuere possunt maiorem pœnam pro depascendis segetibus q̃ quę iure descripta est, illam tamen villani alterius villę seruare non tenent. li.ij.ar.xlvij.
Rusticorum maior numerus quicquid cũ sculteto pro cõmodo fecerit, illud à minori parte seruari debet. li.ij.ar.lv.
Rusticis admissum est vt quicquid pro cõmodo de cõsensu maioris partis cõclusum fit vt illud teneatur quia iura scire non tenentur, ibidem li.ij.ar.lv.
Rusticus alium rusticum eiusdem iurisdictionis in causa damni facti in campo pignorare non debet. li.iij.ar.xx.glo. ibidem rationem vide.
Rusticus in scabinum vel ad aliud officiũ electus non propter id efficitur nobilior. li. iij.ar.xxix. Iure muni. ar.xxxiij.
Rusticorum censualium iura specialia. li. iij. ar. lxxix.

Sacerdos.

Sacerdos sciens aliquem fore in mortali peccato eidem sacram Eucharistiam ministrare debet. in annota. li.ij.ar.i.
Sacerdotũ filij nullomodo legittimari possunt. li.iij.ar.xlv.glo.
Sacerdote mortuo quid cedit archipresbytero. Iure muni.ar.l.
Sacerdos, vide supra ad hanc materiã plura in dictione clericus.

Saluus conductus.

Saluum conductum prębens à damno p̃cauere tenetur. li.ij.ar.xxvij.
Saluum conductum habens contra eum agere non potest. li.iij.ar.ix.
Saluus conductus transgressoribus ciuitatis dari à Principe non debet sine consensu ciuitatis, nec ciuitas sine consensu iudicis. Iure muni.ar. cij.glo.
Saluus conductus, vide super titulo. Conductor pacis de hac materia.

Sanguis.

Sanguinem fundens pro aliquo excessu est eius mulcta & emenda nec aliã mulctã aut emẽdam soluere tenet. li.iij.ar.l.glo.

Sata segetes.

Sata pertransire venando nemini licet, li. ij.ar.lxi.
Sata, vide plura de hac materia titulo Frumenta.

Saxo.

Saxones per Constantinum & Carolum ad fidem conuersi. Spe.saxo.in prolo. Iure muni. in prohe.
Saxonibus ius datum causa fuit fides suscepta. Spe.saxo.li.i.ar.iij. glo.
Saxones triplicia obtinuerunt iura preter Caroli voluntatem. Spe.saxo.li.i.ar. xviij. & in glosa vide quomodo id intelligatur ibidem.
Saxones anteq̃ ad fidem cõuersi sunt nulla iura habebant sed consuetudinibus vtebantur. li.i.ar.xviij.
Saxo testibus conuinci potest, ibidem glo. & li.ij.ar.xlvij.
Saxo quicquid extra iudicium fecerit absoluitur sacramento non obstante probatione conuincibili quacunq;. li.i.ar.xviij.articulus tamen iste condemnatus est.
Saxones exempti sunt a legibus & iure Cesareo. li.i.ar.xviij.li.iij.ar.xxxiij.et xliij
Saxonis speciale quid, quod honori restituitur & non bonis. li.i.ar.xxxvij.
Saxones habent triplicia iura, secundum quod triplicia bona sunt, mobilia, feudalia proprietates, et quomodo illa dare possiint li.i.ar.lij. glo.
Saxo donans aliquid quando id facere nõ potest, donatio nulla, quia dat quod suum non est sine heredum consensu, ibidem.
Saxones cum eis ius largitum est, litteras non multum curabant, immo non intelligebant, quare in appellãdo nunctios proprios mittebant ad iudicem superiorem negotium denunciantes. li.ij.ar.xij. glo. Iure muni ar.xi.glo
Saxones in defectu priuilegij vel iuris sui recursum habent ad leges & canones. li.ij. ar.xxxvi.li.iij.ar. xliij.
Saxonum prouinciã prius incolebãt Thuringi, vel secundum aliquos Sclaui. li.iij.ar. xliij. Iure muni. in prohe.
Saxonum progenies & quomodo in prouinciam illam aduenerunt & alia de origine Saxonum per longum habetur. li.iij.ar xliij. Iure muni. in prohe. & item ar.vij.

&ar.x.glo.
Saxones vnde dicti. ibidem.
Saxones verigeldum statutum habẽt om nium rerum & emendam determinate.li. iij.ar.xlv.
Saxones sunt multum priuilegiati in cau sis quę iniurias seu contumelias attinent. li.iij.ar.xlv. glo.
Saxo contra Sclauum extra bannum Re gium sententiam inuenire non potest, & ecõtra nec testificare. Ratio est quia inui cem semper fuerunt hostes capitales. li.iij. ar.lxx.
Saxo non patitur etiam sentẽtiam Sclaui nec testimoniũ extra bannũ Regiũ.ibidẽ.
Saxo in crimine pacis fracte sententiam et testimonium patitur Sclaui & econtra ibidem.
Saxonię quinq; ciuitates sunt quę Pallan tię dicuntur, septem feuda, quatuor Archi episcopatus. li.iij.ar. lxij.
Saxones Sclauos ex proprijs pepulerunt sedibus.li.iij.ar.lxx.&lxxij.glo.Iur.muni. in prohemio.
Saxones iura à Constantino, & potissi mum Carolo habent. li.iij.ar. lxxxij. glo. Iure muni In prohe.

Scabinus seu bannitus

Scabini qui sint, & quę ad id requirũtur. li.i.ar.ij.& ar.vi.& li.Iure muni. ar.xv xiij & ar.xvi. feu.c.iiij.
Scabino seu bannito indictum duellum, necesse est eũ scire quatuor progenitores & locum banniti sui.li.i.ar.li.
Scabinorum sede dignus quomodo locũ sui banniti iudicij denominare & declara re debet, & quis sit locus huiusmodi.li.i.ar li.li.iij.ar.xxvi.Iur.mu.ar.xxxiij.glo.
Scabinus pro iniurijs accusatus nonnisi in legittimis iudicijs respõdebit.li.i.ar.lix.
Scabinus seu bannitus ter citari debet sex septimanas semper inducias dando, causas iiitius vide li. i.ar.lxvij.
Scabini seu banniti nonnisi ad bannũ Re gium ad locum legittimum citari debent. ibidem.
Scabinorum sede digni inducias habent pro duello sex septimanas, alij vero nõnisi quatuordecim dies.li.ij.ar.iij.
Scabinus seu bannitus quemlibet senten tiabit, ipse autem à nullo vbi vitam, hono rem, & hereditatẽ attigit nisi à suis equa libus.li.ij.ar.xij.feu.c.ix.glo.
Scabinorum sede dignus quis sit. li.ij.ar. xij.Iure muni.ar.x. & xxxiij.feu.c.iiij.
Scabinorum sede digni propter officium & ex natura sunt nobiliores q̃ ministeria les, li.iij.ar.xix. glo.
Scabini habent speciale quid ratione offi/ cij in iudicio illo vbi president, ibidem.
Scabinus si in alio iudicio questum sit con tra eum respondere tenetur, & si quid de meretur pœnam luet, ibidem.
Scabini quicquid testantur hoc iudex cũ eis testificari tenetur, li.iij.ar.xxv. Iure mu ni.ar.xxxij. & lij.
Scabinus respondere non tenetur in causa duelli coram iudice extraneo, hoc est nul lus eum iudicabit nisi comes vel scultetus, & hoc in iudicio legittimo, li.iij.ar.xxvi.li. i.ar.lix.Iure muni.ar.xxxiij.
Scabini coram quo respondere debent.li. iij.ar.xxvi.Iure muni.ar.xxxiij.
Scabinorum sede digni in quem hereditãt sedem suam. ibidem li.iij.ar.xxvi. & Iure muni.ar.xxxiij.
Scabinali sede dignus locum sui ortus & progenitores non oportet monstrare, nisi inferat alicui duellũ.li.iij.ar.xxix.Iure mu ni ar.xxxiij.& item.li.i.ar.li.& alia de sca binis ibidem plura.
Scabinatum nactus & ad officium illud electus rusticus, non propter hoc fit nobi lior, li.iij.ar.xxix. Iure muni.ar.xxxiij.
Scabinus in expetenda hęreditate proge/ nitores suos probare tenetur, li.iij.ar.xxix.
Scabinus iurando bannum sui scabinatus cõmonstrare potest licet illud non possi deat, ibidẽ li.iij.ar.xxix.Iure mu.ar.xxxiij.
Scabinorum libertas est omnium vilior, li.iij.ar.liij. Iure muni.ar.xvi.& xxxiij.
Scabini sub banno iudicantes Regio qua liter vestiti esse debent, & quomodo con sedere in capucijs pileis, peplis, cirotecis, & quod ieiuni iudicent, li.iij.ar.lxix.glo.
Scabinorum prerogatiuas vide ibidem, & Iure muni. ar.x. in priuilegio Ottonis.
Scabini sub banno Regio tam super Scla uum q̃ Theutonicum sententiabunt, ibi dem, li.iij.ar.lxix.
Scabini ex ministerialibus eligi possunt cum deficiunt scabinorum sede digni, li.iij ar.lxxxi.Iure muni.ar.xxxiij.
Scabino ex ministeriali electo Princeps prouidere debet de proprietate vt officium ab eo exercere possit, ibidem li.iij.ar.lxxxi
Scabini Maideburgeñ ex cõstitutiõe Im

peratoris numero esse debẽt vndecim, scil tetus duodecimus. Iure mu.ar.x. & ar.xvi.
Scabini ex priuilegio feudum accipere de bent ab Episcopo si regale habuerit à Re ge. Iure muni.ar.x.
Scabini nullomodo deponi debent nisi ius amittant, ibidem.
Scabinorum multe prerogatiue ex priui legio Ottonis concesse. Iure muni.ar.x.
Scabinorum sententia Maideburgi repro bata nisi in presentia electorum in pallan tia decidetur, ibidem.
Scabini occasione sentencię inuente nullũ incurrunt damnum, ibidem.
Scabini vnde dicti & vnde nomen accipi unt suum, ibidem.
Scabinus iuris reprobati esse non debet, & alia plura de libertatibus eorum vide, ibidem Iure muni.ar.x.
Scabinis Maideburgeñ quid daẽ in sentẽ tijs edicendis, & quid notario. Iure muni. ar.xi.glo.
Scabini licite solidos accipiunt pro fatiga in iudicio, ibidem ar.xi.& ar.xvi.
Scabini & iudex quatuor in se habere de bent, ibidem Iure muni.ar.xi.
Scabini actionum in iudicio actorum sub sacramento prestito testificabunt & alio iuramento non indigent. Iure muni.ar.xi.
Scabini propter id quod quis sententiam reprobauerit malum animum contra vnũ habere minime debent. Iure muni.ar.xiij.
Scabini vndecim & scultetus duodecimus instituti ad memoriam vndecim apostolo rum, excepto Iuda, & quare id factum sit apud Saxones. Iure muni.ar.xvi.
Scabini minus q̃ vndecim esse possunt ad exercendum iudicium, ibidem glo.
Scabini minores numero esse possunt in alijs ciuitatibus extra Maideburgum, vt pote septem vel adminus sex ibidẽ glo.
Scabini vbi deficiunt plures, potest licite iudicium banniri vbi sunt quatuor vel ad minus tres, ibidem glo.
Scabini Maideburgi eliguntur ab Epi scopo. ibidem.
Scabini Maideburgi feudum accipiũt ab Episcopo, & illud hęreditant in filium vel agnatum, ibidem.
Scabinale officium recusare potest Episco pus in certis casibus, ibidem.
Scabino existẽte si superueniat ei defectus aliquis deponi non debet, ibidem.
Scabinus excõmunicatus non perdit locũ scabinalem, sed non exercet interim offi cium ad tempus, ibidem.
Scabini liberi esse debent & ad clypeum nati ibidem.
Scabini vt digni sint loco scabinali quas conditiones necessario habere debent, ibi dem. Iure muni. ar.xvi.
Scabini ad nullum hęreditant officium il lud & locũ nisi sit in generatione equalis. ibidem. Iure muni.ar.xvi. & Spe.fax.li.i. ar.vi.li.iij.ar.xxvi.
Scabini testes esse possunt contra vnum quẽq; ex parte officij. Iure muni.ar.xvi.
Scabini pro duello inequalibus non respõ dent, sed nec locum scabinatus ostendere tenentur si inequalis iudicium prouocet, ibidem.
Scabinus nullibi respondere tenetur in iu rijs nisi in iudicio suo.ibidem.
Scabini si deficiunt Maideburgi ad illum locum nati, & Imperator coronatus non sit & per consequens Episcopus regalia non habeat ab Imperatore vigore cuius eos infeudet, quomodo alij debent eligi, & quis ordo seruandus.ibidẽ.
Scabinus vltimo electus efficitur Came rarius aliorum & prouidet solidos, ibidem
Scabini diuidunt solidos singulis quatuor temporibus anni, & nullus cum eis diuidit extraneus, ibidem.
Scabino cũ sentẽtia pnunciat Maidebur gi vnicuiq; cedit solidus vnus, notario ve ro duo solidi, ibidem.
Scabinus quis dicitur, ibidem Iure muni. ar.xvi.
Scabini testes esse debent occasione resi gnationis facte et intromissionis date quẽ admodum iudex testificat. Iure mu.ar.xx.
Scabini quid accipiunt à resignatione. Iure muni.ar. xxi.
Scabinus ad sedem scabinalẽ electus pro pter id nec nobilitatur nec deprimitur. Iure muni.ar.xxxiij. Spe.fax.li.iij.ar.xxix.glo. feu.c.iiij.glo.
Scabinus Burgrabio aut sculteto non te netur sententiam inuenire extra veros di es iudiciales nisi factum sit manifestum. Iu re muni.ar.xlvi.
Scabini necessario veniunt ad omnia iudi cia Burgrabij, sculteti. Iure mu.ar.xlvij.gl
Scabini non debent tribus horis sentẽtias pronunctiare in iudicio. Iure mu.ar.xlviij.
Scabinis mortuis testificari potest homi nibus fide dignis qui iudicio affuerunt oc

easione transactionis. Iure muni. ar. lij.
Scabini quicquid testificãtur hoc iudex testificare cogitur, ibidem.
Scabinis & iudice mortuis, sedes scabinalis suppleri potest aliis viris ad iudiciũ pertinentibus adminus tamen duo scabini sint in causa donationis. Iure muni. ar. lv.
Scabinus in sede scabinali improperatus occasione sententię inuentę lucratur emendam & iudex mulctam seu pœnam. Iure muni. ar. lxxiij.
Scabinus improperatus postq̃ sententia diffinita sit & consensus aliorum scabinorum superueniat omnes acquirunt emendas seu mulctas, & quotquot emendę fuerint totidẽ pœnę iudici acquiruntur, ibidẽ
Scabinus iure Maideburgeñ vinci testimonio non potest, ibidẽ glo. & Spe. saxo. li. ij. ar. xij.
Scabinus, ad scabinorum testimonium se trahens si illis non creditur, iuramento eos confirmare necesse est. Iure mu. ar. lxxiiij. glo.
Scabinus pecuniam accipiens & dans sententiam sine consensu aliorum, sentẽtia est inanis & sede priuatur scabinali. Iure mu. ar. cij. rationem vide in glo.
Scabinus, vide supra ad hunc passum titulo Bannitus.

Scamnum.

Scamna ante quatuor venire, est ad iudicium bannitum constitui. Iure muni. ar. xx.

Scharthania.

Scharthanię ducatus Maideburgeñ per Ottonem fundatus. Iure muni. ar. x.

Sclauus.

Sclauus defendere potest responsionem cõtra Theutonicum si eum non intelligit, li. iij. ar. lxix. & lxxi.
Sclauus non patitur sententiam Saxonis nec testimonium eius extra bannum, rationem vide in glosa, li. iij. ar. lxx.
Sclauus in crimine pacis fracte detentus patitur testimonium & sententiam Saxonis, & econtra, ibidem.
Sclaui cum Saxonibus inimici ab antiquo semper fuerunt, ibidem li. iij. ar. lxx. glo.
Sclaue an sunt serue & an proles Sclaui libera sit nec ne, vide li. iij. ar. lxxiij.
Sclaui per Saxones ex sedibus propriis pulsi & quam prouinciam prius incolebãt et alia de Sclauis vide, li. iij. ar. lxx. & lxxiij glo. Iure muni. in prohe. abunde.

Scultetus.

Scultetus quid iudicare aut accusare in iuditijs debeat. Spe. sax. li. i. ar. ij.
Scultetus in causa emancipationis vel renunciationis contra paganum vice iudicis testificetur. li. i. ar. xiij.
Scultetus quis sit & vnde dicatur. li. i. ar. xiij. in glo. circa finem.
Scultetus quicquid fecerit cum maiori parte paganorum cõsensu tenẽdum est à minori parte. li. ij. ar. lv.
Scultetia in quartam descendit infeudationẽ & nullum aliud iudiciũ. li. iij. ar. lij.
Scultetus alias prefectus nullus esse potest nisi ingenuus & ex illa iurisditione oriundus. li. iij. ar. lxi. Iure muni ar. xvi.
Scultetus primam sententiam Comiti inuenire debet. Iure mu. ar. x. ar. xvi. & xlv.
Scultetus sine vndecim scabinis iudicium habere non potest. Iure muni. ar. x.
Scultetus bannum habet à Comite, sculteciam à domino terrę. Iure muni. ar. xi. & xlvij.
Scultetus est iudex Burgrabij intellige in ciuilibus causis, Burgrabius super Margrabium. Iure muni. ar. xvi. & Spe. saxo. li. iij. ar. lij.
Scultetus est iudex inferior inter feudales ibidem.
Scultetus dictus est Prefectus & Iudex, vide ibidem.
Sculteti mulcta est octo solidi. li. iij. ar. lxiiij Iure muni. ar. xlvij.
Scultetus impediens aliquem in sua querela quomodo contra eum procedi debet, & qualiter ipse euadere potest. Iure muni. ar. xvij.
Scultetus accusatus de non ministranda iusticia & non comparens se iustificaturũ, pœnam soluit aduocato decem libras, & non instanti iusticiam ministrans si in criminalibus sit, hoc idem iudicium super illũ fieri debet quod ille facere recusauit, ibidẽ.
Scultetus iudicat super aduocatum, et ecõtra, ibidem.
Scultetus iudicium Burgrabij non veniẽs pœnam dabit. Iure muni. ar. xlv.
Sculteti iudicia ter in anno celebranda. Iure muni. ar. xlvij. & Spe. saxo. li. i. ar. ij.
Scultetus semper iudicium exercere potest vbi non indiget sententijs scabinorum. Iure muni. ar. xlvij. glo.

Scultetus si non fuerit domi & criminale nephas oriatur potest eligi iudex pro crimine illo. Iure muni. ibidem.

Scutum.

Scutum bellicum quando quis diminuere dicitur. feu. c. liiij. & circa ar. lij. li. i. Spe. sax.
Scutum, vide supra in dictione Clypeus.

Secularis.

Secularis trahens secularem ad ius spirituale quę pœna. Spe. saxo. li. iij. ar. lxxxvij. Iure muni. ar. xxvij.
Secularis in iure spirituali respondere tenetur in certis casibus, li. iij. ar. lxxxvij. Iure muni. ar. xxvij. glo.

Senatus consultum.

Senatus consultum quid sit. Iure mu. ar. i.

Senex.

Senex ablata sine heredum consensu restituere potest, li. i. ar. lij.
Seniori competit diuisio hereditatis & iuniori electio, li. iij. ar. xxix.

Sentencia.

Sententia lata facit ius elapsis decem diebus, li. i. ar. ij. glo.
Sententia lata cui non cõtradicitur, tribuit ius ei qui non habet & alteri aufert, & alia plura de sententia & re iudicata, ibidem vide abunde.
Sententia coram imperio nulla tam iusta fieri potest, si Saxo manũ suam ad id exponendo eam increpare vellet eidem admitti debet, li. i. ar. xvij. Iure muni. ar. xiij. articulus tamẽ iste reprobatus est.
Sententia à iure prolata ratione alicuius delicti, alia vt sic nõ est necessario ferẽda, requiritur tamen iudicis declaratio sententię illius, & hoc per inquisitionem vocata parte, li. i. ar. xxxvi. glo.
Sententiam passi vt suspensi, capite plexi, an in sacris locis sepeliri debeãt, li. i. ar. liij.
Sententiam latam per arbitros increpare non licet, li. i. ar. lv.
Sententia quid sit, li. i. ar. lxij. li. ij. ar. iiij. li. iij ar. v.
